SERVII GRAMMATICI

QVI FERVNTVR

IN VERGILII CARMINA COMMENTARII

RECENSVERVNT

GEORGIVS THILO ET HERMANNVS HAGEN

VOL. II

AENEIDOS LIBRORVM VI—XII COMMENTARII

RECENSVIT

GEORGIVS THILO



LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
A. MDCCCLXXXIV

LIPSIAE TYPIS B. G. TEUBNERI

PRAEFATIO.

Codices, quos ad librorum VI—XII commentarios recensendos adhibui, p. 1 commemoravi. Autissiodorensi (*G*) qua ratione usus sim paulo accuratius explicandum esse video: nam quae l. l. de ea re dixi ad libros VI. et VII. pertinent, in quibus ex Hageni collatione codicis testimonia dedi. inde ab octavo libro ut Danielina scholia, quae quidem in Autissiodorensi extant (cf. praef. p. LXI), ipse possem conferre, eximia praefecti bibliothecae Bernensis liberalitate effectum est, qui ab Hageno mea causa rogatus hunc librum cum Turonensi Heidelbergam misit. ne adnotationem inutiliter augerem, quae scholia codex haberet, id quod in priore sexti libri parte indicandum esse visum est, non indicavi, neque ubi cum Floriacensi consentit eum consensum significavi, sed satis habui ea quae aliter atque in Floriacensi scripta sunt, protulisse. itaque ea Danielis scholia, de quibus nihil ex Autissiodorensi adnotavi, aut deesse in eo codice aut consentire cum Floriacensi intellegendum est. — Lipsiensem codicem usque ad XI, 28 contuli.

Gratissimo animo profiteor Fridericum Schoell, qui in priore volumine adornando et consilio et facto me adiuvit, in hac quoque operis parte inde a septimo libro cum plagulis corrigendis tum emendandis scholiastarum verbis maximum mihi tulisse auxilium. dum quaterniones IX—XI, XXXI—XXXVII imprimuntur cum Heidelberga abesset, quaecumque in his correxit et aliter atque ego constituenda esse putavit, huic loco reservanda erant. sed ne in reliquis quidem quaternionibus nisi typothetae negotio ultra modum aucto fieri potuit, ut omnia quae ille invenerat suis locis adnotationi insererentur. inde satis magna addendorum copia extitit. quod praeclaras Ottonis Iahn emendationes, in Leutschii Philologo editas in critico commentario praetermisi, eius neglegentiae conscius veniam peto.

Lib. VI. *p.* 8, 20 quam . . . condiderunt. ut supra ab insula, nunc a civitate nominavit *vel* dedit epitheton *Schoellius* ‖ *p.* 9, 21 Hippophorbas Aethlii *vel* Elati, Idas Arcadis, Antimachus Euandri, Menestes Suniatis *vel* Suniei, Pidocus Rhamnuntis, Demoleon Cydami

vel Cydantis: puellae hae: Periboea Alcathoi, Medippe Perii *vel* Pylii *vel* Pyris, Hesione Celei, Andromache Eurymedontis, Eurymedusa Polyxeni, Europe Laodici, Melite Thriagoni *coni. Stephani* (*Kampf zwischen Theseus u. Minotaurus p.* 38 *sqq.*), *qui* Aethlii *vel* Elati, Idas Arcadis *a Mauricio Haupt accepit:* puriesion celei, *quod post* cydani *codex exhibet, delendum esse, ut ex* pyrii iesione celei *perperam repetitum, idem Hauptius docuit.* hi pueri: Phorbas Aethlii, Idas Argadis, Antimachus Euandri, Menestheus Suniani, Daidocus Rhamnuntis, Demoleon Cydanti. puellae hae: Periboea Alcathoi, Medippe Piraei *vel* Perrei, Hesione Celei, Andromache Eurymedontis, Medusa Polyxeni, Europe Laodici, Melite Thriagoni *coni. O. Iahn Philol.* XXVI *p.* 13 *sq.* ‖ *p.* 13, 1 per quod ingredimur (*ut Cassell.*) *Schoellius* ‖ *p.* 15, 14 cuius partem esse Massyliam mediterraneam: unde *e. q. s.* (*seclusis* est pars Mauretaniae) *idem* ‖ *p.* 18, 4 et Vegones nymphae quae artem scripserat fulguratorum *coni. G. Schmeisser quaest. de Etrusca discipl. p.* 12 *et* 17 ‖ *p.* 27, 13 inferorum regna necesse quidem hic esse *Schoellius* ‖ *p.* 65, 21 quia die prima subrepti sunt vita *idem* ‖ *p.* 117, 3 haec ... vicem *exscr. Isid. or.* XIV 8, 18.

Lib. VII. *p.* 129, 25 ΙΕΡΟΝ ΤΗΙ ΑΦΡΟΔΙΤΗΙ *O. Iahn Philol.* XXVI *p.* 13 ‖ *p.* 134, 5 crustula autem et crusta neutraliter dicimus *Schoellius* ‖ *p.* 137, 2 semotum *i. e. seiunctum neque a religione templi tactum O. Jahn Philol.* XXVIII *p.* 10 ‖ *p.* 141, 3 ἄγαλμα matris deum *Schoellius* ‖ *p.* 145, 7 et lectum est] et masculinum est *add. idem de acc. l. l. p.* 153 ‖ *p.* 147, 11 nam ... rogare *sine idonea causa a Servio abiudicata esse monuit idem* ‖ *p.* 148, 7 ut Homerus βαθύπεπλος Ἑλένη: dicit longam per vestes *idem: Servium autem τανύπεπλος cum βαθύκολπος confudisse* ‖ *p.* 190, 16 ortum tumultum inter eos esse *ego conieceram.*

Lib. VIII. *p.* 202, 17 a coepio, quod est incipio, coeptus facit *Schoellius* ‖ *p.* 202, 21 fortuna si sequatur *idem* ‖ *p.* 209, 10 et cito] cum nocte somnus reliquit *add. idem. possis et* et cito excitatur *vel* expergiscitur ‖ *p.* 218, 11 nec quod esses Arcas, nec illud quod Tyndarides, id est Agamemnoni et Menelao cognatione coniunctus *Schoellius elegantissime. sed dubitationem movent quae Servius ipse* VIII 51 *de Euandri genere dixit.* nec quod esses Arcas et, ut illuc hoc tendat, geminis Atridis, id est A. et M. c. c. *mihi in mentem venit.* ut illuc hoc tendat *Servius inseruisse videtur, ut versu* 130 '*quodque ab stirpe fores geminis coniunctus Atridis*' *idem significari ostenderet, quod* '*et Arcas*' *verbis, scilicet Graecum natione esse Euandrum* ‖ *p.* 225, 21 *et* 24 aut *servari vult Schoellius: nam* secundum ... fuerunt *quoque verba eo pertinere, ut* '*perpetuus bos*' *qui sit intellegendus explicetur. cf. Il.* VII 321 νώ-

τοισιν διηνεκέεσσι ‖ *p.* 229, 16 alius ita inquit: imago vocis evadens, quamquam relictis collibus, inauditur *Schoellius, ut his verbis Servii dubitatio* (si enim . . . ab Hercule) *refutetur. sub corruptis* alii ita *posse et interpretis nomen latere* ‖ *p.* 243, 2 sic Deianira *idem* ‖ *p.* 244, 15 *Bursiani coniecturam ita perfecit Schoellius, ut* hic Faunus habuisse filiam dicitur Romam mira castitate et disciplinis omnibus eruditam *scriberet: quod recepissem, si Macrobius, qui Sat.* I 12, 21—29 *de Bona Dea multa protulit, Romae nomen commemorasset.* (*cf. praesertim* § 27.) *ego* eximiam castitate *proposueram* ‖ *p.* 247, 16 *ego e Varrone d. l. l.* V 30 Varro Tiberim a Thebri quodam Tusco, qui ibi perierit, dictum tradit *scripseram, sed suo iure Schoellius* vel a *mutari vetuit: immo alteram Varronis de Tiberis nomine memoriam intercidisse, ut reponendum sit* vel a Tiberino Latinorum rege, qui ibi perierit ‖ *p.* 249, 20 adplicatur *vel* adplicat ut quod *Schoellius* ‖ *p.* 249, 24 quod est verius, *quae est ASF librorum scriptura, Servii esse censet idem* ‖ *p.* 250, 1 eo quod capro ei fit, quae est hostia Liberi propria *idem* ‖ *p.* 251, 15 quaesivit, an quoiquam obviam fuissent *idem* ‖ *p.* 256, 10 *verba quae sunt* ex eo quod non timuerit *sana esse putat idem, eisque enuntiatum finiri: quam distinctionem recepi. ante* nunc . . . venio *ad ea quae praecedunt retuleram.* ‖ *p.* 260, 5 et secundum Plinium . . . reddit colores *exscr. mythogr.* III 8, 14 ‖ *p.* 265, 5 quia fulmen non nisi trisulcum est: aut enim terebrat aut incendit et urit aut dissipat *Schmeisserus l. l. p.* 27 ‖ *p.* 267, 3 RAPIDIS citis *Schoellius* ‖ *p.* 273, 16 in eo est enim serenum, quod aer aperitur *idem. cf. Serv. ad georg.* I 393 ‖ *p.* 277, 2 quod *secluseram. Schoellius,* cum . . . ostendat *ne ad* reprehendunt *referantur cavendum esse intellegens, aut* quod *servandum, aut* cur *scribendum esse monuit* ‖ *p.* 277, 18 *Turonensem interpretem hoc voluisse coni. Schoellius* deinde infra dedit potestatem obtinendae provinciae 'ipse oratores *e. q. s.* ‖ *p.* 291, 22 ne castitatis famam castitatis amore, *Floriacensis scripturam, praefert idem* ‖ *p.* 295, 12 virga rigatis *idem* ‖ *p.* 300, 4 ab aegro, ὑπτίῳ partu, id est qui a pedibus nascitur *idem* ‖ *p.* 303, 18 aiunt plures Cleopatram *idem.*

Lib. IX. *p.* 309, 3 secundum Hesiodum poetam Thaumantis filia *Schoellius* ‖ *p.* 312 *inter* secundum *et* Melonem *quaedam intercidisse censet idem, veluti haec* secundum alios tribus, (*cf. deinde* qui tamen et ipse *e. q. s.*) secundum Titianum octo: et Nilus, quem latine dicebant. *nam Melam latere sub 'Melonem', multis de causis non posse probari.* ‖ *p.* 318, 24 verbum de origine cum motu *idem* ‖ *p.* 323, 27 mane, quoniam diei hoc optimum, quod matutinum *idem. cf. ad Aen.* I 139 *et Varro d. l. l.* VI 4. diei *recepi* ‖ *p.* 335, 30 proprie enim 'super his' 'pro his' significat *Schoellius conl. Serv. ad Aen.* IV 233 ‖ *p.* 338,

15 et bene epitheto dictus est exitus; *lin.* 18 aut ait aream litori proximam *idem* || *p.* 339, 14 significat et 'subito': Ennius quid tam temere itis? citate (*scil. significat*): Cato temere ruis *idem* || *p.* 343, 12 nam quasi absurdum est, duobus positis, Turnum potius, quam Latinum responsa dantem regem appellare *idem* || *p.* 354, 12 scuta vero gestare *ego conieceram* || *p.* 357, 13 in verbo *secludenda videri dixeram* || *p.* 362, 1 nam si ita 'versa hasta iuvencorum terga fatigamus', id est caedendo urgemus *Schoellius, ut* id est caedendo urgemus *apodosis sit, interpres autem verba Vergilii sic iuncta pro obscenis haberi posse dixerit. cf. Cat.* 52, 7. || *p.* 379, 7 et bene attenuat *vel* extenuat 'homo' *Schoellius.*

Lib. X *p.* 388 *adnot. crit. ad lin.* 11 *adde:* sed cf. Serv. ad Aen. I 96 et 535 || *p.* 390, 9 non etiam fumantia (*i. e. non iam fumantia*) *Schoellius* || *p.* 394, 13 sic ergo (*i. e. si, ut quidam dicunt, Pilumnus idem est qui Stercutius*) *idem* || *p.* 396, 18 participiali *scripseram* || *p.* 397, 4 *sqq. aut* hinc ergo Vergilius furtum utrumque tangit . . . Paridis *aut* hinc ergo Vergilius utrumque tangit . . . diximus, et proprie iudicium Paridis *Schoellius* || *p.* 397, 10 qui (*i. e. quo*) *defendit idem* || *p.* 403, 19 alii a Tuscis pridem retentam et prius Vulturnum vocatam, Tuscos autem a Samnitibus exactos: hos Capuam vocasse ob hoc *e. q. s. idem* || *p.* 410, 19 etiam, *quod MF omittunt, secludit idem, neque verbis, quae sunt ἀπὸ τοῦ χαίρειν* . . . condiderunt *Servianum scholium turbari concedit. sed Servius explicare voluit qui factum esset, ut ex eadem urbe et Turno et Aeneae auxilia venisse dicerentur. ceterum ἀπὸ τοῦ χαῖρε pro ἀπὸ τοῦ χαίρειν Schoellius* || *p.* 418, 19 o Aenea, si quae dico mihimet credis *idem* || *p.* 419, 4 altarum navium *conl. v.* 246 '*altam puppim*' *idem* || *p.* 420, 1 et qua in armis *vel* et qua insomnes esse oportebat *idem* || *p.* 422, 11 noxia *proposueram* || *p.* 423, 3 plures differentias in Avieno *Schoellius proposuit conl. Serviano ad georg.* I 488 *scholio* || *p.* 426, 10 et bene in honorem victoris satis laudat victum *Schoellius* || *p.* 428, 18 hoc est pro 'septem'. melius deest, quia veteres e nimietate enuntiabant *idem.* et deest 'qui', *quod ego proposui et post* numero *collocandum esse dixi, ita accipi volo, ut interpres apud Vergilium ante* '*septem numero*' *e. q. s.* qui *deesse statuat* || *p.* 430, 10 probat, *quod Floriacensis praebet, verum esse censet Schoellius conl. schol. ad v.* 377 || *p.* 430, 7 quoniam non contradixerat *ita defendit Schoellius, ut ad Achaten pertinere statuat: ut interpres in eum potius, quam in Aenean et culpam et poenam cadere dixerit. mihi praeter illud quod in adnot. proposui, in mentem venit* quoniam 'contra' (*v.* 343) dixerat || *p.* 433, 3 ad 'quem super' et Lagum subauditur et Pallantem *Schoellius* ||

p. 434, 23 potest et 'semianimis' ab eo quod est 'semianimus' pro 'semianimibus' legi *idem* || *p.* 438, 11 dilemmatum argumentum (*ut graece* διλήμματον *pro* δίλημμα *dicitur*) *idem* || *p.* 438, 14 'sorti' pro 'casui et fortunae', *ut 'casui' sit 'malae', 'fortunae' autem 'bonae sorti', idem* || *p.* 443, 2 admotus *et* cessit et imperio relicto *vel* et imperium relinquens ad Peloponnesum perrexit *idem* || *p.* 468, 2 et quaeritur: si qua fides est a praeterito, an bene futuro dicat *Schoellius*: *ut dubitaverit interpres congruerentne inter se* vetustas *vox et* latura est *futurum tempus* || *p.* 468, 28 'tuta' tutante, quae tuetur *idem* || *p.* 468, 29 arcu concamerationis curvae *conl. Serv. ad Aen.* VI 631 *idem* || *p.* 470, 24 'siccabat' quasi sedabat. nove *e. q. s. idem.*

Lib. XI *p.* 483, 28 et figurate 'sospite' pro 'sospiti' *Schoellius* || *p.* 491, 16 *sqq. sic constituenda erant* ita et hic . . . posuit. IVSTITIAENE si 'iustitiae' legeris *e. q. s.* || *p.* 495, 2 rudimenta, quasi novi anni *Schoellius* || *p.* 495, 25 *ad* in togatis 'victrices' *inter testimonia adde: Ribb. com. lat. rel. p.* 221 || *p.* 499, 15 Iuppiter illud *e. q. s. Schoellius* || *p.* 504, 4 se *aut recte omitti aut post* si *addendum esse putat idem* || *p.* 504, 14 adeo (*i. e. adgredior*) *servat idem* || *p.* 504, 21 statim consilio conclusit *vel* statim consulit *idem conl. Serv. ad v.* 281. *quod ego proposui* et satis multa conclusit *volui esse 'et satis multa complexus est'. fortasse post* conclusit *quaedam interciderunt, ad quae* sicut ad singula invenies dictum *pertinebant* || *p.* 508, 2 alii 'sceleris omnis' legunt *post* supplicia *collocanda esse putat Schoellius* || *p.* 511, 11 *sic constituenda erant* DEVICTAM ASIAM S. A. quidam . . . post possedit. DEVICTA ASIA legitur et *e. q. s.* || *p.* 511, 25 alii hunc Orestem filiam Menelai et Helenae tradunt duxisse *Schoellius. pro iis quae sequuntur idem dubitanter proponit* quidam inventam Erigonam, uterinam, uxorem ei volunt fuisse. *cf. Pausan.* II 18, 6. *Tzetz. ad Lycophr.* 1374 || *p.* 512, 25 barbaras *pro* latinas *Schoellius* || *p* 516, 12 a patria urbe Tydei Diomedis m. i. *Schoellius* || *p.* 521, 25 ut quidam volunt saepe bonum dici *idem* || *p.* 535, 6 unde *vel* nunc posuit 'edice' *pro* composuit 'edice' *idem* || *p.* 535, 18 'Messapus' autem cum diceret, vitavit ὁμοιοτέλευτον *idem* || *p.* 537, 22 quasi praesto sit *vel* quasi quae sit praesto *idem* || *p.* 542, 20 hinc itaque Opim ipsam Dianam cognominatam, quod supra dictum est, vel quod luna, quae est Diana, proxima terris facile conspiciatur, Apollinem vero hecaergon vocari, quoniam in terra hecaergos sol *O. Iahn Philol.* XXVI *p.* 13. hinc itaque . . . Hecaergon: vel quod per ὄψιν luna, quae est Diana, terras facile conspiciat, quoniam Ops ὄψις extrita i vocali. et Hecaergos Sol ἀπὸ τοῦ ἕκαϑεν ἐς

γῆν δέρκεσθαι, hoc est e longinquo *Schoellius* ‖ *p.* 545, 16 haud aliud enim nomen famulae, quam servilis significatio condicionis *idem* ‖ *p.* 553, 17 sane quae saevierunt cum duce Amazonum dicit velut Amazonidas *idem* ‖ *p.* 557, 15 sane equum ex vicino intellegimus ei esse *Schoellius* ‖ *p.* 565, 2 vatillum, *quod ASR exhibent, verum esse monuit idem* ‖ *p.* 566, 20 *ex eiusdem coniectura scribendum est* ut nihil aliud moriens quam de re publica tuenda et bello mandaret ‖ *p.* 567, 18 mulcari enim proprie de verberibus dicimus *idem* ‖ *p.* 567, 24 Scythas autem *idem* ‖ *p.* 568, 14 quidam Dercennum regem Aboriginum tradunt, alii hoc nomen fictum putant *idem, quod verum esse iudico. in adnot. ad h. l. lege* Dercenni *et* DERCENNI ‖ *p.* 570, 9 sicut in Sallustio legimus] *de Iug.* 45, 2 *Servium cogitasse et Danielis coniecturam* circum signa sint *probandam videri monuit idem* ‖ *p.* 570, 19 *ex eiusdem coniectura* notanda elocutio *scribendum videtur* ‖ *p.* 572, 26 ut velut fumus sit *idem.*

Lib. XII *p.* 574, 17 aut fabulam *pro* ut similem *Schoellius* ‖ *p.* 574, 19 quidam 'ille' prorsus superfluum *idem* ‖ *p.* 577, 17 ut post inferatur *idem* ‖ *p.* 597, 3 sane iuxta Homeri locum foedus hic i. f. *idem* ‖ *p.* 611, 15 *Serviana quae sunt* nam in herbarum . . . comparatione *post* non in ratione constantem *collocanda videntur. Schoellius non putat* vis est quae δύναμις dicitur *verba eo loco, quem in Floriacensi habent, movenda esse* ‖ *p.* 612, 9 *Floriacensem secutus* quod forvum *edideram, ut ap. Serv. ad Aen.* VIII 453. *utroque loco* formum *scribendum esse docuit Schoellius coll. Fest. Paul. p.* 84, 3 *et* 91, 13; *Placido p.* 43, 15 *Deuerl.; schol. Veron. ad Aen.* IV 149; *Philarg. ad georg.* IV 175; *Don. ad Ter. Phorm.* I 2, 57; *Cassiod. de orthogr. p.* 161, 2 *K.* ‖ *p.* 614, 8 potest subaudiri et ante 'arte' 'humana', *p.* 614, 12 an quia *idem* ‖ *p.* 615, 16 *Commelinum sequi debebam: videtur enim* tempestas *ex scholio ad v.* 451 *perperam inlatum esse* ‖ *p.* 625, 19 licet Catullus dixerit feminino] *Servium non Cat.* I 2 '*arida pumice*' *legisse sed* XXII 6 '*pumice aequata*' *male iunxisse suspicatur Schoellius* ‖ *p.* 627, 15 *fortasse* desperantes ‖ *p.* 628, 10 *sqq.* sive bona sint sive mala. DIVERSA CLAMOR hypallage. intellege 'diversus clamor' *Schoellius* ‖ *p.* 631, 13 *quod proposui ita probat Schoellius, ut scribatur* partes cohortium pro opere instructae et stationes locatae pro castris ‖ *p.* 631, 18 *mihi in mentem venit* στρέψασκον (*Il.* XVIII 546) ‖ *p.* 632, 11 abundabat] *cf. schol. ad Aen.* II 609 ‖ *p.* 633, 10 quoniam *servato sic scribendum esse censet Schoellius* et quidam 'lapsa' notant, quoniam non *e. q. s.* ‖ *p.* 633, 21 *'Αμάζονος exempli causa proposuit idem, omnino genetivum nominis cuiusdam restituendum putans. mihi in mentem venit* συρίζουσα μαλ' ἐς

κενεῶν' εἰσέπτατο λόγχη || *p.* 637, 16 pro opere ponere solet *Schoellius* || *p.* 640, 10 'profanos' docet sibi *e. q. s. idem* || *p.* 642, 1 scilicet ut desideres o. u. T. *idem* || *p.* 644, 17 de Regum *vel* Numae legibus, quae et Papiriae leges appellatae sunt, dixit, quae *e. q. s.*, *ut ad haec referantur* (*v.* 21) ipso titulo legis Papiriae usus est *idem* || *p.* 646, 1 epitheton est loco accomodatum *idem.*

Prioris voluminis adnotationi haec addenda sunt, quorum de parte Fleckeisenus benevole me admonuit. *p.* 14, 19 has alii virgines perhibent, alii eis etiam filios dant Orpheum, Linum, Hymenaeum. ideo et porcam eis sacrificari aiunt, quod multum pariat *O. Iahn Philol.* XXVI *p.* 13 || *p.* 274, 2 namque Samothraces horum penatium antistites ϑυοσκόους vocabant *O. Iahn l. l. p.* 13 || *p.* 368, 3 et ibi tam publice quam privatim solere fieri *Huschkius Iguv. Taf. p.* 202 || *p.* 370, 11 deduxisse *Lobeckius Aglaoph. p.* 1241 || *p.* 504, 18 necesse enim erat ansis aras a. s. t. *Schoellius. cf. Serv. ad Aen.* VI, 124 || *p.* 508, 9 haec opinio est, si Mercuri iussu haec t. f. a. c. *idem* || *p.* 508, 13 quod viridat *G. Becker Rhein. Mus.* XXIX *p.* 495 || *p.* 525, 27 *cf. O. Iahn Ber. d. sächs. Ges. d. Wissensch.* 1851 *p.* 139 || *p.* 572, 12 qui idem victus est ab Aenea *Mommsenus ap. Iord. p.* 6 || *p.* 572, 13 qui tamen finito proelio non conparuit *idem C. I. L.* I *p.* 283 || *p.* 596, 6 decem *secludit Hartmannus d. Roem. Cal. p.* 123 || *p.* 645, 2 *sqq. cf. O. Iahn Philol.* XXVI *p.* 14 *sqq.*

Tertii libri commentario emendando Francisco Pauly exhortante operam dedit Albinus Nager, qui (Graz 1882) scholasticum libellum edidit, cuius haec est inscriptio: Textkritische Bemerkungen zu Servii grammatici qui feruntur in Vergilii carmina commentarii. ex coniecturis ibi prolatis eas infra commemorabo quas scholiorum emendationi utiles esse iudico. *p.* 333, 4 sola *pro* tota || *p.* 336, 7 trahunt huc *pro* tradunt hoc || *p.* 340, 16 elegit (*ut F*) *pro* legit || *p.* 340, 27 haec Myrtus ex fama antiquorum de plebe nata *pro* h. M. ex fama de plebe antiquorum n. || *p.* 347, 18 nocturnos deos esse (*ut T*) *pro* nocturnos esse || *p.* 350, 26 ab Thracia *pro* ad Thraciam || *p.* 353, 11 praeter historiam *pro* per historiam || *p.* 359, 5 in demonstratione] *add.* imperii. *malim addi* dominationis. *cf. v.* 97 || *p.* 360, 1 et *secludit* || *p.* 366, 24 celeuma . . . hemistichium *ad v.* 129 *'Cretam proavosque petamus' pertinere vidit* || *p.* 373, 1 Iovis et *secludenda fuisse recte dicit* || *p.* 376, 15 DEBITA *utrique lemmati addendum esse suo iure statuit et* significare ex debito *e Turonensi restituit. ap. Servium autem e Caroliruhensi* 116 id est *pro* minus est *scribendum* || *p.* 383, 21 eis *pro* ei || *p.* 389, 3 sane . . . dicebantur, ut Sappho. quia haec inde desiluit, hic locus vocatur ἅλμα || *p.* 396, 3 ad hoc tantum *pro* hoc

tantum || *p.* 414, 19 et sedem *pro* sed || *p.* 436, 21 *post* aut *add.* quod, *quod typothetae errore omissum reponere neglexi* || *p.* 443, 9 sceleratius *pro* celerius || *p.* 452, 8 metri causa 'e' corripuit *pro* metri causa 'constiterunt' || *p.* 453, 18 graece *Πανταχύας*.

Denique rogo, ut non nulli typothetae errores, qui me fugerunt, corrigantur. sunt autem hi: *vol.* I *p.* 361 *adnot. crit. lin. extr. lege* 583 || *p.* 425, 29 *lege* VADE || *p.* 465, 19 *lege* AVT; 23 illud || *p.* 472, 23 *lege* ominis || *vol.* II *p.* 333, 14 *distingue* dicimus, fortunam || *p.* 350, 8 *lege* SPVMANTES || *p.* 422 *adnot. crit. lin.* 4 *dele* significat et bella] || *p.* 467, 20 *lege* contempserat || *p.* 487, 14 *lege* ducitur || *p.* 511 *adnot. crit. lin. 15 semel dele* Iphigeniam abortiam Daniel || *p.* 514, 17 *lege* derivativo || *p.* 525, 7 *dele* et || *p.* 536, 26 *distingue* venisset. alii

Scr. Heidelbergae mense Octobri a. MDCCCLXXXIV.

G. Thilo.

SERVII GRAMMATICI

IN VERGILII AENEIDOS LIBRVM SEXTVM COMMENTARIVS.

Totus quidem Vergilius scientia plenus est, in qua hic liber possidet principatum, cuius ex Homero pars maior est. et dicuntur aliqua simpliciter, multa de historia, multa per altam scientiam philosophorum, theologorum, Aegyptiorum, adeo ut plerique de his singulis huius libri integras scripserint pragmatias. sane sciendum, licet primos duos versus Probus et alii in quinti reliquerint fine, prudenter ad initium sexti esse translatos; nam et coniunctio poematis melior est, et Homerus etiam sic inchoavit ὣς φάτο δάκρυ χέων.

1. CLASSIQVE INMITTIT HABENAS *navibus suis, aut suae navi, quae*

---

8 Homerus] cf. Il. I 357.

Ad eos qui hoc volumine continentur Serviani commentarii libros recensendos his codicibus manu scriptis usus sum: Caroliruhensi 116 (A), Sangallensi (S), Reginensi (R), Lipsiensi (L), Hamburgensi (H), Monacensi 6394 (M), Floriacensi nunc Parisino 7929 (F), Cassellano (C), Autissiodorensi nunc Bernensi 167 (G), Turonensi nunc Bernensi 165 (T), Parisino 7965 (D). Cassellanus VI 831 desinit. Lipsiensem in sexto libro paucis locis exceptis non commemoravi, quia in ea parte saepius quam in ceteris prior eius scriptura a correctoribus obscurata est. Autissiodorensis memoriam usque ad VI 359 plene exposui, ut intellegi posset quae ratio inter ipsius et Floriacensia scholia intercederet (cf. praef. p. LXI): in eis quae sequuntur eius testimonia plerumque non adscripsi nisi ad scholia a Petro Daniele primum edita.

1 in qua hic liber] in hoc libro *AS* || 2 est] sumpta est *C* || 3 simplici *AS* (*corr. a*) simpli *H* || 4 theologorum *R*: theologiorum *H* theologicorum *ASCGM* || Aegyptiorum *om. G* || de his singulis huius libri] de singulis huius libri partibus *Sangallensis corrector* || 5 singuli *AHM* || pragmatica *C* pracmatica *G* || sane ... δάκρυ χέων *om. G* || 6 relinquerint *A* || 8 et Homerus etiam sic inchoavit] et homerus quem sequitur in odyssia sic coepit *C* et homerus quem sequitur in odissia etiam sic inchoauit *M* || inoboauit *H* || ωc φατaa κκaaωN *AS* ωc ΦΛΤΛΛΚΡΥΧΗΛωΝ *R* ωc εφατο Δaκκρυχετun *C* ωc φaτλaκρυχεωN *H* ωc φaτaaκριχεωN *M* || 9 *ad v. 1 haec duo scholia, a diversis scripta, habet Turonensis:* Classique] aut navi quam regebat aut navibus. Inmittit] id est relaxat ipsas habenas. et bene dixit habenas quae sunt navium et equorum. naves enim equis comparantur et vectores dicuntur qui utrisque vehuntur. || *scholium ad* CLASSIQVE INMITTIT HABENAS *adscriptum habent GCMl in marg., ediderunt Stephanus et Fabricius, om. RASLH* || nauibus suis aut suae naui *C*: nauibus suis siue naui *G* nauibus siue naui *M* nauibus seu naui *l. fortasse* navibus aut suae navi

classis dicitur, vel quod fiat de fustibus. calas enim dicebant maiores nostri fustes, quos portabant servi sequentes dominos ad proelium, unde etiam calones dicebantur. nam consuetudo erat militis Romani, ut ipse sibi arma portaret, ipse vallum: vallum autem dicebant calam, sicut Lucilius scinde calam, ut caleas, *id est, o puer, frange fustes et fac focum. inde ergo classem dictam dicunt. alii classem hinc magis dictam volunt: apud maiores nostros stipendium proelio terrestri miles pedester dabat, equites vero dabant in navali certamine; nam adhuc pauper fuerat populus. exinde iam quod ab equitibus dabatur stipendium, tractum est ut diceretur classis: proprie enim classes equitum dicimus.* CLASSI aut suae navi, quae classis, ut in primo ⟨39⟩ diximus, dicta est ἀπὸ τῶν κάλων, id est a lignis, unde Horatius me vel extremos Numidarum in agros classe releget, *cum de una loqueretur navi:* aut omnium quae eius cursum sequuntur; Palinuri enim implet officium, de quo supra ⟨V 834⟩ ait ad hunc alii cursum contendere iussi. INMITTIT HABENAS aut funes per metaphoram dixit, aut Homerum secutus est, qui ait vela erigi ἐνστρέπτοισι βοεῦσι, id est loris tortis; his enim utebantur antiqui.

2. ET TANDEM ad Aeneae desiderium retulit, olim ad Italiam venire cupientis. ceterum mora non congruit de Capreis Cumas

---

1 classis dicitur . . . classes equitum dicimus] exscr. Luct. Plac. ad Stat. Ach. I 444 (III 48 Lindenbr.) ‖ 5 Lucilius] ex libr. incert. v. 151 p. 153 Muell. ‖ 12 Horatius] carm. III 11, 47 ‖ 17 Homerum] Od. II 426

---

1 vel *om. C, fortasse recte* ‖ calas *Stephanus*: cales *CG* Kales *Ml* calos *Luct. Plac.* cala *Burmannus. cf. Loewe prodrom. p.* 322 ‖ 2 nostri *om. C* ‖ 3 colones *C* ‖ unde etiam . . . dicebant calam *post* fac focum *collocari vult L. Muellerus. secludi malim haec verba, quae ad corrigendum scholiastae praeceptum videntur adscripta esse.* ‖ 4 ipse uallum *CG Luct. Plac.*: et ipse uallum *Ml* et vallum *vulgo.* et calo vallum *L. Muellerus, sed cf. Marquardt Roem. Staatsverw.* II *p.* 406 *et* 413 ‖ uallum autem *C*: ualum autem *G* quod *Ml* ‖ kalam *l* ‖ 5 scinde puer calam *G. I. Vossius etymol. ling. Lat. p.* 139 ‖ kalam *l* ‖ ut caleas *Ml*: uel cadas *C* ṫ calas *G* ‖ id est *om. C* ‖ o *om. Luct. Plac.* ‖ 6 uocum *l* ‖ ergo] autem *Ml* ‖ alii magis hinc classem dictam volunt *Luct. Plac.* ‖ clasem *C* ‖ hinc magis *G*: magis hinc *l* magis *om. CM* ‖ 7 proelium terrestri *G* proelio equestri *l* ‖ 8 pedestar *G* terrestris *Ml* ‖ 9 erat *l* ‖ quod] quia *l* ‖ ab *om. Luct. Plac.* ‖ 10 dicerentur classes *Ml* ‖ equites *G* ‖ 11 CLASSI] CLASSIQVE *A* classique. in. m. h. *C* ‖ classis . . . a lignis *om. C* ‖ 12 αποιων καλων *A* αποιων καλον *H* αποιcαλων *M* ‖ unde] sicut *C* ‖ 13 me vel] mel *M* ‖ classa *A* ‖ cum de una loqueretur navi *om. RASLH, habent CMl* ‖ 14 secun[i]tur *ASC* ‖ 17 metaforan *RHM* ‖ qui ait uelaerigẹ εгcτρεπτοιcι βοεccι *C*: quia at tu aelaeregi εγ εг ρεπτγcγβοεcι *R* quia actuele rẹgi εγετρεντνcι boecii *A* qui agit αεʟ εregi εγετρεντνcι βοεcιι *S* qui ait uel eregie γετρηντγcι βοεcι *H* qui ait tactuaele regi. ρεττιτγcι boecii *M* qui ait *ἐντύναντο δ᾽ ἐρετμὰ τροποῖς ἐν δερματίνοισιν* (Od. IV 782) et *ἕλκον δ᾽ ἱστία λευκὰ ἐνστρέπτοισι βόεσσι D* ‖ 19 *ad* et tandem *in marg.* ad praeteritum retulit siue ad consuetudinem nautarum retulit quibus parua nauigatio diuturna uidetur aut tandem ad id tempus refertur ex quo troia nauigatum est *T* ‖ rettulit *C* ‖ 20 hora *ex* mora *C* ‖ gruit *H* ‖ caphereis *R* capraeis *CH*

usque, ad vicinitatem accedente favore Neptuni. *an 'tandem' ad consuetudinem navigantium retulit, quibus nulla non longa navigatio videtur? an 'tandem' ad id tempus refertur, ex quo Troia navigatum est?* EVBOICIS ORIS a colonia appellavit Cumas: nam Euboea insula est, in qua Chalcis civitas, de qua venerunt qui condiderunt civitatem in Campania, quam Cumas vocarunt vel ἀπὸ τῶν κυμάτων, vel a gravidae mulieris augurio, quae Graece ἔγκυος dicitur.

ADLABITVR venit celeriter, ut ⟨XI 588⟩ labere nympha polo.

3. PELAGO in pelagus: *sic dictum est*, ut ⟨V 451⟩ it clamor caelo. bene autem 'obvertunt', *non 'obvertit'*, ut non Aeneae, sed sociis vilia *et nautica* dentur officia. gubernandi ars soli Aeneae conceditur. DENTE TENACI unde in primo ⟨169⟩ unco non alligat anchora morsu.

4. ANCHORA ut supra ⟨I 169⟩ diximus, in Graeco aspirationem non habet, nam ἄγκυρα dicitur: unde et apud maiores sine aspiratione proferebatur. contra 'thus' et 'orchus' veteres dicebant et 'lurcho', id est vorax, quibus sequens aetas detraxit aspirationem.

5. *PRAETEXVNT praetegunt, ut* ⟨IV 500⟩ *praetexere funera sacris.* IVVENVM MANVS post conditam in Sicilia civitatem senum

---

15 ANCHORA in Graeco . . . proferebatur] exscr. Isid. or. XIX 2, 15 ‖ 16 contra thus . . . aspirationem] cf. Prob. cath. p. 10, 18 K.

---

1 us (ł que) ////// *S* ‖ ad vicinitatem . . . Neptuni] in tanta uicinitatem longa fuisse nauigationem praesertim accedente fauore Neptuni *G* ad tantam uicinitatem tam longam fuisse navigationem praesertim . . . Neptuni *Stephanus* ad uicinitatem tam longam fuisse navigationem praesertim . . . Neptuni *Fabricius* in tanta uicinitate longam fuisse navigationem praesertim . . . Neptuni *Daniel* ‖ ad *om. H* ‖ uinicitatem *H* ciuitatem *AM* (ał ciuitatem *in marg. S*) ‖ accedentem *ASHM* ‖ 2 retulit *om. G, ex Turonensi inserui* ‖ 3 id *T*: idem *G* ‖ 4 *scholium ad* EVBOICIS ORIS *adscriptum om. G* ‖ a] at *A* at (u) *S* ad *H* ‖ coloniam *AS* ‖ 5 calcis *ASH* calchis *C* chalchis *R* ‖ civitas est *vulgo* ‖ 6 quas *H* ‖ uocauerunt *R* ‖ apoton cymaton *C* ΑΠω ΤΟΝ ΚΥΜΑωΝ *H* ‖ 7 angurio (v) *A* augilio *H* ‖ ΕΝΚΙΟC *C* encyos *A* ΕΝ//////ΟC *R* (*duae litterae erasae*) aenixios *H* ΕΝCΥΟC *M* ‖ dicitur] y in u mutatam (*lege* mutata). alii dicunt cumas a mulieris pregnantis nomine quae calcidensibus fata canebat apellatas sed prolempsis est nante (ma) uenit aeneas ad italiam quam calcidenses *add. C. cf. quae in Turonensi ad v. 2 adscripta sunt* prolemsis est hoc loco quia antea venit ad italiam aeneas quam calcidiensis. ‖ 8 labero *G* labere *ex* labare *H* ‖ 9 PELAGO . . . bene autem *om. C* ‖ PELAGO] OBVERTVNT PELAGO PRORAS *G* ‖ in pelagus *om. G* ‖ it *om. G.* id *R* ‖ 10 non obvertit *hab. C* ‖ 11 et nautica *hab. C* ‖ gubernandi . . . conceditur] ars uero gubernandi soli tribuatur aeneae *GC* ‖ Aeneae *om. RH.* soli conceditur aeneae *M* ‖ 12 *scholium ad* DENTE TENACI *om. G* ‖ 13 hanchora *C* ‖ 14 ANCORA *G* ‖ ut supra diximus *om. GC* ‖ 15 nam *GC*: unde *RSHM* ‖ ancira *RG* ancyra *C* hanc ira *AS* anchira *H* hancira *M* ‖ unde] inde *GC* ‖ et *om. GC* ‖ 16 conferebatur *ASH* ‖ contractus *G* ‖ orcus *G* ‖ et lurcho id est vorax *om. GC* ‖ 17 lucho *AS* luco *H* ‖ 18 *scholium ad* PRAETEXVNT *hab. C* ‖ 19 *scholia ad* IVVENVM MANVS *et ad* ARDENS *om. G* ‖ MANVS] uel quod et (*lege* haec) aetas apta

aut nulla aut rara fit mentio. EMICAT *cur hoc verbum posuerit ex sequenti actu iuvenum advertendum est.* ARDENS festinans, ut ⟨I 423⟩ instant ardentes Tyrii.

6. LITVS IN HESPERIVM hic ostenditur Hesperiam minorem esse omnem Italiam, dictam, ut supra ⟨III 163⟩ diximus, vel a rege vel a stella. SEMINA FLAMMAE *Σπέρμα πυρὸς* Homerus dicit, *id est semen ignis.*

7. ABSTRVSA IN VENIS SILICIS in georgicis ⟨I 135⟩ et silicis venis abstrusum excuderet ignem: *abstrudere enim est de industria celare.* FERARVM TECTA epexegesis silvae.

8. FLVMINA MONSTRAT quaecumque fluenta. et sciendum monstrari Aeneae ad expiandum se: nam funestatus fuerat morte Palinuri, non quod eum viderat, sed quod funus agnoverat, id est doluerat; in eo enim est pollutio quod ait ⟨V 869⟩ casuque animum concussus amici, nam ipsa inpiant quae agnoscimus. unde in Livio ⟨II 8, 7⟩ habemus Horatium Pulvillum, cum Capitolium dedicare vellet, audisse ab inimico mortuum filium, et, ne pollutus dedicare non posset, respondisse, cadaver sit. hanc autem purgationem Aeneae polluto dat ubique Vergilius, ut paulo post ⟨635⟩ corpusque recenti spargit aqua.

9. AT PIVS AENEAS *oportune hoc loco,* quippe ad templa festinans. ARCES QVIBVS ALTVS APOLLO P. cum ubique arx Iovi detur, apud Cumas in arce Apollinis templum est. 'altus' autem vel magnus, ut ⟨X 737⟩ iacet altus Orodes et de ipso Apolline ⟨X 875⟩ sic pater ille deum faciat, sic altus Apollo: vel ad simulacri magnitudinem retulit, quod esse constat altissimum. *Coe-*

---

6 Homerus] Od. V 490. cf. Macrob. Sat. V 12, 3 || 15 unde in Livio e. q. s.] exscr. mythogr. III 6, 28 || 26 Coelius] p. 163, 5 ap. Peter.

---

sit ad praeparandum quae ad usum necessaria sunt uel *add. C* || 1 fit *om. H* || *scholium ad* EMICAT *hab. C* || exequenti *GC* || 2 ac tu *C* || 4 hic . . . vel a stella] hic ostenditur esse minorem hesperiam et omnem italiam hesperiam dictam e (*fort.* de) quo nomine plenus (*fort.* plenius) in libro primo aeneidos (530 *sqq.*) ilioneus loquitur. dictum est ut supra dictum uel a rege uel a stella *G* || hinc *M* || 5 dictam] hesperiam dictam *C* dicta *RH* || 6 stilla *C* || CITHPMAIYPOC *R* CПЕРМAIYPOS *A* CITNPMΛIYPOT *H* CПЕЄМAIYPOC *M* || 7 id est semen ignis *hab. C, edidit Stephanus* || 8 ABSTRVSAM VENIS. S. *A* || *ad* ABSTRVSA *in marg.* celata. abstrusum est proprie quod sic latet ut uideri non possit *T* || 9 abstrudere . . . celare *hab. C, edidit Stephanus* || 10 *scholia ad* FERARVM TECTA *et ad* FLVMINA *om. G* || 12 fuerat . . . agnoverat *om. H* || 15 nam *om. RASH* || ipsa enim piant *AS* || 16 pratium pauiuillum *R* pracium pauiuillum *AS* patium pauiuillum *H* horatium pauillum *M* || 17 audisset *ASH* || 18 respondisset *ASHM* || 22 ubique] alibi *G* || arcx *C* arec *G* || 23 in arte *A* (*corr. a*) || 24 ut iacet . . . faciat sic *om. A, in marg. suppl. a* || odores *RHMa* || 25 altus] ≡audus *H* || 26 fuisse constat *GC* constat esse *R* || *ad* altus Apollo *in marg.* ad simulacrum ligneum retulit 'altus', quod erat in eodem templo XV pedum altitudinis *T* || celius *G*

lius enim de Cumano Apolline ait ibi in fano signum Apollinis ligneum, altum non minus pedes XV: cuius meminisse putatur Vergilius.

10. QVIBVS PRAESIDET quibus praeest, quas defendit. HORRENDAE venerandae, ut ⟨VII 172⟩ horrendum silvis et r. p. PROCVL haud longe: procul enim est et quod prae oculis est, et quod porro ab oculis: unde duplicem habet significationem, *iuxta et longe.*

11. ANTRVM INMANE epexegesis domus Sibyllae. MENTEM ANIMVMQVE perissologia est: nam secundum Lucretium ⟨III 94⟩ unum est mens et animus.

12. DELIVS INSPIRAT VATES Apollo fatidicus. et sic ait 'Delius', ut ⟨IV 377⟩ nunc Lyciae sortes, id est Apollineae. bene autem Sibylla quid sit expressit 'magnam cui mentem animumque Delius inspirat vates': nam, ut supra ⟨III 445⟩ diximus, Sibylla dicta est quasi σιοῦ βουλή, id est dei sententia. Aeolici enim σιοὺς deos dicunt.

13. TRIVIAE LVCOS congrue Apollini Dianae iuncta sunt templa, ut et paulo post ⟨35⟩ Phoebi Triviaeque sacerdos. et bene fit lucorum Dianae commemoratio, quia petiturus est inferos. AVREA TECTA Apollinis scilicet.

14. DAEDALVS VT FAMA EST FVGIENS MINOIA REGNA *ubique de incertis dubitat, ut* ⟨III 578⟩ *fama est Enceladi. sane fabula de hoc talis est:* indicato a Sole adulterio Martis et Veneris Vulcanus minutissimis catenis lectulum cinxit, quibus Mars et Venus

---

6 PROCVL haud longe] cf. Don. ad Ter. hec. IV 3, 1 || 15 nam . . . dicunt] cf. Isid. or. VIII 8, 1 || 24 indicato a Sole e. q. s.] exscr. mythogr. I 43, II 121—126, Luct. Plac. ad Stat. Ach. I 192. cf. mythogr. III 11, 7. Isid. or. XIII 16, 8

---

1 cũmano *G* || ibi *scripsi*: τ (*i. e.* tibi) *G* (i supra) est *Daniel primus* || 4 QVIBVS . . . defendit] PRAESIDET praeest defendit *GC* || 5 *scholium ad* HORRENDAE *om. G* || ut *C*: et (v supra) *S* et *ARHM* || horrendum *C*: horrendum est *ARSHM* || 6 aut *G* haut *AC* || pro oculis *AS* proculis *H* || 7 iuxta et longe *hab. C* || 9 *scholium ad* MENTEM ANIMVMQVE *om. G* || 10 est] id est superflua doctrina *add. C* || lucretiam *H* || 11 animum *A* || animus] quamuis tamen pro sapientia mens accipitur et intellectu animus uero pro uoluntate ut terentius (*Andr.* I 1, 137) mala mens malus animus *add. D* || 12 uatidicus *AS* || et sic] sicut *G* sic *C* || 15 inspirat . . . dicta est] inspirat unam et s. d. ut syllaba dicta est *A* (inspirat u. nam ut supra diximus sibilla dicta est *a*) || nam . . . dicta est] unde et sybilla dicta est *S* || 16 siubulae *G* siu[s]bule *C* sios bulae *R* sios bule *AS* osbulat *H* cιoc bulę *M* || dei sententia *om. GC* (dī scientia *in marg. C*). sententia dei *S* || sius *G* sios *ex* sius *AC* sios *R* zιoc *M* || σιοὺς deos] sideos H || 18 *scholia ad v.* 13 *om. G* || apollini et dianae *M* || 21 appolloni *A* (appollinis *a*) || 23 subitat *G* || enceladis *G* || 25 cincxit *RA*

ignorantes inplicati sunt et cum ingenti turpitudine resoluti sub testimonio cunctorum deorum. quod factum Venus vehementer dolens stirpem omnem Solis persequi infandis amoribus coepit. igitur Pasiphae, Solis filia, Minois regis Cretae uxor, tauri amore flagravit et arte Daedali inclusa intra vaccam ligneam, saeptam corio iuvencae pulcherrimae, cum tauro concubuit, unde natus est Minotaurus, qui intra labyrinthum inclusus humanis carnibus vescebatur. sed Minos de Pasiphae habuit liberos plures, Androgeum Ariadnen Phaedram. sed Androgeus cum esset athleta fortissimus et superaret in agonibus cunctos apud Athenas, Atheniensibus et vicinis Megarensibus coniuratis occisus est. quod Minos dolens collectis navibus bella commovit et victis Atheniensibus poenam hanc statuit, ut singulis quibusque annis septem de filiis et septem de filiabus suis edendos Minotauro mitterent. *alii dicunt a Minoe in vindicta filii occisi, sicut dictum est, Iovem rogatum. qui cum Atheniensibus pestilentiam misisset, praeceptum oraculo est de septem filiis annuis ad Minotauri pastum dirigendis.* sed tertio anno Aegei filius Theseus missus est, potens tam virtute quam forma. qui cum ab Ariadne regis filia amatus fuisset, Daedali consilio *labyrinthi* filo iter rexit et necato Minotauro cum rapta Ariadne victor aufugit. quae cum omnia factione Daedali Minos deprehendisset effecta, eum cum Icaro filio servandum in labyrinthum trusit. sed Daedalus corruptis custodibus *vel, ut quidam tradunt, ab amicis* sub faciendi muneris specie, quo simulabat posse regem placari, ceram *et linum* accepit et pennas, et inde tam sibi quam filio alis inpositis evolavit.

---

1 impliciti *G* ‖ 2 testimonia *AS* (*corr. in utroque man. rec.*) ‖ 5 flagrabat *ASM mythogr. I* ‖ septem *AGRH* septam *CSMa* ‖ 7 laberintum *AGH* laberinthum *RM* labyrintum (o *supr.*) *C* ‖ 9 ariannem *A* ariadnem *RMa* ariennem *H* ‖ pedran *G* phedram *CS* fedram *ARM* fredram *H* ‖ 10 ab Atheniensibus *M et mythogr. I et II* ‖ 11 minos est dolens *A* ‖ 12 uinctis *G* ‖ 13 et septem de filiabus *om. C* ‖ 14 moene *G, corr. Daniel* ‖ 15 *fortasse* in vindictam ‖ Iovem *Hagenus*: iubem *G* Phoebum *Daniel. cf. Apollod.* III 15, 8. ‖ 16 immisisset *Masvicius* ‖ septenis *Daniel primus* ‖ 18 ab *om. ASH* (*supr. vers. suppl. as*) ‖ 19 arianne *AGH* (*corr. a*) riadne *C* ariadnae *R* ‖ ex Daedali consilio *Daniel* ‖ labirinthi *G* ‖ filio *G* filia *H* ‖ 20 iter rexit] τ̃ rc̄x *H* ‖ necato] innato *H* ‖ tauro (d *supr.*) *G* ‖ ariagne *C* arianne *AH* (*corr. a*) ‖ 21 actione *G* ‖ repperisset *C* repperisse *G* ‖ 22 cum *om. H* ‖ iacaro *G* itaro *H* ‖ filio *om. AS* ‖ labirintum *GH* labyrintum (o *supr.*) *C* labyrintum *A* laberinthum *RM* ‖ 24 simulabat se regem placare posse *GC* ‖ 25 accipit *G* accepit *ex* accipit *C* ‖ et *om. ASH* (*supr. vers. suppl. as*) ‖ pinnas *GH* pennas *ex* pinnas *C* ‖ et inde *Ra et mythogr. I*: et unde *A* ///unde *H* unde *GCSM* exinde *mythogr. II* ‖ las inpositas *A* (*corr. a*) alas impositas (i *supr.*) *S* ali//s inpositus (i *supr.*) *H* ‖ evolavit] et uolauit *G haec addens* per summam carceris (aeris *Daniel* aedis *Commelinus*) partem quae apud ueteres sine tecto erat cum filio (filo *Daniel*) uoluit (uolauit *Daniel primus*) ipse iuxta

Icarus altiora petens, *dum cupit caeli portionem cognoscere*, pennis solis calore resolutis, mari in quod cecidit nomen *Icarium* inposuit. Daedalus vero primo Sardiniam, ut dicit Sallustius, post delatus est Cumas, et templo Apollini condito *sacratisque ei alis* in foribus haec universa depinxit. dicendo autem Vergilius 'ut fama est' ostendit requirendam esse veritatem. nam Taurus notarius Minois fuit, quem Pasiphae amavit, cum quo in domo Daedali concubuit. et quia geminos peperit, unum de Minoe et alium de Tauro, enixa esse Minotaurum dicitur, quod et ipse paulo post ostendit dicens ⟨25⟩ mixtumque genus. sed inclusum Daedalum regina corruptis relaxavit custodibus. qui amisso in mari filio navi delatus est Cumas, quod *et* ipsum tangit dicens ⟨19⟩ remigium alarum: alae enim et volucrum sunt et navium, ut ⟨III 520⟩ velorum pandimus alas. *Phanodicus Deliacon Daedalum propter supradictas causas fugientem navem conscendisse et cum imminerent qui eum sequebantur, intendisse pallium ad adiuvandum ventos et sic evasisse: illos vero qui insequebantur reversos nuntiasse pinnis illum evasisse. Menecrates Daedalum occiso patruele fratre Cretam petisse dicit, Icarum filium eius ab Atticis pulsum dum patrem petit naufragio perisse, unde mari nomen. quidam hunc Daedalum, Eupalami filium, arte fabrili nobilem, occiso Perdice, sororis suae filio, quem solum habere metuebat aemulum artis suae — nam ab illo et usum serrae de osse interiore piscis et circinum propter nomen suum: nam aliquibus Circinus putatus est appellatus: vel, ut quidam, organum inventum tradunt — fugientem invidiam ad Minoem delatum Cretam Pasiphaes uxoris eius nefandi*

---

3 Sallustius] hist. II 4 ap. Dietsch., II 6 ap. Kritz. ‖ 20 quidam hunc Daedalum e. q. s.] cf. Hygin. fab. 39; Isid. XIX 19, 9; mythogr. III 7, 3

---

terram uolans: *quae a Servio, qui Daedalum cum Icaro filio in labyrintho inclusum esse narravit, aliena sunt* ‖ 1 icacaus *G* ‖ pinnis *GH* ‖ 2 solutis *R* ‖ quo *AS* (*corr. a*) ‖ icarum *G, corr. Daniel* ‖ inposuit] dedit *G* ‖ 4 sacratisque ei alis *hab. C* ‖ 6 nam . . . fuit] nam taurus familiaris uel notarius minois fuit uel ut alii dicunt magister militum minois quem pasiphe *e. q. s. D* ‖ 7 cum quo] quae cum quo *AS* ‖ cum *om. C* ‖ in domo *om. G* ‖ 8 et *ante* alium *om. GC* ‖ alterum *R* ‖ alium de Tauro] aliud e tauro *H* ‖ 9 et *om. H* ‖ 10 corruptis relaxauit regina *GC* ‖ 11 quiamisso *SM* quia misso *CR* quia misso *G* quia amisso *H* ‖ mare *G* mani *H* ‖ cumas] cum *G* ‖ 12 et *hab. C* ‖ remigium *G*: remigio *ARSCM* remio *H* ‖ 13 navium] uelorum *R* ‖ 14 Phanodicus Deliacon *Masvicius*: panoticos deleacon *F* pauoticos deleac̄ *G. cf. schol. Apollon. Rhod. p.* 316, 19 *et* 325, 34 *K.* ‖ supradictus causa *G* ‖ 15 inuenerent *G* ‖ 16 uenti *G. fort.* ventum ‖ 17 reuersus *G* ‖ dedalo *FG, corr. Daniel* ‖ 18 patruelle *F* ‖ 19 mare *FG, corr. Daniel* ‖ 20 hanc didalam *G* ‖ fabrile *G* ‖ 21 *fort.* occiso Talo, Perdicis sororis suae filio *cf. Preller griech. mythol.* II² *p.* 500 *adnot.* 3 ‖ 23 putatur esse appellatus *coni. Hagenus* ‖ 25 minoeum *G* ‖ pasiphae *F* passiphe *G*

stupri dolum fabricasse. MINOIA REGNA Cretam *scilicet, id est Minois saevitiam.*

15. PRAEPETIBVS PENNIS felicibus: praepetes enim sunt aves boni augurii, quod huic dat, quia pervenit. *PRAEPETIBVS PENNIS velocibus. praepetes autem dictae vel quod priora petant, vel summi volatus, vel quae praepetit volatum, vel quae secundum auspicium facit. et quidam praepetes tradunt non tantum aves dici quae prosperius praevolant, sed etiam locos quos capiunt, quod idonei felicesque sunt: unde bene Daedali pinnas praepetes, quia de locis, in quibus periculum metuebat, in loca tutiora pervenit.* AVSVS SE CREDERE CAELO quasi alienis sedibus. Horatius expertus vacuum Daedalus aëra pennis non homini datis.

16. INSVETVM hominibus scilicet. ENAVIT AD ARCTOS bene utrumque miscet: nare enim et de navibus dicimus, ut ⟨IV 398⟩ natat uncta carina item ⟨IV 613⟩ et terris adnare necesse est, et de volatu, ut nare per aestatem liquidam suspexeris agmen. 'ad arctos' autem, si ad fabulam, contra septemtrionem, *ut quidam volunt propter fervorem solis et ceratas pinnas*, si ad veritatem, ad septemtrionis observationem, *quod navigantibus convenit.*

17. CHALCIDICAQVE quam civitatem Chalcidenses condiderunt, ut supra ⟨2⟩ ab insula Cumas civitatem nominavit. *nunc a civitate dedit epitheton.*

---

5 vel summi volatus] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IX 122 || 7 et quidam . . . pervenit] cf. Gell. VII 6, 8 || 11 Horatius] carm. I 3, 34 || 16 nare] georg. IV 59

---

1 *scholia ad* MINOIA REGNA *et ad vv.* 15—21 *om. G* || *ad* MINOIA REGNA *in marg.* siue cretam siue minois seuitiam *T* || id est e minois saeuitia *F* || 3 *ad* PRAEPETIBVS *in marg.* uelocibus uel felicibus et non tantum praepetes dicuntur ipsae aues sed etiam ipsa loca quae capiunt suo uolatu et ideo praepetes istius alae quia de locis in quibus periculum timebat ad tutiora peruenit *T* || PRAEPETIBVS PENNIS uel uelocibus uel felicibus quod huic dat qui peruenit praepetes autem . . . in loca tutiora peruenit praepetes enim sunt aues boni augurii quod huic dat quia peruenit *F* || PINNIS *CH* || felicibus] uelocibus *AS* uel [u]elocibus uel felicibus *C* || 4 pervenit] feliciter quo cupiebat *add.* D || 5 vel summi . . . volatum] *fortasse* vel quod summi volatus sint. vel praepes quae praepetit volatu *cf. Serv. ad Aen.* III 361 *et Fest. Pauli s. v. praepetes aves* || 6 quae *Masvicius*: qui *F* || 8 quod *Daniel*: quos *F* || 9 *fortasse* praepetes dicit || 11 sedibus] rebus *F* || expertus] expertum *ASH* || expertus vacuum] expercussa cuum *C* || aere *AS* aerea *M* || 12 pinnis *CH* || homi *H* || 14 miscet utrumque *C et Daniel* || 15 et] ac *Vergilius* || 16 nature *A* mare *H* || liquadam *R* (*corr. ead. man.*) || 18 ceratis *F, corr. Daniel* || 19 ad *ante* septemtrionis *om. ARSH Stephanus* || obseruationem *ex* obseruationes *A,* obseruatione *ex* obseruationem *S* observatione *Stephanus* || observationem] cuius ductu nautae naues regunt *add. D* || 20 CALCIDICAQVE *ARSHM* || calcidenses *ASHM* calchidenses *R* || 21 ut] et *C et Daniel* || ab insula *R*: insula *ASH* (ab insula *as*) insulam *M* de insula *C et Daniel* || Cumas . . . nominavit *om. CD et Daniel* || cuma *A* (cumas *a*) cumam *S* || ciuitate *H* || nominauit ciuitatem *R* || nunc a ciuitate dedit epitheton *hab.*

18. REDDITVS HIS PRIMVM TERRIS quasi de alieno elemento *in suum.* Horatius finibus Atticis reddas incolumem precor.

19. REMIGIVM ALARVM artem volandi. et iterum miscet dicendo 'remigium', quod est navis. *Aeschylus.* POSVIT exaedificavit.

20. LETVM ANDROGEO secundum Atticam linguam genetivus singularis Graecus est, *cum ipse alibi* ⟨II 392⟩ *Androgei galeam. quidam tamen hic subaudiunt 'posuit', id est pinxit, ut Horatius qualis Parrhasius prodidit aut Scopas, sollers nunc hominem ponere nunc deum, hic saxo, liquidis ille coloribus. sane non nulli hunc Androgeum non ita, quemadmodum supra dictum est, insidiis occisum, sed a Marathonio tauro, qui flammas vomere dicebatur, conflagratum tradunt.*

21. CECROPIDAE IVSSI Athenienses a rege Cecrope. 'pendere' autem solvere, quod ut supra ⟨I 136⟩ diximus, tractum est a pecuniaria damnatione. MISERVM dolentis interiectio, ac si diceret 'nefas'. *et quid est 'miserum' subiunxit dicens 'septena quotannis corpora natorum'.* SEPTENA QVOTANNIS *quidam septem pueros et septem puellas accipi volunt, quod et Plato dicit in Phaedone* ⟨1⟩ *et Sappho in lyricis et Bacchylides in dithyrambis et Euripides in Hercule* ⟨1326⟩, *quos liberavit secum Theseus, quorum haec nomina feruntur* † *hippoforbas et libi idest arcadis antimachus euandri mnesteus sumiani phidocus ramuntis demolion cydani puriesion celei puellae haec peribea alcatim medippe pyrii iesione celei andromache eurimedontis seupymedusa polixeni europe laodicit milita triaconi.*

22. CORPORA NATORVM bene 'corpora', quae adempta vita consumebantur, *ut super orbitatem parentibus ne sepelire quidem liberos*

---

2 Horatius] carm. I 3, 6 || 7 Horatius] carm. IV 8, 6

CD. Chalcis enim ciuitas est euboeae *add. D. haud scio an Cassellani memoria a Servii manu propius absit quam RSHM* || 2 incollumem *A* incolonem *H* || 3 et iterum . . . est navis *om. ARH* || et *om. M* || 4 nauis est *M* || aescylus *F. cf. Agamemn.* 52 || 5 ANDROGEI *C* || 7 qualis] quas aut *Horatii libri* || 8 protulit *Horatii libri* || Scopas hic saxo . . . coloribus sollers . . . deum *Horatiani libri* || 13 Athenienses *om. R* || Cecrope] ut romulidae id est romani a romulo *add. D* || 14 tractatum *R* || ab pecunuaria *H* || 15 dampnatione *R* || *ad* miserum *supr. vers.* quidam miserorum accipiunt *T* || dolentis] solertis *H* | 16 nefas] ut (VIII 688) sequiturque nefas Aegyptia coniunx *add. Fabricius* || quodannis *F* || 18 saffo *F* || 19 bacchilides *F* || 20 theseos *F* || 21 hippoforbas *e. q. s.*] *dedi quae F exhibet. fort.* Hippophorbas Alypi *vel* Eurybii, Idas Arcadis, Antimachus Euandri, Menestheus Sunius, Amphidocus Rhamnusius, Demoleon Cydonis, Porphyrion Celei: puellae haec Periboea Alcathoi, Melanippe Pyrrhi, Hesione Celei, Andromache Eurymedontis, Eurymedusa Polyxeni, Europe Laodici, Melite Tricorythi *vel* Tricoroni *vel* Tricoloni. *cf. Bergkius poet. lyr. gr. edit.* III *p.* 920 *et* 1231, *qui erravit cum nomina a Vergiliano scholiasta commemorata eadem in Clytiae pictoris vasculo inscripta esse dixit. cf. Iahn Beschreib. d. Vasensamml. Koenig Ludwigs. Einl. p.* CLV || 25 non sumebantur *A* (*corr. a*)

licuisset: magna ergo periphrasi dictum est. STAT aut horret, ut ⟨300⟩ stant lumina flamma; *aut plena est, ut* ⟨XII 407⟩ *pulvere caelum stare vident;* aut re vera stat post ductas sortes; aut certe ad picturam respexit: nam volvi in pictura non poterat *urna.* et licet non sit urnae stare, de pictura tamen bene dictum est. sed si 'stat' horret acceperimus, 'ductis sortibus' intellegimus 'de qua ducebantur', ut ⟨I 121⟩ et qua vectus Abas. nam a passivo, ut saepe diximus, inveniri non poterit participium praesens. *proprie autem 'ductis sortibus': Sallustius sorte ductos fusti necat.*

23. ELATA MARI perite *dixit, eminens est enim. et bene* situm expressit; ut enim Sallustius dicit, Creta altior est qua parte spectat orientem. RESPONDET aspicitur: nam contra Athenas est posita.

24. *SVPPOSTAQVE FVRTO hoc est furtim inclusa in vaccam ligneam, quae erat operta eius vaccae corio, quam maxime taurus adpetebat.* FVRTO adulterio, ut Vulcani Martisque dolos et dulcia furta. potest *autem, sicut dictum est,* et ad vaccam referri, *cuius specie tauro furata sit coitum.*

25. MIXTVMQVE GENVS secundum veritatem. PROLESQVE BIFORMIS secundum fabulam.

26. VENERIS MONVMENTA NEFANDAE aut memoria turpissimi coitus, aut ultio Veneris *a Sole* proditae. significat autem Minotaurum.

27. INEXTRICABILIS insolubilis, indeprehensibilis: Horatius si pugnat extricata densis cerva plagis. si 'extricata' est soluta, 'inextricata' insoluta sine dubio.

28. REGINAE regis filiae, Ariadnes.

31. OPERE IN TANTO in foribus adfabre factis.

---

9 Sallustius] hist. IV 5 ap. Dietsch., IV 27 ap. Kritz. ‖ 11 Sallustius] hist. III 58 ap. Dietsch., III 61 ap. Kritz. ‖ 15 FVRTO adulterio] cf. Don. ad Ter. eun. IV 7, 39 ‖ Vulcani] georg. IV 346 ‖ 23 Horatius] carm. III 5, 31

---

2 stat *A* (*corr. a*) ‖ flammae *CM* flamme *G* ‖ 4 picturas *R* ‖ solui *G* ‖ 5 urna *hab. C* ‖ et licet non sit] et licet non poterat et licet non sit *G* ‖ de pictura tamen bene dictum est sed si stat *om. A, in marg. inf. suppl. a* ‖ 8 potest *FGCM* ‖ 9 sorte *Daniel:* sortes *FG* ‖ sustinecat *G* ‖ 10 *scholia ad v.* 23 *om. G* ‖ 11 qua parte] ea parte qua *R* ‖ 12 aspicit *M* ‖ 13 furtum *G* ‖ 14 adpetebat aut furto *F* appetabat aut furto *G* ‖ 15 adulterio] auadulterio *ex* autdulterio *C. cf. praef. p.* XLIX *sq.* ‖ matrisque *A* ‖ 16 sicut] sic *G* ‖ et *om. R* ‖ 17 furta *G* ‖ sit *om. G* ‖ 18 *scholia ad v.* 25—27 *om. G* ‖ veritatem] quia duos peperit unum ex tauro alterum ex minoe *add. D* ‖ 19 fabulam] quia uiro mixtus esset taurus *add. D* ‖ 20 MONIMENTA *A* monurmenta *H* monimenta *ex* monumenta *M* ‖ memoriam *H* ‖ 21 a Sole *hab. C* ‖ 23 INEXTRICABILES *A* ‖ insolubiles *A* (*corr. a*) ‖ indeprehensibilis *FCM:* inreprehensibilis *ASH* ‖ incomprehensibilis *R* ‖ sic pugnat *ARH* ‖ 25 insolata *F* insoluta est *a* ‖ 26 ariadnis *M* ‖ 27 afabre *RMa* a fabris *AS*

33. BIS PATRIAE CECIDERE MANVS *ideo* quia patriae. QVIN PROTINVS OMNEM ostendit plura fuisse, quam dixit, *depicta.*

34. PERLEGERENT *perspectarent,* scilicet picturam. nec incongrue legi picturam dixit, cum graece *γράψαι* et pingere dicatur et scribere. hoc est quod ait Horatius in arte poetica ⟨52⟩ et nova fictaque nuper habebunt verba fidem, si Graeco fonte cadant, parce detorta. PRAEMISSVS ACHATES *κατὰ τὸ σιωπώμενον* intellegimus, *id est secundum taciturnitatem.*

36. DEIPHOBE GLAVCI subaudi 'filia'. et est proprium nomen Sibyllae. multae autem fuerunt, ut supra ⟨III 445⟩ diximus, quas omnes Varro commemorat et requirit a qua sint fata Romana conscripta. et multi, sequentes Vergilium, ab hac Cumana dicunt: quae licet longaeva legatur, non tamen valde congruit eam usque ad Tarquinii tempora durasse, cui Sibyllinos libros constat oblatos. ducitur tamen Varro, ut Erythraeam credat scripsisse, quia post incensum Apollinis templum, in quo fuerant, apud Erythram insulam ipsa inventa sunt carmina.

37. NON HOC ISTA SIBI TEMPVS SPECTACVLA POSCIT et supra ⟨IV 143⟩ diximus Apollinem sex mensibus apud Lycios et sex apud Delum dedisse responsa. item lectum est deos aliquotiens *tantum* kalendis, aliquotiens tantum idibus vaticinari; nonnumquam diei vel prima *vel media* vel postrema parte, unde est in iure fissus dies, id

---

1 BIS . . . patriae] Bis patriae pro paternae quia patriae *M, ut post* paternae *supr. vers.* X *signum positum sit, quo in margine iterato recentior manus* Cecidere manus *adiecit.* ‖ ideo *hab. C* ‖ patriae] ex affectu et paterna pietate *add. D* ‖ *scholium ad* QVIN P. O. *om. G* ‖ 2 OMNIA *C* ‖ quam] quia *AS* ‖ depicta *hab. CM* ‖ 3 scilicet et picturam *G* picturam scilicet *R* scilicet *om. ASH* ‖ nec incongrue . . . scribere] nec incongrue dictum legerent nam graece crapse (grapse *C*) et scribere significat et pingere *FGC* ‖ nec incongrue legi *om. S* ‖ 4 ΓΡΑΥ *ex* ΓΡΑΦ *R* ΓΡΑΥΑΙ *H* ‖ pinguere *H* ‖ 7 cadat *ARSH* ‖ porte detorta *FG* parcetorta *C* parge detorta *ARS* parge et torta *H* ‖ *scholium ad* PRAEMISSVS A. *om. G* ‖ *ad* NI I. P. A. *in marg.* ostenditur achates praemissus fuisse ab aenea ad sybillam *T* ‖ 8 id est secundum taciturnitatem *hab. C.* id est taciturnitatem *post κατὰ τὸ σιωπώμενον edidit Stephanus* ‖ 9 DEIPHEBE *A* ‖ subaudis *FGCMas* ‖ filiae *FG* ‖ 10 syllabae *C* ‖ fuerant *FG* ‖ 11 Varro in libris rerum divinarum commemorat *Fabricius* ‖ commemorant *FG* (commemoravit *coni. Hagenus*) ‖ requiritur (sibilla) *S* ‖ sint fata *ex* sunt facta *S* ‖ 12 ob hoc cumanam *FG* ab hac cumana *C* ‖ cumina *H* ‖ dicunt ut quae *FG* ‖ 13 scilicet *A* ‖ tamen non *FGC* ‖ usque] hucusque *A* ‖ 14 tarquim *G* tranquini *H* ‖ 14 sibillanos *G* ‖ 15 dicitur *ex* ducitur *C* dicitur *A* dicit ///// *S* dicit *M* (dicit tamen Varro Erythraeam creditam scripsisse *Fabricius*) ‖ tamen] enim *AS* ‖ erytheam *FGC* (sibillam *supr. vers. add. C*) aerithriam *R* aeryciam *AS* erytryam *H* erytriam *M* ‖ credam *ASH* ‖ 16 fuerunt *C* ‖ erythream *F* erytheam *G* erytham *C* erytram *R* aerytiam *A* aeryciam *S* eritram *H* aerytriam *M* (ut supra diximus *add. ASM*) ‖ 18 *scholium ad v.* 37 *om. G* ‖ et] ut *C* ‖ 19 lysios *A* (*corr. a*) ‖ 20 delon *H* ‖ tantum *ante* kalendis *hab. C* ‖ 21 tantum *ante* idibus *om. RH* ‖ idibus] sodibus *F* ‖ diei] enei *F* ‖ diei . . . parte] dei uel prima ut diei postrema parte *A* ‖ uel prima diei *R* uel prima dei *H* ‖ 22 vel media *hab. CM* ‖ fessus *F* fusus *C*

est non totus religiosus: quem nunc ostendit dicens non oportere Aenean religiosam diei partem perdere, id est oraculis congruam. sane sciendum 'poscit' lectionem esse meliorem: tempus enim poscit spectacula, non a spectaculis poscitur.

38. NVNC GREGE DE INTACTO gregem pro armento posuit, nam de iuvencis dicturus est: quae per poeticam licentiam saepe confundit. illo loco proprie posuit ⟨VII 538⟩ quinque greges illi balantum quina redibant armenta. 'intacto' autem indomito, ut et intacta totidem cervice iuvencas.

39. LECTAS DE MORE BIDENTES 'de more' antiquo scilicet, quem praetermisit quasi tunc omnibus notum, id est ne habeant caudam aculeatam, ne linguam nigram, ne aurem fissam: quod docet aliud esse intactum, aliud lectum. 'bidentes' autem, ut diximus *supra* ⟨IV 57⟩, oves sunt circa bimatum, habentes duos dentes eminentiores: quae erant aptae sacrificiis.

42. EXCISVM] * *deest 'est'* * EVBOICAE RVPIS LATVS hoc est montis Cumani, quem Euboici habitaverunt: est autem acyrologia: coloniae enim epitheton rei dedit inmobili. IN ANTRVM in antri similitudinem, ut ⟨III 533⟩ portus ab euroo fluctu curvatus in arcum.

43. QVO LATI DVCVNT ADITVS CENTVM OSTIA CENTVM non sine causa et aditus dixit et ostia: nam Vitruvius qui de architectonica scripsit, ostium dicit per quod ab aliquo arcemur ingressu, ab

---

8 'intacto' indomito . . . iuvencas] cf. Macrob. Sat. III 5, 5 || 9 et intacta] georg. IV 540 || 22 Vitruvius] falso Servius 'ostium. . .ingredimur' Vitruvio tribuit.

---

1 non totus] noti toti *H* || quem *om.* *ARSH* || dicens] dies *S* || 3 'poscit'] possit *R* poscit spectacula *M* || 4 a spectaculis] expectaculis *H* || 5 posuit *ex* possunt *A* || 6 est *om.* *A* || quae] sed haec *FGC* || 9 et *om.* *FGCAS* || intactas *AS* || 10 *scholium ad v.* 39 *om.* *G* || 11 id *om.* *H* || caudem *H* || 12 aculeatam *RHM*: aculatam[e] *C* maculatam *AFS* || ne aurem fissam ne linguam nigram *FC* || auram fissa *H* || quod docet *RAS*: quo docet *F* per quod docet *CM* quod docetur *H* || aliud esse intactum *om.* *C* || 13 intecto *H* || bibentes *H* || supra *hab.* *C* || 14 dentes *om.* *R* || eminatiores *H* || 15 actae *H* || 16 EVBOICAE R. L. deest est hoc est *e. q. s.* *FG* || 17 Cumani] qumani *H* cũ antiq;tatem *addens* || euboici *ex* euoci *C* euboci *H* || cyrologia *C* acirologia *M* || 18 rei *om.* *H* || *scholium ad* IN ANTRVM *om.* *G* || in similitudinem antri *RH* || 19 ob euroo fluctus *S* ab euroo luctus *H* | 21 QVA *G* QVO/// *H* || DVCT. *R* DICONT *H* || A. C. O. C. *R* ADITVS/// O. C. *A* ADITVS C. O. C. *HM* OSTIA CENTVM *om.* *FGCS* || 22 dixit *om.* *FG* || hostia *RG* hostia *A* || uetruuius *FG* uetru[v]ius *C* uetrubius *ASH* betruuius *M* || de *om.* *FGC* || architectonia *FG* arcitectonica *A* (arcetectonica *a*) arc[h]itectonica *S* arcipectonica *H* architecto[c]nia *M* || 23 scribsit *C* || ostium dicit . . . ingredimur] cum ab alquo (alico *H*) arcemur ingressu id hostium (ostium *H*) dici (dicit *H*) ab hostando (ustando *H*) cum ingredimur aditum ab adeundo *RH* || ostium dicit . . . dictum] ait ostium ab obstando dictum per quod ab aliquo arcemur ingressu *M* || aliquo] aquilo *G*

obstando dictum, aditum ab adeundo, per quem ingredimur. OSTIA CENTVM finitus numerus pro infinito *est*, licet possit et rationabiliter dictum esse: responsa enim Sibyllae in hoc loco plus minus centum sermonum sunt. inveniuntur tamen Apollinis logia et viginti quinque et trium sermonum: unde melius est finitum pro infinito accipi.

44. TOTIDEM VOCES ac si diceret, et tot sermones.

46. DEVS ECCE DEVS vicinitate templi iam adflata est numine: nam furentis verba sunt deum velle ostendere, qui ipsi tantum videtur. sane cauti *satis* esse debemus, quando plena sit numine et quando deum deponat: de Miseno enim ⟨149⟩ post vaticinationem dictura est.

47. NON COLOR VNVS idem Lucanus ⟨V 214⟩ stat numquam facies.

48. COMPTAE COMAE antehac scilicet: nam propter sacra resolutae sunt, ut ⟨III 370⟩ vittasque resolvit sacrati capitis.

49. MAIORQVE VIDERI videbatur, sicut solebat in vaticinantibus apparere numinis praesentia: quod humanis inludebat aspectibus. unde ait 'maiorque videri'; non enim erat re vera.

50. NEC MORTALE SONANS alia enim numinum vox est, ut ⟨I 328⟩ nec vox hominem sonat, item ⟨V 649⟩ vocisve sonus vel gressus euntis. ADFLATA EST NVMINE nondum deo plena, sed adflata vicinitate numinis. QVANDO siquidem: nam coniunctio est, non adverbium.

51. CESSAS IN VOTA tardus es ad vota facienda: nam si dixeris 'cessas in votis', hoc significat, tardus es dum vota facis. aliud

---

1 aditum . . . ingredimur] cf. Isid. or. XV 7, 1; diff. verb. 32 || 12 ad v. 47 cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. X 161

---

1 obstando *C*: ostiando *F* hostiando *G* ostando *A* ostando (b *superscr.*) *S* || per quem *AS*: per quam *FG* per quod *C* || *scholia ad* OSTIA C. *et ad v.* 44—47 *om. G* || 2 et possit *FC* || 4 sermonibus *S et A, ut videtur.* (sermonum sunt *a*) || sunt *om. S* || inuenitur (un *superscr.*) *S* || logia *C*: lo///gia *F* logię *AS* (elogiae *a*) elogia *RHM* || et *ante* viginti *om. AS* || viginti quinque] uixxv *H* || 5 finitum] infinitum *H* || 6 et *om. CRM* || 8 furentis] futurantis *H* || deum *om. H* || 10 de Miseno] non *RH* || uaticinatio *H* || 12 idem Lucanus *ACHM*: id est idem lucanus *F* id est lucanus (quod *superscr.*) ait *S* (quod *add. man. recentior*) item lucanus *R* || 14 antehanc *FG* ante *AS* (antehac *a*) anteac *H* || 15 ut *om. G* || uitasque *FGC* uitesque *H* || resoluit *om. F* || sacri *R* || 16 *scholium ad v.* 49 *om. G* || in uaticinatione *FC* || 17 numinis . . . maiorque videri *om. HM* (*in marg. add. m*) || numinis praesentia] per numinis praesentiam *FC* numinis in praesentia *m* || humanos illudebat aspectus *R* || illudebant *Am* || 19 numinis uox *FG* uox luminum *H* uox numinum *M* || 21 *scholia ad* ADFLATA E. N. *et ad* QVANDO *et ad v.* 51 *om. G* || 21 nondum] non *FC* || 22 numine *R* || 23 non adverbium] nec dubium aduerbium *F* || 24 VOTA] p. que *add. C* || nam si . . . vota numinibus *om. H* || dixerunt *R* dixerit *vulgo* || 25 es *om. AS* || vota *om. ASR* || aliud enim est *M*

est 'cessas in illam rem', aliud 'cessas in illa re': tardus es ad faciendam rem et tardus es in facienda re. figurate autem dixit 'cessas' circa promittenda vota numinibus.

52. TROS principale pro derivativo, pro 'Troius'. ANTE DEHISCENT trahit hoc de matris deum templo, quod non manu, sed precibus aperiebatur.

53. ATTONITAE stupendae, non stupentis: ergo 'attonitae' facientis attonitos, ut 'mors pallida', 'tristis senecta'. ORA DOMVS quia supra ⟨44⟩ ait unde ruunt totidem voces responsa Sibyllae.

54. PER DVRA CVCVRRIT OSSA TREMOR religionis est et divinae reverentiae: alibi ⟨III 372⟩ ipse manu multo suspensam numine ducit.

55. PECTORE AB IMO a mentis intimo: nec inmerito; nam illa re divinitas flectitur, quae est nobis cum divinitate communis, id est sensu.

56. PHOEBE GRAVES TROIAE SEMPER MISERATE LABORES secundum Homerum, qui eum dicit semper Troiae propugnatorem fuisse. et bene *ait* 'miserate', quia Troia defendi non potuit: ideo non dixit, qui defendisti, sed miseratus es.

57. DARDANA QVI PARIDIS Achilles, a matre tinctus in Stygem paludem, toto corpore invulnerabilis fuit, excepta parte qua tentus est. qui cum amatam Polyxenam ut in templo acciperet statuisset, insidiis Paridis post simulacrum latentis occisus est: unde fingitur quod tenente Apolline Paris direxerit tela. et bene *ait* 'direxti', quasi ad solum vulnerabilem locum. 'Dardana' autem ideo, ut non adultero, sed genti praestitisse videatur. TELA MANVSQVE vel

---

21 Achilles e. q. s.] exscr. mythogr. I 36; III 11, 24; Luct. Plac. ad Stat. Ach. I 134. cf. mythogr. II 205 sq.

---

1 aliud] et aliud *ASR* || 2 faciendum *A* || autem *om. SR* || 3 cessa *F* || circa *om. R* || 4 pro *ante* derivativo *om. R* || diriuatiuo *A* diriuatitio *R* duriatio *H* || pro *ante* Troius *om. FGC* || 5 trahit hoc] tractum est *M* || trahit *om. FGC* || manus *G* || 7 stupentes *FGR* stupemtes *C* || facientes *C* || 8 senectus *FGC* || *scholium ad* ORA D. *om. G* || 9 totidem . . . reverentiae *om. R* || 11 et] ut *C* non *FG* || 12 manum *GASH* || multo *om. R* || suspensum *A* || 14 *schol. ad v.* 55 *om. G* || a *om. FC* || 15 diuinitatis *F* || 20 qui *om. M* || ei *H* est *M* || 21 in stige palude *F* in styge palude *GC* || 22 corpore] corde *R* || fuit *om. H* || tentus] tus *G* || tentus est] manu matris. unde Statius (*Ach.* I 269) si te stygos amne seuero armaui totumque utinam *add. D*, manu matris *edidit Stephanus* || 23 Polyxenam in templo accipere *mythogr. I* || statuisset *RASHM mythographus I et III*: sacrificaret *FGG* || 25 te$^{.d}$nente *S* || tenente arcum *D* || direxerit] duxerit *F* duxeris *G* dixerit *A* (*corr. a*) dixererat *H* || direxti *H*: directi *R* direxisti *ASMh* direxit *FG* direx^{i}t *C* || 26 ut *om. A* (*supr. vers. add. a*) || 27 adulteros *FG* || *scholium ad* TELA MANVSQVE *om. G*

quia aliud sine alio esse non potest, vel hoc dicit: et artem per tela, ut nosset quid feriret, et virtutem per manus dedisti, ut eius fata compleret.

58. MAGNAS OBEVNTIA TERRAS TOT MARIA INTRÁVI terras cingentia. Oceanus quidem ambit omnes terras: et licet iste per ea maria navigaverit quae terris cinguntur, tamen non dixit inproprie, cum de Oceano ista nascantur.

59. TOT MARIA dicendo 'maria' partem eum maris navigasse significat, non totum mare: mare enim elementum est totum, maria vero partes maris, sicut *et* terrae partes sunt, terra vero totum elementum *est*. PENITVSQVE REPOSTAS longe remotas, avias.

60. MASSYLVM GENTES Massyli sunt Mauri: unde speciem pro genere posuit; nam Aeneas ad Africam venit, cuius partem constat esse Massyliam. mediterranea est pars Mauretaniae: unde a parte totum accipere debemus. PRAETENTAQVE SYRTIBVS ARVA circumfusa: incerta enim sunt illic maria et terrae: unde *ait* Lucanus ⟨IX 308⟩ a e q u o r a f r a c t a v a d i s a b r u p t a q u e t e r r a p r o f u n d o.

61. PRENDIMVS quippe fugientem Italiam.

62. HAC TROIANA TENVS hactenus, hucusque, id est hic sit finis. nam tenus proprie est extrema pars arcus, ut Plautus ostendit: unde tractum est, ut 'hactenus' hucusque significet. TROIANA FORTVNA a praeiudicio, id est mala, *adversa*. et dicit iniquum esse, ut Troianam fortunam patiantur in Italia.

---

9 mare enim . . . elementum] exscr. Isid. diff. verb. 375 || 16 incerta . . . terrae] cf. comm. Luc. IX 308 || 20 Plautus] Bacchid. IV 6, 23

---

1 aliud] interdum *F* || alio] aliud *H* || arcem *R* || per tela] nosse et *add. F* nosse *add. M* || 2 telam *H* || dedi *R* || eius] Achillis *Masvicius* || 3 fata] uota *FC* || compleres *F* conpleres *C* || 4 terras circumeuntia cingentia *F* || 5 quidem] enim *M* || ambit quidem *R* || omnes ambit *M* || 6 nauigauerat *H* || 7 cum] si *FG* || nascuntur *RCM* (*corr. m*) noscuntur *H* || 8 partes *FGC* parte *R* || 9 non tolum mare *om. FGC* totum. maria uero . . . avias *om. G* || 10 et *hab. C* || 11 semotas *ASM* || 12 MASSYLLVM *A* MASILVM *H* || GENTES *M* || massylli *AS* (massyli *s*) massili *F* masili *H* || 14 maxiliam *F* maxillam *G* maxyliam *C* massyliam massilia *AS* masiliam *H* massiliam *M* || mediterraneum *FG* mediterraneam *C* mediterrenea enim *R* meditterrena *H* *fortasse* mediterranea autem || est pars Mauretaniae *om. FGC* || mauritaniae *a* || 15 de//////beamus *M* (*quinque litterae radendo deletae sunt*) || debemus] praesertim cum media longa sit. nam massilia media brevi ciuitas est galliae. unde lucanus (III 360) massiliam delere uacat *add. D* || *scholia ad* PRAETENTAQVE S. A. *et ad* PRENDIMVS *om. G* || PRAETENTAS *C* || ARVA *om. CH* || 16 certa *AS* (*corr. a*) || sunt *om. A* (*supr. vers. add. a*) || illic sunt maria *FC* illic maria sunt *M* || ait *hab. CM* || 17 facta *ARS* || abrūptaque *F* abruotaque *H* || terra *om. C* || 18 fugientem Italiam] fugientes malitiam *AS* fugientes militiam *H* || 19 TENVS . . . TROIANA *om. H* || TROIA *A* || hactenus *om. FG* || 20 temus *C* || 21 ostendit] ita intendi tenus in Bacchid. *add. Fabricius* || TROIANA FORTVNA] troiana autem fortuna ideo *FG* troiana ideo *C* || 22 didicit *S* || 23 patiamur *ex* patian *C* patiuntur *H* (*corr. h*) || in italiam *A*

63. FAS EST PARCERE GENTI quia se victam fatetur.

64. QVIBVS OBSTITIT ILIVM Ganymedes enim Hebae obfuit, Paris Minervae et Iunoni. quod autem, cum dixerit 'dique deaeque omnes', dearum tantum reperimus exempla, non mirum est, cum supra ⟨II 632⟩ dixerimus ἀρσενοθήλεις esse omnes deos. possumus ergo *et* per unam rem utrumque intellegere, licet dicatur etiam Neptuno obfuisse Troia ex denegatione mercedum. novimus praeterea esse morem poeticum, ut duabus propositis rebus uni respondeant, ut navita tum stellis numeros et nomina fecit Pleiadas, Hyadas claramque Lycaonis Arcton: nam suppresso numero dixit nomina.

66. PRAESCIA VENTVRI absolutum est, rerum venturarum. DA dic, ut qui sit da, Tityre, nobis: unde est contra ⟨II 65⟩ accipe nunc Danaum insidias: non enim praestare aliquid poterat, sed indicare futura. NON INDEBITA POSCO REGNA MEIS FATIS deest 'si'. est autem εἱρμὸς, id est longissimum hyperbaton: Phoebe et vos dii deaeque, tuque o vates da, id est dic, Latio Teucros considere, si non posco regna meis fatis indebita. 'dic' autem 'considere', id est utrum possimus considere. et verecunde dictum est 'non posco indebita', cum certum constet esse regna deberi.

68. ERRANTESQVE DEOS ut ⟨VII 229⟩ diis sedem exiguam patriis. AGITATAQVE NVMINA TROIAE aut mecum vexata: aut certe ξόανα dicit, id est simulacra brevia, quae portabantur in lecti-

---

9 navita] georg. I 137 ‖ 13 DA dic] cf. Non. p. 278, 30 M. Don. ad Ter. eun. III 1, 11 ‖ qui sit] buc. I 18

---

1 *schol. ad v.* 63 *om. G* ‖ quia] que *F* ‖ patetur *F* ‖ 2 ganimedis *FG* gany^{e}medis *C* ganimedes *ARH* ‖ enim *om. G* ‖ Hebae obfuit] offuit haebe filia iunon̄ *R* ‖ Hebae] ebe *A* hebe *G* haebe *C* haebae *M*, *om. H* ‖ offuit *FGM* obfuit *ex* offuit *C* ‖ 3 Paris *om. FG* ‖ iunonis *A* ‖ quod] cur *FGC* ‖ diique *FGARH* ‖ 4 omnes] *om. A*, omnis cum *FG* omnis *C* ‖ repperimus *RM* repperiamus *FG* reperiamus *C* ‖ 5 ἀρσενοθήλεις esse] arsenodeles esse *F* arsinutiles esse *G* aristotelis esse *C* arsenoteles esse *R* arsenothelys esse *M* asse *AS* ase *H* ‖ 6 intelleiere *H* ‖ 7 neptunus *a* neptunum *C* ‖ offuisse *RM* ‖ troiae *A* troie *H* ‖ ex] in *M* ‖ denegata mercede *FGC* ‖ novimus] nouissimus *FG* ‖ 8 respondeat *AS* ‖ 9 tum *M*: tunc *FGCASH* t̄ *R* ‖ pliadas *ARHM* plyadas *FC* ‖ 10 yadas *FM* hiadas *A* sadas *H* nadas *C* ‖ claramque . . . arcton *om. F* ‖ lycaon *R* lacenis *H* ‖ suppresso] superius pro *FG* ‖ 12 est *om. GC* ‖ 13 *scholia ad* DA *et* NON I. P. R. M. F. *om. G* ‖ unde est *om. H* ‖ contra] aecontra *F* econtra *C* ‖ 15 sed] si *H* ‖ 16 hyrmos *R* irmos *A* yrmos *H* hirmos *FCMa* ‖ hyperbaton] saltus *add. C* ‖ 17 di *C* dique *M* ‖ 18 si non . . . possimus considere *om. AH* ‖ fatis] frat̄ *R* ‖ autem] ut *F* ‖ 19 ad uerecunde *H* uerecunde autem *M* ‖ dictum est] ait *FC*, *om. AS* ‖ 20 non . . . indebita] si non indebita posco *M* ‖ cum . . . deberi] cum certum esset quia debebantur *M* ‖ constat *F* ‖ 21 dis *CM* ‖ 22 *schol. ad* AGITATAQVE N. T. *om. G* ‖ 23 certe *om. FC* ‖ ξόανα] signa ξοάνα *F* signa ξιανα *C* exoana *RASH* exona *M*

cis et ab ipsis mota infundebant vaticinationem: quod fuit apud Aegyptios et Carthaginienses.

69. TVM PHOEBO ET TRIVIAE ut solet miscet historiam: nam hoc templum in Palatio ab Augusto factum est. sed quia Augustus cohaeret Iulio, qui ab Aenea ducit originem, vult Augustum parentum vota solvisse.

70. FESTOSQVE DIES DE NOMINE PHOEBI ludos Apollinares *dicit*, qui secundum quosdam bello Punico secundo instituti sunt, secundum alios tempore Syllano ex responso Marciorum fratrum, quorum extabant, ut Sibyllina, responsa.

71. TE QVOQVE MAGNA MANENT NOSTRIS PENETRALIA REGNIS id est coleris ut numen. 'manent' autem exspectant, 'penetralia' secreta templorum.

72. TVAS SORTES Sibyllina responsa, quae, ut supra ⟨36⟩ diximus, incertum est cuius Sibyllae fuerint, quamquam Cumanae Vergilius dicat, Varro Erythraeae. sed constat regnante Tarquinio quandam mulierem, nomine Amaltheam, obtulisse ei novem libros, in quibus erant fata et remedia Romana, et pro his poposcisse CCC. philippeos, qui aurei tunc pretiosi erant. quae contempta alia die tribus incensis reversa est et tantundem poposcit, item ter-

---

12 penetralia secreta templorum] cf. Isid. orig. XV 4, 4 || 16 constat . . . servabantur] exscr. mythogr. II 88. cf. Gell. I 19

---

1 et *om. H* || infundebantur *AS* || 2 charthaginenses *A* carthaginenses *F* carth(i)aginenses *C* || 3 TVNC *C* || ut solet *om. H* || miscit *FG* miscet *ex* miscit *C* || 5 cohaeret . . . Augustum *om. R* || iulio *FGHas*: iulo *ASCM* || ducebat originem *FGC* originem ducit *M* || vult] uult ergo *FG* || patrum *M* || 6 solvisse] ·/· ab aenea uota per se reddere quasi et dignitatis heredem propter stirpem unde descendit *add. D* || 7 *schol. ad v.* 70 *om. G* || dicit *hab. C* || 8 Punico] honoco *H* || secundo *om. H* || 9 syllano *libri praeter a, qui* sybillano *et H, qui* sybillanū *exhibet. cf. Macrob. Sat.* I 17, 27 '*bello enim Punico hi ludi ex libris sibyllinis primum sunt instituti suadente Cornelio Rufo decemviro, qui propterea Sibylla cognominatus est et postea corrupto nomine primus coepit Sylla vocitari*'. || marciorum *ASC*: marceorum *H* martiorum *RFM. cf. Cic. de div.* I 40, 89 || fratrumq. *A* (q. *del. a*) || fratrum] quibus sibylla prophetauerat *add. D* || 10 ut *om. ASH* || 11 NOSTRIS PENETRALIA REGNIS *om. ACH. ex Reginensi et Floriacensi quos cum Gottingensi exemplari contuli nihil enotavi. Sangallensis et Bernensis* 167 *ab Hageno conlati cum Danielis exemplari* nostris penetralia regnis *exhibente consentiunt.* n. p. r. *M* || 12 coleris] coloris *A* (*corr. a*) solerps *F* solers *G* soleris *C* || exspectant] in futurum *add. D* || 13 templorum] deorum *H* || 14 *schol. ad v.* 72 *om. G* || SORTES] sortes dicit *add. R* || quae ut] de quibus *FC* || 15 certum *R* || fuerunt *H* || cumanam *F* || 16 erythreae *AS* erithraeae *R* erithere *H* aerytreae *M* erythream esse *F* erit heā esse *C* || sed constat] constat autem *FC* || regnante Tarquinio] seruilio tullo regnante tarquinio *R* seruio tullo regnante tarquinio *M* || 17 nomine Amaltheam] quae se malteam diceret *FC* || amathemiam *H* || 18 in quibus . . . Romana] in quibus diceret fata remedia romana *FC, nisi quod* et romana *F* || 19 quae] qui *A* || 20 reuersa est . . . tribus incensis *om. ARSH* || incensis] cum sex *vulgo addi-*

tio aliis tribus incensis cum tribus reversa est et accepit quantum postulaverat, hac ipsa re commoto rege, quod pretium non mutabat. *tunc mulierem subito non apparuisse.* qui libri in templo Apollinis servabantur, nec ipsi tantum, sed et Marciorum et Begoes nymphae, quae artem scripserat fulguritarum apud Tuscos: unde addidit modo 'tuas sortes arcanaque fata'. et hoc trahit poeta. Aenean tamen inducit quasi de praesenti dicentem oraculo.

73. LECTOSQVE SACRABO ALMA VIROS quia nisi patricii non fiebant. sciendum sane primo duos librorum fuisse custodes, inde decem, inde quindecim usque ad tempora Sullana. postea crevit numerus, nam *et* sexaginta fuerunt, sed remansit in his quindecimvirorum vocabulum.

74. FOLIIS TANTVM NE CARMINA MANDA ut Varro dicit, in foliis palmae interdum notis, interdum scribebat sermonibus, ut diximus supra ⟨III 444⟩.

76. IPSA pro 'tu'. et posuit pronomen eius personae de qua loquimur, pro illius cum qua loquimur. est autem Graecum, nam dicunt *αὐτὴ εἰπέ*, id est tu dic. FINEM DEDIT ORE LOQVENDI hoc est definivit ei, ut ore loqueretur nec in foliis scriberet.

77. NONDVM PATIENS quae nondum posset implere oraculorum sermones: aut 'dum' vacat, et est inpatiens Phoebi.

78. BACCHATVR VATES bene 'bacchatur'. idem enim est Apollo, qui Liber pater, qui Sol, unde ait Lucanus ⟨V 73⟩ cui numine

---

22 idem enim . . . conventus] cf. comm. Luc. V 74

---

tur ‖ tantundem *Fabricius*: tantum *CM* trecentos *F* ‖ poposcit] ac denuo contempta est *add. F* ‖ tertia *M* ‖ 1 cum tribus] tantum *add. F* ‖ accipit *AM* (accepit *a*) ‖ 2 poposcerat *FC* ‖ re *om. F* ‖ rege commoto *M* ‖ minuebat *FC* ‖ 4 ipsa *C* ‖ marciorum *AH*: martiorum *FRSM* maritiorum *C* ‖ bygois *F* bigois *C* beogoes *H* ‖ 5 fugaritarum *S* fulgoritarum *a. fort.* fulguritorum ‖ inde *F* ‖ 6 et hoc inde trahit *M* ‖ tamen] tamquam *F* ‖ 7 inducit *om. FC* ‖ quamsi *C* ‖ 8 quiạ *S* ‖ 9 figebant *H* ‖ fiebant librorum custodes *Masvicius* ‖ sane] tamen *FGC* ‖ primum *FGC* ‖ inde decem . . . vocabulum] et licet accessu temporis usque ad. LX. peruenerint quindecim uirorum in his remanssisse nomen asyllanis temporibus quo quindecim eos constat fuisse *M* ‖ inde decem usque ad tempora Sullana, inde quindecim *coni. Burmannus. cf. Marquardt Roem. Staatsverw.* III *p.* 365 ‖ 10 decimi *FG* decim *C* ‖ syllana *RS* silana *H* sibyllana *F* sybillana *G* sillana *AC* sibillana *a* ‖ 11 et *hab. C* ‖ sexaginta *libri.* XVI *Mercklinus annal. philol.* LXXV *p.* 634. *cf. Marquardt Roem. Staatsverw.* III *p.* 365 *adnot.* 12 *extr. et p.* 398 | 13 *schol. ad v.* 74 *om. FG* ‖ 14 scribebant *C* ‖ ut supra diximus *M* ‖ 16 IPSA PRO TVM et posuit *A* ‖ 17 loquitur *FGC* ‖ pro illius . . . loquimur *om. AFGC* (illius . . . loquimur *supr. vers. add. a* ‖ nam] non *H* ‖ 18 αυτhευnae *R* ΛΥΤΝΙΠΕ *C* αυτheιπe *A* ΛΥΤΗ ΙΝΗ *H* autrespe *M* ‖ 19 id est *FC* ‖ definiit *ASM* definit *H* ‖ ei] eius *H* ‖ ne *H* ‖ in *om. F* ‖ 20 possit *F* ‖ 21 vacat] bacchatur *F* uacchatur *C* ‖ PHOEBI *A* ‖ 22 Apollo *om. FGC* ‖ 23 ait *om. C* ‖ Lucanus] locam *H* ‖ cui *om. H* ‖ nomine *R* nomen *M*

mixto Delphica Thebanae referunt trieterica Bacchae: unde in eorum sacris erat Phoebadum Baccharumque conventus.

79. EXCVSSISSE DEVM excuti proprie de equis dicimus: quod ideo traxit, quia Phoebus, id est Sol, equis utitur. et nunc Sibyllam quasi equum, Apollinem quasi equitem inducit et in ea permanet translatione: 'excussisse' ait, ut ⟨XI 615⟩ excussus Aconteus; item 'fera corda domans', quod est equorum primum frenos pati et stimulos, ut ⟨100⟩ ea frena furenti concutit et stimulos sub pectore vertit Apollo. quod autem dicit 'magnum deum', non re vera ait, sed retulit ad affectum colentis, ut ⟨XI 785⟩ summe deum, sancti custos Soractis Apollo: unicuique enim deus quem colit magnus videtur. 'excussisse' *vero* 'deum' pro 'excutere', tempus *est* pro tempore. est autem Attica figura, qua nos uti non convenit, quia hac licenter utuntur poetae.

80. FINGITQVE PREMENDO componit, ut ⟨VIII 634⟩ et corpora fingere lingua. componit autem ad moderationem certam dicendi: ut enim supra ⟨III 374⟩ diximus, omnia quidem vident, sed non omnia indicant sacerdotes.

81. OSTIA IAMQVE DOMVS PATVERE precibus scilicet. et quae antea ostia erant, patefacta aditus esse coeperunt.

82. FERVNT RESPONSA quia ait supra ⟨53⟩ ora domus.

83. PELAGI DEFVNCTE PERICLIS non liberate pelago, sed marinis periculis: nam adhuc navigaturus est, sed sine ullo discrimine. 'defuncte' autem liberate: nam dicimus functos officio qui officia

---

24 defuncte autem e. q. s.] cf. Non. p. 287, 3; Isid. orig. IX 4, 20 et XI 2, 36

---

1 Delphica . . . Bacchae] d. t. r. t. b. *C* ‖ Delphica Thebanae] telfigā debana *H* ‖ thebana *RASH* (thebanae *a*) ‖ trietherica *A* trietherico *H* ‖ Bacchae] bae *H* ‖ 2 earum *C* ‖ sacri *G* ‖ erat] *om. A*, erant *S* ‖ Phoebadum] dum *AS* paruatum *R* probatum *H* dum *del. et* erat probatum *in marg. add. a* ‖ 3 excutit *A* ‖ equus *FG* ‖ de equis] *fortasse* equitem ‖ 4 ideo] inde *FGC* ‖ 5 permanens *GM* ‖ 6 acontentus *AS* hacondeus *H* (h *add. m. sec.*) ‖ 7 quod est . . . stimulos] quod proprium equorum est et frenos et stimulos pati *M* ‖ primum *RASH*: proprium *FGCM* ‖ 9 suppectore *AS* ‖ 10 sed retulit . . . colentis] sed furentis ad affectum id est colentis *FG* ‖ retulit] referens *C* ‖ colendi *H* ‖ 11 custos sancti *ARSH* ‖ soractes *A* (*corr. a*) ‖ Apollo] q. p. colimus *add. C*, quem primi colimus hoc est proprie *G* ‖ 13 tempore] ÷ pro cutere *add. R* ‖ 14 convenit] ut ἀόριστος ponatur pro ἐνεστῶτος ut γράψε pro γράφειν *add. D* ‖ quia] *om. M* qui *AH* (quia *a*) ‖ hac *om. H* ‖ 15 *schol. ad v.* 80 *om. G* ‖ componit] compit *F* ‖ corpora] cor *H* ‖ 16 autem . . . esse coeperunt *om. H* ‖ certa *ASM* ‖ 17 ut . . . diximus] diximus enim supra *FC* ‖ 18 sacerdotes] ut supra nec tantum prodere uati quantum scire licet *add. D.* (*supra* nec *altera manus* lucanus *scripsit.* ut supra de Heleno. et Lucanus (V 176) nec tantum *e. q. s. Fabricius. cf. ad Aen.* III 379) ‖ 20 ante *SM* ‖ erant] *hic distinguendum esse scholio ad v.* 43 *adscripto ostenditur* ‖ 21 *scholia ad v.* 82 *et* 83 *om. G* ‖ quia ut supra ait ora domus patuere *FC, nisi quod* patuere *om. C* ‖ 22 maris *FC* ‖ 23 periculis] periclis *A, om. H* ‖ 24 autem *om. RH* ‖ liberate] significat

debita complerunt, unde et honoribus functos. hinc et defunctos mortuos dicimus, qui compleverunt vitae officia, unde est ⟨XI 51⟩ et nil iam caelestibus ullis debentem.

84. SED TERRA legitur et 'terrae', unum tamen est. IN REGNA LAVINI alii 'Latini' legunt, cuius tunc erant. sed quia divina loquitur, futura praeoccupat; postea enim Lavinium dicetur: licet possit ad Lavinum, Latini fratrem, referri, qui illic ante regnavit.

86. HORRIDA BELLA quae contra hospitem cognatumque suscepta sunt, ut Latinus dicturus est ⟨XII 31⟩ arma impia sumpsi promissam eripui.

87. SPVMANTEM SANGVINE CERNO quasi non praedicit, sed videt quod facturus est Turnus, ut ⟨XII 35⟩ recalent nostro Tiberina fluenta sanguine adhuc.

88. NON SIMOIS TIBI NEC XANTHVS Tiberis et Numicus, in quem cecidit. DORICA CASTRA Graeca. et re vera: nam Turnus Graecus fuit, ut ⟨VII 371⟩ et Turno si prima domus repetatur origo, Inachus Acrisiusque patres mediaeque Mycenae.

89. PARTVS ACHILLES Turnum significat. et sic hoc dictum est, ut in bucolicis ⟨IV 34⟩ alter erit tum Tiphys et altera quae vehat Argo delectos heroas. et hoc est quod dicit ⟨100⟩ obscuris vera involvens, nam licet vera sint, latent: unde Apollo λοξίας dicitur, id est obliquus.

90. NATVS ET IPSE DEA de Venilia, sorore Amatae, ut ⟨X 76⟩ cui diva Venilia mater. nec debet mirum esse Amatam fuisse mortalem, cum etiam Turnus, Iuturnae frater, mortalis fuerit: nam haec fuerant divina beneficia. ADDITA IVNO inimica.

---

add. *R* || functos *ex* fontos *R* functus *FC* defunctos *M* || 1 compleuerunt *M* || unde et honoribus functos *FC*: unde est honoris functos *R* unde est in honoribus functus *ASH* unde est et honoribus functis *M* || 3 nihil *FC* || 4 TERRAE *GC Daniel* || terra *FGC* || tamen *om. G* || *schol. ad* IN R. L. *om. G* || 5 erunt *A* (*corr. a*) || 6 lauin^{i}um *C* lauinum *AH* || dicetur . . . Lavinum *om. F* || dicitur *RH* || 7 possit *ex* posset *R* || lauinum *M*: lauinium *ARSC. in Hamburgensi nomen radendo deletum est. cf. ad Aen.* I 2 (*p.* 8, 26) || 9 promissam eripui genero, arma inpia sumpsi *Vergilius* || 11 *schol. ad v.* 87 *om. G* || quasi non . . . videt] quasi non solum praesciat praevideat *F* (praesciat sed praeuideat *Daniel*) || 12 calent *R* || nostro *om. FCM* N. *ASH* || tyberina *Fm* tybrina *CASHM* || 14 SANCHVS *F* XANCTVS *C* XANTVS *RHM* || tiberis *R*: tiberinus *reliqui* || 15 *schol. ad* DORICA C. *om. G* || 16 domus *FCM*: domo *ARSH* || repetatur . . . Mycenae] r. o. i. a. p. m. myscenae *C* || 17 inacus *FM* || acresiusque *F* acrisius *R* || patris *F* || micenae *HM* || 19 tunc *CAHM* || 20 dilectos *FAS* (*corr. a*) || 21 inuelens *H* || 22 loxias *ARSHM* laxias *FC* laxia *G* || oblicus *FGC* || 24 mater *om. ARH* || 26 nam haec fuerunt diuina benificia (beneficia *G*) facta *FG* nam haec fuerunt diuina omnibus fata *C* || *scholia ad* ADDITA I. *et ad v.* 91 *et* 93 *om. G*

est autem verbum Lucilii et antiquorum, ut Plautus additus Ioni Argus.

91. IN REBVS EGENIS per transitum ostendit famem futuram.

93. CONIVNX ITERVM HOSPITA nam et Paris ab Helena fuerat susceptus hospitio. 'hospita' autem more suo dixit. et bene ne aliquid inputetur Aeneae, quasi fatorum hoc esse praedicit.

95. NE CEDE ne cedas, sed esto audentior quam tua te fortuna permittit. et bene adversa fortunae docet virtute aut vitari aut inminui aut patienter sustineri.

96. VIA ratio, opportunitas.

97. GRAIA PANDETVR AB VRBE propter Euandrum, qui eum in Tusciam missurus ad Tarchontem est.

98. EX ADYTO locum vaticinationis ostendit. CVMAEA SIBYLLA bene addidit propter discretionem.

99. ANTROQVE REMVGIT quia in antro est, ut ⟨V 150⟩ pulsati colles clamore resultant.

100. OBSCVRIS VERA INVOLVENS vera et obscura confundens. est autem hypallage, veris obscura inserens.

102. CESSIT FVROR non penitus recessit, sed paulatim coepit inminui: nam est paulo post de Miseni morte dictura, quod non procedit, si nunc numen recessit.

103. *NON VLLA LABORVM pro nulla, ut non ullus aratro cessit honos.*

104. NON VLLA LABORVM O VIRGO 'o' licet sit naturaliter brevis in Latinis sermonibus, apud Vergilium tamen pro longa habetur, ut hoc loco 'virgo', item alibi ⟨841⟩ quis te magne Cato tacitum, exceptis 'ego', ut ⟨I 46⟩ ast ego quae divum,

---

1 Lucilii] lib. XIV fragm. XVI ap. Muell. cf. Macrob. Sat. VI 4, 2 || Plautus] Aulul. III 6, 19 sq. || 22 non ullus] georg. I 506 || 24 'o' licet e. q. s.] cf. [Prob.] de ult. syll. p. 220, 16 sqq. K.

---

1 verbum] uersus *F* || 2 ioni *RM*: inō *F* ino *C* io *AS* ioui *H* || 4 Paris *om. H* || 5 ne *om. FCR* || 6 esset *AS* || 7 audientior *G* || fortuna . . . aduersa *om. A* || 8 aduersa fortunae *RH*: aduersa fortuna *S* aduersam fortunam *FCMs* aduersam fortuna *G* || educet *S* edocet *Ms* || aut *ante* vitari *om. C* || 9 minui *FG* || 10 oportunitas *ARHM* || 11 *schol. ad v.* 97 *et* 98 *om. G* || 12 GRATIA *RH* (*corr. h*) || 12 promissurus *H* || tarcontem *FCM* tharconem *AS* tharcontem *H* || 13 ADITO *RHM* || CYMAEA *A* || 14 bene] Cumaea bene *D* || discretionem] Erythraeae *add. Masvicius* || 15 est *om. ARS* || 19 *schol. ad v.* 102 *om. G, qui supra vers.* 101 *haec exhibet* aut (*leg.* ut) eius mentem stimulis foderet quod fit equis ut concutifiant (*fort.* conciti fiant) et acriorem incitentur in cursum. translatio est de equo ad hominem || 20 est *om. FCAS* || post] post est *AS* || dictura] dictura est *FC* || 21 si nunc] sic nec *F* si nec *Daniel* || 22 non ullus] nullus *FG* || cessit] dignus *Vergilius* || 24 NON VLLA LABORVM *om. FG* || o *om. A* || 25 breue *FGC* || 26 loco ϲ̣ọ uirgo *AS* loco o uirgō *M* || 27 tacitum *om. FGC*

'duo', ut ⟨XI 285⟩ si duo praeterea, 'scio', ut nunc scio quid sit amor, et 'nescio', ut nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. apud alios 'o' nisi in Graecis nominibus non producitur, quod et nunc sequi debemus. dicunt tamen quidam quod 'o' tunc producitur in nominativo, quando et in genetivo producta fuerit. quod falsum est: nam et Vergilius produxit 'virgo', cum 'virginis' faciat, et Lucanus 'Cato' corripuit, ut ⟨IX 227⟩ nos Cato da veniam, cum 'Catonis' faciat. item 'Iuno' cum producat Vergilius, Statius tamen corripuit. sane sciendum adlocutionem hanc esse suasoriam cum partibus suis: nam honestum est quod dicit se patrem requirere, utile ut ab eo patriae originem discat, necessarium quia iusserat pater, ut ⟨V 731⟩ Ditis tamen ante infernas accede domos, possibile quia ait 'quando hic inferni ianua regis dicitur' item ⟨117⟩ 'potes namque omnia': si omnia, et hoc. NOVA MI FACIES id est species. et sciendum pronomen 'mihi' numquam in synaeresin venire, ne incipiat esse blandientis adverbium. et licet quidam huius loci nitantur exemplo, non procedit, vel quia unum est, vel quia potest esse etiam blandientis adverbium. 'nihil' vero pro metri necessitate cogitur: nam si pars sequens orationis a vocali inchoet, 'nihil' dicimus, ut ⟨II 402⟩ heu nihil invitis fas quemquam fidere divis: si autem a consonante inchoet, 'nil' ponimus, ut Iuvenalis ⟨IV 22⟩ nil tale expectes: emit sibi. multa videmus. INOPINAVE SVRGIT nomen est, non participium: nam 'inopinata' diceret, quod non pro-

---

1 nunc] buc. VIII 43 || 2 nescio] buc. III 103

---

1 duo] et duo *FGC* || ut si duo *om. AS* (si duo *supr. vers. add. a*) || 2 nescio ut *om. ARS* || 4 nunc] nos *FG* || 5 quod ... producitur] o tunc produci *ASM* || tunc *om. RH* || 6 nam *om. FGC* || 7 facit *FG* || et Lucanus ... cum Catonis faciat *om. S* || corripit *C* || 8 da veniam] adueniam *H* || item ... corripuit] ita et iuno produxit uirgilius statius corripuit *FGC* || 9 stacius *S* || corripit *M* || 11 utille *G* || 12 dictis *G* dr̃ *R* || 13 incernas *FG* || accede] acce *F* || quia] qui *AFG* quod *C* || 14 regis] r. *C* ditis *AHMs* dicis *S* dr̃ regis *R* || potes] potest *AC* post *FG* || si omnia *om. FGC* || 15 etiam hoc *FG* etiam hocq: *C* || *scholia ad* NOVA M. F., *ad* INOPINAVE S., *ad v.* 105 *om. G* || id est *om. A* || et sciendum] et sciendum tamen *FC* || 16 mihi pronomen *FC* || sinaeresin *RF* sineresin *H* syneresin *AM* seneresinu *C* || ueniire *F* euenire *C* || 17 nitantur ... cogitur] nitantur nihil uero pro metri exemplo non procedat uel quia unum est uel quia potest esse etiam blandientis aduerbium nihil uero pro metri necessitate cogitur *F* || 18 unum est] exemplum *add. M et exemplaria impressa quibus utor* || 19 nihil vero] nil uero *SM* || cogitatur *H* || 20 uocale *F* || dicimus] posuit *R* || 21 fias *A* || 21 nihil heu *M* || 22 consonanti *FCASM* (consonante *a*) || ponimus *om. H* || 23 expectis *F* expectus *C* exsectates *R* exspectes *H* || multa videmus *om. C* || 24 inopinata] inopinatam *F* non inopinate *AS* (*corr. a*) || diceret] dicuntur *C* || quod non procedit] quod non prouenit *ASH* (procedit *a*) quod prouenit uel procedit *R*

cedit. 'opinatus' enim venit ab eo quod est 'opinor'; sed quia 'inopinor' non dicimus, ideo nec 'inopinatus' facit, sicut et 'nocens' participium est, quia invenimus 'noceo' *verbum*, 'innocens' *vero* nomen, quia 'innoceo' non dicimus. nullum est enim participium, quod a verbo non trahatur, licet a sui verbi forma non veniat, ut 'placita': licet 'placeor' non dicamus, tamen placeo invenimus; item 'regnata' 'triumphata'. unde 'galeatus' et 'tunicatus' *et 'togatus'* nomina conprobantur: nullum enim verbum horum originis reperitur.

105. OMNIA PERCEPI ATQVE ANIMO MECVM ANTE PEREGI 'percepi' ante cognovi ab Heleno vel a patre, qui ait ⟨V 730⟩ gens dura atque aspera cultu debellanda tibi Latio est. dicit autem se futura partim audisse, partim mente praecepisse. sed occurrit: si novit omnia, quid consulit numen? *sed* nosse se dicit omnia quantum ad labores pertinet, et concidit totam petitionem, ut ad illud veniat quo possit patrem videre: nam quod dicit 'unum oro', non solum dicit, sed praecipuum, ut ⟨I 15⟩ unam posthabita coluisse Samo.

106. QVANDO siquidem. et est coniunctio.

107. ET TENEBROSA PALVS ACHERONTE REFVSO paludem pro lacu posuit: nam Avernum significat, quem vult nasci de Acherontis aestuariis. 'palus' autem bene iste produxit 'lus', quia 'paludis' facit, quod supra ⟨II 69⟩ planius diximus: Horatius corripuit, ut sterilisque diu palus aptaque remis. 'tenebrosa' autem nigra, per quod altam significat, ut ⟨V 516⟩ nigra figit sub nube columbam, id est alta. ACHERONTE REFVSO Acheron fluvius

---

22 Horatius] a. p. 65 || 25 Acheron fluvius e. q. s.] exscr. mythogr. III 6, 2

---

1 venit *om. C* || 3 nomen quia innoceo *om. C* || 4 innocio *F* || dicimus] participium esse *add. FC*, *inde* participium esse non potest *Daniel* || quod] quod et *F* || a verbo] alierbo *F* || 5 trahitur *F* || uerbi sui *AS* || forma *om. R* || ut *om. C* || 6 tamen placeo] nam placet *FC* || inuenimus] sicut et pransus et coenatus et titubatus *add. Fabricius* || 7 et *ante* tunicatus *om. C* || et togatus *hab. C* || conprobabuntur *As* conprobatur *S* conprobuntur *M* || 8 horiginis *F* originem *R* inigini *H* || repperitur *FCR* repepritur *H* || 9 PERCEPI *ARSM* PERCEPI *ex* PRAECEPI *C*: PRAECEPI *F* PRECIPI *H* || ANIMO . . . PEREGI] a. m. a. p. e. *C* a. m. a. p. *HM* || percepi *ARSM* percepi *ex* praecepi *C*: praecepi *FH* || 11 atque aspera cultu *om. C* || Latio est] l. e. *C* || 12 parti audisse *H* || praecepisse *AFH*: percepisse *ex* praecepisse *C* percepisse *RSMa* || 13 novit] nosti *C* || qui *R* || consulis *C* || sed *hab. C* || 14 concidit *AFS*: concedit *RCHM* || 15 patre *H* || 16 solum] solus *H* solum id *M* || praecipium *H* || unum posthabita *S* || 19 *schol. ad* ET T. P. A. R. *om. G* || ET *om. H* AT *M* || TENEBROSO *C* || 20 de aestuariis acherontis *F* dea estuariis acherontis *C* || 21 lus *om. C* || paludis] palus paludis *vulgo* || 22 planius *ARHM*: planus *F* plenius *C* paludis *S* (t planius *in marg. s*) || ut] et *A* || 23 sterelisque *CHM* || tenebroso *C* || nigro *FC* || 24 quod *om. F* || altum *FC* || figit *ex* fugit *A* || 25 columba *S* || altam *F* || *ad* refuso *in marg.* refundere est proprie contra naturalem cursum fundere retrogrado cursu *T* || acheron *Ma*: acheron autem *FG* acheruns *R* acherons *ASH* acheros *C*

dicitur inferorum, quasi sine gaudio. sed constat locum esse haud longe a Bais undique montibus saeptum, adeo ut nec orientem nec occidentem solem possit aspicere, sed tantum medium. quod autem dicitur ignibus plenus, haec ratio est: omnia vicina illic loca calidis et sulpuratis aquis scatent. sine gaudio autem ideo ille dicitur locus, quod necromantia vel sciomantia, ut dicunt, non nisi ibi poterat fieri: quae sine hominis occisione non fiebant; nam et Aeneas illic occiso Miseno sacra ista conplevit et Vlixes occiso Elpenore. quamquam fingatur in extrema Oceani parte Vlixes fuisse: quod et ipse Homerus falsum esse ostendit ex qualitate locorum, quae commemorat, et ex tempore navigationis; dicit enim eum a Circe unam noctem navigasse et ad locum venisse, in quo haec sacra perfecit: quod de Oceano non procedit, de Campania manifestissimum est. praeterea a Baio socio eius illic mortuo Baias constat esse nominatas. dicitur etiam vidisse Herculem, ideo quia illic sunt Bauli, locus Herculis dictus quasi Boaulia, quod illic habuit animalia, quae Geryoni detracta ex Hispania adduxerat.

108. IRE CONTINGAT 'ut' minus est, *ut sit* 'ut ire contingat, ut iter doceas'.

109. SACRA OSTIA PANDAS aut venerabilia aut execranda, sicut de Tartaro dicturus est ⟨573⟩ s a c r a e p a n d u n t u r p o r t a e.

110. ILLVM EGO PER FLAMMAS meritum adprobat patris, ut iustum videatur esse desiderium. SEQVENTIA TELA ut ⟨II 734⟩ a r d e n t e s c l i p e o s a t q u e a e r a m i c a n t i a c e r n o.

---

1 sine *om.* *G* ‖ sine gaudio] *ἄνευ χαρᾶς add. Fabricius* ‖ locum] illum *C* ‖ haud] aut *FGH* hau *C* ‖ 2 ut *om.* *FG* ‖ 3 medium] diem. quod et homerus ipse scribit (*Od.* XI 14) *ἔνθα δὲ Κιμμερίων . . . τέταται δειλοῖσι βροτοῖσιν add.* *D* ‖ 4 plenius *FG* ‖ 5 sulpuratis *CM*: sulphuratis *FGARS* suphuratis *H* ‖ 6 nethromantia *R* nechromantia *H* neque amanthiam *FG* neq:amanthia *C* sciomanthiam *F* sciomansiam *G* sociomanthia *C* sciomantiam *M* ‖ ut] aut *R* ‖ ibi] illic *FGC* ‖ poterat *FGCASM*: poterant *RHa* ‖ 7 fiebant *RASM*: fiebat *FGCH* ‖ nam *om.* *C* ‖ 8 ulixis *FG* ulexis *C* ‖ alphenore *FGC* ‖ Elpenore] sicuti sequentes homeri uersus testantur licet cecidisse illum fingat homerus et inde mortuum esse (*Od.* X 552) *Ἐλπήνωρ δέ τις ἔσκε . . . ἰὼν ἐς κλίμακα μακρὴν ἀλλὰ add.* *D* ‖ 9 parte oceani *C* ‖ Vlixes] *om* *C*, ulixe *G* ‖ et] *om.* *RH*, ei *AS* (*del. a*) ‖ 10 Homerus *om.* *H* ‖ qulitate *G* ‖ 11 et ex tempore *M*: ex tempore *ARSH* ex tempora *C* et tempore *FG* ‖ enim] autem *FG* enim *om.* *C* ‖ a Circe] acirce *F* acire *G* acirca *vel* acirta *C* circea *M* circa *ARSH* ‖ unam noctem *Ras*: una nocte *reliqui* ‖ 12 naugasse *C* ‖ locum] haec *FG* ‖ in quo] in quae *FG* ‖ peregit *FG* ‖ 13 manifestum *FGC* ‖ manifestissimum est] ut hisce uersibus in . . . (*trium versuum spatium relictum est*) testatur idem homerus *add.* *D* ‖ 14 eius] enim *G* ‖ abaias *A* ‖ esse constat *FC* ‖ 15 dicitur] dš *G* dicit *H* ‖ sit *Ra* ‖ bauloe *FGAS* bauloae *C* baulio *RH* baulyae *M*. *fort. Βαῦλοι* ‖ 16 baulia *G*. *fort. βοαύλια. ceterum cf. Serv. ad Aen.* VII 662 ‖ 17 gerioni *C* ‖ detracta] sublatū *FG* ‖ 18 *scholia ad v.* 108 *et* 109 *om.* *G* ‖ ut sit *hab.* *C* ‖ 19 doceat *F* ‖ 20 HOSTIA *FCARH* ‖ exsecranda *RCa* ‖ 21 parte *R* ‖ 23 esse *om.* *FGC* ‖ *scholia ad* SEQVENTIA T. *et ad v.* 111 *om.* *G* ‖ 24 ardens *M* ‖ clippeos *A* ‖ adque erenticantia *F*

111. EX HOSTE RECEPI liberavi, ut ⟨I 178⟩ frugesque receptas. 'ex hoste' autem plus est, quam si 'ex hostibus' diceret, ut diximus supra ⟨I 378⟩. 'ex hoste' enim generaliter dicitur, 'ex hostibus' partem ostendit, sicut dicendo 'terram' significamus elementum, 'terras' vero singulas partes, ut Africae, Italiae.

112. MEVM COMITATVS ITER non spe salutis, sed mei causa *me secutus*, ut ⟨II 704⟩ cedo equidem nec, nate, tibi comes ire recuso.

113. CAELIQVE FEREBAT ut ante morte praeventus sit, quam ferre desierit. et mire inperfecto usus est tempore, ac si diceret 'adhuc si viveret, ferret'.

114. VIRES VLTRA SORTEMQVE SENECTAE quia senectae sors quies est et otium, sicut pueritiae ludus, amor adulescentiae, ambitus iuvenalis aetatis. ergo aliud ferebat pater, quam sors exigebat senectae.

116. ORANS MANDATA DABAT sic dictum est, ut ⟨I 666⟩ supplex tua numina posco: maior enim ad impetrandum vis est eum rogare, qui possit iubere. MANDATA DABAT ut ⟨V 735⟩ huc casta Sibylla nigrarum multo pecudum te sanguine ducet.

118. LVCIS HECATE PRAEFECIT AVERNIS Hecate trium potestatum numen est: ipsa enim est Luna, Diana, Proserpina. sed solam Proserpinam dicere non potuit propter lucos qui Dianae sunt, item Dianam, quia 'Avernis' ait: unde elegit nomen, in quo utrumque constabat. unde Lucanus de Proserpina ait ⟨VI 700⟩ Hecate pars ultima nostrae.

---

10 et mire . . . ferret] cf. Don. ad Ter. Andr. I 1, 11

---

1 RECEPI . . . diceret] pro hostibus ut armato milite (*cf. Aen.* II 20) aut plus est quam si ex hostibus dixisset *F* ‖ 2 autem] aut *H* ‖ quam si . . . ex hoste *om. A* ‖ quam si] quasi *H* ‖ 3 supra diximus *M* ‖ enim *om. FC* ‖ 4 docendo *F* ‖ elementum significamus *F* elementum significat *C* ‖ 6 MECVM *H* ‖ 7 me secutus] a me secutus *F* a me secutus sit *G*. a *et* sit *delevi. non edidit haec verba Daniel.* ‖ nec] ut *S, om. H* ‖ nate] ante *C* ‖ comes ire] comisere *C* ‖ 8 recuso] unde addidit tibi id est tui causa non mei *add. D* ‖ 9 *schol. ad v.* 113 *om. G* ‖ ut *om. H* ‖ peruentus *H* ‖ 10 et mire ferebat inperfecto *F* ‖ ac si] ut si *FC* ‖ 11 foret *F* ‖ ferret] INVALIDVS valde validus *add. Fabricius* ‖ 12 quia senectae *om. GAS* ‖ sors quies *om. M* ‖ 13 ocium *A* ‖ ambitus . . . senectae *om. H* ‖ 14 iuuenilis *R* iuuenilis *ex* iuuenalis *M* ‖ alius *G* ‖ 16 sic] sicut *FGCH* ‖ dictum] dicturus *FGC* ‖ ut . . . iubere] eum rogare cui possit iubere (imperare *R, om. H*) ut est (est *om. R*) supplex tua numina posco. maior enim ad impetrandum (ad pretradū *H*) uis est iubere *ARSH* ‖ supplec tua *F* sub plectua *G* ‖ 18 iuberi *M* ‖ *scholia ad* MANDATA D. *et ad v.* 118 *om. G* ‖ 20 HECHATE *A* ‖ PRAEFECIT . . . Hecate *om. C* ‖ AVERNI *H* ‖ Hecate . . . Proserpina *om. H* ‖ haecate *R* echate *F* hechate *AS* (propter C potestates *superscr. s*). Hecate *om. M* ‖ 21 numen est *M*: numinis *C* nomen est *ARSF et libri Burmanni. ceterum cf. adnot. crit. ad v.* 123 ‖ est enim *F*, enim *om. C* ‖ Diana Proserpina] ipsa diana (dian *C*) et proserpina *FC* ‖ 23 Dianam] diana *FC* ‖ agit *H* ‖ eligit *CAS* ‖ 24 constat *M* ‖ ait *om. FC* ‖ 25 hechata *A* haecate *RH* ‖ nostrae-

119. SI POTVIT MANES nititur exemplis quae inferiora sunt per comparationem, ut ipse videatur iustius velle descendere: nam Orpheus revocare est conatus uxorem, hic vult tantum patrem videre. Orpheus autem voluit quibusdam carminibus reducere animam coniugis: quod quia implere non potuit, a poetis fingitur receptam iam coniugem perdidisse dura lege Plutonis: quod etiam Vergilius ostendit dicendo 'arcessere', quod evocantis est proprie.

120. FIDIBVSQVE CANORIS bene sonantibus chordis. 'fidibus' autem est a nominativo 'haec fidis', ut sit pyrrichius: nam 'fides' iambus est.

121. SI FRATREM POLLVX ALTERNA MORTE REDEMIT ut diximus supra ⟨II 601⟩, Helena et Pollux de Iove nati inmortales fuerunt, nam Castor Tyndarei filius fuit: cuius mortem suo interitu fraterna pietas redemit. quod ideo fingitur, quia horum stellae ita se habent, ut occidente una oriatur altera. et item exemplum per comparationem: quod quia pium est, se ad frequentiam contulit dicendo 'itque reditque viam totiens'.

122. QVID THESEA durum exemplum, unde nec inmoratus est in eo. dicit autem inferos debere patere pietati, qui patuerunt infanda cupienti: nam hic ad rapiendam Proserpinam ierat cum Pirithoo et illic retentus luit poenas, ut ⟨617⟩ sedet aeternumque sedebit infelix Theseus.

123. MAGNVM QVID MEMOREM ALCIDEN? melius sic distinguitur, licet quidam legant 'quid Thesea magnum', ut epitheton ei dent, qui per se non est magnus: nam Herculem etiam sine epitheto magnum intellegimus. sed melius est 'magnum' dare Herculi, quam

---

1 nititur exemplis e. q. s.] cf. Macrob. Sat. IV 5, 1 sqq. || 4 Orpheus autem . . . proprie] exscr. mythogr. III 8, 21 || 12 Helena . . . oriatur altera] exscr. Luct. Plac. ad Stat. Ach. I 180

---

que Hecates pars ultima *exemplaria Lucani* || nostrae *om.* *FC* || nostrae] post mortem enim illi animae debentur *add.* *M* || 1 MANES] A. C. O. *add.* *M* || 2 iustitius *FG* iustus *A* (*corr.* *a*) || discendere *FGC* || 4 caniugis *A* (*corr.* *a*) || 5 potuerit *F* poterit *G* || 6 coniungem *H* || platonis *FG* || 7 uocantis *G* uocatis *H* || 8 *scholium ad v.* 120 *om.* *G* || FINIBVSQVE COLORIS *H* || cordis *CH* || 9 est autem *R* || haec *om.* *H* || fidis] *cf.* *Prisc.* III 30 (*p.* 106, 1 *H.*) *et* VI 57 (*p.* 242, 4 *H.*) || pyrricheus *C* pyrrychius *M* pyrrhichius *H* || iam *S* (nam *s*) || 12 supra diximus *M* || 13 tyndares *C* tyndareei *G* tyridarei *A* (*corr.* *a*) tyndari *R* || 14 quia] quod *C* || stele *F* || 15 ut] et *A* (*corr.* *a*) || item] iterum *M* || 16 se] fuisse *FGC*. *videtur in archetypo* fuit *supra* est *scriptum fuisse.* || 17 totiens] propter stellas inter se orientes et occidentes castoris et pollucis. quod homeri carmen testatur in . . . (*septem versuum spatio relicto*) *add.* *D*. *cf.* *Od.* XI 298 *sqq.* || 18 *scholia ad v.* 122 *et ad* MAGNVM Q. M. A. *om.* *G* || durum] utrum *C* || nec *om.* *H* || est *om.* *C* || 19 patere debere *C* || pietati *om.* *H* || patuerint *F* || 20 capiendam *vulgo* || cum Pirithoo *om.* *FC* || pyritheo *AS* (*corr.* *a*) || 21 sedeat *F* sedat *C* || aeternumqui *F* || 22 sedebit *ex* sedebat *F* || infelix Theseus *om.* *C* || 25 nam Herculem . . . est magnum *om.* *H* || sine epitheto] per se *FC* || 26 intellegimus] in-

sacrilego. ET MI GENVS AB IOVE SVMMO occurrit tacitae quaestioni: hi enim qui descenderant, a diis ducebant originem.

124. ARASQVE TENEBAT rogabant enim deos ararum ansas tenentes.

125. SATE SANGVINE DIVVM unde Aeneas desiit, inde haec sumpsit exordium.

126. FACILIS DESCENSVS AVERNI legitur et 'Averno', id est ad Avernum; sed si 'Averni', inferorum significat et lacum pro inferis ponit.

127. NOCTES ATQVE DIES PATET ATRI IANVA DITIS id est omni tempore homines in fata concedunt. et hoc poetice: nam Lucretius ⟨III 978⟩ ex maiore parte et alii integre docent inferorum regna ne posse quidem esse: nam locum ipsorum quem possumus dicere, cum sub terris esse dicantur antipodes? in media vero terra eos esse nec soliditas patitur, nec κέντρον terrae: quae si in medio mundi est, tanta eius esse profunditas non potest, ut medio sui habeat inferos, in quibus esse dicitur Tartarus, de quo legitur ⟨578⟩ b i s p a t e t i n p r a e c e p s t a n t u m t e n d i t q u e s u b u m b r a s, q u a n t u s a d a e t h e r i u m c a e l i s u s p e c t u s O l y m p u m. ergo hanc terram in qua vivimus inferos esse voluerunt, quia est omnium circulorum infima, planetarum scilicet septem, Saturni, Iovis, Martis, Solis, Veneris, Mercurii, Lunae, et duorum magnorum. hinc est

3 rogabant . . . tenentes] cf. Macrob. Sat. III 2, 7 sqq. || 11 nam Lucretius . . . esse] exscr. mythogr. III 6, 1 || 14 in media . . . terrae] exscr. Isid. or. IX 2, 133

tellegunt ut his magnum alcidē (*Aen.* V 414) ut (*leg.* et) amphitrioniadē (*leg.* Amphitryoniadae) magno (*Aen.* VIII 103) *F* || sed] et *F* || 1 MIHI *A* || SVMO *R* || tacitae quaestioni hi enim] tacitae quaestioni tamquam sybilla dixerit sed hii *F* tacite quaestioni tamquam ei sibylla dixerit sed hii *G* tacite quod mihi enim *C* || tacito *H* || 2 hii *AS* || discenderunt *FC* descenderunt *G* || dis *C* || origine *C* || originem] hecate trium potestatum nomen habet (in celo in inferno in siluis) ipsa enim luna diana proserpina sed solam proserpinam dicere non potuit propter lucos qui dianae sunt *add. G. cf. ad v.* 118 || 3 *schol. ad v.* 124 *om. FG* || TENEBANT *A* || rogabant] rogantes *R* rogabat *H* || enim *om. H* || ansas] aras *C* asas *H. cf. Macrob. Sat.* III 2, 8 || 4 tenebant *R* || 5 *schol. ad v.* 125 *et* 126 *om. G* || inde *om. S* || haec *om. R* || exhordium *A* || 7 FACILIS . . . sed si *om. FC* || 12 et alii integre docent] ab integro docet *FGC* || 13 regna *om. C* || ne posse quidem esse *scripsi*: nec esse quidem esse *FG* ne esse quidem posse *C* nec esse quidem posse *ARSHM* || 14 sub terris] subtris *G* || in medio uero terrae hos esse *FGC* || 15 centron *FCHM* contron *G* incentron *A* (n *del. a*) ^{in}centron *S* centrum *R* || 16 est mundi *R*. est *om. G* || profunditas . . . in quibus esse *om. H* || profunditas esse *A* || medio sui] in medio sui *M* || 17 habebat iferos *C* || dicitur esse *FG* || 19 aethereum *F* || Olympum] elyinphū *G* || terram] contram *G* || 20 inferas *G* || quia] quod *A* (eo quod *a*) quot *S* || omnium *om. S* || 21 infirma *G* || septem] VI *C* || 22 Lunae] lactei circuli et zodiaci *add. R* || et deorum magnorum *FG* || magnorum] horizontis et Ζωδιακοῦ de quibus superius plenius *add. D*

quod habemus ⟨439⟩ et novies Styx interfusa coercet: nam novem circulis cingitur terra. ergo omnia quae de inferis finguntur, suis locis hic esse conprobabimus. quod autem dicit 'patet atri ianua Ditis sed revocare gradum superasque evadere ad auras hoc opus hic labor est' aut poetice dictum est aut secundum philosophorum altam scientiam, qui deprehenderunt bene viventium animas ad superiores circulos, id est ad originem suam redire: quod dat Lucanus ⟨IX 13⟩ Pompeio ut vidit quanta sub nocte iaceret nostra dies: male viventium vero diutius in his permorari corporibus permutatione diversa et esse apud inferos semper.

129. PAVCI QVOS AEQVVS AMAVIT IVPPITER tria genera hominum dicit ad superos posse remeare: quos diligit Iuppiter, hoc est hos quos in ortu benignus siderum aspectus inradiat, Iuvenalis ⟨VII 194⟩ distat enim, quae sidera te excipiant modo primos incipientem edere vagitus: quos prudentia sublevat, nam hoc est 'quos ardens evexit ad aethera virtus': item religiosos, quos a diis genitos dicit; consequens enim est ut deorum suboles religionibus vacet. 'diis' autem 'geniti', quia corporibus se infundebant potestates supernae, unde heroes procreabantur.

131. TENENT MEDIA OMNIA SILVAE causam reddit cur non facilis sit animarum regressus, quia omnia polluta et inquinata sunt: nam per silvas tenebras et lustra significat, in quibus feritas et libido dominantur.

132. COCYTVSQVE SINV LABENS CIRCVMFLVIT ATRO fluvius inferorum *est*, dictus ἀπὸ τοῦ κωκύειν, id est lugere: nam Homerus sic posuit. est autem *hic* locus vicinus Acheronti, de quo diximus supra:

3 quod autem . . . apud inferos semper] exscr. mythogr. III 6, 20 || 16 item religiosos e. q. s.] cf. Luct. Plac. in Stat. Theb. X 632 || 24 fluvius inferorum . . . lugere] cf. Isid. or. XIV 9, 7 et mythogr. III 6, 2 || 25 Homerus] Od. X 514

1 habem *G* || stix *FCAR* || cohercet *SM* || 2 circulum *A* (*corr. a*) || de *om. H* || 3 hic *FGC*: hoc *ARSH* hinc *M* || conprobabimus *RM*: conprobauimus *FGCAS* conprobrauimus *H*. *cf. ad v.* 596 || 4 dites *F* || 6 altam] aliam *G* || 7 ad *ante* originem *om. G* || dat] ait *FG* || 8 ut *om. C* || 9 diuitius *FG* dicimus *A* || permarari *R* permemori *S* || 10 permutationē *H* || esse] est *G* || 11 *scholia ad v.* 129 *et* 131 *om. G* || PAVCI *ex* PAVCO *C* || QVOS *om. C* || AEQVOS *C* || 12 hoc] id *M* || 13 hos *om. R* || hortu *CA* (h *del a*) || siderus *F* || iuuelalis *F* || 14 sidera] desidera *F* || modos *F* || primos *om. F* || 15 uagito^{u}s *S* || prudentia] prudens *Daniel* || 17 dis *C* || soboles *FRASH* || 18 dis *C* || 20 reddidit *FC* || 21 coinquinata *F* inclita *AS* (*corr. a*) || 23 dominatur *FC* dominant *H* || 24 COCYTOSQVE *A* || 25 απο τογ κοκγειν *AR* απω τωγ κωκγειν *H* απο τυ κοκγειν *M* απο τογ κλα-νιν *F* απο κλανιν *G* απο τυ καδειν *C*. *quod FGC habent ex* απο τογ κλαιειν *ortum esse apparet. id in archetypo ad* ἀπὸ τοῦ κωκύειν *explicandi causa videtur adscriptum fuisse. ceterum* a fletu *add. FCG* || 26 cheronti *G*

qui ideo luctuosi esse finguntur, quia, ut exposuimus in primis partibus libri ⟨107⟩, haec sacra morte hominis fiebant.

134. BIS STYGIOS INNARE LACVS modo et post mortem. quod autem dicit Ovidius Aenean inter deos relatum, non mirum est: nam, ut supra ⟨IV 654⟩ diximus, necesse est etiam relatorum inter deos apud inferos esse simulacra, ut Herculis, Liberi patris, Castoris et Pollucis. multi hoc non videntes ad Sibyllam referunt, ut dicat: vis me bis inferos cernere, modo et 'cum me lucis Hecate praefecit Avernis', quod est paulo post ⟨564⟩ dictura. quod si est, non bis haec, sed tertio inferos cernet: nam quandoque etiam ipsa morietur. item hi supra dictam non videntes rationem, dicunt de se Sibyllam dicere: nam si de Aenea dicat, non eum praevidet deum futurum. quod si est, caruit numine et quemadmodum est de Miseno vaticinatura? unde referre nos debemus ad id ut dicamus etiam post apotheosin apud inferos remanere simulacra. STYGIOS LACVS Styx palus quaedam apud inferos dicitur, de qua legimus ⟨324⟩ di cuius iurare timent et fallere numen: quod secundum fabulas ideo est, quia dicitur Victoria, Stygis filia, bello Gigantum Iovi favisse: pro cuius rei remuneratione Iuppiter tribuit ut dii iurantes per eius matrem non audeant fallere. ratio autem haec est: Styx maerorem significat, unde ἀπὸ τοῦ στυγεροῦ, id est a tristitia Styx

---

4 Ovidius] metam. XIV 581 sqq. || 16 Styx palus quaedam e. q. s.] exscr. Luct. Plac. ad Stat. Ach. I 480 (p. 451 Lindenbr.); mythogr. I 178; III 6, 3 || 21 Styx . . . dicta est] exscr. Isid. or. XIV 9, 6

---

1 ut . . . libri] ut diximus supra *M* || 2 haec] ac *FG* || fiebant] faciebant *FGC* || 4 ouidus *A* oboedius *C* || est *om. G* || 5 nam *om. FG* || ut supra etiam diximus *ARSM* ut diximus supra *FGC* ut diximus *H* || 6 libiri *H* || 7 Pollucis] ut est apud Homerum (*Od.* XI 601 *sqq.*) *τὸν δὲ μετ' εἰςενόησα βίην . . . καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην add. D.* ut est apud Homerum (*Od.* XI 300 *sq.*) *Κάστορά θ' ἱππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα τοὺς ἄμφω ζωοὺς κατέχει φυσίζοος αἶα Fabricius* || 8 cernens *FG* || me cum *Vergilius* || haecate *RH* hechate *A* aetate *FG* aechate *C* || 11 item hi . . . apud inferos remanere simulacra *non videntur Servii esse: nihil enim novi profertur, sed explanantur ea quae antecedunt.* || item] sed *M* || his *F* hii *GA* || 12 de aenea si *M* || eum *om. R* enim *H* || 13 ad modum . . . ut dicamus etiam *om. H* || est *om. G* || 14 nos] non *AS* || 15 post *om. FG* || simulacrum *AS*, simulacra *om. FGC* (*in Floriacensi alia manus supplevit*) || *scholium ad* STYGIOS L. *om. G* || STYGIOS LACVS . . . dicitur de qua] Stygios autem lacū quos dix̄ palus. styt quaedam apud inferos dicitur simulacrum de qua *F.* (*lege* Stygios autem lacus quod dixit, Styx palus quaedam apud inferos dicitur, de qua) || 16 styxs *C* || quaedam palus *R* || dicitur] simulacrum *add. C* || 18 stygias *F* stylis *H* || bella *A* (*corr. a*) inbello *S* || 19 fafisse *F* fuisse *C* || pro cuius rei remuneratione *MD Luct. Plac. et mythogr. III*: pro cuius remuneratione *ARSH mythogr. I* pro cuius remunera *F* || 20 audent *F* audiant *H* || 21 merorem *ARSHM* maeriorem *C* || unde *om. ARSC Luct. Plac.* || ΑΠΟ ΤΟΥ CΤΥΗCΦΕΡΟΥ *R* ΑΠΩ ΤΩΥ CΤΕΦΕΡΩ *H* ΑΠΟ ΤΟΥ ΕΤΕΓΕΡΟΥ *M* ΑΠΟ ΤΟΥ CΕΤΙΓΕΡΟC *F* ΑΠΟ ΤΟΥ CΤΥΓΕΡΟC *C* || tristicia *A* || stys *C*

dicta est. dii autem laeti sunt semper: unde etiam inmortales, quia *ἄφθαρτοι καὶ μακάριοι*, *hoc est sine morte beati*. hi ergo quia maerorem non sentiunt, iurant per rem suae naturae contrariam, id est tristitiam, quae est aeternitati contraria. ideo iusiurandum per execrationem habent.

135. TARTARA locus inferorum profundus, de quo Lucanus ⟨VI 748⟩ ad inferos dicit cuius vos estis superi. INSANO magno.

136. ACCIPE QVAE PERAGENDA PRIVS si vis, inquit, reverti, audi observationis praecepta. et sub imagine fabularum docet rectissimam vitam, per quam animabus ad superos datur regressus. LATET ARBORE OPACA AVREVS licet de hoc ramo hi qui de sacris Proserpinae scripsisse dicuntur, quiddam esse mysticum adfirment, publica tamen opinio hoc habet. Orestes post occisum regem Thoantem in regione Taurica cum sorore Iphigenia, ut supra ⟨II 116⟩ diximus, fugit et Dianae simulacrum inde sublatum haud longe ab Aricia collocavit. in huius templo post mutatum ritum sacrificiorum fuit arbor quaedam, de qua infringi ramum non licebat. dabatur autem fugitivis potestas, ut si quis exinde ramum potuisset auferre, monomachia cum fugitivo templi sacerdote dimicaret: nam fugitivus illic erat sacerdos ad priscae imaginem fugae. dimicandi autem dabatur facultas quasi ad pristini sacrificii reparationem. nunc ergo istum inde sumpsit colorem. ramus enim necesse erat ut et unius causa esset interitus: unde et statim mortem subiungit Miseni: et ad sacra Proserpinae accedere nisi sublato ramo non poterat. inferos autem subire hoc dicit, sacra celebrare Proserpinae. de reditu autem animae hoc est: novimus Pythagoram Samium vitam humanam divisisse in modum Y litterae, scilicet quod prima

18 dabatur autem . . . reparationem] cf. comm. Luc. III 86 ‖ 26 novimus Pythagoram e. q. s.] cf. Isid. or. I 3, 7

1 di *CM* ‖ etiam unde *C* ‖ quia *om. M* ‖ 2 ΑΦΕΛΡΤΟΙ ΚΑΙ ΝΙΑΚΑΡΙΟ *R* ΑΦΕΑΡΤΟΥ ΚΑΙ ΜΑΚΑΡΙΟΙ *H* ΑΦΘΑΥΤΟΙ ΚΑΙ ΜΑΚΑΡΙΟΙ *M* ‖ hoc est . . . beati *hab. C* ‖ hi] *om. CAM*, manis *F* ‖ maerorem] memorem *AH* (*corr. a*) ‖ 4 est *ante* aeternitati *om. S* ‖ 5 exsecrationem *HM* ^{ex}secrationem *S* ‖ 7 ad feros *H* ‖ esti *F* istis *H* ‖ super *H* ‖ 8 inquid *AF* (inquit *a*) ‖ 9 audio *G* ‖ observationis . . . per quam *om. H* ‖ obseruationes *GAS* (obseruationis *a*) ‖ immagine *FG* ‖ famularum *G* ‖ 10 animis *AS* (animabus *a*) ‖ dat *M* ‖ 11 de] dement *H* hoc ramo . . . adfirment *omittens* ‖ hii *F* ‖ 12 esse] enim *R* ‖ 13 tamen] de hoc ramo *add. FC* ‖ occissum *C* ‖ 14 ephigenia *R* iphygenia *A* yfigenia *FC* ‖ 15 haut *FC* ‖ 17 infringe *F* infringere *C* ‖ 18 autem] enim *FC* ‖ exinde] inde *FC* ‖ 19 auferre] aure *H* ‖ figitiuo *R* ‖ 20 ad priscae maginem *C* a (ad *a*) priscae imagine (imaginem *a*) *A* a priscae im^{a}gine *S* ad pristinae imaginem *M* ‖ dimicanti *F* ‖ 22 istum inde] indestum *F* inde istum *C* ‖ enim] erat *R* ‖ 24 et ad sacra] quia ad sacra *F* ‖ accedere] aliter accedere *FCASM* ‖ 25 autem *om. F* ‖ 26 hoc est] hoc dicit *ASM* ‖ phitagoram *H* phytagoram *M* ‖ 27 vitam *om. R*

aetas incerta sit, quippe quae adhuc se nec vitiis nec virtutibus dedit: bivium autem Y litterae a iuventute incipere, quo tempore homines aut vitia, id est partem sinistram, aut virtutes, id est dexteram partem sequuntur: unde ait Persius ⟨V 35⟩ traducit trepidas ramosa in compita mentes. ergo per ramum virtutes dicit esse sectandas, qui est Y litterae imitatio: quem ideo in silvis dicit latere, quia re vera in huius vitae confusione et maiore parte vitiorum virtus et integritas latet. alii dicunt ideo ramo aureo inferos peti, quod divitiis facile mortales intereunt. Tiberianus aurum, quo pretio reserantur limina Ditis.

137. LENTO VIMINE flexili, ut lenta quibus torno facili superaddita vitis: alias gravi.

138. IVNONI INFERNAE Proserpinae, ut ⟨IV 638⟩ sacra Iovi Stygio. DICTVS dicatus.

139. ET OBSCVRIS CLAVDVNT CONVALLIBVS VMBRAE re vera enim nemus Aricinum densum est.

140. SED NON ANTE DATVR sive iustis sive iniustis. sic intellegentes removebimus quaestionem: hinc enim dicit ⟨409⟩ longo post tempore visum. ex eo enim quod dicit descendisse aliquos, ramum quoque depositum esse significat. TELLVRIS OPERTA secundum eos qui dicunt inferos in medio esse terrarum: quos Iuvenalis dicit putari esse sub terris, ut ⟨II 149⟩ esse aliquos manes et subterranea regna.

142. PVLCHRA quae rapi meruit. SVVM sibi carum.

143. NON DEFICIT ALTER ne diceret ab his, qui primo descenderunt, esse sublatum.

---

9 Tiberianus] cf. Baehrens uned. lat. Ged. p. 27 et 30 ‖ 11 lenta] buc. III 38 ‖ 14 DICTVS dicatus] cf. Non. p. 280, 15 M.

---

1 quae *om.* *C* ‖ 2 accipere *F* ‖ 3 aut *ante* virtutes] ad *H* ‖ uirtutis *C* uirtutem *M* ‖ 4 dextram *FS* destram *C* ‖ partem *om.* *C* ‖ secuntur *FC* ‖ ait *om.* *FCAS* ‖ diducit *Persius* ‖ 5 competa *A* conpita *M* ‖ 6 dicit *om.* *ARSH* ‖ qui *RHM* quae *AS* quod *FC* ‖ 7 et] ex *S* ‖ parte *om.* *AS* (*supr. vers. suppl. a*) ‖ 8 uixtorum *H* ‖ uirtutis integritas *M* ‖ latent *ASH* ‖ 9 divitiis] de uitiis *A* (*corr. a*) de uiciis *S* ‖ tibertianus *M* ‖ 11 *ad vers.* 137 *in marg.* quidam accipiunt ramum pro scientia mistice et aureum pro claritate sapientiae et sic quisque inferos ingreditur id est secreta scientiae perscrutatur *T* ‖ flexibili *FGa* ‖ facili *SM*: facilis *ARGC* (*sed videtur in A* s *littera ab ipso librario deleta esse*) faciles *H* ‖ 15 CVMVALLIBVS *G* ‖ 17 DATVS *G* ‖ sic] et sic *M* ‖ 18 remouemus *M* ‖ 19 post] potest *H* ‖ discendisse *FGC* ‖ 21 inferos esse in medio *AS* ‖ quos Iuvenalis ... regna *om.* *FG.* unde iuuenalis et subterranea regna *C* ‖ inuenalis *H* ‖ 23 et subterrena nam regna *H* ‖ 24 PVLCRA *A* ‖ rapit *C* ‖ meruit] a Plutone *addidit Fabricius* ‖ carum] curam *F*. aut sibi destinatum *add.* *D* ‖ 25 dicaret *FG* diceretur *R* ‖ discenderunt *FGC*

144. FRONDESCIT in naturam redit. et honeste locutus est dicens: habet frondes sui metalli.

145. ALTE VESTIGA OCVLIS require omni intentione. RITE REPERTVM CARPE 'rite carpe', *id est cum observatione*, non 'rite repertum'.

147. SI TE FATA VOCANT hoc est, si quem fata vocant facile sequitur.

148. POTERIS poterit quis. tertiae enim personae significationem ad secundam transtulit et generaliter loquitur: nam ut de Aenea dicat non procedit. si enim dubitat, caret deo nec potest de Miseno vaticinari. DVRO FERRO et genus esse potest et species.

149. PRAETEREA ac si diceret: est et alia opportunitas descendendi ad inferos, id est Proserpinae sacra peragendi. duo autem horum sacrorum genera fuisse dicuntur: unum necromantiae, quod Lucanus exsequitur, et aliud sciomantiae, quod in Homero, quem Vergilius sequitur, lectum est. sed secundum Lucanum in necromantia ad levandum cadaver sanguis est necessarius, ut ⟨VI 667⟩ pectora tunc primum ferventi sanguine supplet, in sciomantia vero, quia umbrae tantum est evocatio, sufficit solus interitus: unde Misenus in fluctibus occisus esse inducitur. TIBI ideo addidit 'tibi', ne 'amici' posset etiam ad Sibyllam referri.

150. INCESTAT polluit. et incestum est quaecumque pollutio.

151. PENDES sollicitus es, ut ⟨III 372⟩ ipse manu multo

---

1 *schol. ad v.* 144 *om. G* ‖ rediit *FCH* ‖ 2 habens *FCM* ‖ 3 *schol. ad* RITE R. C. *om. G* ‖ 4 R[EC]EPTVM *S* REPERTV *H* ‖ CARPE *om. RH qui post* REPERTVM *exhibent* ut carpe uiator iter, *nisi quod H* ut *omittit et* uiatur *praebet* ‖ 6 *schol. ad v.* 147 *post* vaticinari (*lin.* 11) *hab. F* ‖ hoc est . . . sequitur] hunc enim quem fata uocant facile sequitur *ASM* ‖ 7 sequetur *FGC* ‖ 8 *schol. ad* POTERIS *om. G* ‖ aliquis *F* ‖ 11 esse potest] potest esse *GC* est *M* ‖ 12 hac *G* ‖ est *om. M* ‖ oportunitas *A* ‖ descendi *FG* ‖ 13 autem] enim *M* ‖ 14 dicuntur fuisse *FG* ‖ necromantiae *ASG*: nichomantiae *R* neciomantiae *H* nechyomantiae *M* [i]necyamamtiae *C* ‖ 15 sequitur *FGC* ‖ et *om. FGC* ‖ alius *FG* ‖ scyomantiae *RC* chio[n]matiae *M* ‖ sciomantiae] id est diuinationis per umbras σκιὰ enim umbra est et μαντία uaticinium *add. D* ‖ quod est in homero *FGC* ‖ 16 lectum est *om. FGC* ‖ lucanum] dictum est *add. FG* ‖ nychomantia *R* necromantiae *AS* neuomantiae *H* nechiomantia *M* necromantia *Ga* nec[i]yomantiae *C* ‖ 17 eleuandum *ASM* lauandum *R* ‖ cadaver] est *add. FG* ‖ 18 pectore *S* ‖ tun *C* tum *M* ‖ furenti *G* ‖ supplet *FC*: subplet *G* supplent *RSM* subplent *H* ‖ in *om. FG* ‖ scyomantia *FR* scitomantia *G* nicyomantia *C* seiountia *H* chio-[n]matia *M* ‖ 19 est] esse *R* ‖ euuocatio *G* uocatio *ARS* uacatio *H* ‖ interius *R* ‖ 20 esse *om. FGCAS* ‖ *schol. ad* TIBI *om. G* ‖ 21 addit *ARS* ‖ 22 incestus *R* incertum *H* ‖ 23 *schol. ad v.* 151 *om. G* ‖ sollicitus es] cum sollicitudine exspectas *F*

suspensum numine ducit. et proprie pendere est desiderare aliquid audire, ut ⟨IV 79⟩ pendetque iterum narrantis ab ore.

152. SEDIBVS HVNC REFER ANTE SVIS apud maiores, ut supra ⟨V 64⟩ diximus, omnes in suis domibus sepeliebantur, unde ortum est ut lares colerentur in domibus: unde etiam umbras larvas vocamus *a laribus*, nam dii penates alii sunt. inde est quod etiam Dido cenotaphium domi fecit marito. ergo aut secundum istum locutus est morem, quamvis adhuc Troiani domos non habuerint: aut dicit, refer hunc naturalibus sedibus, id est terrae: nam in aqua perierat. verum tamen illud est, ut intellegamus eam dicere, sepeli eum: nam sepulcrum sedes vocatur: Horatius nulla certior tamen rapacis Orci sede destinata divitem manet erum, Vergilius ⟨VII 3⟩ et nunc servat honos sedem tuus ossaque nomen. *vel 'suis', quoniam eiusdem nominis locum habiturus sit.* persuadet autem sepulturam, ut possit recentis cadaveris uti anima, ut ait Lucanus ⟨VI 712⟩ non in tartareo latitantem poscimus antro adsuetamque diu tenebris, modo luce fugata descendentem animam: primo pallentis hiatu haeret adhuc Orci.

153. PIACVLA SVNTO ad expiationem pollutionis, quae fuerat nata morte Miseni.

154. SIC DEMVM ad postremum, hoc est novissime. et haec particula tam apud Vergilium, quam apud omnes idoneos auctores hoc significat, licet in aliis diversa significet. LVCOS STYGIS ET REGNA INVIA VIVIS ASPICIES Seneca scripsit de situ et *de* sacris

---

11 Horatius] carm. II 18, 29 ‖ 24 Seneca] fragm. XII ap. Has. III p. 420. cf. comm. Luc. X 312 et 323, mythogr. III 6, 3

---

1 suspensum *ex* suspensus *R* suspensus *AS* ‖ dicit *F* ‖ disiderare *F* ‖ 2 aliquit *C* ‖ ore] et Ouidius (*ep.* I 30) narrantis coniunx pendet ab ore uiri *add. D* ‖ 3 REFERT *C* ‖ 4 omnis *FGC* ‖ unde...domibus *om. ARSH* ‖ unde] et iam unde *M* ‖ 5 dominibus *C* ‖ larbas *FG* ‖ 6 a laribus *hab. C* ‖ di *C* ‖ alii sunt] absunt *H* ‖ inde] unde *M* ‖ 7 cenotaphion *R* cenotofium *A* (cenotafium *a*) ‖ marito *om. C* ‖ 8 troiani adhuc *FG* ‖ domus *GH* ‖ aut] ut *FGC* ‖ 9 refere *FG* refert *C* ‖ id est *om. M* ‖ in aquam *F* inquam *G* ‖ 10 sepeli eum] sepelium *H* ‖ eum *ex* eam *R* ‖ 11 cercior *A* ‖ 12 sede *M*: fine *reliqui* (*in A* sede *superscr. man. rec.*) ‖ destinata ... erum] destina T. a. d. m. e. *C* ‖ manebit *FG* ‖ erum *R*: herum *HM* iterum *AS* aeuum *FG* ‖ uergilius *C* ‖ 13 serat *G* seruant *H* ‖ nomen ossaque *FG* ‖ 15 recenti cadauere *R* ‖ 17 diu] di *C* ‖ tenebris *ex* tenebras *R* ‖ lucẽ *R* ‖ fugatam *RH* ‖ descendem *R* ‖ 18 animain *H* ‖ pallantis *A* pallenti *RH* ‖ aduc *FG* ‖ orti *A* (*corr. a*) ‖ 19 *schol. ad v.* 153 *om. G* ‖ PIACVLA SVNTO] *in his desinit Cassellani quaternio* I^b (*cf. praef. p.* XLVIII); *secundus in quo commentarius ad. v.* 153—359 *scriptus erat interiit.* ‖ PIACVLO *R* (*corr. man. sec.*) PIACOLA *H* ‖ 20 nata *om. AS* ‖ morte] a morte *F* ‖ 22 apre omnes *A* (*corr. a*) ‖ auctores idoneos *FG* ‖ 23 diuerse *G* ‖ *scholia ad* LVCOS S. E. R. I. V. A. *et* MAESTO V. *om. G* ‖ LUCAN STIG(s) RECNΛ(,) I. U. Λſpicies *R* LVCOS STYGIO (STYGIOS *a*) ET REGNA *e. q. s. A* LVCOS STIGIS ET REGNA *e. q. s. S* LVCOS STIGIOS ET REGNA *e. q. s. H* ‖ 24 sineca *F* sinica *H* ‖ scribsit *F* ‖ situ *libri*, ritu *vulgo*

Aegyptiorum. hic dicit circa Syenen, extremam Aegypti partem, esse locum, quem Philas, hoc est amicas, vocant ideo quod illic est placata ab Aegyptiis Isis, quibus irascebatur quod membra mariti Osiridis non inveniebat, quem frater Typhon occiderat. quae inventa postea cum sepelire vellet, elegit vicinae paludis tutissimum locum, quam transitu constat esse difficilem; limosa enim est et papyris referta *et alta.* ultra hanc est brevis insula, inaccessa hominibus, unde Abatos appellata est: Lucanus ⟨X 323⟩ hinc Abatos, quam nostra vocat veneranda vetustas. haec palus Styx vocatur, quod tristitiam transeuntibus gignit. sane ad illam insulam ab his qui sacris inbuti sunt, certis transitur diebus. lectum est etiam quod vicini populi cadavera suorum ad alteram regionem transferunt; sed si quis forte in fluvio pereat nec eius inveniatur cadaver, post centum ei annos ultima persolvuntur. hinc est tractum ⟨329⟩ centum errant annos volitantque haec litora circum.

ET REGNA INVIA quae contra naturam fiunt non adserunt praeiudicium generalitati: unde ait 'invia regna', licet et Hercules aliique transierint et sit transiturus Aeneas. sic dictum est et illud ⟨425⟩ evaditque celer ripam inremeabilis undae.

156. MAESTO VVLTV propter mortem amici et rami inquisitionem. DEFIXVS LVMINA defixa lumina habens, per quod tristitia mentis ostenditur.

157. INGREDITVR pro graditur: vacat praepositio, ut ⟨IV 177⟩ ingrediturque solo et caput inter nubila condit.

159. PARIBVS CVRIS VESTIGIA FIGIT aut simili sollicitudine detentus incedit: aut 'figit vestigia', id est stat subito, quod cogitantes facere consuerunt.

---

1 dicitur *H* || sygnen *R* syaenen *F* sienen *AS* sienē *H* syenē *M* || extremam Aegypti partem *om. M* || extrema *H* || 2 filas *RM* filias *FAH* || ideo quia *S* || 4 usiridis *H* || 6 quam transitu *H*: quam transitum *R* quam a transitu *AS* quem transitu *F* quem ad transitum *M* || est] paulus *add. M* || 7 papiris *F* || 8 abathos *M* || abatus *FA* abathus *M* || 9 uentustas *H* || paulus *R* || 12 vicini] uicini hinc *F* uicinici *H* || ad alteram regionem *Servius suo more pro 'in aliam regionem'.* || 13 transferat *F* || quis *RMa*: qui *FASH* || fluo *A* (fluuio *a*) || 14 ei *om. H* || ultima annos *R* || ultima *om. F* || persolvuntur] parentatur *F*. persoluuntur officia *ASM* || 15 erant *FAH* (errant *a*) || annos *om. H* || littora *RH* || 16 et regna inuia quod dicit quae *e. s. q. F* || 17 invia] inuna *R* || regna *om. FM* || et hercules aliique *ASM*: hercules aliique *RH* et hercules et alii *F* || 18 et sic sit *F* || sic . . . illud] et hoc sic dictum est ut illud *F* || 20 *schol. ad* MAESTO V. *om. F* || inquisitione *A* (*corr. a*) inquistone *S* inquisionem *H* || 21 DEFIXVS LVMINA *om. ASH* || DEFIXIT *R* DEFIXVS autem *M* || defixa lumina *om. M, in marg. supplevit m* || lumina *om. R* || 23 greditur *RH* || 24 solo et] solet *G* || capud *F* || 25 *schol. ad v.* 159 *om. G* || 26 detentus] decentes *H* || subito] ex inprouiso *M* || cogerantes *F*

160. MVLTA INTER SESE VARIO SERMONE SEREBANT hic proprie dictus est sermo, qui inter utrumque seritur.

163. INDIGNA MORTE miserabili, non congrua eius meritis: vel propter animae etiam extinctionem elementi contrarietate.

165. MARTEMQVE ACCENDERE CANTV hemistichium hoc dicitur addidisse dum recitat.

168. VITA SPOLIAVIT ad bellum retulit, in quo victis tolluntur exuviae.

170. NON INFERIORA SECVTVS ubique Aenean Hectori conparat, ut ⟨XI 291⟩ ambo animis, ambo insignes praestantibus armis.

171. CAVA DVM PERSONAT AEQVORA CONCHA aut personare facit: aut hysterologia est, dum per cava aequora sonat.

172. DEMENS inprovidus, qui non consideravit etiam deos in aemulationem posse descendere.

173. AEMVLVS modo 'eiusdem rei studiosus', alias 'inimicus' invenitur. EXCEPTVM oppressum insidiis: quo sermone ostendit eum tantae fuisse virtutis, ut ne a numine quidem nisi insidiis opprimeretur. TRITON paenultima accentum habet, nam Tritonis facit: si enim ultima habeat, Tritontis facit, quod non procedit: ut Demophoon, Demophoontis.

175. ERGO aut quia talis perierat, aut quia sic fuerat interemptus.

176. PRAECIPVE PIVS AENEAS ubique Aenean supra ceteros inducit mortem cuiuslibet dolere, ut ⟨I 221⟩ nunc Amyci casum

---

1 hinc ... seritur] exscr. Isid. or. VI 8, 3; diff. verb. 578 || 16 modo ... invenitur] exscr. Isid. or. X 7

---

1 hic *M*: hic uel hinc *H* hinc *FGRAS* || 2 quiter *A* (qui inter *a*) || qui] quid *R* || utrumque] duos *Fabricius* || seritur] agitur *M*. et inter utrumque agitur *add. D* || 3 *scholia ad v.* 163—171 *om. G* || vel] *om. R*, nec *H* || 4 exstinctionem *F* || contrarietati *F* || 5 emithichium *R* emistichium *A* emisticum *H* emystichium *M* || MARTEMQVE . . . recitat] ACCENDERE MARTEM hemistichium id est dimidium uersum hoc dicitur addidisse dum augusto hunc librum recitaret. nam ante hemistichium fecerat dicendo aere ciere uiros q postea in praesentia augusti ex abundantia intellectus addidit subito martemque accendere cantu *D*. *cf. Donati vita p. 61 sq. Reiffersch.* || 8 exuiuae *F* || 13 histerologia *RAH* ysterologia *M* || est] postposita dictio *add. F* || sanat *F* || 14 inprovidus] pro inuidus *G* || 15 discendere *F* || 17 quo] quod *G* || 18 eum] eius *G* || indiis *H* || 19 *schol. ad* TRITON *om. G* || penultimā *F* || tri(t)tanis *F* || 20 si enim . . . facit *in contextu omissa in margine hab. S* || ultimā *F* || habent *F* || Tritontis] nam (non *a*) tritonis *A* trit(t)ontis *F* tritonis *S* || facit] si enim ultima habeat tritontis facit *add. A* || 21 Demophoon *om. H* || Demophoon Demophoontis] demofon fontis *F*. *cf. F. Schoellius de accentu linguae lat. p.* 214 || 22 qui talis *AS* (*corr. a*) || sic *om. AS* || 24 super *H* || 25 cuiuslibet mortem *FG* || dolore *GH* || ut] et *AS* (*corr. a*)

gemit, item ⟨V 869⟩ casuque animum concussus amici. hinc ei dat circa sepulturam etiam sordida officia, quae in aliis denegat locis. qui enim de pietatis generibus scripserunt primum locum in sepultura esse voluerunt: unde cum pontificibus nefas esset cadaver videre, magis tamen nefas fuerat si visum insepultum relinquerent. genus autem fuerat sepulturae iniectio pulveris: unde est ⟨365⟩ aut tu mihi terram inice. Horatius non est mora longa; licebit iniecto ter pulvere curras.

177. ARAMQVE SEPVLCRI pyram dicit, quae in modum arae construi lignis solebat: nam et sequitur 'congerere arboribus caeloque educere certant'. et aram, quae ante sepulcrum fieri consuevit, intellegere non possumus, ut ⟨III 63⟩ stant manibus arae, cum nondum facta sit funeratio, quae praecedit sepulcrum. Probus tamen et Donatus de hoc loco requirendum adhuc esse dixerunt.

178. CAELOQVE EDVCERE CERTANT ut hoc faciant mente pertractant: nam adhuc ituri ad silvas sunt.

179. ITVR 'eo' e brevis est, 'itur' i longa invenitur. ergo quia hoc verbum breve est in origine et in declinatione fit longum, ideo certa eius natura nec in temporibus nec in participiis invenitur: nam cum 'itur' longa sit, 'iturus' brevis invenitur, ut ⟨680⟩ superumque in lumen ituras. multi tamen temptant dicentes 'itur' propter 'eo', quae prima verbi origo est, per diphthongon scribi debere: quod non procedit, quia diphthongos semper longa est, 'i' autem et produci potest et corripi. hinc est quod 'fortuitus'

---

7 Horatius] carm. I 28, 35 || 9 pyram ... solebat] exscr. Isid. XX 10, 9

---

1 item] ita ē *H* || amici] hoc praecipit horatius in arte poetica (126) seruetur ad imum qualis ab incepto processerit et sibi constet, ut semper pius describatur aeneas *add. D* || 2 in *om. FGAS* || 3 pietatis *om. AS* (*in marg. suppl. a*) || primum . . . voluerunt] primum locum sepulture esse uolunt *FG. ceterum haec verba in utroque libro post* pontificibus *collocata sunt* || *fortasse* primum eius *vel* ei locum || 4 sepulturā *S* || 5 si visum] se uisum *G* suusum *H* || relinquerent insepultum *M* || 6 sepulturae fuerat *M* || pulveris] a sacerdote scilicet *add. M* || 8 te puluere *A* || curas *R* || 9 *scholia ad v.* 177 *sq. om. G* || SEPVLCHRI *libri* || in modo *H* || 10 conierere *A* (*corr. a*) || arboribus . . . intellegere *om. H* || caeloque . . . certant *om. F* || 11 sepulchrum *FASHM* pulcrum *R* || 13 sepulchrum *RASHM* || 14 Probus] proquib. *R* || Donatus] ceteri commentatores *F* || hoc *om. H* || adhuc *om. F* || 16 CAELO *R* || CEPTANT *R* || 17 nam *om. F* || siluis *A* (*corr. a*) silluas *H* siluam *FM* || 18 eo . . . origine] i longa inuenitur ergo quia hoc uerbum breue est itur eo et breuis est in origine *FG*, *nisi quod* i *om. G* || 19 in *ante* declinatione *om. G* || 20 participibus *AS* (*corr. a*) || 21 nam . . . invenitur *om. H* || 22 in] ad *Vergilius* || limen *FG* || ituros *M* || multi tamen *e. q. s.*] *cf. Terentianus* 459 *sqq. Cled. ars p.* 29, 11 *K. Pomp. comm. p.* 115, 15 *K.* || dicentis *FG* || 24 quia . . . est] quia ad dyptongon (dyptongos *a*) semper longa est *A* quia ad diptongos semper longo est *S* || 25 et *ante* produci *om. FG* || perduci *H* || et corripi potest *R*

i et producit et corripit: Iuvenalis ⟨XIII 225⟩ non quasi fortuitus nec ventorum rabie, sed iratus cadat in terras et iudicet ignis, contra Horatius nec fortuitum spernere cespitem leges sinebant. hic enim nisi i littera longa sit, non stat versus. et hoc protulimus exemplum unius sermonis, ne quis dicat 'iturus' et 'itur' ideo variam habere naturam propter temporum varietatem: unde melius est, ut diximus, originis considerare rationem. sane 'fortuitus' ab eundo est et a fortuna conpositum.

180. PROCVMBVNT PICEAE picea secundum Plinium in naturali historia quinta species cedri est: nam cedria dicta est quasi καιομένης δρυὸς ὑγρὸν, id est arboris umor ardentis.

183. NEC NON AENEAS bona oeconomia venitur ad ramum.

184. ACCINGITVR ARMIS instruitur officiis.

186. FORTE PRECATVR vacat 'forte': et est versus de his qui tibicines vocantur, quibus datur aliquid ad solam metri sustentationem, ut ⟨V 457⟩ nunc dextra nunc ille sinistra: nec enim possumus intellegere eum fortuitu rogasse.

187. SI adverbium rogantis et optantis est per se plenum, sicut et 'o', quamquam neoterici haec iungant et pro uno ponant: Persius ⟨II 10⟩ o si ebulliat patruus, praeclarum funus! et o si.

188. QVANDO siquidem. et 'nimium vere' cum ingenti dixit adfectu, quasi mors praedicta falsa esse debuerit.

190. CVM FORTE COLVMBAE auguria aut oblativa sunt, quae non poscuntur, aut inpetrativa, quae optata veniunt. hoc ergo quia

---

3 Horatius] carm. II 15, 17 ‖ 9 in naturali historia] XVI § 38 sqq. ‖ 10 nam cedria ... ardentis] exscr. Isid. or. XVII 7, 33 ‖ 18 adverbium e. q. s.] cf. [Sergii] explan. in Don. p. 510, 10 K. ‖ 24 auguria ... coitum (v. 193)] exscr. mythogr. III, 11, 14 et 16

---

1 i et *om. H* ‖ producitur *G* produci *AS* (*corr. a*) ‖ iuuenelis *FG* iunalis *H* ‖ 2 rabie *G* rabię *F* rabie *ex* rabies *M*: rabies *RAS* rapias *H* ‖ 3 cespite lege *R* ‖ 4 hinc *AS* hinc *G* ‖ i littera *RF*: litera i litera *G* litera i *ASM* littera *H* ‖ 9 *schol. ad v.* 180 *om. G* ‖ PICEAE PROCVMBVNT *M* ‖ 10 nam] nam si *R* ‖ data *A* (dicta *a*) ‖ quasi] qua *M* ‖ ceomenes dryos ygron *RAS* ceomenes ardens quercus dryos ygron *F* ceomines drros igron *H* κϲeomenes dios ygyon *M* ‖ 11 umor *AH*: humor *RSMa* humoris *F* ‖ ardetis *AS* (*corr. a*) ‖ 12 oechonomia *R* economia *A* oeconomina *F* oeoconomina *H* ‖ uenit *R* ‖ 13 *schol. ad v.* 184 *om. G* ‖ 14 SIC FORTE *G* ‖ 15 uocatur *FG* ‖ datur] additur *vulgo* ‖ 16 nuc (nunc *a*) dextera *A* ‖ dextra] ingeminans ictus *add. G* ‖ dextra nunc] dixerat inunc *H* ‖ 17 eum] cum *FG* ‖ 18 rogantis et *om. FGAS* ‖ 19 sicut et 'o'] ut in quinto (195) quamquam o, sed superent *add. Fabricius* ‖ 19 quamquam] licet *vulgo* ‖ ineoterici *G* moderni *superscr. m* ‖ uno *RH*: una *FGASM* ‖ 20 ebuliat *RH* ebullit *AS* ebullat *FGM* ‖ 22 pro siquidem *G* ‖ 23 adfectu] effatu *Daniel* ‖ praedicata *M* ‖ 24 *schol. ad v.* 190 *om. G* ‖ 25 impetrita *F* inperatiua *A* (*corr. a*) impetraiua (t *superscr.*) *H* (t *superscr. h*) inpetratiua *M* ‖ optata] obta *F*

oblativum est, ideo dixit 'forte'. bene autem a columbis Aeneae datur augurium, et Veneris filio et regi: nam ad reges pertinet columbarum augurium, quia numquam solae sunt, sicut nec reges quidem.

191. IPSA SVB ORA perite, ne si longius volarent, non ad eum pertinere viderentur: nam moris erat ut captantes auguria certa sibi spatia designarent, quibus volebant videnda ad se pertinere.

193. MATERNAS Veneri consecratas, propter fetum frequentem et coitum.

194. SI QVA VIA EST si est ratio. et iam ex hoc loco esse incipit inpetrativum quod fuerat oblativum. CVRSVMQVE PER AVRAS 'cursum' vocavit impetum et eundi officium: nam et navium cursum dicimus.

196. NE DEFICE REBVS ne desere in rebus incertis. et bene in silvis invocat matrem, quam iam scit sibi visam esse habitu venatricis, ut in primo ⟨314⟩ legimus.

197. SIC EFFATVS proprie effata sunt augurum preces: unde ager post pomeria, ubi captabantur auguria, dicebatur effatus. VESTIGIA PRESSIT quia ad captanda auguria post preces inmobiles vel sedere vel stare consueverant.

198. *OBSERVANS QVAE SIGNA FERANT servare enim et de caelo et de avibus verbo augurum dicitur.* QVO TENDERE PERGANT PASCENTES hinc iam optimum significatur augurium, quod pascebant. nam Romani moris fuit et in comitiis agendis et in bellis gerendis pullaria captare auguria. unde est in Livio quod cum quidam cupidus belli gerendi a tribuno plebis arceretur ne iret, pullos iussit adferri: qui

---

17 proprie...consueuerant] exscr. mythogr. III 11, 15 || 25 in Livio] fragm. 11 ap. Hertz. IV p. 225

---

2 et Veneris . . . columbarum augurium *om. F* || et *ante* Veneris] et $\overset{v}{}$ *M* || 3 columborum *AS* (columbarum *a*) || iūgurium *R* || ne *FAS* (nec *a*) || 5 perite *om. AS* || 6 uideretur *FG* || 7 spacia *A* || pertinere] quod spatium totum templum appellatur et extremae partes antica et postica uocabantur *add. D* || 8 fetum *FH*: foetum *RSGM* || 9 et *om. G* || 11 inpetritum *F* imperium *G* inpetratium *A* (*corr. a*) || oblatiuum fuerat *M* || ablatiuum *FG*. pro estote *add. G quae ad 'este duces' pertinent.* || *scholia ad* CVRSVMQVE P. A. *et ad v.* 196 *om. G* || 14 desère] desse *F* || 15 inuocabat *M* || quam . . . visam esse] quam iam scit antea se uisam esse *F* || uisa *H* || habitu] in habitu *R* || 16 ut . . . legimus *om. F* || 17 augurium *FG* augurium *A* || 18 ager *FGM*: aggeres *RASH* || ^{po}meria *R* (po *superscr. man. pr. ut videtur*) pomaaria *ex* pomearia *M. fort.* pomerium || capitabantur *G* || dicebatur *ASM*: dicebantur *RFGHas* || effatus *om. G* || 19 *schol. ad* VESTIGIA P. *om. G* || 21 *schol. ad* OBSERVANS Q. S. F. *edidit Stephanus* || servare] observare *Daniel* || 22 *schol. ad* QVO T. P. P. *om. FG* || 24 fuit et] fuit ut *M* || comiciis *A* || pullularia *H* || 25 capitare *R* captarent *M* || 26 gerandi *R* || arceretur] prohiberetur *M*

cum missas non ederent fruges, inridens consul augurium ait 'vel bibant', et eos praecipitavit in Tiberim: inde navibus victor revertens [ad Africam tendens] in mari cum omnibus quos ducebat extinctus est. multi 'pascentes' distingunt, et absolutus est sensus. alii dicunt 'pascentes volando' et referunt ad naturam columbarum, quae exilientes pascere consuerunt. alii 'volando' ambulando dicunt: vola enim dicitur media pars pedis sive manus.

199. PRODIRE prodibant: infinitus pro indicativo.

201. GRAVE OLENTIS male olentis: alibi bene olentis, ut et graviter spirantis copia thymbrae floreat.

202. LIQVIDVMQVE PER AERA LAPSAE non est aëris perpetuum epitheton, sed purum *et incorruptum* ait Averni comparatione. dicit autem eas alte volasse ad vitandum Averni odorem.

203. SVPER ARBORE SIDVNT secundum antiquam licentiam.

204. AVRI AVRA splendor auri: Horatius tua ne retardet aura maritos, id est splendor. hinc et aurum dicitur a splendore, qui est in eo metallo: hinc et aurarii dicti, quorum favor splendidos reddit.

205. BRVMALI FRIGORE VISCVM bene 'brumali' addidit: tunc enim maturum est et auri imitatur colorem, nam nova fronde viret. quod, ut ait Plinius in naturali historia ⟨XVI 247⟩, de fimo turdelarum in certis arboribus nascitur: unde Plautus ipsa sibi avis mortem creat.

---

6 alii...manus] exscr. Isid. or. XII 7, 4 || 9 et graviter] georg. IV 31 || 12 sed purum ait] cf. Non. p. 334, 16 M. || 15 splendor auri . . . reddit] exscr. Isid. or. XVI 18, 1 || Horatius] carm. II 8, 23 || 21 quod . . . creat] cf. Isid. or. XII, 7, 71

---

2 praecipitauit eos *R* || praecipitavit] necaut *M* (i supr.) || inde nauibus uictor reuertens ad africam tendens *RHM, nisi quod* victo *H*, tenens *M, quod ipsum post deletum est.* inde nauibus uictor reuertens ad Africam *AS* (tendens *supr. vers. add. a*). ad Africam tendens *ut ab homine Servii corrigendi studioso profecta seclusi. in programmate Neobrandenburgensi a.* 1871 *p.* 12 *verba hoc modo emendanda videri dixi* inde navibus victoriae certus ad Africam tendens || 3 in mari cum omnibus quos ducebat extinctus est *RH*: cum periit exercitu *AS* (in mari periit cum exercitu *a*) in mari cum omni periit exercitu in mari cum omnibus quos ducebat extinctus est *M* (in mari . . . exercitu *post deleta sunt*) || 4 et multi *A* || 6 consueuerunt *M* || 8 *schol. ad v.* 199 *om. G* || prodiebant *M* || infinitiuus *H* || 9 GRAVI *H* || OLENTES *FG* || alibi bene olentis *om. FG* || et *om. FG* || 10 grauē *G* || copia *om. G* || timbre *FG* tymbrae *A* || flor̄ *R* florea *G* || 11 *schol. ad v.* 202 *om. G* || aëris *om. F* || 13 alta *H* || aeueni *F* || 14 licentiam super iungit ablativo *D* || 15 splendor auri] odor *FG* || 16 hinc enim aurum *AS* || a] ab *FG* || 17 qui] quid *FG* || metalla *A* || aurati *Stephanus et Daniel. cf. quae Burmannus h. l. adnotavit* || fauore *FG* || splendidus *H* || 18 reddidit *FGM* || 19 *schol. ad v.* 205 *om. G* || VISCVS *A* || addit *H* || 20 matur am *A* maturam *H* marcidum *Vossianus Burmanni* || et *om. H* || imitatur] mutatur *H* || 21 quod] et quod *F* || ut ait *om. F* || plinius *ex* planius *R* || 22 sibi] ui *F* || avis *om. AS* || 23 creat] cacat *Burmannus. cf. Isid.*

207. TERETIS TRVNCOS 'teres' est rotundum aliquid cum proceritate, ut incumbens tereti Damon sic coepit olivae. Horatius brachia et vultum teretesque suras integer laudo.

210. EXTEMPLO bene verbo usus est augurum, ut diximus supra ⟨I 92⟩.

211. CVNCTANTEM aliud pendet ex alio: 'cunctantem', quia 'avidus', ut ostendat tantam fuisse avellendi cupiditatem, ut nulla ei satisfacere posset celeritas: nam tardantem dicere non possumus eum qui fataliter sequebatur. alii 'cunctantem' ad auri naturam referunt, id est mollem, quia paulatim frangitur et lentescit. alii 'cunctantem' gravem dicunt, ut glaebas cunctantes crassaque terga expecta.

212. NEC MINVS nihilo minus ille deflebatur. INTEREA dum itur ad silvas.

213. INGRATO tristi, ut gratum laetum aliquid dicimus. alii 'ingrato' dicunt gratiam non sentienti.

214. PINGVEM aut de Graeco transtulit λιπαρὰν magnam: aut hypallage est, hoc est de pinguibus taedis.

215. FRONDIBVS ATRIS aptis ad funera.

216. ANTE CVPRESSOS CONSTITVVNT cupressus adhibetur ad funera, vel quod caesa non repullulat, vel quod per eam funestata ostenditur domus, sicut laetam frondes indicant festae. Varro tamen dicit pyras ideo cupresso circumdari propter gravem ustrinae odorem, ne eo offendatur populi circumstantis corona, quae tamdiu stabat respondens fletibus praeficae, id est principi planctuum, quamdiu consumpto cadavere et collectis cineribus diceretur novissimum verbum 'ilicet', quod ire licet significat: unde est ⟨231⟩ dixitque novissima verba.

---

2 incumbens] buc. VIII 16 ‖ Horatius] carm. II 4, 21 ‖ 11 glaebas] georg. II 236 ‖ 20 cupressus adhibetur e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 460; comm. Luc. III 442; mythogr. III 6, 28

---

1 TERRENTIS *F* TORRENTIS *G* ‖ 2 dãmon *AR* damno *F* ‖ 3 bracia *F* ‖ 4 *schol. ad v.* 210 *om. G* ‖ 6 cunctantem *om. M* ‖ 7 ut ostendat] ostendit enim *FG* ‖ 8 posset *ASM*: possit *RHFG* ‖ tardantem *ex* tardentem *AS* ‖ 10 referunt *om. H* ‖ quia] qui *AS* ‖ et] id est *vulgo* ‖ alii . . . expecta *om. FG* ‖ 11 glebes *A* ‖ 12 excepta *A* ‖ 13 *scholia ad* INTEREA *et ad v.* 213 *om. G* ‖ 17 aud e greco *FG* ‖ libaran *A* idepyram *R* parã *H* lyparan *M* lipparan *FG*. *e Sangallensi nihil enotavit Hagenus* ‖ magnum *FG* ‖ aut ypallage (ypelage *F*) figura est *FG* ‖ 19 *scholia ad v.* 215 *et* 216 *om. G* ‖ 21 funesta *AS* ‖ 22 sicut] sic *F* ‖ 23 cupressu *M* ‖ 24 eo *om. RH* ‖ 25 praeficae fletibus *F* flectibus praefecae *H* ‖ principi planctuum *RH*: principi plactumũ *A* (n *superscr. ipse ut videtur librarius*) principi planctumum *S* planctuum principi *M* principi planetum *F* principis planctuum *vulgo* ‖ 26 dicebat *M* ‖ 27 ilicet . . . verba *om. F*

218. PARS CALIDOS LATICES Plinius in naturali historia dicit hanc esse causam ut mortui et calida abluantur et per intervalla conclamentur, quod solet plerumque vitalis spiritus exclusus putari et homines fallere. denique refert quendam superpositum pyrae adhibitis ignibus erectum esse nec potuisse liberari. unde et servabantur cadavera septem diebus, et calida abluebantur, et post ultimam conclamationem conburebantur: unde traxit Terentius desine, iam conclamatum est. AENA VNDANTIA FLAMMIS hoc est per flammas: alibi ⟨VII 466⟩ nec iam se capit unda: volat vapor ater ad auras.

219. LAVANT FRIGENTIS ET VNGVNT versus Ennii, qui ait Tarquinii corpus bona femina lavit et unxit.

220. DEFLETA participium ab eo quod est 'fleor', si tamen inveniatur; alias sine verbi origine esse dicemus.

221. PVRPVREAS ad imitationem sanguinis, in quo est anima, ut diximus supra ⟨V 79⟩: ut ⟨IX 347⟩ purpuream vomit ille animam. VELAMINA NOTA vel ipsi cara, vel animae: ex notitia enim gignitur caritas, ut hic inter flumina nota.

222. FERETRO graece dixit, nam *latine* capulus dicitur a capiendo: unde ait Plautus capularis senex, id est capulo vicinus. et 'subiere feretro' ut ⟨VII 161, VIII 125⟩ subeunt muro.

223. MORE PARENTVM propinquioribus enim virilis sexus hoc dabatur officium.

224. FACEM de fune, ut Varro dicit: unde et funus dictum est. per noctem autem urebantur: unde et permansit ut mortuos faces antecedant.

225. FVSO CRATERES OLIVO diis superis tantum libabant, inferis vero sacrificantes etiam vasa in ignem mittebant, unde ait

---

1 Plinius in naturali historia] cf. VII § 173 sqq. || Plinius e. q. s.] exscr. mythogr. III 6, 27 || 7 Terentius] eun. II 3, 57 || 11 Ennii] ann. v. 156 ap. Vahl. p. 25 || 18 hic] buc. I 51 || 19 graece dixit e. q. s.] exscr. Isid. or. XX 11, 7. cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VI 55 || 20 Plautus] mil. III 1, 34

---

1 plenius *H* || 5 adibitis *F* || signibus *G* || et rectum *G* || 6 cadauera] cada *G* || septem *RM* VII *ASH*: octo *F* VIII *G* || callida *R* callida aqua *M* || 7 concurebantur *G* || terrentius *ARH* || 8 *scholia ad* AENA V. F., *ad v.* 219 *et* 220, *ad* PVRPVREAS *om. G* || AEANA *A* (*alterum* A *del. a*) AENEA *M* || 9 se iam *vulgo* || unde *H* || 10 auris *R* || 11 FRIGENTIS *om. R* || uersus hic ennii *F* || 12 corpus *ex* corpos *M* || labit *F* || 14 dicimus *R* || 15 *schol. ad* PVRPVREAS *om. G* || mittationem *H* || 17 uel ipsa circa uel animae *A* || noticia *A* || 19 *scholia ad v.* 222 *et* 223 *om. G* || 20 placitus *F* || 21 et] es *F*, *om. R* || subiere . . . officium *om. F* || subire *R* || 22 propinquoribus *A* || 25 noctem] noc *F* || autem *om. AS* || et *om. FGAS* || 26 antecedant] ancebant *G* || 27 dii *G*

'crateres': quod etiam Statius in Archemori sepultura commemorat. 'olivum' autem ab oliva dixit: nam oleum ab olea dicitur.

226. FLAMMA QVIEVIT pyrae ingentis, quia, ut in quarto ⟨685⟩ diximus, pro qualitate personae pyrae fiebant. sepulcra etiam vel minora vel magna faciebant.

228. OSSAQVE LECTA aut collecta, aut lecta ideo quia, ut supra ⟨V 95⟩ diximus, nobiles numquam soli conburebantur, sed cum dilectis equis vel canibus vel famulo.

229. TER SOCIOS aut saepius, aut re vera ter: licet enim a funere contraxerint pollutionem, tamen omnis purgatio ad superos pertinet, unde et ait inparem numerum: aut quia hoc ratio exigit lustrationis. CIRCVMTVLIT purgavit. antiquum verbum est. Plautus pro larvato te circumferam, id est purgabo: nam lustratio a circumlatione dicta est vel taedae vel sulphuris. Iuvenalis ⟨II 157⟩ si qua darentur sulphura cum taedis.

230. SPARGENS quia res aguntur infernae. in secundo ⟨719⟩ Aeneas deos portaturus ait donec me flumine vivo abluero. hic enim erat mos, ut diximus supra. FELICIS OLIVAE arboris festae. sed moris fuerat ut de lauro fieret. sane dicit Donatus quod hoc propter Augustum mutavit. nam nata erat laurus in Palatio eo die, quo Augustus: unde triumphantes coronari consueverant. propter quam rem noluit laurum dicere ad officium lugubre pertinere.

231. NOVISSIMA VERBA id est 'ilicet': nam 'vale' dicebatur post tumuli quoque peracta sollemnia.

---

1 Statius] Theb. IV 206 sqq. || 12 CIRCVMTVLIT purgavit] cf. Non. p. 261, 26 *M* || 16 quia ... abluero] cf. Macrob. Sat. III 1, 6 sqq.

---

1 crateres] oliuae *add. G* || stacius *M* || arcaemoris *R* archaemori *A* arcemoris *H* || sepulturam *R* || 2 olivum ... faciebant *om. G* || dicitur] vel *ἀπὸ τῆς ἐλαίας ἢ ἐλάας add. D* || 3 quarto] IIII *ex* III *S* II *H* || 5 faciebant] fiebant *ASM* || 6 aut lecta *om. G* || ut supra diximus *om. FGAS* || 7 conburebantur] unde Homerus (*Il.* XXIII 241) *τοὶ δ' ἄλλοι ἄνευϑεν ἐσχατιῇ καίοντ' ἐπιμίξ, ἵπποι τε καὶ ἄνδρες add. D* || 8 delectis aequis *G* || famulis *FG, fortasse recte* || 9 aut *ante* saepius *om. FGAS* || aut] ait *FG* || 10 funera *G* || contraxerit *RM* contraxerunt *F* contraxer̄ *G* || 11 et *om. GAS recte, ut videtur* || ratione *FG* || 12 *schol. ad* CIRCVMTVLIT *om. G* || 13 circumferem *A* || 14 vel taedae ... cum taedis *om. F* || vel *om. AS* (*supr. vers. add. a*) || taedae] tuede *H.* uel uictimae in quibusdam *add. D* || sulphuris] uel uictimae *add. R et Leidensis Burmanni* || Iuuenalis cuperent lustrari si qua darentur sulphura cum taedis aut si foret humida laurus *Fabricius* || 16 infernae aguntur *FG* || in secundo vero Aeneas *D* || 17 portaturos *F* || 18 FELICIS ... sane dicit *om. FG* || 19 sed] si *H* || sane ... mutavit] quod hoc propter augustum mutavit ut dicit donatus *M* || 20 nata erat] creuit *superscr. a* || quo natus est augustus *a* || 21 consuerant *ex* consueuerant *R* consuerant *A* consuerant *ex* consuerunt *S* consuauerant *H* || 22 noluit *ex* uoluit *S* || 24 *scholia ad v.* 231 *et* 233 *om. G* || 25 cumoli *H* || solemnia *H*

233. SVAQVE ARMA VIRO ipsi cara sculpsit in saxo: nam supra ea iam legimus concremata. REMVMQVE TVBAMQVE quia et bellator et remex fuerat. licet possimus etiam solam tubam accipere: remus enim dicitur lorum, quod continet tubam.

234. MONTE SVB AERIO in aërio: nam supra est positus. 'aërium' autem alii altum dicunt, alii nomen montis antiquum volunt: unde est 'qui nunc Misenus ab illo dicitur'.

236. PRAECEPTA SIBYLLAE ut ⟨153⟩ duc nigras pecudes, ea prima piacula sunto.

237. SPELVNCA ALTA FVIT qua ad inferos descendebatur, non ubi fuerat Sibylla vaticinata.

238. SCRVPEA lapillosa: nam scrupus proprie est lapillus brevis, qui *incedentibus inpedimento est et* pressus sollicitudinem creat: unde etiam scrupulus dictus est. LACV NIGRO aut alto: aut vere nigro inferorum vicinitate. TVTA autem, quia hinc lacu, hinc cingitur silvis. dicit autem locum, quem nunc doliola vocant.

239. VOLANTES volucres: participium pro nomine posuit, ut plurimus Alburnum volitans cui nomen asilo est: licet illic sit etiam altera figura. sane sciendum Lucretium et alios physicos dicere aërem corporeum esse, unde et aves sustinet; sed hunc cedere vapori sulphureo, unde aves in illis locis desertae aëre, quo portari solent, concidunt non odore, sed pondere: quod potest esse veri simile, quia altius in eodem loco possunt volare, ut ⟨202⟩ tollunt se celeres liquidumque per aëra lapsae.

241. AD CONVEXA caeli curvitatem.

244. INVERGIT VINA SACERDOS in quarto ait ⟨61⟩ media inter cornua fundit. et fundere est supina manu libare, quod fit in sacris supernis; vergere autem est conversa in sinistram partem manu ita fundere, ut patera convertatur, quod in infernis sacris fit.

---

12 lapillosa ... dictus est] cf. Don. ad Ter. Andr. V 4, 37 ‖ 18 plurimus] georg. III 147 ‖ 19 Lucretium] cf. I 265 sqq., VI 738 sqq.

---

2 quia bellator et remis fuerat *F* ‖ 3 possumus *F* ‖ 4 tubam] hoc ex Homero imitatus est Virgilius in Elpenoris sepultura (*Od.* XII 13) *αὐτὰρ ἐπεὶ νεκρός τε κάη καὶ τεύχεα νεκροῦ, τύμβον χεύαντες καὶ ἐπὶ στήλην ἐρύσαντες πήξαμεν ἀκροτάτῳ τύμβῳ ἐνῆρες ἐρετμόν add. D* ‖ 10 *schol. ad v.* 237 *om. G* ‖ 12 *scholia ad v.* 238—276 *om. G* ‖ 14 dictus est] unde Terentius (*Phorm.* V 8, 61) 'inieci scrupulum' *add. D* ‖ LACV ... vicinitate *om. F* ‖ 15 hinc igitur *AS* (hinc cingitur *a* hinc cigitur *s*) ‖ 16 dicit autem ... iudex tristis et integer (*v.* 275) *om. F* ‖ deliola *R. cf. Varro d. l. l.* V 157 *Plac. gloss. p.* 32 *Deuerl.* ‖ vocant] apud Cumas *add. D* ‖ 18 asillo *H* asylo *RS* ‖ licet etiam illic sit *R* ‖ 19 alios aliquos *M* ‖ 20 et *om. H* ‖ sustinet ... unde aves *om. H* ‖ 21 deserto aere *a* deserto ere *H* ‖ 25 AT *S* ‖ 27 et fundere] effundere *AS* ‖ supima *vel* supinia *H* ‖ quod sit *S* (fit *man. sec.*) ‖ 28 conuersi *H* ‖ 29 fit] sit *SH*

haec autem pertinent ad victimarum explorationem, ut, si non stupuerint, aptae probentur.

247. VOCE VOCANS non verbis, sed quibusdam mysticis sonis: nam varie numina invocabantur, quod aperte Lucanus expressit, ut ⟨VI 688⟩ latratus habet illa canum gemitusque luporum: quod stridunt ululantque ferae, quod sibilat anguis exprimit et planctus fractaeque tonitrua nubis: tot rerum vox una fuit. CAELOQVE EREBOQVE POTENTEM hoc est quod ait 'Hecaten', ut plenum numen ostenderet.

248. SVPPONVNT CVLTROS id est victimas caedunt. fuit autem verbum sacrorum, in quibus mali ominis verba vitabant. hinc est quod et mactare dicebatur, quod magis augere significat. dicimus autem 'hic culter, cultri': nam 'cultellus' diminutivum est, 'cultellum' penitus Latinum non est.

249. SVCCIPIVNT antique, nam modo 'suscipiunt' dicimus.

250. MATRI EVMENIDVM id est Nocti, ut ⟨VII 331⟩ hunc mihi da proprium, virgo sata Nocte, laborem. et Eumenides dicuntur *κατὰ ἀντίφρασιν*, cum sint inmites. MAGNAEQVE SORORI id est Terrae: nam, ut supra ⟨II 251⟩ diximus, nihil est aliud nox nisi umbra terrarum.

251. ENSE FERIT ut eum contra umbras haberet consecratum. hinc est quod ei dicit Sibylla ⟨260⟩ 'tuque invade viam vaginaque eripe ferrum', item ⟨291⟩ strictamque aciem venientibus offert. hoc autem etiam Homerus dicit. STERILEMQVE TIBI PROSERPINA VACCAM deae congruam, numquam enitenti.

252. NOCTVRNAS ARAS quae tota nocte arderent. INCHOAT autem perficit. et est verbum sacrorum.

---

10 fuit ... significat] exscr. mythogr. III 6, 32 ‖ 12 dicimus autem e. q. s.] cf. [Sergii] explan. in Don. p. 542, 19 K. ‖ 19 nihil ... terrarum] cf. Isid. or. V 31, 3; comm. Luc. IX 695

---

2 probabantur *R* ‖ 3 sonis *om. H* ‖ 4 nam ... expressit] nam ut in lucano legimus uarie numina inuocabantur *AS* ‖ numinam uocabantur *H* numina euocabantur *Masvicius et Burmannus* ‖ aperte] apte *R* ‖ 5 canis *M* ‖ 7 tonitua *H* ‖ nubis *AS*: nubes *RHM* ‖ 8 HEREBOQVE *RM* ‖ PATENTEM *A* (POTENTEM *a*) POTENTE *R* ‖ 9 hechaten *A* ‖ nomen *H* ‖ 10 fuit] est *M, haud scio an recte* ‖ 11 hominis *RA* hominis *S* ‖ uitabantur *R* uitantur *M* ‖ 12 mactare *M* (*cf. ad* IV 57): macta *RASH* macte *vulgo* ‖ significant *ASH* (*corr. a*) ‖ significat] Statius (*Theb.* VII 280) macte animo iuuenis *add. D* ‖ 13 cultri *ex* culteri *M* ‖ cultellum ... non est *om. A*, est ... non est *om. M*, cultrum penitus latinum non est *in marg. m* ‖ 15 SVCCIPIVNT *ex* SVSCIPIVNT *SM* ‖ antique] antiquã *H* antiquum est *M* ‖ suspiciunt *H* ‖ dicimus] ut supra (I 175) 'succepitque ignem foliis' *add. D* ‖ 18 cata antifrasin *libri* ‖ sit *A* (*corr. a*) ‖ inmites] *εὐμενής* enim beniuolus dicitur *add. D* (*εὐμενής e coni. posui, in codice spatium relictum est*). *ἀπὸ τοῦ εὐμενοῦς add. Fabricius* ‖ 20 tenebrarum *R* ‖ 21 haberet *ex* habet *S* ‖ 23 offerre *R* offer *AS* ‖ 24 autem *om. R* ‖ *post* dicit *spatium relictum est in D*. *αὐτὰρ ἐγὼ ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ ἥμην add. Fabricius*

253. SOLIDA INPONIT TAVRORVM VISCERA FLAMMIS non exta dicit, sed carnes, nam 'viscera' sunt quicquid inter ossa et cutem est: unde etiam visceratio dicitur, ut diximus supra ⟨I 211⟩. ergo per 'solida viscera' holocaustum significat, quod detractis extis arae superinponebatur. quae nonnumquam abluta et elixa etiam ipsa reddebantur: unde infert 'fundens ardentibus extis'. quamquam alii pro parte totum velint, ut per exta totum animal intellegatur.

255. PRIMI SVB LVMINA SOLIS ET ORTVS atqui haec sacra, ut dicunt, per noctem fiebant. sed locutus est secundum Romanum ritum, quo dies creditur a medio noctis incipere: illo autem loco, quo dicit ⟨539⟩ 'nox ruit Aenea', non venit sed finitur significat. quamquam alii dicant sacra haec a medio die incipere et perduci usque ad mediam noctem: quod si est, 'de ruit' potest venit significare.

257. VISAEQVE CANES VL[illegible] ita [illegible]ebatur adventus. 'canes' autem Furia dicit Lucanus ⟨VI [illegible]⟩ Stygiasque canes in luce superna destituam [illegible] diximus supra ⟨III 209⟩. 'ululare' autem et panum et [illegible]um est.

258. ADVENTANTE DEA ipsa [illegible] Proserpina. PROFANI qui non estis initiati, ἀμύητοι, βέβηλο[illegible].

259. TOTOQVE ABSISTITE LVCO [illegible] est, non tantum a spelunca, sed ab omni luci vicinitate discedite.

260. INVADE VIAM ingredere.

262. FVRENS deo plena aut certe similis furenti.

264. DII QVIBVS IMPERIVM EST ANIMARVM plenus locus alta sapientia. de qua varie disserunt philosophi: nam dicunt per alios animas ad inferos duci ut ⟨IV 242⟩ hac animas ille evocat Orco pallentes, alias sub Tartara tristia mittit; item per

---

3 ergo ... extis] ex cr. mythogr. III 6, 32

---

3 dicitur] convivium de carnibus factum *add. Fabricius* ‖ 4 per *om. H* ‖ viscera[illegible]] uisceratio *H* ‖ holochaustum *H* ‖ 5 superinponebantur *M* ‖ numquam *AS* (*corr. a*) ‖ abluta et elixa *Ma*: abluta elixa *R* ablutae elixe *AS* ablutae elix[illegible] *H* ‖ reddebant *S* ‖ 7 pe[illegible]] ex *S* ‖ exta] ta *R* ‖ 15 ostendebat *ASH* ‖ 17 l[illegible] *H* ‖ 19 ipsa *om. R* ‖ scilicet dea proserpina *M* ‖ *ad v.* 258 qu[illegible] intellegunt uerba esse sibyllae 'aduentante dea', quod his scilicet animaduersis quae supra dixerit intellexerit ipsam principem inferorum aduenisse, [illegible]e 'procul o'. alii ex persona poetae dictum accipiunt et [illegible]dea' distingunt *in marg. T* ‖ 20 initiati] iniciati *R* [illegible] *Vossianus Burmanni*: ἀμύητοι βέβαλοι *VR eiusdem* [illegible]EBNACI *H*, *om. ASM. post* initiati *spatium relictum est* [illegible] ἑκὰς ἑκὰς ἔστε βέβηλοι *add. Fabricius. cf. Callim.* [illegible] ἑκὰς, ἑκὰς ὅστις ἀλιτρός. ‖ 21 est] autem *AS* (est [illegible] discedite] et ad (*sic*) aeneae comites inclamat *add. D* ‖ 26 dis-[illegible] uocat *H* ‖ 28 alios *R*

alios transferri, ut ⟨315⟩ navita sed tristis; per alios purgari, ut ⟨740⟩ aliae panduntur inanes suspensae ad ventos; per alios vero ad summa revocari, ut ⟨749⟩ Lethaeum ad fluvium deus evocat agmine magno. sciens ergo de deorum imperio varias esse opiniones, prudentissime tenuit generalitatem. ex maiore autem parte Sironem, id est magistrum suum Epicureum sequitur. huius autem sectae homines novimus superficiem rerum tractare, numquam altiora disquirere. VMBRAEQVE SILENTES secreta inferorum semper silentia: nam hominum umbrae loquuntur. hinc est quae sacra silentia norunt. invocat autem summum bonum, quod in silentio constare manifestum est.

265. ET CHAOS elementorum confusio. invocat autem rerum primordia, quae in elementorum fuerunt confusione. per Phlegethonta, inferorum fluvium, ignem significat: nam φλὸξ graece, latine ignis est; unde secundum Heraclitum cuncta procreantur. et re vera sine calore nihil nascitur, adeo ut de septentrione dicat sterili non quicquam frigore gignit. LOCA NOCTE SILENTIA LATE aut hoc est quod supra ait umbraeque silentes, aut vult ostendere, esse partem mundi, in qua perpetuae sunt tenebrae. cum enim probatum sit quod legimus et minima contentos nocte Britannos, sphaerae exigit ratio ut e contrario sit regio noctibus vacans.

266. SIT MIHI FAS AVDITA LOQVI de alta dicturus prudentia miscet poeticam licentiam. SIT NVMINE VESTRO concedatur a vestro numine.

267. ALTA TERRA ET CALIGINE MERSAS bene iunxit: ex terris enim caligo procreatur, id est umbra.

268. OBSCVRI SOLA SVB NOCTE aut hypallage est 'sub obscura nocte soli ibant': aut 'sub sola nocte', id est ubi nihil aliud est praeter noctem.

269. DOMOS VACVAS nostri mundi comparatione simulacra enim illic sunt, quae inania esse non dubium est. INANIA REGNA inanium: per quod ostenditur vacuum.

16 sterili] Luc. IV 108 || 20 et minima] Iuv[illegible] et. ad h. l.

3 loetheum *R* letheum *H* laetheum *AM* || 4 ergo] enim [illegible] inferiorum *R* || 9 locuntur *A* || 10 quae] quem *AS* || 12 ele[illegible]mentorum est [illegible] *M* || rerum *om. H* || 13 fuerant *M* || per Phlegethonta] et flegeton [illegible] thonta *M* || 14 flox *libri* || 16 steliri *H* || 20 et] ac *Iuvenalis* *libri* || conte[illegible] brittaniis *R* brittannos *A* britannus *H* || 21 sperae *RM* spere *H* [illegible] contrarius *H* || 27 umbra] obscurior *add. M* || 28 ypallage *RAHM* || 29 aliud [illegible] praeter] aliū de preī *R* || 32 quae sunt *M* || dubium est] 'sola' [illegible] succedit *add. Masvicius* || 33 inaniumq *H* || ostenditur u[illegible] vacuum *AS* [illegible]

270. INCEPTAM alii 'incertam' legunt, illuc tamen recurrit; nam 'incertam' incipientem, id est minorem significat. LVCE MALIGNA obscura: nam malignum est proprie angustum, ut ⟨XI 525⟩ aditusque maligni, id est minores, obscuri. sane sciendum, lunae, licet minoris, commemoratione ostendere eum, fuisse illic aliquid lucis: nam aliter omnia, quae dicturus est, videre non poterant.

271. VBI quando: nam non est loci, sed temporis.

272. NOX ABSTVLIT ATRA COLOREM hoc et videmus et tractatur ab Epicureis, rebus tollere noctem colorum varietatem: unde etiam apud inferos omnia nigra esse dicuntur. contra hos Academici una re pugnant: nam squamas piscium dicunt lucere per noctem.

273. VESTIBVLVM ut Varro dicit, etymologiae non habet proprietatem, sed fit pro captu ingenii: nam vestibulum, ut supra ⟨II 469⟩ diximus, dictum ab eo, quod ianuam vestiat. alii dicunt a Vesta dictum per inminutionem: nam Vestae limen est consecratum. alii dicunt ab eo, quod nullus illic stet; in limine enim solus est transitus: quomodo vesanus dicitur non sanus, sic vestibulum quasi non stabulum. FAVCIBVS ORCI deum posuit pro loco, ut Iovem dicimus et aërem significamus: Horatius manet sub Iove frigido venator. Orcum autem Plutonem dicit: nec enim per Charonta possumus intellegere inferos dictos, quia minor potestas pro imperio numquam ponitur, sed illa quae tenet imperium. ergo

---

3 MALIGNA obscura] cf. Non. p. 345, 32; Don. in Ter. hec. I 2, 84 || 9 hoc . . . dicuntur] cf. comm. Luc. IV 80 || 14 ut Varro dicit . . . non stabulum] cf. Macrob. Sat. VI 8, 14 sqq.; Gell. XVI 5; Isid. orig. XV 7, 2 || 21 Horatius] carm. I 1, 25

---

ditur uacua *R* ostenduntur uacua *exemplaria quibus utor praeter Fabricianum et Gottingense quae* ostenditur vacuum *exhibent. fortasse* per quod ostenditur 'vacuas'. || 1 incertam] incertam *ex* inceptam *H* || 2 incertam *a, ut videtur, et Fabricius*: incertum *ASHM* incerta *R* || 3 proprie malignum est *M* || 4 minores et obscuri *M* || 5 lucet *H* || 7 poterant *ASH*: poterat *RM* || 8 *scholium ad v.* 271 *om. A* || 9 hoc . . . colorum *om. H* || et videmus] euidemus *R* uidemus *M* || 10 colorum] *om. R*, colorem *A* (*corr. a*) || 11 achademici *AR* sacademici *H* ^{h}academici *M* || 12 una repugnant *AS* || nam squamae piscium per noctem lucent *M* || per noctem] quod probatur *add. AS.* nam squamas piscium lucere per noctem comprobatur *Stephanus et Daniel* || 14 aethimologia *R* ethimologiae *A* etoemologiae *S* ethimologiam *H* ethymologiae *M* || 15 ut *om. ASH* || 16 uestiat ianuam *R* || alii dicunt . . . consecratum *om. AS* || 19 transitus est *AS* || quomodo] sed quomodo *M* || uaesanus *ASM* || *ad v.* 273 uestibulum hoc loco non priorem partem domus infernae dicit sed loca duo demonstrat extra orci fores, id est uestibulum et fauces. ex quibus uestibulum appellat ante ipsam domum orci, fauces uero iter angustum per quod ad uestibulum adiretur. constat ergo uestibulum dici aream quae a uia domum diuidit *in marg. T* || 22 frigide *R* (*corr. man. sec.*) || 23 caronta *M* || 24 tenent *H*

alter est Charon: nam Orcus idem est Pluton, ut in Verrinis indicat Cicero dicens ut alter Orcus venisse Hennam et non Proserpinam, sed ipsam Cererem rapuisse videatur. alibi ait qua Ditem patrem emersisse ab inferis putant. dicimus autem et hic Dis et hic Ditis.

274. LVCTVS ET VLTRICES POSVERE CVBILIA CVRAE ea dicit esse in aditu inferorum, quae vicina sunt morti; aut quae post mortem creantur; aut quae in morte sunt, ut pallorem. luctus enim post mortem est. CVRAE conscientiae, quae puniunt semper nocentes.

275. TRISTIS severa, quae gignit severitatem. Cicero iudex tristis et integer.

276. *MALESVADA FAMES quae impellit homines interdum ad inlicita.* TVRPIS EGESTAS quae turpes facit. et quasi harum rerum imagines facit, quas dicit esse apud inferos ideo, quia in quem ista concurrunt, sit mortalis necesse est: unde deos inmortales dicunt, qui ista non sentiunt quibus mors creatur.

277. *TERRIBILES VISV FORMAE omnes scilicet quas supra dixit.*

278. CONSANGVINEVS LETI SOPOR secundum Homerum: *vel iuxta illud* ⟨522⟩ *dulcis et alta quies placidaeque simillima mortis.*

MALA MENTIS GAVDIA generaliter omnium scelerum dicit, ac si diceret 'malae mentis gaudia': *ut cum male fecerunt gaudeant.*

279. *MORTIFERVMQVE ADVERSO IN LIMINE BELLVM mire † cum omnia*

1 in Verrinis] act. II lib. IV 50, 111 || 3 alibi] in Verr. act. II lib. IV 48, 107 || 6 ea dicit . . . creatur (v. 276)] exscr. mythogr. III 6, 25 || 11 Cicero] in Verr. act. I X 30 || 19 secundum Homerum] cf. Macrob. Sat. V 7, 11

1 alter est ergo *M* || caronus *H* caron *M* || idem est] idem *R* idem est *A, sed* em *in ras.,* est *supr. vers. a* id est *S* || 2 ut Verres alter Orcus venisse Hennam et non Proserpinam asportasse, sed ipsam abripuisse Cererem videretur *Cicero* || uenisset *M* || aethnam *RA* aetnam *SH* ethnam *M* || 3 uidebatur *R* || qua Ditem patrem ferunt repente cum curru exstitisse *Cicero* || qua Ditem] qͦd item *M* quia Ditem *vulgo* || 4 memersisse *AS* || 5 et hic dis et hic ditis *HM*: et hic dis huius ditis *R* et hic dis et haec ditis *AS* || 8 creantur] dicit etiam *add. M* || 9 post] per *Lion* || conscientiae] malae conscientiae *M* || 10 nocentes] ut dicit Iuvenalis (XIII 193) quos diri conscia facti mens habet attonitos et surdo uerbere caedit occultum quatiente animo tortore flagellum *add. D* || 11 Cicero . . . integer *om. M* || 12 integer] CONSANGVINEVS LETI SOPOR secundum Homerum *sequuntur in RASHM* || 13 Mala suada famesque *F* || 14 TVRPIS EGESTAS] egestas autem turpis *M* || 15 quia *om. AS* || 16 incurrunt *F* concurrent *Stephanus et Daniel* || mortales *F* || inmortales deos *S* || 17 qui] quia *M* || 19 secundum Homerum] qui ait (*Il.* XIV 231) ἔνϑ' Ὕπνῳ ξύμβλητο κασιγνήτῳ Θανάτοιο *add. D. quae sequuntur in exemplaribus* et consanguineus similis *nescio unde petita sint.* || vel] Sol *Daniel* || 20 placiteque *FG* || morti *libri Vergiliani* || *scholia ad* MALA M. G. *et ad v.* 279 *om. G* || 23 cum omnia] *fortasse* relicua omnia

in vestibulo, bellum vero in limine ipso posuit, quoniam nulla maior est mortis causa quam bellum. et est familiare epitheton.

280. EVMENIDVM THALAMI Furiae numquam nupserunt: unde thalamos accipiamus in quibus natae sunt. alii thalamos dicunt, qui facti sunt auctoribus Furiis, *in quibus adulteria et caedes admiserunt:* sed non procedit, quia ait 'terribiles visu formae'. et ut non videatur esse contrarium quia Furias paulo post ⟨555⟩ alibi dicit esse: nam possunt hic natae esse, et alibi manere, et alibi officium exercere poenarum.

281. *CRINEM VITTIS INNEXA ut* ⟨IX 476⟩ *scissa comam et* ⟨I 228⟩ *oculos suffusa.*


282. IN MEDIO aut vestibulo: aut absolutum est, et intellegimus hanc esse eburneam portam, per quam exiturus *Aeneas* est. quae res haec omnia indicat esse simulata, si et ingressus et exitus simulatus est et falsus.

283. VLMVS OPACA, INGENS distinguenda sunt ista propter duo epitheta. *et quidam tradunt ideo in ulmo somnia inducta, quod vino gravati vana somnient et ulmus apta sit viti: et ideo apud inferos rem inanem* * * * *PANDIT non aperit, sed expandit, id est extendit. et* (*dicunt*) *quidam 'pandit' ab eo, quod est 'aperit' venire; nam quod apertum, est latius diffusum: hinc est patulae recubans sub tegmine fagi.* VVLGO temere, passim, catervatim. *an 'vulgo ferunt'?*

284. *VANA TENERE utrum καθόλου, an quae ex his vana sunt? et duo somniorum genera putantur: unum de caelo, ut* ⟨V 722⟩ *visa dehinc caelo facies delapsa parentis Anchisae, quod est verum, aliud ab inferis, quod est vanum.* FOLIISQVE SVB OMNIBVS HAERENT qui de somniis scripserunt dicunt, quo tempore folia de arboribus cadunt, vana esse somnia: quod per transitum tetigit. 'vana'

21 patulae] buc. I 1 || 27 qui . . . somnia] exscr. mythogr. III 6, 24

1 epitheton] *fortasse addendum* 'mortiferum'. || 4 in quibus] et habitationum loca *add. FG, quae Daniel omissa* et *vocula post* accipiamus *collocavit. fortasse plenioris commentarii auctor* vel habitationum loca *post* in quibus natae sunt *addiderat* || 5 auectoribus *G* autoribus *H* || cedes *FG* || 6 quia] qui *FG* || et *om. FG, fortasse recte: nam* ut non videatur . . . exercere poenarum *videntur post* in quibus natae sunt *collocanda esse. ceterum* et ut non . . . poenarum *om. M, in marg. infer. supplevit m* || 7 alibi] abili *H* || 8 manere] aut in uestibulo manere *add. FGM* || 10 *schol. ad v.* 281 *om. G* || CRINEM *om. F* || 12 et] aut *FG* || intellegimus *om. FG* || 13 per *om. G* || 14 quae] duae *S* omnia haec *A* || indicant *RASH* || et exitus . . . falsus] et exitus falsus est *M* || 17 quidem *FG, correxi* || in ulmos omnia *FG* || uno *G* || 18 ulmos *FG, correxi* || viti *scripsi*: uti *FG* || rem inanem *F*: rem nanẽ *G. post* inanem *haec fere intercidisse videntur* in ulmo esse || 19 *scholia ad* PANDIT *et* VVLGO *om. G* || PANDIT autem *vulgo* || 20 dicunt *add. Commelinus* || 22 temere] *om. F*, tenere *Ha* || 23 catolou *F* || 25 est *om. G* || 26 *scholium ad* FOLIISQVE S. O. H. *om. G* || 28 arbore *F*



autem ideo, quia ab inferis; nam vera mittunt superi. Homerus καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν: *somnium de Iove.*

286. CENTAVRI IN FORIBVS STABVLANT bene 'in foribus', quia ea quae contra naturam possunt creari, statim pereunt. *aut ideo in aditu monstra sunt posita, ut propter hoc terribiliora essent inferis.* 'stabulant' autem habitant. et usurpative dixit, ut 'populat, luctat; nam stabulor dicimus. et bene adlusit, quia ex parte equi sunt. Centauri autem Ixionis et nubis filii sunt. Ixion enim amatam Iunonem de stupro interpellavit. illa confessa Iovi est, et ex eius voluntate nubem ei in suam formam conversam obtulit, unde feruntur nati esse Centauri. SCYLLAEQVE BIFORMES bene plurali usus est numero: nam et illa Nisi secundum alios in avem conversa est, secundum alios in piscem. ergo etiam ipsa biformis fuit, sicut haec in Siciliae freto. dictum autem est per poetae scientiam *vel licentiam. quidam pluralem numerum pro singulari positum volunt: nam quae in avem conversa est nihil terroris habet. harum sane fabulae in bucolicis* ⟨VI 74⟩ *plenius narratae sunt.*

287. CENTVMGEMINVS BRIAREVS centies duplex: secundum fabulas ipse *etiam dictus* est Aegaeon. *qui, ut non nulli tradunt, pro diis adversus Gigantes bella gessit, ut vero alii adfirmant, contra deos pugnavit eo maxime tempore quo inter Iovem et Saturnum de caelesti regno certamen fuit: unde eum a Iove fulmine ad inferos tradunt esse trusum. alii dicunt, cum Iuno et Minerva et Neptunus ceterique dii Iovem ligare vellent, a Thetide Briareum adhibitum Iovem vinculis exemisse.* AC BELVA LERNAE hydram dicit, *serpentem inmanis*

---

1 Homerus] Il. I 63 || 3 bene . . . pereunt] exscr. mythogr. III 6, 25 || 8 Centauri autem . . . Centauri] cf. mythogr. I 162, II 106; Luct. Plac. in Stat. Theb. IV 539 || 20 ut vero . . . pugnavit] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. II 596 || 25 hydram dicit e. q. s.] exscr. mythogr. I 62; II 163; III 13, 4; Isid. or. XI 3, 34 et XII 4, 23. cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 384

---

2 ΚΑΙ ΡΤΑΡΤΟΝΑΡ ЄΚ ΔΙΟϹ ЄϹΤΗΜ *R* καιτ αρτον aper dios εϲτιn *H* καιιαρτον αρεκιοϲ *M* || 4 in] ut *G* || 5 terribiliores *FG, correxi* || 7 adlusdit *FG* || equi] qui *G* || 8 oxionis *G* || et nubis *om. G* || exio *FG* || enim] autem *FG* || 9 illa] quod illa *R* || eius] uis *G* || 10 ei *om. FG* || 11 *schol. ad* SCYLLAEQVE B. *om. G* || 12 et *om. M* || illa] scilla *r* p. n. *superscr. m* Scylla filia *vulgo* || uersa *H* || 13 ipsa etiam *R* || 14 est *om. R* || licentiam uel scientiam *F*. vel licentiam *edidit Stephanus* || 15 namque *F* || 18 *ad* BRIAREVS *in Caroliruhensis marg. inf. homo saec. XII haec adscripsit* Briareus unus de filiis terrae. qui potentior ceteris fuit. et diis auxilium contra gigantes tulit. et diis arma suasit. ideoque in celum receptus est. et quia centum uno ictu interfecit. centum manus habuisse dicitur. || centies (cencies *A*) similis duplex *AS* || *ad v.* 287 ipse est egeon qui ut nonnulli tradunt . . . exemisse *in marg. T* || 19 Aegaeon] egeon *RH* aegeon *S* ducentas formas habens *add. M* || 20 dis *T* || 23 di *T* || 24 ionem lagare *FG* || briarium *F* || 25 *scholia ad* AC B. L. *et ad v.* 288 *om. G* || ydram *RASH* || inmanes *F*

magnitudinis, quae fuit in Lerna Argivorum palude; sed latine excetra dicitur, quod uno caeso tria capita excrescebant. *cum saepe amputata triplarentur, admoto ab Hercule incendio consumpta narratur, cuius felle Hercules sagittas suas tinxisse dicitur.* sed constat hydram locum fuisse evomentem aquas, vastantes vicinam civitatem, in quo uno meatu clauso multi erumpebant: quod Hercules videns loca ipsa exussit et sic aquae clausit meatus; nam hydra ab aqua dicta est. potuisse autem hoc fieri ille indicat locus, ubi dicit *omne per ignem* excoquitur vitium atque exudat inutilis umor. *et utrum hic distinctio plena sit, an 'horrendum stridens' inferioribus iungendum sit? stridere enim bene Chimaerae datur, quae et serpentes habet et flammas.*

288. *HORRENDVM STRIDENS pro 'horrende': adverbium qualitatis derivatum in nomen.* FLAMMISQVE ARMATA CHIMAERA *Typhonis et Echidnae filia*, ore leo, postremis partibus draco, media caprea secundum fabulas fuit. re vera autem mons est Ciliciae, cuius hodieque ardet cacumen, iuxta quod sunt leones; media autem pascua sunt, *quae capreis abundant;* ima vero montis serpentibus plena. hunc Bellerophontes habitabilem fecit, unde Chimaeram dicitur occidisse.

289. GORGONES *hae* Gorgones *Phorci filiae* tres fuerunt in extrema Africa circa Atlantem montem, quae omnes unum oculum habebant, quo invicem utebantur. *quarum nomina haec fuerunt* Stheno, Euryale, Medusa. *sed Medusa, erecta favore Neptuni, ausa*

---

8 omne] georg. I 87 ‖ 15 Chimaera ore leo e. q. s.] exscr. mythogr. I 72; II 131; III 15, 5; Isid. or. XI 3, 36 ‖ 21 Gorgones e. q. s.] cf. mythogr. I 130 sq.; II 112 sq.; III 14, 1; Isid. or. XI 3, 29; comm. Luc. IX 626

---

3 ammoto *F* ‖ 4 hercule *F* ‖ 5 lacum *Burmannus* ‖ uomentem *AS* ueuomentem *H* ‖ aquam *F* ‖ uicinas ciuitates *M* ‖ ciuitatem *om. H* ‖ 7 excussit *H* ‖ et sic . . . meatus] quibus sicit clasit meatus *F* quibus siccis clausit meatus *Daniel* ‖ idra *R* ydria *H* ydra *M* ‖ ab aqua dicta est] ἀπὸ τοῦ ὕδατος id est ab aqua dicta est *D* ‖ 8 ubi dicit *om. M* ‖ 9 exquoquitur *HM* ‖ exsudat *ARH* ‖ humor *RASF* ‖ 10 an *Daniel*: ab *F* ‖ 11 cymaerae *F* ‖ 13 diriuatum *F* ‖ 14 CHIMERA *RM* CYMAERA *F* ‖ tifonis et echine *F* Titonis et Cheldriae *Daniel* ‖ 15 chimera ore leo *R* ‖ craprea *H* capra *F* ‖ 16 fuit] sunt *A* (fuit *superscr. a*), et maxime Homero dicente (*Il.* VI 181) πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα *add. D* ‖ seuera *F* ‖ siciliae *F* Lyciae *Stephanus* ‖ 17 iuxta quem *F* ‖ media . . . sunt] media autem pars huius pascua habet *F* ‖ 18 habundant *F* ‖ montis *ex* montes *S* ‖ plena sunt *F* ‖ 19 bellerefons *R* bellerofontis *AH* bellerofon *M* ‖ habitabilem] sui *add. RH, quod ex* suis *videtur corruptum esse* ‖ chymaeram *R* cymaeram *F* ‖ hae gorgones . . . vincula caudis *hab. T* ‖ 21 Gorgones *om. AHM* ‖ fuerunt] fuerant *M* fuisse dicuntur *FGT* ‖ in *om. FG* ‖ 22 africae *R* ‖ athlantem *RAHM* ‖ omnis *FG* ‖ 23 habebant] habuisse *AS* ‖ 24 stheno *FG*: sthenno *ASH* stenno *RMT* ‖ euriale *RT* edryale *F* edriale *G*

est crines suos Minervae capillis praeferre: qua re indignata dea, crines eius in serpentes vertit eamque excidi a Perseo fecit luminibus orbatam, fecitque ut quisquis caput eius vidisset verteretur in saxum. sed Perseus, Iovis et Danaes filius, cum ad eam occidendam volaret, prae se scutum ferens speculi candore perlucidum, sicut Minerva monstraverat, in umbra eius vidit caput Gorgonae et ita aversus accedens id amputavit. quod cum ad Polydecten regem pertulisset isque negaret id eius virtute confectum, conspicuum id regi fecit: cuius conspectu ille in saxum mutatus est, quod in Seripho insula hodieque ostenditur. Serenus tamen dicit poeta *Gorgonas* puellas fuisse unius pulchritudinis, quas cum vidissent adulescentes, stupore torpebant: unde fingitur, quod si quis eas vidisset, vertebatur in lapidem. *sane quidam dicunt versus alios hos a poeta hoc loco relictos, qui ab eius emendatoribus sublati sint*

Gorgonis in medio portentum inmane Medusae,
vipereae circum ora comae, cui sibila torquent
infamesque rigent oculi, mentoque sub imo
serpentum extremis nodantur vincula caudis.

HARPYIAEQVE aut iam mortuas intellege, aut secundum Platonem et alios simulacra, licet vivarum, illic fuisse: nam dicunt esse omnium rerum ideas quasdam, id est imagines, ad quarum similitudinem procreantur universa. hinc est quod in Statio Amphiaraus Plutoni dicit o m n i b u s f i n i t o r r e r u m e s s e v i d e r i s, m i h i v e r o e t s a t o r. harum autem simulacra bene apud inferos sunt, quae esse dicuntur et furiae. TRICORPORIS VMBRAE Eryli et Geryonis.

---

21 in Statio] Theb. VIII 91

---

1 crines eius in serpentes uertit *T* (*cf. comm. Luc.* IX 626 *p.* 306, 24 *V.*): crines quam in serpentes uertit *FG* crines quibus amatori maxime placuerat i. s. v. *Daniel* ‖ 3 quisq: *F* quisque *Daniel* ‖ capud *F* ‖ 4 prae se] presse *FG* ‖ 5 ferens] fereos *G* ‖ candorem *F* ‖ sicut] sic *G* ‖ sicut . . . monstraverat] quod ei minerua dederat *T* ‖ 6 capud *F* ‖ gorgone *FGT* ‖ auersus *T*: uersus *FG* ‖ 7 polydioten *F* poli///ten (dio *supra*) *G* polydotem *T*, *correxit Masvicius* ‖ hisque *FG* ‖ 8 confectum] non factum *T* ‖ conspicuum . . . ostenditur] id regi ostendit quod in serifo insula hodieque monstratur *T* ‖ ficit *G* ‖ cuius spectu *G* ‖ 9 Serenus tamen . . . vertebatur in lapidem *om. T* ‖ 10 poeta dicit *AM* (*transposuit a*) poeta *om. H* ‖ gorganas *G* ‖ 11 figitur *A* (*corr. a*) fingetur *G* ‖ 13 hos *om. T* ‖ 14 gorgones *FGT* ‖ 15 uipereae *T*: uipera ēē *F* uipera *G* ‖ hora *G* ‖ sibila *T*: sibylla *F* sybilla *G* ‖ 16 infamaeque *T* ‖ mentoque *ex* meritoque (*ut videtur*) *T*: meritoque *FG* ‖ 18 HARPYIAEQVE aut iam mortuas . . . ut diximus ducit *om. G* ‖ ARPYAEQVE *RH* ARPYASQVE *AS* ARPYIAEQVE arpiasque *M* ‖ ut iam *R* ‖ mortuas] occisas *M* ‖ intellegimus *F* ‖ platimem *H* ‖ 19 fuisse] omnium rerum *add. ASM* ‖ 20 idaeas *HMF* ‖ 21 quod in Statio . . . harum *om. H* ‖ in *om. F* ‖ stadio *R* ‖ anfioraus *F* dãmas *R* thiodamas *AS* ..damas *M* (*duarum litterarum spatio relicto*). *haud scio an Servius* Thiodamas *scripserit, ut ab eo qui pleniorem commentarium composuit ipsius grammatici error sublatus sit.* ‖ 22 rerum] ore *R* ‖ esse *om. A* ‖ 23 quae] quia *F* ‖ 24 eryli et *ASMF* eryli licet *R* erilicet *H. cf. Ribbeckii adnot. ad* VIII 563 *et Serv. ad* VIII 564, *ubi* erilum *libri praeter*

291. OFFERT non ad feriendum, sed ad repellendas umbras: unde et 'offert' dixit. sacerdos autem ferire prohibet.

295. TARTAREI QVAE FERT ACHERONTIS AD VNDAS sequitur illud Pythagoricum, dicens tenuisse eos viam post errorem silvarum, quae vel ad vitia vel ad virtutes, ut diximus ⟨136⟩, ducit. TARTAREI ACHERONTIS Acheronta vult quasi de imo nasci Tartaro, huius aestuaria Stygem creare, de Styge autem nasci Cocyton. et haec est mythologia: nam physiologia hoc habet, quia qui caret gaudio sine dubio tristis est. tristitia autem vicina luctui est, qui procreatur ex morte: unde haec esse apud inferos dicit.

297. COCYTO ERVCTAT HARENAM in Cocytum: scilicet per Stygem.

298. HAS HORRENDVS AQVAS propter tria flumina. PORTITOR proprie *portitor est* qui portat, abusive etiam qui portatur portitor dicitur, sicut vector.

299. TERRIBILI SQVALORE id est terribilis squaloris. CHARON κατὰ ἀντίφρασιν quasi ἀχαίρων.

300. CANITIES INCVLTA IACET veteres enim non solum comam ornabant, sed etiam barbam, ut non nullas videmus statuas. ideo dixit 'inculta mento canities'. STANT horrent. et est polysemus sermo, ut diximus ⟨I 646⟩.

302. SVBIGIT subagit, *sursum agit*, regit. et est polysemus

---

6 Acheronta . . . ex morte] exscr. mythogr. III 6, 2 || 21 SVBIGIT subagit e. q. s.] cf. Non. p. 400, 26 M.

Hamburgensem, qui ycerilum *exhibet.* Ἔρυλος *Io. Lyd. de mens.* I 8 || gerionis *libri.* Geriones tres reges simillimi fuerunt in hispania, quibus abstulit hercules armenta. Moventes autem $\overset{o}{\text{a}}$b hoc in herculem bellum interfecti sunt ab eo. quorum similes fuerunt umbrae *add. R: quae edidit Masvicius. cf. Iustin.* XLIV 4, 14 *sqq.* || 1 repellandas *F* repellendas *ex* repellandas *M* || 3 TARTAREI . . . ducit *om. F* || QVAE FERT TARTAREI *A* || 4 phytagoricum *R* pythagoraicum *AS* (*corr. s*) pytagoracum *H* pytagoricum *M* || post errorem] posteriorem *R* || 5 ut diximus *om. M* || duxit *H* || 6 Acheronta *om. G* || nasci Tartaro] nascitur tora *F* nasci turtora *G* || 7 cochytum *R* cocython *M* || 8 aethymologia *R* aethimologia *AS* etimologia *H* mithologia *FM cf. mythogr.* || phys$\overset{i}{\text{o}}$logia *R* phisiologia *AH* fisiologia *M* filio sosia *G* || 11 *scholia ad v.* 297 *et ad* HAS H. A. *om. G* || COCYT$\overset{\text{I}}{\text{O}}$ *S* COCITO *H* || per *ex* pro *R* || 13 *alterum* portitor *om. G* || 14 sicut vector] qui significat uehentem · et qui uehitur. Lucanus (V 580) 'uenia haec est sola timoris uectorem non esse tuum'. sic et alumnus et hospes significant *add. D* || 15 SQVALORI *M* || squaloribus *G* || *schol. ad* CHARON *om. G* || 16 ἀχαίρων *Daniel in margine Reginensis*: acheron *RASMF* acharon *H* || 19 *scholia ad* STANT *et ad v.* 302 *om. G* || polysemus sermo] polisemus hoc est multiplicatio sermonum *F* polysemos *omisso* sermo *AS* polysemus sermo hoc est multiplicatio sermonum *Stephanus* || 20 ut diximus supra *M* || 21 SVBIIT *A* (*corr. a*) || subagit] *om. R*, subait *H* || sursum agit *edidit Stephanus* || regit] recit *H* id est regit *F* || polysemos *A*

sermo: nam *et* 'acuit' significat, ut ⟨VII 627⟩ subiguntque in cote secures, et compellit, ut ⟨567⟩ subigitque fateri. VELISQVE MINISTRAT aut per vela, et est septimus: aut 'velis obsequitur', et est dativus.

303. FERRVGINEA nigra, tristi: nam lugubrem esse hunc colorem *ipse* ostendit dicens cum caput obscura nitidum ferrugine texit. CORPORA CVMBA omne quod potest videri, corpus dicitur: unde paulo post discretionem fecit dicens ⟨391⟩ corpora viva nefas Stygia vectare carina.

304. IAM SENIOR aut pro positivo posuit, *id est senex*: aut, ut diximus ⟨V 409⟩, 'senior' est virens senex, ut 'iunior' intra iuvenem est: quam rem a Varrone tractatam confirmat et Plinius. CRVDA DEO VIRIDISQVE SENECTVS τὸ αἴτιον: *ideo cruda et viridis,* quia in deo. *et bene 'viridis', ne contemneretur.*

309. AVTVMNI FRIGORE PRIMO extremitatem vult ostendere, quod ait Iuvenalis ⟨IV 56⟩ iam letifero cedente pruinis autumno: nam prima eius pars fervet, ut totoque autumni incanduit aestu. sane sciendum, secundum Plinium folia autumnali tempore ideo cadere, quia omnis tunc in arboribus umor aestatis calore invenitur exhaustus. ergo 'cadunt', non quia tunc siccari incipiunt, sed quia tunc eis iam deest umor.

311. GLOMERANTVR AVES bene rebus volitantibus animas comparavit, quae et ipsae volant.

312. INMITTIT APRICIS quasi ἄτερ φρίκης, id est sine frigore, ut diximus supra ⟨V 128⟩: unde non nulli et Africam dictam volunt.

---

5 FERRVGINEA nigra] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 600 ‖ 6 cum] georg. I 467 ‖ 17 totoque] georg. III 479 ‖ 18 Plinium] nat. hist. XVI § 82 sqq. ‖ 25 unde . . . volunt] exscr. Isid. or. XIV 5, 2

---

1 et *hab. M* ‖ significat ut] intellegimus alibi *F* ‖ 2 et . . . fateri *om. M* ‖ 3 et] ut *a* ‖ in VII. *A* in VIImo *S* ‖ 6 capud *F* apud *G* ‖ obscurat *G* ‖ ferruginem *H* ‖ 7 *schol. ad* CORPORA C. *om. G* ‖ CVMBA *RASM* ‖ 10 aut comparativum pro positivo posuit *Masvicius* ‖ 11 dicimus *FG* ‖ iuuenior *FG* ‖ intra iuuenem cutem est *FG* intra iuuentutem est *coni. Hagenus: in archetypo* tutem *supra* em *videtur scriptum fuisse* ‖ 12 a *om. G* ‖ tractat *R* tractam *H* tracitata *FG* ‖ confirmat et Plinius *om. F*, et Plinius . . . viridis *om. G* ‖ et] etiam *vulgo* ‖ plinius *ex* plenius *S* ‖ 13 SED CRVDA *A* ‖ TO ΛΕΤΙΟΝ *R* To aetion *A* TO UOTION *S* το aeτιon *H* toetion *M* to aeotion *F* ‖ 14 ne contemneretur *huc transposui* ‖ 15 extremitatem] et estremitatem ne contempneretur *FG* ‖ 17 eius prima *M* ‖ autumpno *F* ‖ autumni . . . aestu] autum huncalui eastu *H* ‖ incaluit *AS* incanduit *M* ‖ 18 aestus *FG* ‖ plunium *G* ‖ folio *F* ‖ 22 *scholium ad v.* 311 *om. G* ‖ 24 quasi *ex* quasa *M* ‖ ater frices *FG*: ate frices *AS* ate fricis *H* africis *Ma. spatium relictum est in Reginensi quod* ἀπὸ φρικας *scribens explevit Daniel.* ἄνα φρίκους *Stephanus et Daniel* ἄνευ φρίκους *Masvicius primus* ‖ 25 ut diximus supra *om. A* ‖ aficam *FG*

313. PRIMI TRANSMITTERE figura Graeca est: ut primi transirent.

315. TRISTIS asper, inmiserabilis, *severus*.

317. AENEAS ordo est: Aeneas ait, dic, o virgo: cetera per parenthesin dicta sunt, *id est per suppositionem*.

319. QVO DISCRIMINE qua differentia. RIPAS HAE LINQVVNT repulsae scilicet, non transeuntes.

320. VADA LIVIDA nigra. et 'lividum' invidum non nisi apud neotericos invenimus: Lucanus ⟨I 288⟩ livor edax tibi cuncta negat, gentesque subactas.

321. LONGAEVA SACERDOS Sibyllam Apollo pio amore dilexit et ei obtulit poscendi quod vellet arbitrium. illa hausit harenam manibus et tam longam vitam poposcit. cui Apollo respondit id posse fieri, si Erythraeam, in qua habitabat, insulam relinqueret et eam numquam videret. profecta igitur Cumas tenuit et illic defecta corporis viribus vitam in sola voce retinuit. quod cum cives eius cognovissent, sive invidia, sive miseratione commoti, ei epistolam miserunt creta antiquo more signatam: qua visa, quia erat de eius insula, in mortem soluta est. unde non nulli hanc esse dicunt, quae Romana fata conscripsit, quod incenso Apollinis templo inde Romam adlati sunt libri, unde haec fuerat.

322. DEVM CERTISSIMA PROLES ex eo quod subire inferos potuit. ideo autem 'certissima', quia multi ad gloriam generis simulant se numinum filios, ut Romulus ex Marte, Alexander ex Iove Ammone. hoc ergo excludit. sic alibi de Hercule ⟨VIII 301⟩ salve vera Iovis proles.

324. ET FALLERE NVMEN ut supra ⟨134⟩ diximus, sive propter Victoriae favorem, Stygis filiae: nam dicitur statuisse Iuppiter, ut

8 LIVIDA nigra e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 57 || 11 Sibyllam e. q. s.] exscr. mythogr. I 153; II 87 || 28 nam dicitur . . . prohiberetur] exscr. mythogr. III 6, 3

1 *scholia ad v.* 313 *et* 315 *om. G* || ut] in *F* || 4 aeneas ait dic ait o uirgo *FG* || 5 id est per suppositionem *edidit Stephanus* || suppostionem *F* subpositionem *G* || 6 *scholia ad v.* 319 *om. G* || QVOD *F* || 8 LIQVIDA *A* (Q *del. a*) || invidum *om. G* || 9 necterícos *G* teotericos *A* (neutericos *a*) || 10 negant *H* || gentesque subactas *om. G* || subactas] licet ouidius (*ex Ponto* III 3, 101) 'liuor, iners uitium, mores non exit in altos' *add. D* || 12 optulit *RF* || arbitrum *FG* || 14 erythream *A* erythraeam *S*: erythram *RF* erithram *G* erithiteam *H* aerytream *M* || et eam] etiam *H* || 15 eam] eius terram *FG* || 16 retenuit *FG* || 17 inmiseratione *H* || 18 *ad* creta *in marg. adscr.* mit griezze *vel* griette *a* || cretantico *FG* || qua visa terra *mythogr. I* qua terra visa *Masvicius* || quia] nam *FG* || quia . . . insula *om. ASM mythogr. II* || quia erat] cerat *H fort.* quia creta erat || 19 est in mortem soluta *FGM*, *nisi quod* morte *G* || 21 sint *H* || 22 *scholia ad v.* 322 *et* 324 *om. G* || 24 matre *H* || 26 proles] progenies *F* || 28 fauorem uictoriae *A* (*transposuit a*) || statuisse] quod statuisset *M* (quod *inseruit man. rec.*)

si quis *de diis* fefellisset eius numen *periurio*, uno anno et novem diebus ab ambrosia et nectare prohiberetur. ratio autem est quam supra ⟨134⟩ diximus: ideo per Stygem dii iurant, quia tristitia contraria est aeternitati, τὸ στυγνὸν τῷ μακαρίῳ καὶ ἀθανάτῳ.

325. INOPS INHVMATAQVE TVRBA EST duo dicit, id est nec legitimam sepulturam habet, neque imaginariam. inopem enim dicit sine pulveris iactu — nam 'ops' terra est — id est sine terra, sine humatione. vult autem ostendere tantum valere inanem, quantum plenam sepulturam: nam et Deiphobi umbra transvecta est, cui Aeneas cenotaphium fecit, ut ⟨505⟩ tunc egomet tumulum Rhoeteo in litore inanem constitui. bene autem sepultos, id est fletos — nam sine fletu sepultura non est, unde legimus ⟨XI 372⟩ inhumata infletaque turba — facit supradicta flumina transire, quibus luctus nomen inposuit. 'centum' autem 'annos' ideo dicit, quia hi sunt legitimi vitae humanae, quibus completis potest anima transire ripas, id est ad locum purgationis venire, ut redeat rursus in corpora. sane sciendum quia, cum terram dicimus, haec ops facit; si nympham dicamus, haec Opis; si divitias, hae opes numero tantum plurali.

327. RAVCA FLVENTA aut rheumata dicit: aut bene pluraliter, quia de tribus loquitur.

328. SEDIBVS OSSA QVIERVNT id est prius quam corpus in naturam suam redeat, id est in terram.

330. STAGNA EXOPTATA Lethaei scilicet fluminis.

331. VESTIGIA PRESSIT scilicet cogitatione tardatus. *et intentionem constantis ostendit.*

332. PVTANS reputans, cum animo pertractans. SORTEMQVE

6 inopem . . . humatione] cf. Isid. orig. X 145 ‖ 27 PVTANS . . . tractans] cf. Don. ad Ter. eun. IV 2, 4

1 et VIII idiebus *H* ‖ 2 ambrosia e nectare *RH* ambrosiae nectare *M* ‖ 3 supra *om. AHMF* ‖ 4 TOCTURNON TW MAKAEΛΛANATW *R* TOCTYΓNON (CTYΓNWN *A*) TW MAKAIAΘAAN ΛTW *AS* TOCTYY NON TW MKAEAANATW *H* TO CTYΓNON TO MAKAPIO KAI AOΛAATW *F* *graeca om. M* ‖ 6 legitumam *H* ‖ inmaginariam *G* ‖ 7 obs *FG* ‖ id est] inops id est *M* ‖ 8 umatione *H* ‖ tantantum *G* ‖ 9 et *om. FG* ‖ deiphebi *R* deiphoebi *A* deisobi *G* ‖ umbram *FG* ‖ 10 cenotaphion *R* canotafium *M* (caenotafium *m*) caenotaphium *F* ‖ 11 roeteo *FH* roetheo *AM* ‖ constitui] continui *H* ‖ bene autem . . . nomen inposuit] bene autem sepultos facit supradicta flumina transire quibus luctus nomen inposuit. fletos. nam sine fletu sepultura non est unde legimus inhumata infletaque turba. *R* ‖ sepultus id est fletus *HM* ‖ 13 turba quam turbam facit supradictam *FG* ‖ 14 nomen] lumen *H* ‖ 15 hii *FG* ‖ legitime *R* ‖ completit *FG* ‖ 18 si nympham dicimus *R* ‖ haec opis facit *FG* ‖ 20 *scholia ad v.* 327—330 *om. G* ‖ remata *R* reumata *ASM* (effusio *superscr. s*) reūnata *H* rheumata id est aestuaria *D* ‖ aut] ut *F* ‖ 21 de tribus loquitur fluminibus *Masvicius* ‖ 22 osso *F* ‖ prius] proprius *F* ‖ 25 scilicet et cogitatione *G* ‖ intentione *FG*, *correxit Daniel* ‖ 27 *scholium ad* SORTEMQVE A. M. I. *om. G*

ANIMO MISERATVS INIQVAM iniqua enim sors est puniri propter alterius neglegentiam; nec enim quis culpa sua caret sepulcro. bene autem 'animo', quasi re praesaga, ut alibi ⟨X 843⟩ praesaga mali mens: ipse enim Aeneas insepultus iacebit, ut ⟨IV 620⟩ mediaque inhumatus harena.

333. MORTIS HONORE sepultura, ut ⟨X 493⟩ quisquis honos tumuli.

334. DVCTOREM CLASSIS apertum exemplum, classem dici etiam unam navem: nam legimus ⟨I 113⟩ unam quae Lycios.

336. AVSTER hic distinguendum.

337. SESE AGEBAT 'sese agere' est sine negotio incedere.

338. QVI LIBYCO NVPER CVRSV bene 'Libyco': navigatio enim non a deverticulo, sed ab intentione accipit nomen.

339. EFFVSVS IN VNDIS archaismos est: quamquam Donatus esse ordinem velit 'dum servat sidera in undis mediis'.

340. MVLTA MAESTVM COGNOVIT IN VMBRA prudentiores dicunt animas recentes a corporibus sordidiores esse donec purgentur: quae purgatae incipiunt esse clariores. unde ait paulo post ⟨745⟩ donec longa dies perfecto temporis orbe concretam exemit labem purumque reliquit aetherium sensum atque aurai simplicis ignem, id est non urentis, ut est solis. inde est quod aliae animae lunarem circulum, aliae solstitialem retinere dicuntur pro modo purgationis. bene ergo Palinurum obscura umbra circumdatum dicit et vix agnitum, qui ne ad loca quidem pervenerat purgationis: sic etiam de Didone dicturus est ⟨452⟩ agnovitque per umbram obscuram.

---

6 HONORE sepultura] cf. Non. p. 320, 27 M. ‖ 11 sese agere . . . incedere] cf. Don. ad Ter. Andr. IV 2, 25 ‖ 14 quamquam e. q. s.] cf. gramm. lat. VII p. 485, 14 K. ‖ 21 inde est . . . obscuram] exscr. mythogr. III 6, 12

---

3 rei praesago *V Burmanni et Fabricius* ‖ 5 mediatque *H* ‖ harena] periit enim in flumine Numico: unde ait Iuuenalis (XI 62) 'et ipse tamen contingens sanguine caelum: alter aquis, alter flammis ad sidera missus' *add. D* ‖ 6 honus *A* (*corr. a*) ‖ 8 exemplo *H* ‖ dicit *A* ‖ 9 nam . . . Lycios *om. M* ‖ 11 *schol. ad v.* 337 *om. G* ‖ sese] se *F* ‖ 13 a *om. G* ‖ deuerticulo *ASH*: duerticulo *R* (diuerticulo *r*) diuerticulo *FGMa* ‖ ab inuentione accepit *FG* ‖ 14 *schol. ad v.* 339 *om. G* ‖ archaismos *A* ‖ est *om. F* ‖ 15 seruit *F* ‖ in mediis undis *R* ‖ mediis *om. A* ‖ 17 recentes *ASHFG*: recedentes *RMa* ‖ ordidiores *G* ‖ 18 ait] est *M* ‖ 19 tempore *RAS* (*corr. a*) ‖ orbis *AS* (*corr. a*) ‖ 20 reliquit *RASHM*: relinquid *F* relinquit *G* ‖ aurio *R* aurae *ASM* ‖ 21 ignem] simplices *add. FG* ‖ aliae . . . circulum] aliae panduntur animae ad (ad *om. AS, supr. vers. add. a*) lunarem circulum *ARS* ‖ 22 solstitialem *libri*: solarem *mythographus* ‖ tenere *mythographus* ‖ 23 purgationis animae *ex Regio codice Masvicius* ‖ circumdatum] circulum datum *F* ‖ 24 ne] nec *ARMs* ‖ uenerat *R* ‖ 25 sicut etiam alibi *vulgo*

341. QVIS TE PALINVRE DEORVM 'quis deus' debuit dicere, sed graece dixit τίς θεῶν.

342. ERIPVIT NOBIS bene 'nobis': gubernator enim communi perit periculo. SVB AEQVORE MERSIT tmesis est: medio aequore submersit.

343. DIC AGE hortantis adverbium est: unde est *et 'age sta'* et 'age facite'.

346. VENTVRVM AVSONIOS κατὰ τὸ σιωπώμενον intellegimus.

347. CORTINA cortina dicta est aut quod cor teneat, aut quod tripus saeptus erat corio serpentis, ut diximus supra ⟨III 92⟩: aut certe secundum Graecam etymologiam ὅτι τὴν κόρην τείνει ἤτοι τινάσσει, id est quod extendit puellam, ut ⟨49⟩ maiorque videri.

348. NEC ME hic distinguendum, ne sit contrarium: nam eum Somnus deiecit. quamquam alii frustra dicant quod credebat Phorbantem, cum extinctis divinandi sit concessa licentia, ut nunc iam sciat Somnum fuisse.

349. NAMQVE GVBERNACLVM ut sit veri simile, quod post triduum tetigit litus Italiae.

351. PRAECIPITANS dum praecipitarer. MARIA ASPERA IVRO aut execratio est, ut ⟨II 431⟩ Iliaci cineres: aut certe iurat quasi nauta per maria.

353. SPOLIATA ARMIS propter amissionem gubernaculi. EXCVSSA MAGISTRO nove dixit: de qua fuerat magister excussus.

354. SVRGENTIBVS VNDIS non quia tempestas fuerit, favente Neptuno, sed tumens pelagus fuisse significat. nec de Aeneae peritia desperavit, sed propter perditum gubernaculum. *et ostendit se magis timuisse pro navi, cum esset ipse periturus.*

---

1 *schol. ad v.* 341 *om. G* ‖ 2 TICEEWN *RH* TICEWN *F* ‖ 4 periclo *A* ‖ *schol. ad* SVB A. M. *om. G* ‖ temesis *RS* themesis *AHM* ‖ est] est id est *F* ‖ 5 summersit *F* ‖ 6 et age facite] et agite facite *R* et age f. *A* et cage *omisso* facite *H* et age fac et age facite *Stephanus, Masvicius, Burmannus* et age fare *Lion* ‖ 8 cata to siopumenon *RA* canta to siopumenon *H* cata to siopomenon *M. cf. Burmanni adnot.* ‖ 9 tineat *H* ‖ 10 tripus *ASH*: tripos *FGM* trippos *R* ‖ septos *FG* ‖ Pythonis serpentis *Masvicius primus* ‖ ut diximus supra *FGM*: ut dicitur *R* ut deus *AS* (*ortum ex 'ut* D̄. S̄.') ut ds̄ *H* ‖ 11 aethimologiam *ARFG* ethimologiam *H* ethymologiam *M* ‖ OTI THN KOPHIN TINEI NTO TINACCEI *R* OTI THN KOPHN TINEI HTOI TINACCEI *AS* OTI THN KOPNN TINEINTOITI NACCEI *H* OTINH KOPHNEKTINI *M* OTI THN dit (*omissis* κόρην . . . exten) *FG*. ἤτοι τινάσσει *non videntur Servii esse* ‖ 13 *schol. ad* NEC ME *om. G* ‖ 14 alii frustra dicant] alii distinguant nec me deus aequore mersit *F* ‖ Phorbantem] fuisse qui eum inmerserat *supr. vers. add. m* ‖ 15 ut] et *SF* ‖ iam *om. AS* ‖ 17 uerisimiles *FG* ‖ quod . . . Italiae] quod uenit ad italiam *M* ‖ 18 intaliae *F* ‖ 19 dum praecipitarer] pro cum praecipitarer *F* proprium praecipitarer *G* ‖ 20 exacratio *FG* exsecratio *R* ‖ iurat] iurantis *FG* ‖ quasi nauta] quia si aut a *G* ‖ 22 *scholia ad v.* 353 *om. G* ‖ propter . . . gubernaculi] perdito gubernaculo *M* ‖ 23 nouo (e *supra*) *S* 24 fuerit *Stephanus*: fuit *libri* ‖ 27 pro] per *G*

355. HIBERNAS asperas. et retulit ad adfectum natantis.

358. ADNABAM et hic distingui potest, et 'adnabam terrae'.

359. GENS CRVDELIS Lucanorum. et dicit eum a Veliensibus interemptum, ut ⟨366⟩ portusque require Velinos. sane sciendum Veliam tempore quo Aeneas ad Italiam venit, nondum fuisse. ergo anticipatio est, quae, ut supra diximus, si ex poetae persona fiat, tolerabilis est; si autem per alium, vitiosissima est, ut nunc de Palinuro ait: quamquam alii ad divinandi scientiam referant, quasi ab umbra dictum. Velia autem dicta est a paludibus, quibus cingitur, quas Graeci ἕλη dicunt. fuit ergo 'Elia', sed accepit digammon et facta est 'Velia', ut 'Enetus Venetus'.

360. MONTIS saxi, ut ⟨XII 687⟩ fertur in abruptum magno mons inprobus actu pro saxo; *alibi* e contrario ⟨II 308⟩ saxi de vertice pastor pro 'montis': nam sunt ista reciproca.

362. ME FLVCTVS HABET quia secundum philosophos corpus solum nostrum est, quod nobiscum oritur, nobiscum perit. anima enim generalitatis est et adeo non est nostra, ut etiam in alia corpora plerumque transeat. ergo 'me' corpus meum, quod est hominis proprium. est autem Homeri *αὐτοὺς δὲ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν.*

363. CAELI IVCVNDVM LVMEN bene 'iucundum' addidit: est enim etiam apud inferos *lumen*, sed non iucundum.

365. HIS INVICTE MALIS qui inferos subire potuisti. 'his' autem, ac si diceret 'quae cernis'.

366. TERRAM INICE bene ante maius petiit, ut vel hoc impetraret. terrae autem iniectio secundum pontificalem ritum poterat

---

4 sane sciendum . . . dictum] cf. Gell. X 16, 1 sqq. ‖ 19 Homeri] Il. I 4

---

1 *scholia ad v.* 355 *et* 358 *om. G* ‖ rettulit *F* ‖ effectum *F* ‖ 2 et hic distingui potest paulatim adnabam ut (*lege* ut terrae) sequentibus iungatur terrae iam tuta tenebam *F* ‖ 3 a ueli[n]ensibus *S* ab aliensibus *F* ab iliensibus *G* ‖ 4 intemptum *FG* ‖ ut] in *G* ‖ belinos *F* oelinos *G* uel[i]anos *S* ‖ 5 ad Italiam venit] *ab his verbis incipit Cassellani quaternio tertius secundi ordinis. cf. praef. p.* XLVIII ‖ 6 persona poetae *R* ‖ 7 aliam *FGC* ‖ uiciosissima *A* uitiosa *M* ‖ ut nunc . . . sed non iucundum *om. G* ‖ ut] et *F* ‖ 8 diuinantis *M* ‖ referunt *FC* ‖ 9 dictum] cui praecognitum erat id nomen per posteros illi imponendum. Ergo portus Velinos id est vocandos aliquando Velinos *add. Fabricius* ‖ 10 graece *ASFC* ‖ ele *libri* ‖ aelias *A* (elia *a*) helia *SF* ‖ accipit *FC* ‖ dygannon *F* digamon *M* ‖ 11 et facta est Velia *om. M* ‖ est *om. H* ‖ Enetus] aenethus *R* ‖ 13 probus *H* ‖ 14 ista sunt *S* ‖ 16 perit] moritur *M* ‖ 19 autem *om. F* ‖ Homeri] nomen *C* ‖ ΑΥΟΤΥϹ ∂Ε ΕΑΩΡΙΑ ΤΕΥΧΕ ΚΥΝΕϹϹΙΝ *A* ΛΥΟΤΙϹ DE ΕΛΩΡΛ ΤΕΥΧΕ ΚΥΝΕϹϹΙΝ *R* ΑΥΟΤΥΟ deeaω pater xe ΚΥΝΕϹϹΙΝ *H* ΑΥΤΟΥϹ ΑΕΕΑΩΡΙΑ ΤΕΥΧ ΚΥΝΕϹΙΜ *M* ΑΥΤΑΥΕ ΙΕ ΕΑΩΡΙΑ ΤΕΡΧΕ ΚΥΝΕϹϹΙΝ *F* ΛΥΤΟΥ ΕΙΕ ΕΛΩΡΙΑ ΤΕΥΧΕ ΚΥΝΕϹϹΙΝ *C* ‖ 20 IOCVNDVM *RS* VICVNDVM *H* ‖ iocundum *RSH* ‖ 21 enim *om. FC* ‖ iocundum *RH* ‖ *post* iucundum *sex fere litterae radendo deletae in M* ‖ 24 ante] apte *A* (*sed* p *ex correctura*) autem *C* ‖ maius] nauis *F* ‖ petit *FC* ‖ 25 autem *om. R*

fieri et circa cadaver et circa absentium corpora quibusdam sollemnibus sacris. NAMQVE POTES quia ubique eum rerum divinarum inducit peritum.

367. SIQVA VIA EST si est ulla ratio. DIVA CREATRIX rerum omnium generaliter.

369. INNARE navigare: more suo.

370. DA DEXTRAM praesta auxilium: umbra enim numquam tenetur, ut ⟨II 793⟩ ter frustra conpressa manus effugit imago.

371. SEDIBVS VT SALTEM ut saltem in morte requiescam sedibus placidis. et bene, quia nautae semper vagantur.

373. TAM DIRA CVPIDO cupiditas ex deorum ira veniens: aut certe magna, ut ⟨IX 183⟩ an sua cuique deus fit dira cupido?

374. SEVERVM tristem: et haec reciproca sunt, ut contra iudex tristis et integer, id est severus.

375. EVMENIDVM autem circa quem habitant Eumenides κατὰ ἀντίφρασιν dictae. RIPAMVE INIVSSVS ABIBIS ut 'abeo in Tuscos', sicut diximus supra ⟨IV 106⟩: quamquam alii 'adibis' legant.

376. DESINE FATA DEVM FLECTI SPERARE PRECANDO fata quae semel decreverunt. et locutus est secundum Epicureos, qui dicunt nec bene promeritis capitur neque tangitur ira.

377. DVRI CASVS inpossibilis ad mutationem.

378. LONGE LATEQVE PER VRBES de historia hoc traxit. Lucanis enim pestilentia laborantibus respondit oraculum manes Palinuri esse placandos: ob quam rem non longe a Velia ei et lucum et cenotaphium dederunt.

---

12 cupiditas . . . veniens] cf. Isid. diff. verb. 141 ‖ 14 SEVERVM tristem] cf. Don. ad Ter. Andr. V 2, 16 et Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 88 ‖ iudex] Cic. in Verr. act. I 10, 30 ‖ 21 nec bene] Lucr. II 651

---

1 citra cadauer *C* ‖ et circa *ante* absentium *om. H* ‖ sollemnis *AS* (*corr. a*) ‖ 2 sacris] eundem sermonem habet apud inferos cum Elpenore Ulysses (*Od.* XI 75) *σῆμά τέ μοι χεῦαι πολιῆς ἐπὶ θινὶ θαλάσσης add. Fabricius* ‖ POTEST *FC* ‖ 4 DIVIA *C* ‖ 7 DESTRAM *C* ‖ praesta] pest *F* ‖ numquam] quam *F* ‖ 8 ut ter] uter *H* inter *F* uoter *C* ‖ conpressa *MC* conpraessa *H* compressa *SF*, *om. R.* conprensa *Vergilius* ‖ 10 SALTIM ut saltim *F* ‖ 13 an *om. ARHM* ‖ 16 circa quae *C* circa que *H* ‖ habitabant *M* ‖ eumenedes *C* ‖ cata antiphrasin dictae *SHMD, om. ARFC.* *post* Eumenides *haec edidit Fabricius* εὐμενίδες dictae (nam εὐμενὴς benevolus est) quod minime sint beneuolae, sed maleuolae: et est κατ᾽ ἀντίφρασιν figura, quoties rem malam bono appellamus exemplo, ut hic. ‖ 17 RIPAMDE INVISVS *F* ‖ ADIBIS *A* (ABIBIS *a*) ‖ ut *om. F* ‖ abeo in tuscos *ARHMs* (*sed alterum* ſ *in ras. a*): abeo intuseos *S* abeo intus eo *FC* ‖ 18 supra diximus *FCM* ‖ 21 neque tangitur *R*: nec tangitur *reliqui libri* ‖ 23 VRBES *RH*: VRBEM *FCASM* ‖ traxit hoc *FC* ‖ 25 placados *C* ‖ ei *om. SF* (*supr. vers. add. s* ‖ et lucum ei dederant et cenotafium *M* ‖ 26 cenotaphium] tumulum cenotafium *F* ‖ cenotaphion *RASH* ‖ 26 dederunt *FC*: dederant *RASHM*

379. PRODIGIIS ACTI CAELESTIBVS conpendiose et pestilentiam ortam et petitum significavit oraculum. PIABVNT placabunt, expiabunt.

381. AETERNVM in aeternum: et est adverbium. PALINVRI plus est, quam si 'tuum' diceret.

382. PARVMPER id est paulatim laetari coepit: spem enim solam, non praesens acceperat beneficium. unde bene dictum est, quasi ab eo magna moderatione dolor recessit. alii 'parumper' valde parum volunt.

383. GAVDET COGNOMINE TERRA nominis sui similitudine. facit autem 'hic' et 'haec cognominis': nam in Plauto lectum est cum una de Bacchidibus diceret illa mea cognominis fuit. quod autem communi genere in 'e' misit ablativum, metri necessitas fecit.

385. NAVITA epenthesis, ut 'Mavors'. INDE VT STYGIA PROSPEXIT AB VNDA ut ⟨VII 289⟩ Siculo prospexit ab usque Pachyno. et hinc ostenditur quod diximus ⟨295⟩, iuncta esse haec tria: Acheronta, Stygem, Cocyton. de his autem nascuntur alia, unde est ⟨439⟩ et novies Styx interfusa coercet.

386. PER TACITVM NEMVS aut solum: aut ipsos tacitos, *id est tacite.*

387. ADGREDITVR DICTIS hoc sermone ostendit iratum.

388. QVISQVIS ES ARMATVS bene a praescriptione *coepit*, ac si diceret: nihil pium molitur armatus.

389. QVID VENIAS cur; nam adverbium est. IAM ISTINC a loco in quo es.

391. CORPORA VIVA quia, ut supra ⟨303⟩ diximus, sunt corpora etiam mortuorum quae tantum videntur, id est umbrae.

392. ME SVM LAETATVS EVNTEM lectum est et in Orpheo quod, quando Hercules ad inferos descendit, Charon territus eum statim suscepit: ob quam rem anno integro in compedibus fuit. ideo ergo

---

11 in Plauto] Bacch. v. 9 R. || 14 NAVITA epenthesis] cf. Isid. diff. verb. 390

---

2 oraculum significabit *M* || 7 solum *C* || non] nondum *M* || 8 *fortasse* recesserit || 10 TERRA *FM*: T. *C* TERRE *RH* TERRAE *AS* || similitudinem *FC* || 11 cognominis] cognouimus *R* || 12 unam *vulgo* || baccidibus *A* bachidibus *C* || mea *RSHM*: mei *FC* || 13 a communi genere *Masvicius et Burmannus* || mittit *A* || fecit] facit *A* fuit *RM* || 15 ab] ab unda *F* || pachino *ARCHM* || 16 hic *FC* || quod supra diximus *F* || haec tria flumina *Masvicius primus* || 17 adherontam *F* acherontam *C* || cocython *A* || 18 cohercet *FHM* || 19 ipsos tacitos *ARHs*: ipsos tacitus *S* ipsi taciti *FCM* || id est tacite *hab. C, edidit Stephanus* || 21 ratum *R* || 22 perscriptione *Daniel* || 25 es] nam rem proximam significat adeunti *add Fabricius* || 26 ut supra diximus *om. AS* || corpora etiam] et corpora *FC* || 28 EVNTEM] A. L. N. T. *add. M* || et *om. AS* et in Orpheo *om. FCM* || 29 erculis *F* herculis *C* || statim *om. R*

'non laetatus', scilicet propter supplicium suum. sane Alciden volunt quidam *ἀπὸ τῆς ἀλκῆς* dictum, id est a virtute: quod non procedit, quia a prima aetate hoc nomen habuit ab Alcaeo, patre Amphitryonis. et scimus agnomina ab accidentibus dari.

394. QVAMQVAM ac si diceret, hoc in te nondum probavi: scilicet per simulationem, nam noverat.

395. IN VINCLA PETIVIT Hercules a prudentioribus mente magis, quam corpore fortis inducitur, adeo ut duodecim eius labores referri possint ad aliquid: nam cum plura fecerit, duodecim tantum ei adsignantur propter agnita duodecim signa. quod autem dicitur traxisse ab inferis Cerberum, haec ratio est, quia omnes cupiditates et cuncta vitia terrena contempsit et domuit: nam Cerberus terra est, id est consumptrix omnium corporum. unde et Cerberus dictus est, quasi *κρεοβόρος*, id est carnem vorans: unde legitur ⟨VIII 297⟩ o s s a s u p e r r e c u b a n s: nam non ossa citius terra consumit.

396. IPSIVS A SOLIO REGIS atqui Cerberus statim post flumina est, ut ⟨417⟩ C e r b e r u s h a e c i n g e n s l a t r a t u r e g n a t r i f a u c i p e r s o n a t: nam illic quasi est aditus inferorum, solium autem Plutonis interius est. ergo aut ad naturam canum referendum est, qui territi ad dominos confugiunt: aut solium pro imperio accipiendum est, ut alibi arces pro imperio posuit, ut i n b e l l e m a v e r t i s R o m a n i s a r c i b u s I n d u m, cum Indi usque ad primos venerint fines, non usque ad arces.

397. HI DOMINAM DITIS aut de Graeco tractum est, qui uxorem *δέσποιναν* dicunt: aut 'Ditis thalamo', ut 'dominam' Charon ad se retulerit.

---

1 sane Alciden . . . dari] exscr. mythogr. II 149 ‖ 7 Hercules . . . consumit] exscr. mythogr. II 149, III 13, 4 ‖ 12 nam Cerberus . . . vorans] exscr. mythogr. I 57. cf. Isid. or. XI 3, 33 ‖ 21 inbellem] georg. II 172

---

2 *ἀπὸ*] ιτο *H* ‖ ΛΚΝC *R* ΔΔΚΗC *H* ΔΔΚΔΗC *M* ‖ non *om.* *C* ‖ 3 a *om.* *R* ‖ alceo *libri* ‖ patre *om.* *H* ‖ amphitrionis *RS* amphityronis *H* amfytrionis *MF*. Amphitrion uir matris herculis fuit. unde idem amphitrioniades dictus. quanquam iouis filius fuerit. Alcides autem uocatur a patre eiusdem amphitrionis *add.* *R* ‖ 4 occidentibus *FC* ‖ 6 nam *om.* *AS* ‖ 7 herculis *FC* ‖ 8 fortiter *R* ‖ ut] et *AS* (*corr. a*) ‖ eius labores . . . agnita duodecim *om.* *C* ‖ labores] bores *F* ‖ 9 aliquid *libri et mythogr. III*: aliquod *mythogr. II* animum *Pontanus ad Macrob. Sat.* I 20 aliud *Burmannus* ‖ fecerit] steterit *F* ‖ 11 ceruerum *C* ‖ omnis *F* ‖ 12 ceruerus *C* ‖ 13 id] quae *M* ‖ est consumptrix *FC* consumtrix *mythogr. II* est consumtrix *mythogr. III* consumptrix est *M*: est consummatrix *RASH* ‖ ceruerus *C* ‖ 14 est *om.* *FC* ‖ creoberas *R* creoborus *AF* creoboros *reliqui* ‖ unde et lectum est *M* ‖ 15 nam non ossa *M*: nam ossa non *s* nam ossa *reliqui.* nam carnem citius terra quam ossa consumit *mythogr. II* ‖ consumsit *F* ‖ 16 ceruerus *C* ‖ 17 ceruerus *C* ‖ latrato *R* ‖ triforici *F* ‖ 18 aditus est *R* ‖ 19 interius est] interior *F* est interius *C*. non in ingressu *add.* *M* ‖ aut *om.* *FC* ‖ canis *FC* ‖ 21 euertis *AS* auertens *FC* ‖ 22 primos] imperii *FC* ‖ 24 aut quia de *C* ‖ qui] quia *F* ‖ 25 ΛΕCΠΟΗΙΛΝ *R* ΔΕCΤΟΝΔΝ *H* ΔΕΟΠΥΝΔΜ *M* despinam *F* despynam *C* ‖ retulit *S* rettulit *F* rettulerit *C*

398. AMPHRYSIA VATES Apollinea: et est longe petitum epitheton. nam Amphrysus fluvius est Thessaliae, circa quem Apollo spoliatus divinitate a Iove irato Admeti regis pavit armenta ideo, quia occiderat Cyclopas, fabricatores fulminum, quibus Aesculapius extinctus est, Apollinis filius, quia Hippolytum ab inferis herbarum potentia revocaverat.

400. NEC VIM TELA FERVNT ac si diceret, tantum repellunt. LICET fas est: et est concedentis adverbium, sicut 'esto'.

401. AETERNVM adverbium est, ut supra ⟨381⟩. et subauditur bis 'aeternum latrans aeternum terreat', *id est semper latrans.*

402. PATRVI quia Iovis est filia ex Cerere. SERVET *obtineat,* custodiat, *inhabitet,* ut ⟨VII 52⟩ sola domum et tantas servabat filia sedes.

403. TROIVS AENEAS id est a diis originem ducens. PIETATE INSIGNIS ET ARMIS propter illud ⟨129⟩ pauci quos aequus amavit Iuppiter aut ardens evexit ad aethera virtus.

404. EREBI Erebus proprie est pars inferorum, in qua hi qui bene vixerunt, morantur. nam ad Elysium non nisi purgati perveniunt: unde est ⟨744⟩ et pauci laeta arva tenemus. hinc fit ut quaeratur, an animae de Elysio in corpora possint redire? et deprehensum est non redire, quia per purgationem carent cupiditate.

405. SI TE NVLLA MOVET necessitate vult persuadere, quia scit manes nulla re flecti, ut scirent si ignoscere manes. PIETATIS IMAGO pietas: per periphrasin dicta, ut 'vis Herculea', id est Hercules.

406. APERIT nudat, ut ⟨III 206⟩ aperire procul montes ac volvere fumum.

408. NEC PLVRA HIS nec est aliquid ulterius dictum vel a Sibylla, vel a Charonte post ramum visum.

---

2 nam Amphrysus e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VI 375 || 23 scirent] georg. IV 489 || 26 APERIT nudat] cf. Non. p. 236, 15

---

1 repetitum *R* || 2 amphrysius *F* amfrysius *C* frysos *A* amfrysos *M* || thessaliae est *M* || 3 spoliatus a ioue irato diuin^{e}ite *C* || a *om. H* || 4 fluminum *A* (*corr. a*) || quibus] a quibus fulminibus *F* a quibus *C* || 9 ut supra diximus *Masvicius primus* || 10 aeternum latrans aeternum terreat *RASHM*: aeternum latrans et aeternum terreat *FC* et aeternum latrans et aeternum terreat *vulgo* || 11 optineat *F* || 14 dis *C* || 15 aut propter illud *F* || aequos *FC* || 16 aut ... virtus *om. FC* || 17 HEREBI herebus *RA* || hii *F* || 18 elisium *RC* helysium *AM* helisium *H* || 20 an] utrum *FC* || ad corpora *C* || 21 per] *om. RS* || purgatione *AS* (*corr. a*) || 23 nulla re flecti] nec pietate nec ulla re alia fleti *F* || ut ... manes *om. R* || 24 id est Hercules *om. M* || 25 herculis *a* || 26 ac volvere fumum *om. C* || 28 vel a Sibylla vel a Charonte *om. M* || 29 vel a *ante* Charonte *om. H*

409. FATALIS VIRGAE ut ⟨146⟩ sequetur, si te fata vocant. LONGO POST aut adverbium *est,* aut praepositio antique posita.

411. IVGA graece dixit: ζυγὰ enim dicunt quae transtra nominamus.

412. LAXATQVE FOROS tabulata vacuat, ut supra ⟨V 552⟩ et campos iubet esse patentes: multitudine enim remota quasi laxantur spatia. ALVEO fluminis scilicet. et per synaeresin 'alvo' facit.

413. INGENTEM AENEAN bene hunc solum dicit, ut per transitum ostendat purgatioris animi homines etiam corpora habere leviora: quod de Sibylla vult accipi.

414. SVTILIS intexta: per quod fragilem ostendit.

415. TANDEM aut propter pondus Aeneae, quod est melius: aut propter paludis magnitudinem: aut propter caeni densitatem.

416. INFORMI LIMO magno, sine forma. VLVA herba palustri.

418. PERSONAT aut personare facit: aut per regna sonat. et quia de animabus dicturus est, bene facit ante Cerberi commemorationem, consumptoris corporum: Lucanus ⟨VI 702⟩ qui viscera saevo spargis nostra cani. tunc enim animae locum suum recipiunt, cum fuerit corpus absumptum.

419. HORRERE VIDENS IAM COLLA COLVBRIS fingitur enim pro saetis habere serpentes. et est hypallage: in collo eius horrebant colubrae.

420. OFFAM hinc est diminutio 'ofella'; sed 'f' non geminat: in diminutione enim plerumque multa mutantur. quod autem ait 'melle', adlusit ad corpora, quae plerumque cum melle obruuntur.

---

3 graece . . . nominamus] cf. Isid. or. XIX 2, 5 || 5 tabulata e. q. s.] cf. Isid. or. XIX 2, 2

---

1 sequetur] secutum est *F* || uocanti *F* || 2 aut aduerbium est ante praepositio posita antique *C* || antiqui *F* || posita] ut in bucolicis (I 29) 'et longo post tempore uenit' *add. D.* quanquam ablatiuus casus est excessum significans: ut 'multo ante' et 'multo post' *add. Fabricius* || 3 Gyga *R* giga *HM* ziga *AC* || dicuntur *FC* || quae] quae nos *F, om. C* || transta *H* || nominamus *om. C* || 5 uacua *F* || supra] sunt *AS* (supra *a*), *om. C* || 6 iuuet *FC* || 7 ALVE (o superscr.) *C* || ut per *A* (et per *a*) || 9 huic *AS* (hunc *a*) || dicit] ingentem *add. M* || 11 sybylla *R* sibilla *H* sybilla *M* sylla *F* sybilla *C* || 12 SVTVLIS *S* || ostendit] ostendat *AS* (*corr. a*). RIMOSA plena rimis *add. Fabricius* || 14 ceni *R* || 15 palustris *a* palustris, cum marina dicatur alga, ut 'illisae cautibus algae' *Fabricius* (*cf. Aen.* VII 590 '*laterique inlisa refunditur alga*' *et Luc.* VI 691 '*et planctus illisae cautibus undae*') || 17 animalibus *F* || bene facit ante cerueri mentionem *C* || 18 consumptorum *AS* (*corr. a*) consumpturis *F* || uiscere *F* || 19 seuo *R* reuo *H* || spargit *M* || canit *FH* || tunc animae enim *S* || 20 adsumptum *H* || 22 saetis *ASH*: setis id est pilis *R* pilis *FCM* || 23 colubri *R* || 24 est *ASC*: est et *RHM, om. F* || deminutio *FC* diminutionem *H* || ofella . . . diminutione *om. H* || offella *S* || geminatur *FC* || 25 deminutione *F* || 26 cum *om. C* || obruuntur] MEDICATIS

423. TOTOQVE INGENS EXTENDITVR ANTRO per hoc magnitudo eius ostenditur, sicut ait in tertio ⟨631⟩ de Polyphemo.

424. OCCVPAT AENEAS ADITVM raptim ingreditur. SEPVLTO dormiente sine pulsu, id est motu.

425. EVADIT modo 'transit'. INREMEABILIS VNDAE aut perpetuum est epitheton, ut diximus supra ⟨154⟩, *ut sit magnae pietatis et meriti quod ipsi concessum sit reverti*: aut ipsi etiam Aeneae inremeabilis; nam per alteram egressus est partem, ut ⟨898⟩ portaque emittit eburna.

426. CONTINVO AVDITAE VOCES novem circulis inferi cincti esse dicuntur, quos nunc exequitur. nam primum dicit animas infantum tenere, secundum eorum qui sibi per simplicitatem adesse nequiverunt, tertium eorum qui evitantes aerumnas se necarunt, quartum eorum qui amarunt; quintum virorum fortium esse dicit, sextum nocentes tenent qui puniuntur a iudicibus, in septimo animae purgantur, in octavo sunt animae ita purgatae, ut redeant *in corpora*, in nono, ut iam non redeant, scilicet campus Elysius. VAGITVS ET INGENS fletus infantum.

427. ANIMAE FLENTES poetice dixit. sane ploratus tantum lacrimarum est, planctus tantum vocum, fletus ad utrumque pertinet: quae plerumque confundunt poetae. IN LIMINE PRIMO quia de prima hi subrepti sunt vita.

428. EXORTES expertes, *ἀκλήρους* dicunt.

---

10 novem . . . Elysius] exscr. mythogr. III 6, 20 ‖ 19 sane ploratus . . . poetae] cf. Isid. diff. verb. 425 et 227

---

confectis *add. Fabricius. ad* medicatis *ex Turonensi haec enotavi* diuersis speciebus arteque confecta siue obruta ‖ 2 sicut ait in poliphemo *A* ‖ Polyphemo] iacuitque per antrum immensum *add. Fabricius* ‖ 7 reuertendi *F* reuentendi *G*, *correxit Daniel* ‖ aut *om. C* ‖ 8 alteram] aliam *FC* ‖ ut] aut *H* ‖ 9 diurna *F* eburina *C* ‖ 10 circulos *AS* (*corr. a*) ‖ infer^ni *C* ‖ 11 nunc] iuno *C* (id est luna *superscr. alia manus*) ‖ primum] primoo *C* (uidelicet circo *superscr. alia manus*) ‖ infantum animas dicit *FC* ‖ 12 teneri *ex* tenere *C* ‖ secundo *ex* secundum *C* ‖ prodesse *a* ‖ 13 nequiverunt] non potuerunt *FC* ‖ tertio *ex* tertium *C* ‖ evitantes] se uitantes *FC* ‖ se *om. ASFC* (*supr. vers. suppl. a*) ‖ 14 quarto *ex* quartum *C* ‖ eorum *om. FC* ‖ quinto *ex* quintum *C* ‖ esse dicit *om. FC* ‖ 15 sexto *ex* sextum *C* ‖ tenent *om. C* ‖ 16 purgae *S* ‖ ut redeant] inredeant *F* ‖ 17 iam non *RFC*: non iam *ASHM* ‖ campus elisius *RASHC* in camp̓ elysius *F* in campos elysios *M* in campo Elysio *Stephanus et Daniel. fort.* in campis Elysiis ‖ 19 plorantes *F* ploratur *A* (*corr. a*) ‖ tantum] dixit tantum *R* ‖ 20 lacrimarum] animarum *C* ‖ planctus tantum uocum *om. C* ‖ 21 quae . . . poetae *om. F* ‖ poetae confundunt *AS* ‖ IN PRIMO LIMINE *RH* ‖ 22 hi *M*: mundi *R* dis *AS* (*del. a*) dĩ *H*, *om. FC*. de prima die *Burmannus. fortasse* quia de primordiis *vel* de primo aditu subrepti sunt vitae *vel* q. de prima a diis s. s. vita ‖ 23 EXPERTES exortes *H* ‖ aderos *R* acleros *ASM* aclecros *H* ΑΚΗΟΡΟΥΣ *FC* *ἀκλήρους* dicunt graeci id est sine sorte *D* quos Graeci *ἀκλήρους vulgo* ‖ uocant *FC*

429. ACERBO inmaturo: translatio est a pomis.

431. SINE SORTE sine iudicio. traxit autem hoc ex more Romano: non enim audiebantur causae nisi per sortem ordinatae. nam tempore quo causae agebantur conveniebant omnes — unde et 'concilium' ait — et ex sorte dierum ordinem accipiebant, quo post diem tricesimum suas causas exequerentur: unde est 'urnam movet'. Iuvenalis ⟨XIII 4⟩ g r a t i a f a l l a c i p r a e t o r i s v i c e r i t u r n a.

432. QVAESITOR quaesitores sunt qui exercendis quaestionibus praesunt. et notandum quia Minoem quasi crudelem introducit, quod ei epitheton et Plato et Homerus dat: nam Aeacus et Rhadamanthus fratres mitiores sunt.

434. MAESTI LOCA *aut paenitentia facti: aut* ideo 'maesti', quia, ut diximus supra ⟨IV 653⟩, secundum Platonem graviter puniuntur eorum animae, qui sibi inferunt mortem.

435. LVCEMQVE PEROSI figurate dixit: nam 'perosus illius' dicimus. *sane 'perosus' et 'exosus' de eo tantum qui odit dicitur.*

436. PROIECERE ANIMAS quasi rem vilem.

437. ET DVROS PERFERRE LABORES Homerus enim Achillis umbram introducit loquentem et dicentem libentius se apud superos cuncta adversa tolerare, quam apud inferos imperare. quod autem ait 'aethere in alto' poetice dictum est: aether enim supernus est, sed nostrum habitaculum aetherem vocavit inferorum comparatione.

438. FATA OBSTANT iura naturae. TRISTIQVE tristi unda palus inamabilis, ne si 'tristis' dicamus, duo sint epitheta.

439. NOVIES STYX INTERFVSA quia qui altius de mundi ratione

---

1 ACERBO inmaturo] cf. Isid. diff. verb. 45 ‖ 8 quaesitores . . . praesunt] cf. Isid. or. IX 4, 16 ‖ 10 Plato] cf. Min. p. 318 ‖ 25 quia . . . id est Styx] exscr. mythogr. III 6, 20

---

1 amaturo *H* ‖ translatio a pomis est *ASM* a pomis translatio est *FC* ‖ 2 ex *om. C* ‖ 4 tempore enim quo *FC* ‖ omnis *F* ‖ 5 orte *CH* oste *F* ‖ post diem XXX *HM* post diem[s] XXX *S* post dies XXX *AC* ‖ 6 exequantur[er] *S* ‖ 7 gratia] r̃a *H* ‖ fallaci] fallaci qui *RASHM* fallacis *FC* ‖ pretoris *RF* praetori *AS* (*corr. a*) ‖ vicerit] suo gerit *AS* (*corr. a*) ‖ urnam *M* ‖ 8 *ad* Minos *ex Autissiodorensi* (*G*) *haec exscripsit Hagenus* Minos iouis et europe filius ob iustitiam iudicare meruit apud inferos per sortem rerum causas quaesiuit .i. iudex animarum apud inferos. ‖ quaesitores autem *F* ‖ 9 minonym *R* minorem *AS* (minoem *a* minoum *s*) minoen *C* ‖ introduxit *H* ‖ 10 dant *M.* κούρην Μίνωος ὀλοόφρονος (*Od.* XI 322) *add. Fabricius* ‖ eacus *RC* cacus *F* ‖ radamanthus *AR* radamantus *CHM* radamantes *F* ‖ 11 sunt] fuerunt *G* ‖ 13 ut dicimus *SH* ut supra diximus *M* ‖ 16 et *om. G* ‖ 18 *ad vers.* 437 Seruius dicit quod homerus narrat quomodo ulixes ad infernum descenderit et introducit ibi achillem cum eo loquentem et dicentem quod melius uellet apud superos mendicare quam apud inferos regnare *in marg. T* ‖ FERRE *A* (PER *supr. vers. add. a*) ‖ 19 se libentius *R* ‖ 20 imperare] *Homeri versus Od.* XI 489—491 *add. Fabricius* ‖ 21 superus *ex* superius *M* ‖ 23 FATA OBSTANT *RHM*: FAS OBSTAT *FAS* ϵAS OBSTAT *C* ‖ TRISTIQVE PALVS *F* ‖ 23 tristiti *C* ‖ 24 sunt *C* ‖ 25 quia *om. M*

quaesiverunt, dicunt intra novem hos mundi circulos inclusas esse virtutes, in quibus et iracundiae sunt et cupiditates, de quibus tristitia nascitur, id est Styx. unde dicit novem esse circulos Stygis, quae inferos cingit, id est terram, ut diximus supra ⟨127⟩: nam dicunt alias esse purgatiores extra hos circulos potestates.

440. PARTEM FVSI MONSTRANTVR IN OMNEM plures vult ostendere eos in quibus libido dominatur.

441. LVGENTES CAMPI quasi 'lucis egentes': quod et amoribus congruit.

442. DVRVS AMOR inmitis, inexorabilis. TABE PEREDIT corpore defluente paulatim.

443. SECRETI CELANT CALLES amantibus congrui. MYRTEA SILVA quae est Veneri consecrata.

444. CVRAE NON IPSA IN MORTE RELINQVVNT hoc est, etiam illic amant et habent peractorum imaginem criminum, sicut etiam de piis dicturus est ⟨653⟩ q u a e g r a t i a c u r r u u m a r m o r u m q u e f u i t v i v i s, q u a e c u r a n i t e n t e s p a s c e r e e q u o s, e a d e m s e q u i t u r t e l l u r e r e p o s t o s. sane sciendum, ut diximus supra ⟨IV 412⟩, loqui eum de amore generali, sicut etiam Plato in symposio tractat: nihil enim interest quid quis amet, dummodo amore teneatur. notandum etiam — nam rarum est — quia cum masculino genere supra usus sit, ut ⟨442⟩ h i c q u o s d u r u s a m o r, tantum feminarum ponit exempla, non quo desint viri, sed elegit sexum inpatientem ad amandum: tamen paulo post etiam Sychaei facturus est commemorationem.

445. HIS PHAEDRAM haec filia fuit Minois et Pasiphaes, uxor Thesei, quae privignum Hippolytum amore capta de stupro interpellavit et despecta apud maritum eum falsi criminis detulit. qui iratus invocavit Aegeum patrem, ut Hippolyto currus agitanti inmit-

---

8 LVCENTES . . . egentes] cf. Isid. diff. verb. 227

---

1 dicunt *om.* *AS* ‖ inclausas *AS* (*prius* a *del.* *a*) inclaisas *H* ‖ 2 iracundia *H* ‖ 3 decit *F* ‖ quae circulos inferos cingit *F* ‖ 4 id est ut supra diximus ter^r ram *M* ‖ 5 purgationes *C* ‖ potestatest *F* ‖ 6 PERFVSI *M* ‖ ORBEM *A* (*corr.* *a*) OMNES *M* ‖ 8 et] etiam *M* ‖ 12 quod amantibus congruit *R* amantibus congruit *H* ‖ 13 quae est *om.* *FCAS* ‖ 15 imaginem scelerum *R* criminum imaginem *F* ‖ 16 ut quae *F* ‖ cursuum *H* ‖ 17 quae cura . . . repostos *om.* *C* ‖ nitentis *R* ‖ 18 supra diximus *M* ‖ 19 simphosio *R* symphosio *AH* synphosio *M* sympositio *F* ‖ 20 quid] quis *F* ‖ n̄orandum etiam *F* ‖ 22 his *M* ‖ 23 quo] quod *FCH* ‖ 26 haec filia fuit] Hoc ex Homero (*Od.* XI 321) *Φαίδρην τε Πρόκριν τε ἴδον καλήν τ' Ἀριάδνην.* Phaedra fuit filia *Fabricius* ‖ pasiphaes *H*: pasiphe *A* pasiphę *S* pasifae *CM* passiphę *F* passiphes *R* ‖ uxor Thesei *om.* *C* ‖ uxore *F* ‖ 28 falsum *F* ‖ detulit] leidota *superscr.* *a*

teret phocam: quo facto *territis equis* et Hippolyto interempto Phaedra amoris inpatientia laqueo vitam finivit. PROCRINQVE filia Iphicli, uxor Cephali fuit. qui cum venandi studio teneretur, labore fessus ad locum quendam *in silvis* ire consueverat et illic ad se recreandum auram vocare. quod cum saepe faceret, amorem in se movit Aurorae, quae ei canem velocissimam, Laelapam nomine, donavit et duo hastilia inevitabilia *et reciproca*, eumque in amplexus rogavit. ille ait iusiurandum se habere cum coniuge mutuae castitatis. quo audito respondit Aurora: ut probes igitur coniugis castitatem, muta te in mercatorem. quo facto ille iit ad Procrin et oblatis muneribus impetratoque coitu confessus est maritum. quod illa dolens cum audisset a rustico amare eum Auram, quam invocare consueverat, ad silvas profecta est et in frutectis latuit ad deprehendendum maritum *cum paelice*. qui cum more solito auram vocaret, Procris egredi cupiens frutecta commovit. sperans Cephalus feram, hastam inevitabilem iecit et ignarus interemit uxorem. MAESTAMQVE ERIPHYLEN haec Amphiarai, auguris Argivi, uxor fuit:

1 quo facto . . . finivit] exscr. mythogr. II 128 || 2 filia Iphicli . . . interemit uxorem] exscr. mythogr. I 44 et II 216

1 fato *F* || et subito interempto Hippolyto *Lion* || 2 finivit] fiit *H* finiit *M* || PROCRINQVAE *A* PROCRIMQVE *F* || filia . . . fuit] hec uxor caefali filia ficli fuit *M* || 3 ificli *F* ifidi *C* iphili *ASRH mythographi. cf. Munckeri adnot. ad Hyg. fab.* 189 || uxor] haec uxor *Ra* hūxor *H* || fuit *om. C* || qui] qui cephalus *F* || 4 ad quendam locum *R* || ire] adire *vulgo* || 5 auroram *as et vulgo* || 6 aurae *L* aureor *H* aut///ae *M* || uelocissimam *AM*: uelocissimum *reliqui* || lelapam *AR* laelopam *FC* Lelepam *mythogr. I* Lampadam *mythogr. II* Laelapa *Masvicius* || 7 inevitabilia] quia uenator fuit *supr. vers. add. a cf. mythogr. II* || amplexus *ex* amplexibus *A* amplexibus *SM* amplexum *F* || 8 ille ait *om. H* || ait] autem *F* respondit *exemplaria pleraque* || cum *om. FC* || mutuae castitatis *om. C* || 9 aura respondit *L* aurora respondit *HM* || 10 mutato te *F* || iit] ut *SH, om. C* || 11 inperatoque *C* || confessus est maritum *as*: confessus maritum *ASH* confessus maritum est *R* est confessus (confusus *C*) maritum *FC* confessus est se esse maritum *M mythographi, nisi quod* maritum suum *mythogr. II* || 12 dolens . . . invo *om. F* || a rustico quodam *C* || Auram *L mythogr. I*: au///ram *M* aurora *C* auroram *ASRH* || 13 consuerat *FC* || in siluas *FC* || 14 prehendendum *F* || cum paelice *hab. C, edidit Stephanus* || 14 auroram *Sa* || 15 uocasset *FC* || 16 inevitabilem *om. C* || deiecit *AS* || uxorem] quae tamen moriens ne auroram duceret postulauit *in marg. add. a. cf. mythogr. II* || 17 *ad* Maestamque Eriphylen *in marg. Turonensis is interpres qui Tironianis notis usus est haec adscripsit* Eriphyle amphyarai uxor fuit quae pro monili aureo maritum suum in bello thebano latentem prodidit. unde quaerunt nonnulli quur haec quae non periit propter amorem hominis sed propter cupiditatem auri dicatur esse in circulo amantium. sed stoici dicunt . . . (*duarum notarum loco puncta posui*) uniforme esse. nihil enim dicunt interesse utrum amet quis paleas an aurum. et ideo . . . . (*duae voces inductae sunt,* amoris cupiditas *fuisse videbantur,* apud inferos inter alios amantes retenta esse dicitur. mesta uero cum dixit uerbum e uerbo expressit. nam homerus schygeren eam uocat id est tristem. stix autem tristitia interpretatur. mesta autem quia a filio in ultione patris interfecta fuerat. || ERIPHILEN *A* ERIPHYLEM *F* ERIPHILEM *CH* ERYPYLAM *M* || unxor *H* || fuit *om. FC*

quae latentem bello Thebano maritum Polynici prodidit monili accepto, quod ante uxori dederat. qui ductus ad proelium hiatu terrae periit. cuius filius Alcmaeon postea *in vindictam patris* matrem necavit et est, ut Orestes, furore correptus. vituperatur sane Vergilius quod maestam dixerit quam *στυγερήν* legit, id est nocentem: nam maesta est *στυγνή*.

447. EVADNENQVE *haec † ifilli filia,* uxor Capanei fuit, quae se in ardentem mariti rogum praecipitavit. ET PASIPHAEN haec, ut *supra* ⟨14⟩ diximus, tauri amore flagravit. LAODAMIA uxor Protesilai fuit. quae cum maritum in bello Troiano primum perisse cognovisset, optavit ut eius umbram videret: qua re concessa non deserens eam, in eius amplexibus periit.

448. NVNC FEMINA CAENEVS Caenis virgo fuit, quae a Neptuno pro stupri praemio meruit sexus mutationem. fuit etiam invulnerabilis. qui pugnando pro Lapithis contra Centauros crebris ictibus fustium paulatim fixus in terra est, post mortem tamen in sexum rediit. hoc autem dicto ostendit Platonicum illud vel Aristotelicum, animas per *μετεμψύχωσιν* sexum plerumque mutare.

9 Laodamia ... periit] exscr. mythogr. I 158, II 215 ‖ 13 Caenis ... mutare] exscr. mythogr. I 154, II 108. Luct. Plac. ad Stat. Ach. I 264 p. 442 Lindenbr.

2 quod . . . dederat] quod polinicis (*lege* Polynices) angie (*lege* Argiae) uxori dederat *F*. *cf. mythogr.* I 151 *et* 152, II 78 ‖ 3 perit *FC* ‖ in vindictam patris] *cf. mythogr.* II 78 ‖ 4 et est ut orestes *FC nisi quod* horestes *C*: et est horestes *AS* et est orestes *H* et est orestis *RM* et est horestis *as* ‖ correptus] corgit *H*, vituperatur . . . legit *omittens* ‖ 5 stygerē *R* stygere *C* stygeren *M* stigeren *ASF* ‖ id est nocentem . . . *στυγερή*] id est nocentem. apud enim Homerum est (*Od.* XI 326) *ἴδον στυγερήν τ' Ἐριφύλην.* immo uero odio dignam et inuisam: nam *στυγῶ* est odio habeo et inuisus sum. licet moesta est a Styge *Fabricius* ‖ 6 stigne *ASRHM* styge *F* stygiae *C* *στυγερή* *Stephanus* ‖ 7 EVCADNENQVE *A* (c *del. a*) EVAHDNEMQVE *F* EVANNEMQVE *C* EVADNĒQVE *M* ‖ ifilli] *cf. Apollod.* III 7, 1, 3 *Εὐάδνη ἡ Καπανέως μὲν γυνὴ θυγάτηρ δὲ Ἴφιος. fortasse* Iphiclis *nomen scholiastes apud auctorem suum invenerat. cf. Munckeri ad Hygin. fab.* 243 *adnotatio.* ‖ canapei *F* capei *H* ‖ 8 ardentis *FC* ‖ PASSIPHEN *RF* PASIPHAE *A* PASIFAE *M* ‖ 9 supra *hab. CM* ‖ LAODOMIA *AM* ‖ proteselai *C* ‖ 10 cum . . . cognovisset] ut . . . cognouit *FC* ‖ 11 umbram eius *FC* ‖ uidisset *S* ‖ 12 eum *FC* ‖ in amplexu eius *FC* ‖ perit *C* ‖ 13 Caenis virgo fuit . . . in sexum rediit] caenis elati filia (elatis ilia *G*) uirgo fuit quae a neptuno adamata stupri praemio meruit ut in sexum mutaretur uirilem. cuius neptunus admiratus animum etiam illud praestitit ut inuulnerabilis esset. cum ergo pro lapithis contra centauros pugnaret (pugnaret et *F*) crebris ictibus (hictibus *G*) saxorum ac fustium paulatim obrutus fixus in terra est. post mortem tamen in priorem sexum petit *FG* ‖ caeneis *M* ‖ a *om. ASH* (*supr. vers. add. as*) ‖ 14 pro stupri praemio *ASR mythogr. II*: pro stupri praetio *C* pro stupri pretio *HM* pro stupro praemium *mythogr. I* ‖ 15 qui *vulgo*: quae *ASR* que *H*, *om. CM*. sed *mythogr. I* pugnando tamen *mythogr. II. fortasse grammaticus acumen quoddam adfectans scripsit* quae . . . fixus in terra est, *quod ASR praebent.* ‖ pro laphitis et a centauris *M* ‖ 16 in terram *M* ‖ montem *C* ‖ 17 dictum *H*. *cf. mythogr. I 'hoc autem ostendit dictum illud Platonicum vel Aristotelicum'.* ‖ dicto . . . vel *om. F* dicto . . . Aristotelicum *om. C* ‖ platonicum illud ostendit *R* ‖ Platonicum . . . Aristotelicum] platonicum tamen in sexum rediit hoc autem aristotelicum *G* ‖ 18 metempsychosin *RH* metempsycosin *A*

451. ERRABAT vagabatur, *ut mille meae Siculis errant in montibus agnae.* et bene adlusit, quia et amaverat et se interemerat, ut quasi incertum esset, quem circulum posset tenere.

453. OBSCVRAM recenti morte, ut diximus supra ⟨340⟩.

456. INFELIX DIDO veniali utitur: et excusat se per necessitatem, ne mortis causa fuisse videatur. VERVS MIHI NVNTIVS *κατὰ τὸ σιωπώμενον* intellegendum quod sit nuntiatus Didonis interitus. alii ad ignem referunt visum ⟨V 3⟩: alii ad Mercurium, qui ait ⟨IV 564⟩ c e r t a m o r i. sed in neutro ei etiam mortis genus est significatum, et hic dicit 'ferroque extrema secutam'. sane qui nuntiat genere tantum dicitur masculino, quod autem nuntiatur, licet neutro dicatur, tamen invenitur etiam masculino.

458. FVNERIS HEV TIBI CAVSA FVI ac si diceret, qui fueram ante voluptatis.

459. SI QVA FIDES TELLVRE SVB IMA EST ubi promissa exitum non habent. respexit autem ad Orpheum, qui receptam perdidit coniugem.

461. QVAE NVNC HAS IRE PER VMBRAS argumentatur ex eo quod est inferos subire compulsus, invitum se reliquisse Carthaginem.

462. SENTA SITV squalida. et est translatio a terra inculta, *in qua sentes nascuntur.* situs autem proprie est lanugo quaedam ex umore procreata et fit in locis sole carentibus.

463. NEC CREDERE QVIVI argumentationem tetendit, ac si diceret: si credidissem, forte etiam deorum iussa contemnerem.

465. SISTE GRADVM discedere eam datur intellegi.

466. EXTREMVM FATO QVOD TE ADLOQVOR HOC EST aut quia deus futurus est: aut, quod melius est, quia post mortem tenebit alterum circulum, viris fortibus scilicet, non amantibus datum.

467. TORVA pro 'torve', id est terribiliter.

468. LENIBAT pro 'leniebat'. et antique dixit, ut ⟨VIII 436⟩ s q u a m i s a u r o q u e p o l i b a n t pro 'poliebant'. maiores enim in

1 mille] buc. II 21 || 10 sane qui . . . masculino] cf. Isid. or. X 189

metempsicosin *FC* metemsicosin *M* || 2 quia amauerat *F* qui amauerat *G* || 5 ueniali utitur statu *M* || 9 ei etiam *ARM*: ei ciam *S* diei etiam *H* eius etiam *F* etiam *C* eius ei etiam *vulgo* || genus mortis *M* || genus *om. H* || 10 hic *libri*: hinc *vulgo* || secuta *AS* || 12 dicatur] apud Catullum (63, 75) *add. Fabricius* || etiam] et *FC* || 14 ante causa uoluptatis *Fabricius* || 16 qui] quae *F* || 19 conpulsus *AFC* || 20 squalidae *C* || inculta situs] insitus culta *C* || 22 umore *F*: humore *reliqui* || fit autem in locis carentibus sole *M* || 23 ^{te}tendit *A* (te *eadem, ut videtur, manus addidit*) || 24 fore *C* || contempnerem *F* || 25 discere *AS* (discedere *as*) decedere *C* desine *FG* || ea *H* || 27 est melius *M* || est *om. H* || post mortem] postem *F* || 30 ut] et *AS* (ut *supr. vers. add. a*) || 31 pro poliebant *om. ASMFC*

omnibus coniugationibus imperativo 'bam' addebant et faciebant inperfectum ab indicativo: quod in tribus adhuc observatur, in quarta etiam 'e' additur, ut nutri, nutriebat. LACRIMASQVE CIEBAT sibi, *non Didoni: vel profundebat:* aut certe illud dicit, sermo quidem eius lacrimas exigebat — nam 'ciere' est proprie alteri fletum movere — sed illa inmobilis mansit. tractum autem est hoc de Homero, qui inducit Aiacis umbram Vlixis conloquia fugientem, quod ei fuerat causa mortis.

470. INCEPTO SERMONE a principio orationis.

471. DVRA SILEX saxi est species: generalitas enim esse non potest sequente specialitate. nam cautem Marpesiam Parium lapidem dicit; Marpessos enim mons Pari est insulae.

472. TANDEM quasi diu deliberaverit.

473. VMBRIFERVM *umbrosum* frondosum. PRISTINVS prior. quod difficile invenitur; nam de hoc sermone quaerit et Probus et alii.

474. RESPONDET CVRIS aut pari eam diligit adfectione, (*id est*) *tantum amat quantum amatus est* — quod in Aenea non fuit, *qui plus amatus est et amantem deseruit* — ut expressio rei supra dictae sit 'aequatque Sychaeus amorem': aut certe 'respondet curis' par est mortis similitudine; ferro enim uterque consumptus est.

476. PROSEQVITVR LACRIMIS LONGE oculis eam sequebatur umentibus.

477. DATVM MOLITVR ITER peragit. 'datum' autem dixit aut ratione fati *concessum*, aut oblatum fortuito, quod τυχὸν dicunt. *an*

---

1 imperativo *om. A* ‖ imperativo bam] inperatiuum *F* impe[ra]tiuum *C* ‖ bam] bamus *R* ‖ 3 nutri *om. FCG* ‖ nutriebant *RH* ‖ 4 sibi scilicet *M* ‖ didone *F*, *corr. Daniel* ‖ 5 exigebat] exciebat *vulgo* ‖ nam ciere . . . movere *huc transposui, post* causa mortis *habent libri praeter R* (*cf. ad lin.* 8), *post* mansit *collocavit Masvicius* ‖ nam] nam et *M* ‖ ciere] uere *F* ‖ proprie lacrimas alteri fletum (flectum *F*) mouere (monere *F*) *FC* ‖ 6 est autem *R* ‖ autem *om. AS* ‖ 7 fuentem *F* ‖ quod] qui *A* ‖ 8 mortis] quia persuasit ut casandram filiam priami sacerdotem mineruae de templo illius raperet et cum ea coiret. quo facto furuit ut in primo est. Nam ciere est proprie alteri fletum mouere *add. R*, quem Vlysses his verbis inuitat (*Od.* XI 553) *Αἶαν, παῖ Τελαμῶνος ἀμύμονος, οὐκ ἄρ' ἔμελλες οὐδὲ θανὼν λήσεσθαι ἐμοὶ χόλον εἵνεκα τευχέων οὐλομένων add. Fabricius* ‖ 10 generali[tas] est enim *C* ‖ 11 poterat *C* ‖ specialitate] stet Marpesia cautes *add. Masvicius* ‖ autem arpesiam *FG* ‖ Parium] paruum *R* ‖ 12 marpessus *FCa* marpesos *SM* marpesus *r* ‖ mons et pars est insulae *RHM* ‖ 13 TANDEM] pro postremo *add. G* ‖ diu *om. C* ‖ 14 umbrosum *hab. C* ‖ frondosum *om. C* ‖ 15 nam de hoc de sermone *F* ‖ quaerit] q̄ *F* ‖ 16 RESPONDIT *C* ‖ aut pari] appari *FG* ‖ aut . . . diligit] pari eum diligens *C* ‖ diligit tantum amat quantum amatus est affectione *FG* ‖ 17 qui plus . . . deseruit *edidit Stephanus* ‖ 18 ut] et *C* ‖ ut sit expressio rei supradicta sit (si *G*) *FG* ‖ supra dicta *A* supra tictae *C* ‖ 19 sycheus *AGC* sicheus *RHM* ‖ amorei *F* amoreius *G* ‖ 20 consumpta *FG* ‖ 21 LACRIMANS *F* ‖ occulis *C* ‖ 22 humentibus *ASRHm* ‖ 24 facti *S* ‖ fortuitu *M* ‖ quod] quod gr̄ (*i. e. graece*) *M* ‖ τyxon *ASRH* thiχon *F* τixon *CM*

iniunctum? ARVA TENEBANT VLTIMA atqui multa adhuc supersunt. sed dixit quantum ad y pertinet litteram: in his enim quae dixit mixtā sunt virtutibus vitia, in his autem quae dicturus est nocentum poenas a piorum segregat meritis. nam inferi, ut diximus supra ⟨127⟩, humanam continent vitam, hoc est animam in corpore constitutam. haec autem quae dixit mixta esse manifestum est: licet enim in viris fortibus laudetur virtus, est tamen vituperabile alienum imperium caedibus occupare; item amare privignum crimen est, virtus maritum. alii distinctione mutata dicunt: tenebant arva, quae ultima viri fortes frequentant, id est quae possident ultima.

479. HIC ILLI OCCVRRIT TYDEVS Althaeae et Oenei filius, quem in bello Thebano Melanippus extinxit.

480. PARTHENOPAEVS Melanippae et Martis, sive Melanionis filius, rex Arcadiae fuit, qui Thebana bella puer admodum petiit. ADRASTI PALLENTIS IMAGO rex Sicyonis Adrastus primo fuit, post Argivorum, socer, *sicut dictum est*, Tydei et Polynicis. quod autem ait 'pallentis' aut epitheton est umbrae, aut illud respexit, quia in bello Thebano consumptis sex ducibus solus aufugit. fugae autem comes semper est pallor.

481. MVLTVM FLETI id est nobiles, quorum mortem magna sequitur lamentatio. AD pro 'apud'. CADVCI *qui bello ceciderunt, id est* mortui, a cadendo: unde et cadavera dicta.

482. LONGO ORDINE ingenti multitudine, ut ⟨II 766⟩ pueri et pavidae longo ordine matres, non ad ordinem stantes. sane 'in' minus est: in longo ordine, in ingenti multitudine.

484. TRIS ANTENORIDAS multi supra dictos accipiunt: quod

---

17 quod autem . . . pallor] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. II 421 et III 542

---

1 atqui] aut quia *A* aut qui[a] *S* atque *H* || 2 sed ultima dixit *M* sed ultima esse dixit *Masvicius. cf. ad vers.* 136 || litteram . . . poenas *om. H* || 3 autem] enim *AS* || est *om. AS* (*supr. vers. add. a*) || nocentium *R* || 5 supra *om. ASFC* || 8 item] est ergo *F*, *om. C* || 10 uiris *C* || fortes *om. M* || 11 ultima] hoc est post mortem *add. D* || 12 HIC ILLIC *vel* HIC illic *vulgo* || alteae *AF* || onei *RHM* || 13 melanippus *R*: melitnippus *AS* menlapippus *H* menalippus *FCM cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb.* IV 639 *schol. ad Iuv.* VIII 229 || 14 melanippae *ASRH*: menalippe *C* menalyppae *M* hic athalantis *F* hic Atlantis *Daniel*, *qui* hic Atalantes *edere debuit* || et *om. C* || 15 fuit *om. SHM* || qui *om. A* || bello *C* || petit *AC* peuit *H* perit *FG* || 16 sycionis *AHM* sitionis *R* sychionis *C* || Adrastus *et* fuit *om. M* || 17 polinicis *AR* pollinicis *H* polinycis *M* polynices *F* pollinices *C* || 18 palentis *C* || 20 comis *FC* || est semper *M* || palor *F* || 22 lamentio *FG* || ciciderint *F*, *correxi* || 23 unde *om. FCH* || dicuntur *M* || 24 ingenti . . . matres *om. AS* || tudine . . . multitudine *om. FG* || ut pueri . . . multitudine *om. C* || 26 pro in longo ordine *Masvicius* || 27 TRES *AH*

falsum esse Homerus docet, qui eos commemorat. CERERI SACRVM sacratum: nomen pro participio.

485. IDAEVMQVE quem aurigam legimus Priami. ETIAM adhuc, ut ⟨654⟩ quae cura nitentes pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.

487. VSQVE diu: et est adverbium.

491. TREPIDARE pro 'trepidabant'.

492. CEV QVONDAM PETIERE RATES ostendit vitia nec morte finiri.

493. FRVSTRATVR HIANTIS decipit clamare cupientes. nec nos moveat quod aliis umbris verba dat, his silentium: timorem enim exprimit, qui vivis quoque adimit vocem, ut ⟨III 48⟩ obstipui steteruntque comae et vox faucibus haesit.

495. DEIPHOBVM VIDIT qui Helenam duxerat mortuo Paride: ad cuius domum primum ire necesse erat, ubi fuerat causa bellorum, ut ⟨II 310⟩ iam Deiphobi dedit ampla ruinam, Vulcano superante, domus. LACERVM pro 'laceratum', id est habentem ora lacerata.

496. POPVLATA vastata, deformia sublatis auribus. TRVNCAS truncatas.

497. INHONESTO *foedo, deformi*, turpi, *ut* Terentius illumne obsecro inhonestum senem, mulierem?

498. PAVITANTEM ne agnosceretur timentem. TEGENTEM tegere volentem: nam truncatis manibus quid tegebat? 'tegere' autem est celare, ut e contra 'nudare' est indicare, ut ⟨I 355⟩ traiectaque pectora ferro nudavit.

499. NOTIS VOCIBVS amicalibus.

---

1 SACRVM sacratum] cf. Non. p. 397, 17 ‖ 3 ETIAM adhuc] cf. Don. ad Ter. Andr. III, 2, 23 ‖ 6 VSQVE ... adverbium] cf. Don. ad Ter. adelph. II 2, 5 ‖ 21 Terentius] eun. II 3, 65

---

1 docet] dicit *R* ‖ commemorat] *ἅμα τῶ γε δύω Ἀντήνορος υἷε, Ἀρχέλοχός τ' Ἀκάμας τε, μάχης εὖ εἰδότε πάσης* (*Il.* II 822) et alibi (*Il.* III 123) *τὴν Ἀντηνορίδης εἶχε κρείων Ἑλικάων add. Fabricius. spatium relictum est in D* ‖ 3 legemus *M* ‖ 4 nitentis *R* ‖ 6 diu et] diuite *C* ‖ 10 HIANTES *RHC* ‖ decepit *FCH* ‖ 11 timore *R* ‖ 12 adhimit *C* ‖ obstipuit *AS* obstipuis *C* obstupui *M* ‖ 13 steterantque *Ma* (steteruntque *m*) ‖ facibus *F* ‖ 14 DEIPHEBVM *A* DEIPHOEBVM *RS* ‖ VIDET *F* ‖ 15 primum] *om. AS*, primo *RH* ‖ iri *FC* ‖ ubi fuerat *om. F* ‖ ubi] unde *C* ‖ 16 deiphebi *AS* deiphoebi *R* ‖ 17 lacerato *FC* ‖ 18 dilacerata *vulgo* ‖ 19 uastata id est deformia *HM* ‖ deforma *C* ‖ deformia sublatis] deformiter raptis sublatis *F* ‖ auribus *om. F* ‖ 22 obscuro *H* ‖ inhonestum] hominem quem mercatus est here *additur vulgo* ‖ senem mulierem *om. FC* ‖ mulierem] insignis enim deformitas et turpitudo est in uultu truncis naribus *add. Fabricius* ‖ 23 ne ... TEGENTEM *om. R* ‖ adcognosceretur *C* ‖ 24 truncis *F* ‖ 25 e *om. FC* ‖ est *om. FH*, est indicare *om. C* ‖ 27 amicabilibus *CMa* id est amicabilibus *FG*

501. OPTAVIT SVMERE elegit ut sumeret. DE TE pro 'in te'.

505. RHOETEO IN LITORE ubi erat asylum Aiacis, sicut in Sigeo Achillis. et bene illic, quasi ubi tutus esse potueram. sane Rhoeteium dicitur, et fecit Rhoeteum, sicut est Cytherea pro Cythereia.

507. ET ARMA depicta scilicet. SERVANT tenent. TE *pro* tuum corpus, ut ⟨362⟩ nunc me fluctus habet.

510. OMNIA DEIPHOBO SOLVISTI quia constituto tumulo manes vocavit. FVNERIS VMBRIS sepulturae meae umbris: nam funus illic esse non potuit, ubi ne cadaver quidem fuerat.

511. FATA MEA ET SCELVS EXITIALE LACAENAE secundum mathematicos, qui dicunt etiam inimicitias ex fato descendere: unde ista coniunxit, fatum et scelus Helenae, per quam illi mors contigit.

512. MONVMENTA sermo *est* medius, dictus ab eo quod moneat mentem: unde est hic de malis, e contra in tertio ⟨486⟩ manuum tibi quae monumenta mearum *sint puer.*

514. EGERIMVS 'ri' metri necessitate corripuit. MEMINISSE NECESSE EST Cicero cui placet obliviscitur, cui dolet meminit. ergo quia dolet, meminerit necesse est.

515. FATALIS mortifer, ut ⟨VIII 621⟩ fatiferumque ensem. SVPER ARDVA VENIT PERGAMA aut quod in arce est positus: aut quia deiectis muris supra tractus est.

516. GRAVIS gravidus, ut graves temptabunt pabula fetas. supra autem dixerat ⟨II 238⟩ feta armis.

---

18 Cicero] pro Mur. XX 42 || 23 graves] buc. I 49

---

1 APTAVIT *HM* || 2 ROETHEO *AHM* RHOETHEO *R* ROETEO *C* || erant *H* || asilum *M* || 3 sygeo *A* || tutatus *RHM* || potuerat *SF* || 4 rhoeteium *Fa*: roetheum *A* rhoetium *R* roethium *SHM* roete *C*. *fort.* Ῥοίτειον || ficit *H* facit *F* faci *C* || roetheum *ASH* roetcum *F* roetea *C* || sic *S* ut *FC* || est *om.* *ASFC* || chytereia *F* citherea *C* || pro] a *F*, *om.* *C* || cythereia *A* cithereia *R* cytheria *SM* chiteria *H* cythera *F*, *om.* *C*. *fort.* Κυθέρεια. *cf. ad Aen.* I 257 || 6 depicta] dipite *H* || optinent *F* obtinent *Daniel* || 7 habent *F* || 8 OMNIA . . . vocavit *om.* *H* || DEIPHOEBO *AR* || quia] quod *AS* || 9 sepultusae *H* || umbris *om.* *A* || 10 nec *RCMa* || 11 FATA MEA ET SCELVS helenae per quae illi mors contigit secundum . . . contigit *M*. FACTA (FATA *C*) MEA secundum mathematicos qui dicunt etiam inimititias factum (fatum *C*) et scelus exitiale (exitii *F*) lacaenae hoc est helenae (hoc est helenae *om.* *C*) per quam illi mors conripuit (contigit *C*) *FC* || LACAENAE] Helenae *add.* *D* || scd̄s mathematici *R* (*corr.* *r*) || 12 inimicicias *A* || facto *S* || 13 quam] quae *RSM* que *H* || contigit] Lacaenae autem patrium est nomen a Lacedaemone urbe cuius Lacones et Lacaenae ciues utriusque sexus sunt *add.* *D* || 14 MONIMENTA *ARH* || sermo . . . dictus] S. M. D. medium est *M* || dictus *om.* *AS* || 15 mentem moneat *M* || hic *om.* *S* || 16 monimenta *A* || sunt *F*. sint p. *hab.* *C* || 17 corrūpit *M* || 18 qui dolet *a* || 19 meminerit *R*: meminit *ASH*, *om.* *FCM* || 21 SVPRA *M* || 22 diectis *R* disiectis *FC* || deiectis supra tractus est muris *M* || tractatus *C* || 23 faetas *AM* foetas *R* fata *H* || 24 superius *F* || faeta *AM* foeta *R*

517. EVANTIS euantis Phrygias: aliter non stat versus. 'euantes' autem bacchantes a Libero, qui Euan dicitur. 'chorum' autem ait multitudinem in sacra collectam.

518. CIRCVM DVCEBAT divisit in duos versus unam partem *orationis*, sed ideo, quia est composita. lyrici vero etiam incompositam partem orationis in duos dividunt versus.

520. CONFECTVM CVRIS atqui vacaverat gaudiis; sed illud ostendit quod ait Statius stant veteres ante ora metus: nam curae ferebantur suo impetu ex pristino bellorum tumultu. alii hanc ipsam curam volunt, quod habebat coniugem perniciosam maritis: unde sequitur ⟨523⟩ 'egregia interea coniunx' per ironiam.

525. VOCAT MENELAVM ET LIMINA PANDIT ante pandit et sic vocat, ut ⟨VIII 125⟩ subeunt luco fluviumque relinquunt.

526. ID MAGNVM SPERANS FORE MVNVS AMANTI putavit se vitia praeterita praesentibus posse celare: quod etiam sequens indicat versus.

529. AEOLIDES Vlixes, qui ubique talis inducitur: nam Anticliae filius est, quae ante Laertae nuptias clam cum Sisypho, Aeoli filio, concubuit, unde Vlixes natus est. hoc ei et in Ovidio Aiax obicit et sanguine cretus Sisyphio. alii Oeliden legunt, de quo nusquam legimus.

530. SI siquidem.

531. VICISSIM quia ipse narraverat.

532. PELAGINE VENIS ERRORIBVS ACTVS? non ad inferos, sed

---

8 Statius] Theb. XII 11 || 17 Vlixes . . . obicit] exscr. Luct. Plac. ad Stat. Ach. I 472 p. 451 Lindenbr. || 19 in Ovidio] met. XIII 31

---

1 EVANTIS *ASM* EVANTES *RH* EVHANTES *F* EVVANTES *C* || euantis *scripsi*: euantes *ASRH* euhantes *F* euuantes *C*, *om. M* || euuantes *F* || 2 bachantes *AR* || qui] quia *SFC* || 3 in sacra collectam *om. FC* || collectam] Orgia id est cantaros maximos plenos uino. alias tamen orgia Bacchi sacra dicuntur ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id est ira et furore propter (per *Bonon.* 90) uinum. sed tamen omnia sacra dicuntur quae a Latinis cerimoniae *add. D. cf. Serv. ad Aen.* IV 302 || 4 partem] in sacra collecta *add. C. eadem post* orationis *hab. F. cf. ad v.* 517 || 5 lyrici poetae *Ma* || 6 duo *S* || 7 CVRIS] plenum aut afflictum *add. D* || aqui *R* || uacauerant *M* baccauerat *F* bacchauerant *C* || illu *A* (*corr. a*) illũ *S* || 8 ait *om. AS* (*supr. vers. add. a*) || 9 suo] pro *M* || alii autem *R* || hinc *SH* || 10 uolunt curam *R* || habeat *M* || pernitiosam *FHM* perneciosam *a* || maritus *F* || 12 ante *om. AHFC* || sic *R*, *om. ceteri* || 13 uocat] uocauit *R* pandum *S* || relincunt *C* || 14 AMANTIS *CG* || se] sic *FC* || 17 EOLIDES *ASC* OELIDES *F* ELIPIDES *H* || Vlixes . . . inducitur] VLIXES VSQ HVC VBIQ. TALIS INDVCIT̃ *S* || antidiae *RH* anthidiae *F* anthicliae *C* || 18 larertae *A* lacertae *S* lertae *RFM* (patris ulixis *add. R*) leerte *H* || clam *om. C* || sisifio *R* || 19 natus est] sed quia ante nuptias natus, Laertis reputatus filius *add. Fabricius* || hoc *om. C*, hoc ei *om. F* || in *om. F* || 20 obiecit *FC* || et] quid *Ovidius* || creatus *C* || ilidem *AR* ylidem *SHa* eoliden *M* tidem *F* uelidem *C* Oelidem *Masvicius. cf. Ribbeckii ad v.* 529 *adnotatio* || 21 numquam *ASH* || 23 qua *S* || ipsa *H* || 24 ACTIS *HF*

ad locum, in quo inferorum descensus est, id est ad Avernum, si intra terram sunt inferi. alii altius intellegunt: qui sub terra esse inferos volunt secundum chorographos et geometras, qui dicunt terram σφαιροειδῆ esse, quae aqua et aere sustentatur. quod si est, ad antipodes potest navigatione perveniri, qui quantum ad nos spectat, inferi sunt, sicut nos illis. hinc est quod terram esse inferos dicimus, quamquam illud sit, quia novem cingitur circulis. Tiberianus etiam inducit epistolam vento allatam ab antipodibus, quae habet superi inferis salutem: qua occasione tractat reciprocum hoc quod diximus supra ⟨127⟩. nam prudentiores etiam animas per μετεμψύχωσιν dicunt ad alterius climatis corpora transire, nec in eo orbe versari in quo prius fuerunt: unde ait Lucanus ⟨I 456⟩ regit idem spiritus artus orbe alio: longae, canitis si cognita, vitae. sciendum tamen *hoc* Homericum esse: nam etiam illic Elpenor similiter Vlixem interrogat.

534. SINE SOLE DOMOS non est contrarium ⟨641⟩ solemque suum sua sidera norunt: illud enim de campis Elysiis dicit.

535. HAC VICE SERMONVM haec sacra, ut diximus supra ⟨255⟩, praeter unius diei spatium non tenebant: unde veretur Sibylla, ne inanibus fabulis 'datum', id est statutum et legitimum, 'tempus' teratur. quod autem dicit 'aurora medium axem traiecerat', illud ostendit, quod secundum Tuscos diei ortus est a sexta diei hora; ortus enim diei habet auroram. Donatus tamen dicit Auroram cum quadrigis positam Solem significare.

538. BREVITERQVE quod congruit moram obiurganti.

539. NOX RVIT si per diem sacra celebrantur, 'ruit' est immi-

---

2 alii . . . orbe alio] exscr. mythogr. III 6, 25 || 8 Tiberianus] cf. Baehrens uned. lat. Ged. p. 27 || 21 quod autem . . . auroram] cf. Macrob. Sat. I 3, 11

---

1 discensus *ASFC* (descensus *a*) || ad uernum *HF* || 2 intra terra *S* || super terram *F* super terra *C* || 3 inferos esse *FC* || chyrographos *A* (*corr. a*) cygrographos *S* (*prior* g *post deleta*) historiografus *F* || geometricos *a* || 4 spaeroiden *A* sphaeroiden *S* speroidẽ *R* sperodenec *H* speroiden *M* spheroeden *FC* (spheroiden *F man. alt.*) || substentatur *FC* || quod si est . . . inferi sunt *om. H* || 5 potest ad antipodas *FC* || quia *M* || 6 spectant *M* || 7 fit *coni. Baehrens* || quia in VIIII. *S* || cingit *H* || 8 teberianus *H* || ablatam *H* || 9 habet] f. ita *superscr. a* || super *FH* || tracta *H* || 10 quod cum diximus *H* || 11 metempsicosin *ASRHF* metempsicosim *C* metempsycosin *M* || ducunt *ASH* || ad alterius . . . fuerunt] ad alterius terrae partis corpora transitum facere uel climatis corpora transire nec in eo orbe uersari in quo prius fuerunt id est non in eodem climate uersari *M* (uel climatis . . . fuerunt *post expuncta sunt*) || climmatis *FC* || 12 urbe *H* || fuerint *R* || 13 artus *om. AH*, artos *FC* || longe *ARHC* || 14 sic *RF* || hoc *hab. C* || 15 elfenor *FC* || *ad v.* 533 FATIGAT fatigando impellit *Fabricius* || 16 DOMVS *FC* || 19 praeter] aether *F* praether *C* || dei *S* diei *ex* deei *H* || uerebatur *R* || 21 dicit *om. R* || 22 dei *S* (diei s) die *H* || ora *FC* || 26 celebrantur *ASM*: caelebrabantur *R* celebrabant *H* celebrabantur *FC* || est] id est *F*

net; si per noctem, finitur. FLENDO proprie: nam et lacrimae et gemitus fuerant.

540. FINDIT IN AMBAS compendiosius, quam si 'duas' diceret: poteramus enim etiam tertiam sperare. sic Sallustius inter secundum atque ultimum bellum Carthaginiense non ait 'tertium'.

542. ITER ELYSIVM ad Elysium: de quo diximus supra ⟨V 735⟩. MALORVM impiorum, ut ⟨I 352⟩ multa malus simulans *vana spe lusit amantem.*

543. IMPIA TARTARA ubi puniuntur impii.

544. NE SAEVI ne irascere: Terentius ne saevi tanto opere. et antique dictum est: nam nunc 'ne saevias' dicimus, nec imperativum iungimus adverbio imperantis.

545. EXPLEBO NVMERVM ut diximus supra, 'explebo' est minuam: nam ait Ennius navibus explebant sese terrasque replebant, quem Caper secutus cum de praepositione 'ex' tractaret, hoc exemplum posuit. sensus ergo est: minuam vestrum numerum et reddar tenebris. nam circa Aenean et Sibyllam aliquid lucis fuisse intellegimus, quippe circa vivos: unde paulo post ⟨548⟩ respicit Aeneas subito et reliqua. alii 'explebo' male putant 'complebo' esse, umbrarum scilicet a quibus discesserat numerum. alii 'explebo numerum' dicunt esse finiam tempus statutum purgationi et in corpus recurram, ut hoc sit 'reddarque tenebris' — nam legimus ⟨734⟩ clausae tenebris et carcere caeco — ut sit sensus: irasceris mihi quasi homo, nonne et ego homo futurus sum? alii dicunt: cur irasceris? in locis his sum, quamdiu vitae per vim ereptae expleam tempus, post 'tenebris', id est meis sedibus, reddar. sed haec omnia congrua loco non esse manifestum est: non enim intellegere possu-

---

4 Sallustius] hist. fragm. I 8 ap. Dietsch., I 9 ap. Kritz. ‖ 10 Terentius] Andr. V 2, 27 ‖ 13 explebo est minuam] cf. Don. ad Ter. hec. V 1, 28 et Non. p. 298, 12 ‖ 14 Ennius] ann. v. 310 ap. Vahl.

---

2 fuerant] deplorantis Deiphobum *add.* *D* ‖ 4 enim *om.* *FG* ‖ 5 ultimum] postremum *F*. *cf. Kritzii et Dietschii adnotationes. fortasse ex Augustino Servium plenioris commentarii auctor correxit.* ‖ cartaginense *A* (cartaginenses *a*) cartaginienses *S* certaginiense *H* carthaginense *M* carthagiense *F* carthaginiense se *C* ‖ non] nam *R* ‖ 6 FELYSIVM *C* ‖ supra diximus *FC* ‖ 7 imperium *F* ‖ malas *C* ‖ 10 NAE *C* ‖ tantopere *RHMF* ‖ 12 imperantis] quasi negantes *add.* *M*, nec autem et non negantis *add.* *D* ‖ 13 ut supra diximus *M* supra *om.* *S*. *ceterum Servius in superiore commentario nihil de hac re dixit.* ‖ est] nunc est *AS* ‖ 14 sese] ẽẽ (= *esse*) *F* ‖ 15 replebit *C* ‖ cãper *H* ‖ positione *R* ‖ 16 sensus est ergo *S* ‖ minuum *F* muniuam *C* ‖ uestrãm *R* ‖ 19 et reliqua] et cetera *C*, *om.* *FM* ‖ 20 esse] earum *F* eurum *C* eτ̃ *H* ‖ 21 finiam tempus] finiantẽ *C* finiamte tempus *H* finitum tempus *Stephanus* ‖ 24 non[ne] *C* ‖ et *om.* *FC* ‖ homo *om.* *H* ‖ sum futurus *A* (*transposuit* *a*) ‖ 25 vitae] unitate *H* ‖ ereptae] purgationis *add.* *M* ‖ 26 id est meis] ineis *C* ‖ 27 congrua loco manifestum est non esse *M*

mus Sibylla aliud volente, scilicet ut abscederet, Deiphobum ad aliud respondisse.

546. I DECVS I NOSTRVM aut 'i, o decus nostrum, utere melioribus fatis', inferorum scilicet conparatione, quia ait supra ⟨533⟩ an quae te fortuna fatigat, ut tristes sine sole domos, loca turbida adires? aut certe 'i decus, et fatis utere nostrum melioribus', id est quam aut ego aut tu habuimus.

549. MOENIA LATA VIDET Tartarum dicit, quem vult esse carcerem inferorum. quod autem ait 'lata', nocentum exprimit multitudinem. TRIPLICI MVRO valde munitum indicat locum.

551. TORQVET trahit, volvit.

552. PORTA ADVERSA INGENS distinctione excludendum est vitium de duobus epithetis. SOLIDOQVE ADAMANTE lapis est durissimus et tantae soliditatis, ut nec ferro possit infringi. *quem hircino sanguine frangi dicunt.*

553. VIS VT NVLLA VIRVM 'virum' non ad sexum retulit, sed ad virtutem, hoc est virorum fortium, ut Cicero virum res illa quaerebat, cum de viro forti diceret. per hoc autem ostendit nullum de Tartaro ad superos posse remeare, ne numinum quidem favore.

554. STAT eminet, **erecta est.** AVRAS autem inferis congruas intellegamus. Statius de Mercurio ait: pigrae aurae eius inpediebant volatum. de illo enim loco multi quaerunt ⟨561⟩ quis tantus clangor ad auras? et Pollio dicit Aeneae et Sibyllae, quas illi secum traxerant, cum constet esse etiam illic auras.

557. EXAVDIRI exaudiebantur.

---

13 lapis . . . dicunt] cf. Isid. or. XVI 13, 2

---

1 uolentes *S* ‖ abscederet *S* (abscedere *s*) abscenderet *H* ‖ deiphebum *ASM* deiphoebum *Ra* ‖ ad *om. FC* ‖ aliut *C* ‖ 4 scilicet hac comparatione *FC* ‖ 5 an] aut *M* ‖ te *om. H* ‖ sole sine *M* ‖ domus *C* ‖ 9 nocentem *A* (*corr. a*) ‖ 10 uindicat *R* ‖ 11 *scholium ad* TORQVET *om. F* ‖ 14 nec] ne *FC* ‖ *ad* adamante *in margine Turonensis is interpres qui Tironianis notis usus est haec adscripsit* adamans species lapidis est durissimi adeo ut nulla re possit molliri nisi calido sanguine hircino. ‖ infringi] unde etymologia est ab α sine et δαμάζω domo, id est lapis indomitus *add. D* ‖ hercino *F* ‖ 18 forti *om. FC* ‖ per hoc autem ostendit] hac per hostendit *F* ac per hoc ostendit *C* ‖ 19 ne] nec *AM* ‖ remeare . . . favore] remeare ////// sine numinum quidem favore *G, quibus alia manus haec addidit* educta in altitudinem nimiam tam fortis ut ferreis saxis putaretur extructa. una de furiis tribus filiabus plutonis et noctis i. tysiphone alecto megara quasi tysia fanu i. ultrix uox tysifone. ‖ 21 STAT eminet. AVRAS autem inferis erecta est congrua *F* ‖ 22 Statius de Mercurio ait (*Theb.* II 2) 'undique pigrae ire uetant nubes aut turbidus implicat aër'. pigrae enim aurae eius impediebant uolatum *Fabricius* ‖ 23 quis tantus] quisquis tantus *C* quistatius *H* ‖ 24 plangor *SM* ‖ pallio *H* ‖ Aeneae] et aeneae *AS* aenea *H* ‖ 25 quas secum traxerant illi *M* ‖ esse *om. R*

558. TRACTAEQVE CATENAE et genetivus singularis potest esse et nominativus pluralis.

559. STREPITVMQVE EXTERRITVS HAVSIT hausit et exterritus est: hypallage ergo est.

560. SCELERVM FACIES species, ut supra ⟨V 768⟩ visa maris facies et non tolerabile numen.

563. NVLLI FAS CASTO pio. et haec responsio ostendit, Aenean voluisse quidem ingredi, sed quasi pium prohibitum. INSISTERE LIMEN 'insisto illam rem' dicimus, non 'illi rei': quod qui dicunt decipiuntur propter 'insto illi rei'.

564. SED ME quia occurrebat: unde ipsa cognovisti?

565. DEVM POENAS DOCVIT aut quas dii nocentibus statuerunt: aut Titanum, quos legimus deos ex Terra progenitos: aut re vera dicit poenas deorum. fertur namque ab Orpheo quod dii peierantes per Stygem paludem novem annorum spatio puniuntur in Tartaro: unde ait Statius et Styx periuria divum arguit.

566. RHADAMANTHVS Rhadamanthus Minos Aeacus filii Iovis et Europae fuerunt: qui postea facti sunt apud inferos iudices.

567. SVBIGITQVE FATERI conpellit ad confessionem.

568. FVRTO LAETATVS INANI latebra non valde profutura, quippe quae fuerat publicanda post mortem.

569. DISTVLIT IN SERAM gravem, ut serum bellum in angustiis futurum Sallustius. PIACVLA COMMISSA propter quae expiatio debetur.

570. ACCINCTA FLAGELLO aut hoc dicit quod videmus, quia qui longo flagello utitur ut id post ictum in se revolvat necesse

---

16 Statius] Theb. VIII 30 || 20 latebra . . . mortem] cf. Don. ad Ter. eun. IV 7, 39 || 23 Sallustius] hist. fragm. inc. 15 ap. Dietsch., III 13 ap. Kritz.

---

3 EXTERRITIS *C* EXTERRITVM *H* || HAVSIT] HAESIT *F* H. *CH* || hausit] hoc est hausit *R* hoc est haxit *F* hauixit *C* || 4 hypallage ergo est] et ypallage (ypalage *F*) est *FC* || 5 supra *om. C* || mori *AS* moris *H* || 6 et . . . numen] *om. FC*, e. i. o. n. t. n. *M* || tollerabile *H* || 9 insistos *H* || illam] istam *M* || rei] re *F* || quod] nam quod *AS* || 10 recipiuntur *F* || insto] insisto *F* || 11 ipsa] ista *R* || cognosti *ASFC* || 12 innocentibus *H* || 13 deos] deos quasi *M*, *om. C* || ex Terra] extra *C* || pergenitos *H* || 14 refertur *Barthius ad Stat. Theb.* VIII 30 || didi *C* || perierantes *FC* eirantes *H* || 15 novem annorum spatio *RM*: VIIII milibus annorum *ASFC* VIIII annorum *H*. *cf. Hes. theog.* 793 *sqq.* || puniantur *M* || 16 stys *C* || periniuria *F* periura *A* arguũ *F* || 17 radamantus minos et aeacus *RH* hic et minos et eacus *M* Rhadamanthus minos rhadamanthis et aeacus *F* || 19 conpellit ad *om. H* || confessionem] ὕστερον πρότερον per totum uersum; nam prius 'subigit fateri', tum 'audit', postea audita 'castigat' *add. Fabricius* || 22 ut sallustius serum . . . futurum *F* || 23 fututum *S* (*corr. s*) futuram *H* || 25 dixit *RMFC* || uidemus] ante equos curules *add. F* || 26 post ictum] positum *C* || inserauoluat *A* (*corr. a*) || reuoluens *F*

est: aut 'accincta' est instructa, ad verbera scilicet, id est nocentes flagello quatit ipsa praeparata.

572. AGMINA SAEVA SORORVM aut impetus, ut de Harpyiis dixit: aut serpentum agmina, quos pro comis habent.

573. TVNC DEMVM HORRISONO STRIDENTES CARDINE SACRAE PANDVNTVR PORTAE mittuntur, inquit, post verbera ad aeternum supplicium. et est secutus ordinem iuris antiqui: nam post habitam quaestionem in Tullianum ad ultimum supplicium mittebantur. alii hoc a poeta dictum volunt, ut illa loquente intellegamus portam esse patefactam; alii continuant narrationem. SACRAE execrabiles.

574. CERNIS CVSTODIA QVALIS 'custodia' est quae custodit, non quae custoditur. usurpatum autem est, sicut 'hospita', sicut 'neptis': nam 'hic' et 'haec custos' facit. ea enim quae in 'o' exeunt ut 'fullo', in 'os' ut 'nepos', in 'es' ut 'hospes', feminina ex se non faciunt. quae autem invenimus usurpata sunt, unde et dissimilia: nam 'custos' 'custodia' facit, 'nepos' 'neptis'.

575. VESTIBVLO SEDEAT Megaeram significat. hoc autem dicit: cernis hanc quam saeva sit? est intus alia 'inmanis atris hiatibus quinquaginta', quae est saevior, quam Hydra fuit. multi ipsam Hydram volunt, quod non procedit: nam eam in aditu legimus inferorum ubi dixit ⟨287⟩ ac b e l u a L e r n a e. quam alii tria volunt habuisse capita, alii novem, Simonides quinquaginta dicit.

577. TARTARVS vel quia omnia illic turbata sunt, ἀπὸ τῆς ταραχῆς: aut, quod est melius, ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν, id est a tremore frigoris; sole enim caret.

578. BIS PATET IN PRAECEPS ideo 'in praeceps' addidit, quia

23 vel quia . . . caret] exscr. Isid. or. XIV 9, 8 et Luct. Plac. ad Stat. Ach. I 134

1 est *ante* instructa] dixit *FC* ‖ 3 SAEVA . . . serpentum agmina *om. H* ‖ arpiis *AM* arpyis *RFC* (*e S nihil enotavit Hagenus*). *ceterum de harpyiis* agmen *non dixit Vergilius*, *sed de anguibus qui Laocoonta petiverunt. cf. Aen.* II 212 ‖ 4 aut serpentum agmina *om. FC* ‖ 5 *scholia ad v.* 573 *om. F* ‖ 8 in *om. AS* (*supr. vers. add. a*). ad tullianum *M* ‖ 11 est ea quae *F* ‖ 12 est *om. M* ‖ hospitia *F* ‖ 13 o] e *H* ‖ 14 fallo *F* follo *H* ‖ in os ut nepos *om. H* ‖ os] hos *F* ‖ 15 usurpatum fuit *F* ‖ unde et dissimilia inueniuntur nam custos custodia facit nepos nepotes hospes hospita *FC Stephanus Daniel. seclusi* inveniuntur *et* hospes hospita: *nam corrumpitur his supplementis sententia grammatici quae haec est: feminina a nominibus in* o, os, es *exeuntibus derivata quod usurpata sint ideo et esse inter se dissimilia, ut* custodia *et* neptis. *addo* et *illud, quod impressa exemplaria inter* facit *et* nepos *exhibent, in manu scriptis non inveniri.* ‖ 18 quam] quamquam *C* ‖ est alia intus *FC* ‖ 20 hydram fuisse uolunt *M* ‖ uoluit *F* ‖ 21 ubi dixit] † ubi dixit ut *M* ‖ 22 habere *FC* ‖ nouem ut simonides *M* ‖ 23 απο τεc γαραχηc *C* ‖ 24 ταραχῆς *om. RH* ‖ ταρταριζιν *RHFCa* ταριζιν *AS* ταρταριυ. *M* ‖ hoc est *FC* ‖ 25 frigeris *F* ‖ carent *F* ‖ 26 ideo in praeceps *om. C* ‖ addit *C*

potest quid etiam sursum patere. videtur autem hoc prudentioribus ideo dictum, quia secundum rationem sphaerae sol cum in unam concesserit partem, duae quasi Tartarum faciunt: una, a qua discessit, et altera, ad quam numquam accedit: quod melius sphaerae indicat ratio. hoc autem dicit: Tartarus ipse bis tantum in praeceps patet et tendit sub umbras, quantus est suspectus, id est altitudo, ad Olympum aetherium. *deest 'est'.*

580. HIC GENVS ANTIQVVM TERRAE id est primum: Titanas enim contra Saturnum genuit, Gigantas postea contra Iovem. et ferunt fabulae Titanas ab irata contra deos Terra ad eius ultionem creatos, unde et Titanes dicti sunt *ἀπὸ τῆς τίσεως*, id est ab ultione. de his autem solus Sol abstinuisse narratur ab iniuria numinum, unde et caelum meruit.

582. ALOIDAS GEMINOS Aloeus Iphimediam uxorem habuit, quae conpressa a Neptuno duos peperit, Otum et Ephialten, qui digitis novem per singulos menses crescebant. freti itaque altitudine, *cum adhuc novem annorum essent*, caelum voluerunt subvertere, sed confixi sunt Dianae et Apollinis telis. Aloidas autem sic dixit, sicut de Hercule Amphitryoniades dicimus. GEMINOS sui similes.

585. CRVDELES POENAS saevas, nimias; nam non dicit indignas ferentem qui sacrilegus fuit. SALMONEA Salmoneus Aeoli filius fuit, non regis ventorum, sed cuiusdam apud Elidem, ubi regnavit. qui fabricato ponte aereo super eum agitabat currus ad imitanda *superna* tonitrua, et in quem fuisset iaculatus facem, eum iubebat occidi. hic postea verum expertus est fulmen.

---

8 id est e. q. s.] exscr. mythogr. III 3, 5. cf. mythogr. I 11 et Isid. or. IX 2, 135 || 14 Aloeus . . . telis] exscr. mythogr. I 83 || 21 Salmoneus . . . fulmen] exscr. mythogr. II 56. cf. mythogr. I 82

---

1 potest] post *H* || quid *om. FC* || insursum *M* || hoc autem *R* || a prudentioribus *M* || 4 alteram *S* || numquam *om. M, supr. vers. add. m.* || 5 ratio] ratatio *H* || 6 sub] suas *AR* (*corr. a*) su//s *H* || 7 aetheriam *F* || aetherium] sic et Homerus de Tartaro (*Il.* VIII 16) *τόσσον ἔνερθ' Ἀίδεω ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης add. D quibus in margine ab alio haec adscripta sunt* i. e. tantum sub inferis quantum caelum est a terra. || et deest est *Daniel* || 8 ANTICVM *C* || 9 gigantes *RHMs* (gigantas *m*) || 10 ad] in *M* || 11 απο το (τογ *a*) τιcεωc *A* αποτφιcεωc *R* ariozo.ιε.εωc *H* απο τηc τιcευιοτ *M* απο τηc τιcεηοc *C* || 12 solus abstinuisse sol *S* || 14 aloidus *M* || ifimediam *ASCM*: ifimenidam *R* sifemidiam *H* ifimin//am *F* || 15 a *om. AS* (*supr. vers. add. a*) || totum *H* othum *FC* || ifialten *F* || 16 itaque *om. FC* || 17 subuoluere *M* || 18 alaoidas *F* || 19 amfitrioniades *ARM* amfritrioniades *H* amfytrioniades *FC* || diximus *RHM* || dicimus] hoc ex odysea homeri in . . . . . inscribitur *add. D duodecim versuum spatio relicto. cf. Od.* XI 305 *sqq.* || sui similes *om. F* || 21 fuit] est fuit *F* || 22 eliadem *F* || 24 superna] superũ *C* || eum *om. ASFC* || 25 fulmen expertus est *FC*

588. MEDIAEQVE PER ELIDIS VRBEM hinc est indignatio, quod in ea civitate Iovem imitabatur, in qua specialiter Iuppiter colitur.

592. DENSA INTER NVBILA ostendit fulminis causam.

593. FVMEA LVMINA id est terrena; nam aetherius ignis caret fumo, solo enim splendore viget.

595. NEC NON ET TITYON Tityos Terrae secundum alios filius fuit, secundum alios a Terra nutritus: unde *poeta* elegit sermonem, quo utrumque significaret, nam 'alumnum' dixit. hic amavit Latonam, propter quod Apollinis confixus sagittis est et damnatus hac lege apud inferos, ut eius iecur vultur exedat: quamquam Homerus vicissim dicat duos vultures sibi in eius poenam succedere. sane in usu est 'vultur', licet Cicero 'vulturius' dixerit, quod quidem potest esse et derivativum: Ennius vulturus in campo miserum mandebat homonem. declinatur autem 'hic Tityos huius Tityi', sicut 'Delos Deli'.

596. PER TOTA NOVEM CVI IVGERA CORPVS PORRIGITVR quantum ad publicam faciem, magnitudinem ostendit corporis; sed illud significat, quia de amatore loquitur, libidinem late patere, ut ait supra ⟨440⟩ nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnem lugentes campi. sane de his omnibus rebus mire reddit rationem Lucretius ⟨III 978⟩ et confirmat in nostra vita esse omnia quae finguntur de inferis. dicit namque Tityon amorem esse, hoc est libidinem, quae secundum physicos et medicos in iecore est, sicut risus in splene, iracundia in felle: unde etiam exesum a vul-

---

6 Tityos ... succedere] cf. mythogr. I 13, II 104 || 12 Cicero] in Pis. 16, 38 || 13 Ennius] ann. v. 141 ap. Vahl. || 20 sane de his . . . volvuntur] exscr. mythogr. II 105, III 6, 5. cf. Macrob. comment. I 10, 10 sq. || 23 libidinem . . . in felle] cf. Isid. or. XI 1, 125 et 127

---

1 *scholia ad v.* 588 *et* 592 *om. F* || hinc est *RM*: hic est *ASHC. exspectatur* aucta est. || 2 imitatur *R* || 3 causam] et originem *add. D* (*idem edidit Stephanus*). *praeterea* CONTORSIT proiecit cum impetu *add. Fabricius* || 4 nam] et *C* || 5 sol enim *AS* nam solo *M* || viget] ADEGIT impegit *add. Fabricius* || 6 tityon *F* || secundum alios terrae filius fuit *M* || 7 fuit *om. F* || sermone *H* || 8 quo *MFC*: qui *A* quod *RSH* || hic amavit Latonam] hic confisus uiribus latonam uolare (*lege* uiolare) temptauit *F* || 9 propter quod] matrem *R* || sagittis confixus est *R* confixus est telis *M* || et damnatus] damnatus autem est *M* || 11 poene *F* poena *C* || succedere] unde haec dicit de tityo *add. D quinque uersuum spatio relicto. cf. Od.* XI 576 *sqq.* || 12 sane uultur in usu est *M* || vulturius . . . Ennius *om. F* || dixerit] et Plautus in Curculione (356 *Fl.*) 'iacit uulturios quattuor' *add. Fabricius* || 13 et] etiam *M* || diriuatiuum *ARHC* || Ennius] etinius *H* || uulturus *ACH*: uulturis *RM* uulturius *S* uultu *F* || in campo *HFC*: in campos *R* in siluis *ASM* || miserum *ASRM*: supinum *HFC* || mandebet *H* || 14 mandebat homonem] m. h. *C* || huius *om. ASHC* || 15 Delos] delios *C* || Deli] delii *FC* || 17 ostenditur *H* || 18 significat] ostendit *F* || amore *R* || loquetur *H* || 19 huic *H* || 20 omnes *F* || rebus *om. C* || reddidit *F* || 21 esse uita *M* || 24 etiam *om. FC*

ture dicitur in poenam renasci: etenim libidini non satis fit re semel peracta, sed recrudescit semper, unde ait Horatius incontinentis aut Tityi iecur. ipse etiam Lucretius dicit per eos, super quos iamiam casurus inminet lapis, superstitiosos significari, qui inaniter semper verentur et de diis et caelo superioribus male opinantur: nam religiosi sunt qui per reverentiam timent. per eos autem qui saxum volvunt ambitum vult et repulsam significari, quia semel repulsi petitores ambire non desinunt. per rotam autem ostendit negotiatores, qui semper tempestatibus turbinibusque volvuntur.

598. FECVNDAQVE POENIS fecunda in poenam.

599. RIMATVR pascitur, ut rimantur prata Caystri.

600. FIBRIS fibrae sunt eminentiae iecoris.

601. QVID MEMOREM LAPITHAS hi populi Thessaliae fuerunt, quibus imperabat Ixion, amicissimus, ut diximus supra ⟨286⟩, Iovi, Phlegyae filius. qui post nubis coitum fictae in formam Iunonis, cum se de eius stupro iactaret, ab irato Iove ad inferos trusus est et illic religatus ad rotam circumfusam serpentibus. PIRITHOVM et hic unus de Lapithis fuit, qui cum Theseo descendit ad rapiendam Proserpinam.

603. ADSIMILIS *valde similis*: 'ad' *enim* vacat, et a maioribus ad ornatum adhibebatur, *ut* Horatius qua populus adsita certis limitibus vicina refugit iurgia. LVCENT GENIALIBVS ALTIS

2 Horatius] carm. III 4, 77 ‖ 11 rimantur] georg. I 384 ‖ 12 fibrae . . . iecoris] cf. Isid. or. XI 1, 126 ‖ 13 hi populi e. q. s.] cf. mythogr. I 14, II 106 ‖ 20 valde similis] cf. Gell. VI 7, 5 sqq., Don. ad Ter. Andr. IV 2, 11 ‖ 21 Horatius] ep. II 2, 170

1 in poenam renasci dicitur *M* ‖ libidinum *S* ‖ res *AS* ‖ 3 aut] at *C* ait *mythographus III* nec *Horatius* ‖ tyti *R* tytyi *HC* ‖ enim *S* (etiam *s*) ‖ per eos *om. H,* per *om. C* ‖ 4 iamiam *SHFC*: iam *ARMs* ‖ casurus inminet lapis] lapsurus est lapis *C* lapsurus est lapis inminet *F* ‖ 5 uertentur *M* ‖ et de diis (dis *C*) et caelo superioribus (peritioribus *F* superibus *H* superiori *s*) *ASRHFC* et de diis et de caelo et locis superioribus *MD exempl. impr. nisi quod* de *ante* caelo *unus M exhibet* et de diis et caelo *mythogr. II* et de diis et superioribus *mythogr. III. fortasse* et de diis et caelo, superis rebus *vel* superioribus rebus, male opinantur. *cf. Serv. ad Aen.* VIII 187 '*aut secundum Lucretium superstitio est superstantium rerum, i. e. caelestium et divinarum, quae super nos stant, inanis et superfluus timor*'. ‖ 7 uult *R* (uol *superscr. m. sec.*) uolunt (u *superscr.*) *C* ‖ hambitum *F* ‖ vult] uidit *F* ‖ repulsum *M* ‖ semel *MFC mythogr. II*: semper *ASRH mythogr. III* ‖ 8 per rotam *e. q. s.*] *cf. Bernaysius mus. Rhen.* V *p.* 584 *adnot. et Lachm. comm. p.* 203 ‖ ostenduntur *R* ‖ 9 turbitudinibusque *M, corr. m* ‖ 10 FAECVNDA *et* faecunda *AC* ‖ 11 pascitur] paci citur *A* (paciscitur *a*) pa////scitur *H*, *om. F* ‖ rimatur *M* ‖ 12 eminentia *A* ‖ iecuris *C* ‖ 13 LAPHITAS *AHM* ‖ 15 flegiae *ARH* flaegiae *C* ‖ 17 religatur *H* relegatus *FC* ‖ circumfixam *R* urcumfusam *H* incircumfusam *M* ‖ 18 laphitis *HM* lapitis *F* ‖ 21 Horatius *om. C* ‖ qua] quia *F* ‖ adsit ad////certis *H* (*duae litterae radendo deletae sunt*) ‖ 22 iurgia] ita adinuenire pro inuenire legimus *add. Fabricius*

aliud est. Tantalus, rex Corinthiorum, amicus numinibus fuit. quae cum frequenter susciperet et quodam tempore defuissent epulae, filium suum Pelopem occidit et diis epulandum adposuit. tunc abstinentibus cunctis, Ceres umerum eius exedit, et cum eum dii per Mercurium revocare ad superos vellent, eburneus ei est umerus restitutus, ut umeroque Pelops insignis eburno. ideo autem sola Ceres dicitur comesse, quia ipsa est terra, quae corpus resolvit. per Mercurium autem ob hoc fingitur esse revocatus, quod ipse est deus prudentiae, per quam philosophi deprehenderunt *παλιγγενεσίαν* vel *μετεμψύχωσιν*. Tantalus autem hac lege apud inferos dicitur esse damnatus, ut in Eridano inferorum stans nec undis praesentibus nec vicinis eius pomariis perfruatur. per haec autem avaritia significatur, ut etiam Horatius quid rides? mutato nomine de te fabula narratur. GENIALIBVS veluti genialibus: nam geniales proprie sunt qui sternuntur puellis nubentibus, dicti a generandis liberis.

604. AVREA FVLCRA quibus fulcimur, id est sustinemur.

605. REGIFICO LVXV regali ambitu. FVRIARVM MAXIMA id est *saevissima, hoc est* Fames, ut ⟨III 252⟩ vobis Furiarum ego maxima pando. unde et famem praenuntiat, ut hanc esse Furiarum maximam doceat.

606. ET MANIBVS illorum scilicet, non suis.

607. FACEM ATTOLLENS iniciens ignem avaritiae, ut abstineant.

608. INVISI FRATRES haec quidem constat dicta esse generaliter, possunt tamen etiam ad speciem trahi, ut Aegyptum et Danaum,

---

1 Tantalus e. q. s.] exscr. mythogr. II 102, III 6, 21. cf. mythogr. I 12 || 6 umeroque] georg. III 7 || 13 Horatius] sat. I 1, 69 || 14 nam geniales . . . liberis] exscr. Isid. XX 11, 5 || 17 quibus . . . sustinemur] exscr. Isid. XIX 26, 3

---

1 aliud est, *quo scholiastes, nisi fallor, ostendere voluit 'lucent genialibus altis' e. q. s. non ad Ixiona Pirithoumque pertinere, om. FC: qui quod ante* Tantalus *exhibent* sicut supra diximus *id non est Servii, qui in Aeneidos commentario Tantalum non commemoravit, ad georg.* III 7 *pauca de eo dixit* || Tantalus] iouis et egine filius *add. F* || chorintiorum *H* corithiorum *FC* || quae] qui *M* (qui cum frequenter eos susciperet *Stephanus Daniel alii*) || 2 et *om. FC* || dum defuissent *FC* || 4 cunctis *om. F* || humerum *ASRM* || excedit *H* || cum] dum *FC* || eum *om. A* || 5 ad superos *om. R* || humerus *ASRM* || 6 restituti *F* || ut umeroque *scripsi*: sicut supra humeroque *ASRM* umeroque *H* unde est umeroque *FC* || pelobs *C* || 7 soluit *M* || 8 hoc] est *add. H* || esse *om. ASFC* || 9 quem *FC* || palingenesian uel metempsychosin *vel* metempsicosin *libri* || 11 heridano *AS* eridiano *C* || 12 ei *HM* || perfruantur *F* || perfruatur] quemadmodum et homerus in odyssea describit *novem versuum spatio relicto add. D. cf. Od.* XI 582 || autem] quae narrata sunt *add. F* || 13 etiam *om. FC* || quit *C* || 14 ueluti] uel aut in *F* uelut in *C* || genalibus *AS* || 17 FVLCHRA *AH* || 18 regio *M* || id est . . . pando *om. M* || 19 famis *FC* || 20 et *om. ASRH* || pronuntiat *F* || esse *om. M* || 25 species *ASC* speciaes *F* || egistum *M* || denaum *H* danuum *C*

Atreum et Thyesten, Eteoclen et Polynicen significare videatur. bene autem dicendo 'invisi' per id quod leve est, etiam maiora conplexus est.

609. PVLSATVSVE PARENS item quod levius est dixit parricidii comparatione. possumus autem Oedipum accipere, extinctorem Lai.

AVT FRAVS INNEXA CLIENTI ex lege XII tabularum venit, in quibus scriptum est patronus si clienti fraudem fecerit, sacer esto: si enim clientes quasi colentes sunt, patroni quasi patres, tantundem est clientem, quantum filium fallere. et hoc posse fieri ex Horatii dictis intellegimus, qui cum loqueretur de avaris potentibus, ait de vicino cliente pellitur paternos in sinu ferens deos. Vrbano tamen hoc displicet et dicit rarum esse hoc magisque contrarium, cum magis patronos decipiant frequenter clientes. vult autem intellegi praevaricatores, qui patroni sunt clientium, quos nunc susceptos vocamus.

611. NEC PARTEM POSVERE SVIS bene addidit 'suis', id est cognatis, adfinibus. haec enim fuerat apud maiores donandi ratio, non profusa passim: nam hoc est velle inaniter perdere. unde Cicero ait in libris legum ⟨II, 16, 40⟩ stipem prohibeo: nam auget superstitionem et exhaurit domos. dignis igitur largiendum est, unde Horatius cur eget indignus quisquam, te divite? id est indignus paupertate.

612. OB ADVLTERIVM CAESI si 'occisi', Aegisthum significat, Thyestae filium: si re vera 'caesi', Sallustium, quem Milo deprehensum sub servi habitu verberavit in adulterio suae uxoris, filiae Sullae. QVIQVE ARMA SECVTI IMPIA NEC VERITI DOMINORVM FAL-

---

7 Patronus . . . esto] tab. VIII 21 ap. Schoell. p. 149 || 8 si enim . . . patres] cf. Isid. or. X 53 et 205 || 10 Horatii] carm. II 18, 26 || 21 Horatius] sat. II 2, 103 || 24 si re vera . . . Sullae] cf. Gell. XVII 18

---

1 atra eum *C* || et eoclen *A* aethĕoden *R* eoden *H* aetheoclen *M* || significari *F* || 5 cōmoratione *F* || autem *om. R* || oedippum *HFC* || extinctorum *F* || extinctorem lati *R* extinctorem lait *S* extinctorem late *H* lai extinctorem *M* Lai *om. AFCs* || 6 INEXA *F* || ex lege] alii ex lege *FC* || 7 si *om. S, supr. vers. add. s* || 8 sic enim *FC* || 9 tantādem *C* || ilentem *C* || 11 cliente . . . frequenter *om. F* || patronos *M* (paternos *m*) || 17 cognatis et affinibus *M* || 18 passi *F* || velle *om. M. fortasse* velle rem inaniter perdere || 20 augit *FC* || exaurit *H* exausit *F*. stipem sustulimus nisi eam, quam ad paucos dies propriam Idaeae Matris excepimus; implet enim superstitione animos et exhaurit domus *Cicero* || 21 unde horatius *ASR*: unde persius *MFC* unde alius oratius pfilis *H* (*in eo libro ex quo H descriptus est ad* horatius *haec adscripta erant* at. persius). *fortasse quae Horatii sunt Servius per errorem Persio tribuerat.* || 23 occisum *AS* (occisi *a*) occisi sim *H* || aegistum *ASC* megestum *R* egestum *H* egistum *M* aegissam *F* || 24 thiestae *AR* tyestae *H* thyae *C* || si re uera *FC*: et si re uera *ASHM* et si reuersa *R* || 25 in] ut in *F* || uxoris *om. R* || filiae Sullae] quae fuerat fausti syllae filia *F* filia *C* Faustae filiae Syllae *Masvicius primus* || 26 Sullae] syllae *ASR* sillae *HM*

LERE DEXTRAS hoc loco videtur blandiri Augusto, quia contra Caesarem, patrem eius, multi quibus ignovit, arma susceperant: est namque eius dictum, dare quidem se veniam Pompeianis, sed ab ipsis quandoque esse periturum: ut 'arma impia' civilia dixerit bella, quae moverunt Pompeiani contra acceptae veniae fidem. sed non procedit. nam si 'arma impia' dixit bellum civile, tangit et Augustum et Caesarem, qui et ipsi civilia bella tractarunt. item si culpat eos qui contra fidem datae veniae dimicaverunt, tangit Augustum: nam transierunt ad eum ab Antonio duo milia equitum, per quos est victoriam consecutus: Horatius ad hunc frementes verterunt bis mille equos Galli canentes Caesarem. fecit praeterea iniuriam Augusto vel Caesari si eos 'dominos' dixit, quod apud maiores invidiosum fuit: nam 'patres patriae' dicebantur, non 'domini': Iuvenalis ⟨VIII 244⟩ Roma patrem patriae Ciceronem libera dixit. melius ergo est ut bellum a Sexto Pompeio, Pompei filio, in Siculo freto gestum accipiamus. nam occiso patre Siciliam tenuit et collectis inde servitiis vastavit sex annis ultro citroque Siciliam, postea victus est ab Augusto et Agrippa: Horatius minatus urbi vincla, quae detraxerat servis amicus perfidis. et hoc sensu tam 'arma impia', quam 'dominorum' congruit commemoratio.

614. POENAM EXPECTANT quod gravius est: nam in expectatione et praesens metus est et dolor futurus, in ipsa autem poena solus est dolor.

615. FORMA VIROS *id est causa criminis vel* regula: singulis enim sceleribus sunt statuta supplicia ex more Romano, quem sequitur.

616. SAXVM INGENS VOLVVNT ALII Sisyphum dicit, qui deorum

---

10 Horatius] ep. 9, 17 ‖ 18 Horatius] ep. 9, 9

---

2 quibus ignorauit *S* ‖ susceperunt *FC* ‖ 3 se quidem *FC* ‖ 4 ad ipsis *F* apsis *C* ‖ dixit *C* ‖ bella] uel ea *add. MD* ‖ 5 quae] quem *S* ‖ acceptam *R* ‖ uaenie *C* ‖ 6 augustum caesarem *F* ‖ 7 bella ciuilia *RHF* ‖ tractauerunt *FC* ‖ 8 angit *FC* ‖ 10 persecutus *S* consequutus *F* ‖ adhuc *M* ‖ frebentes *H* ‖ 11 equi *ASFC* ‖ fecit] *om. AS*, fec *C* ‖ 12 si] se *HC* ‖ quod] quia *F* ‖ 13 fuit] unde Tullius 'dominante Sylla' *add. Fabricius. cf. de off.* II 14, 51 '*contra L. Sullae dominantis opes*' ‖ dicebantur ... patrem patriae *om. R* ‖ domine *H* ‖ 14 patrem *om. F* ‖ Ciceronem libera dixit] c. l. i. d. *C* ‖ 15 ergo] erg *C* enim *M* ‖ est *om. C* ‖ sesto *FC* ‖ pompeii *H* ‖ 16 fretum *AS* (*corr. as*) ‖ occisio *F* occisso *C* ‖ 17 ultro citroque] ultroque *C* ‖ 18 uinctus *F* ‖ 19 uincula *FC* ‖ distraxerat *F* ditraxerat *C* ‖ 20 seruus *F* ‖ 22 quod gravius est *om. AS*, est *om. F*. quod est grauius *R* ‖ 26 † ex more romano quem sequitur nam morem romanum sequitur *M* († ... quem sequitur *post deleta sunt*) ‖ quem sequitur *om. C* ‖ 28 VOLVNT *FC* ‖ sisipphum *R* sixyphum *H* ‖ dicunt *A* (dicit *a.* ALII *moneo minusculis litteris scriptum esse in A*)

consilia hominibus publicavit. RADIISQVE ROTARVM Ixionem dicit, ut alibi ostendit atque Ixionii vento rota constitit orbis, licet supra dixerit ⟨602⟩ quos super atra silex: nam de his fabulis variae sunt in ipsis auctoribus opiniones.

617. AETERNVMQVE SEDEBIT INFELIX THESEVS contra opinionem, nam fertur ab Hercule esse liberatus: quo tempore eum ita abstraxit, ut illic corporis eius relinqueret partem. frequenter enim variant fabulas poetae: Hippolytum Vergilius ⟨VII 765⟩ liberatum ab inferis dicit, Horatius contra neque enim Diana pudicum liberat Hippolytum.

618. PHLEGYASQVE MISERRIMVS OMNES ADMONET si 'Phlegyas' nominativus est singularis, hoc dicit, Phlegyas omnes admonet apud inferos poenas ferentes: si autem 'Phlegyas' accusativus pluralis est, Theseum omnes Phlegyas admonentem debemus accipere. hi namque secundum Euphorionem populi insulani fuerunt, satis in deos impii et sacrilegi: unde iratus Neptunus percussit tridenti eam partem insulae, quam Phlegyae tenebant, et omnes obruit. Phlegyas autem, Ixionis pater, habuit Coronidem filiam, quam Apollo vitiavit, unde suscepit Aesculapium. quod pater dolens, incendit Apollinis templum et eius sagittis est ad inferos trusus: Statius Phlegyam subter cava saxa iacentem aeterno premit accubitu.

620. DISCITE IVSTITIAM *hoc est*, vel nunc in poenis locati.

621. VENDIDIT HIC AVRO PATRIAM etiam haec licet generaliter dicantur, habent tamen specialitatem: nam Lasthenes Olynthum Philippo vendidit, Curio Caesari XXVII . S. Romam: de quo Lucanus ⟨IV 820⟩ Gallorum captus spoliis et Caesaris auro.

2 alibi] georg. IV 484 ‖ 5 contra opinionem e. q. s.] cf. Gell. X 16, 11 sqq. mythogr. II 133 et 128 ‖ 9 Horatius] carm. IV 7, 25 ‖ 14 hi namque e. q. s.] exscr. mythogr. I 205, II 109. cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 713 ‖ 20 Statius] Theb. I 713

1 publicavit] qualis ab homero describitur *add. D octo versuum spatio relicto. cf. Od.* XI 593 *sqq.* ‖ ROTARVM] D. P. *add. M* ‖ isionem *H* ‖ dicit *ex* dixit *A* ‖ 2 atqui *F* ‖ ixionei uuento *R* ‖ 3 quo *F* ‖ 5 AETERNAMQVE *F* ‖ THESSEVS *R* ‖ 6 quo tempore . . . partem] quo tempore eum ille ad extrahendum cerberum descendit quem theseum ita abstraxit ut illi corporis quam relinqueret nates partem *F* ‖ 7 illi *A* ‖ linqueret *C* ‖ partem relinqueret *M* ‖ 8 fabulas uariant *F* ‖ ippolitum *AR* ipolitum *H* yppolytum *M* hipolitum *C* ‖ 10 ippolitum *AR* ypolitum *H* yppolytum *M* hipolitum *F* h. *C* ‖ 11 PHLEGIASQVE *AR* PHELAIASQVE *H* FLEGIASQVE *MC* ‖ phelias *M* pligias *F* fligias *C* ‖ 12 est *om. R* ‖ fligias *F* flygias *C* ‖ omnis *MFC* ‖ 13 phelias *HM* plegeas *F* flegeas *C* ‖ 14 omnis *FC* ‖ flegeas *FC* ‖ admontem *C* ‖ hi *om. C* ‖ 15 euforianem *M* (*corr. m*) ‖ 16 tridente *R* ‖ 17 omnis *FC* ‖ 18 ixonis *C* ‖ 19 aescolapium *F* ‖ pater] phlegias *add. M* ‖ 20 phlegian *F* ‖ 21 accubito *HF* ‖ 22 locati] cati *F* ‖ 24 nam . . . vendidit] nam lasthenes et ipocrates olyntum philippo tradiderant *F* ‖ latenes *H* ‖ olymthum *AR* ‖ 25 curius *F* ‖ XXVII. s. *AS*: uiginti septem anno *R* XXVII *H* XXVII milibus sesterciis *M* xx septem milibus sestertiis *FC* ‖ de qua *AS* ‖ lucanus ait *F* ‖ 26 spoliis] populis *FC* ‖ auro] et illud (*Luc.* IV 824) 'emere

622. FIXIT LEGES PRETIO ATQVE REFIXIT possumus Antonium accipere secundum Ciceronem in Philippicis *ubi ait legesne fixisti?* 'fixit' autem ideo, quia incisae in aereis tabulis adfigebantur parietibus.

623. HIC THALAMVM INVASIT NATAE Thyestes, unde Aegisthus natus est, item Cinyras: nam quod Donatus dicit nefas est credi, dictum esse de Tullio. VETITOSQVE HYMENAEOS legibus scilicet: nam dicendo 'vetitos' ostendit fuisse, ut est apud Persas hodieque. unde Donatus male ait natura et legibus vetitos.

624. AVSI OMNES INMANE NEFAS AVSOQVE POTITI illic sunt et qui fecerunt et qui conati sunt. dicit autem secundum Romanum ritum, in quo non tantum exitus punitur, sed et voluntas.

625. NON MIHI SI LINGVAE CENTVM SINT Lucretii versus sublatus de Homero, sed aerea vox dixit.

626. SCELERVM COMPRENDERE FORMAS ut ⟨615⟩ aut quae forma viros fortunave mersit.

629. PERFICE MVNVS hoc est ramum redde: nam supra ait ⟨142⟩ hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus instituit.

630. CYCLOPVM EDVCTA CAMINIS hoc est magna: ita enim cuiuslibet rei magnitudinem significabant, adeo ut Statius Argivorum muros ab ipsis dicat esse perfectos.

631. FORNICE arcu: Cicero videt ad ipsum fornicem Fabianum.

634. CORRIPIVNT SPATIVM raptim peragunt.

635. OCCVPAT AENEAS ADITVM ingreditur, sicut supra ⟨424⟩

---

12 Lucretii versus] VI 839 sq. ap. Lachm. || 20 Statius] Theb. I 630. cf. Luct. Plac. ad hunc vers. et ad I 251 || 22 Cicero] in Verr. act. I 7, 19

---

omnes, hic vendidit urbem' *add. Fabricius* || 1 ATQVE REFIXIT *om. HC* || 2 legesne fixisti] *cf. Phil.* II 38, 98 '*et de exsulibus legem, quam fixisti, Caesar tulit*'? *ex Autissiodorensi Hagenus* ubi ait leges refixisti *enotavit: cf. Phil.* XII 5, 12 *et* XIII 3, 5 || 3 aeris *H* || tabulis] leges *add. M* || adfigibantur *FC* || parietibus *om. FC* || 4 Thyestes] pelopeae filiae *add. D* || 5 est *om. C* || Cinyras] cinaras *ASR* ciniras *H* cyniras *MF* cinyniras *C.* filiae myrae de qua natus est adonis *add. D* || 6 Tullio] quod conuicium a sallustio, ciceronis inimico, natum est qui de illo inquit 'filia matris pellex' *add. D* || 7 uetitis *H* || fuisse] non uetitos *add. Fabricius* || apud *om. AS* (*supr. vers. add. s*) || persa apud *F* || hodieque] hodie *H.* unde catullus (90, 3) ait de concumbentibus cum matre persis 'nam magus matre et gnato gignatur oportet, si uera est persarum impia relligio' *add. D* || 8 mala *R* || ait] ait qui *F* || legibo *F* || uetitis *ASRH* || 9 sunt *om. FC* || 10 romanorum *F* || 11 ponitur *F* || 12 SINT] O. C. F. V. *add. M* || 13 Homero] *trium versuum spatium relictum in D. cf. Il.* II 489 || sed] sed ille *Fabricius* || aerea vox] *cf. Serv. ad georg.* II 42, *Lachm. comment. p.* 399, *L. Muell. ad Lucil. fragm. dub.* VII || 14 ut] aut *FC* || aut quae] utque *F,* aut *om. M* || 15 mersat *R* || 19 DVCTA *RF* || CAMINIS] M. *add. M* || 21 mimos ad ipsis *F* || 22 uadet *H* || 24 raptim] spacium *add. M* || 25 ut *H*

diximus. RECENTI semper fluenti. et dixit hoc propter paludem Stygem.

636. SPARGIT AQVA purgat se: nam impiatus fuerat *vel* aspectu Tartari, *vel auditu scelerum atque poenarum.* et 'spargit', quia se inferis purgat.

638. AMOENA VIRECTA virentia: et est satis usurpativum. 'amoena' autem quae solum amorem praestant, vel, ut supra ⟨V 734⟩ diximus, quasi amunia, hoc est sine fructu, ut Varro et Carminius docent. adludit autem ad insulas fortunatas: nam et sequenti hoc indicat versu.

640. LARGIOR HIC CAMPOS AETHER non nostro largior, sed quam est in cetera inferorum parte. aut re vera largior, si lunarem intellegis circulum: nam, ut supra ⟨V 735⟩ diximus, campi Elysii aut apud inferos sunt, aut in insulis fortunatis, aut in lunari circulo: Lucanus ⟨IX 11⟩ illic postquam se lumine vero induit.

641. SOLEMQVE SVVM sibi congruum, ut fessosque sopor suus occupat artus.

642. PALAESTRIS luctationibus: graece dixit.

643. CONTENDVNT LVDO non odio.

644. CHOREAS 're' corripuit propter metrum, alibi ait secundum naturam, ut ⟨IX 612⟩ iuvat indulgere choreis: ergo aut systolen fecit, aut antithesin, e pro *ει* ponens: nam Graecum est nomen.

645. NEC NON THREICIVS LONGA CVM VESTE SACERDOS Orpheus Calliopes musae et Oeagri fluminis filius fuit, qui primus orgia

---

4 et spargit . . . purgat] cf. Macrob. Sat. III 1, 8 || 7 amoena . . . sine fructu] cf. Isid. or. XIV 8, 33 et diff. verb. 42 || 16 fessosque] georg. IV 190 || 23 Orpheus . . . chordis] exscr. mythogr. III 8, 19 et 20

---

1 diximus] dixit *M* || 3 impiatus] inquinatus *exemplaria impressa praeter Gottingense* || 4 quia] quasi *F* || se] inse inse *H* || 5 purgat] nam superis immolaturi corpus abluunt ut supra (II 719) 'donec me flumine vivo abluero' *add. D* || 6 usurpatum *exemplaria impressa praeter Lionianum* || 7 amoenia *H* || autem] dicuntur *add. M,* sunt *supr. vers. add. s* || 8 ut] ait ut *R* || 9 ludit *FC* || fortunatorum *FC* || 10 versu] uersum *H.* uirecta autem sicut salicta *add. C* || 11 CAMPVS *AC* || AETHER] E. L. V. P. *add. M* || 13 intellegimus *M* || 15 se *om. F* || uero lumine *M* || uero] uiuo *F* || induit] impleuit *C* || induit] homerus campos elysios ad insulas fortunatas esse testatur hisce uersibus *add. D sex versuum spatio relicto. cf. Od.* IV 563 *sqq.* || 16 congruum] grece dixit *add. M* || 17 suos *FC* || 18 *schol. ad v.* 642 *om. FC* || PALESTRIS *libri* || dixit] nam *παλαίειν* luctari dicunt graeci, inde *πάλη* *add. D* || 19 LVDO] inter se ludo *add. D* || 20 re . . . metrum *om. C* || corripitur *F* || preter *H* || alibi . . . choreis] chorias graeci dicunt ideo (ide *C*) iste breuem posuit hic re pro . i. nam alibi longa est ut (XI 224) lustrantque choreis (coreis *C*) uel quia uocalis uocalem sequitur *FC* || 21 choreis] dioregis *H* || 22 facit *AS* || anthyesin *F* || e pro *ει Fabricius*: i pro e *ASRHM* pro. H. e *FC* || ponens] pronens *R.* ut pro *χορεία* posuit *χορέα* id est chorea *add. D* || 24 calliopis *AFC* (*corr. a*) || musae *om. C* || filius et siagri fluminis *F* || siagri *C* || fluminis *om. R* || fuit *om. C*

instituit, primus etiam deprehendit harmoniam, id est circulorum mundanorum sonum, quos novem esse novimus. e quibus summus, quem anastron dicunt, sono caret, item ultimus, qui terrenus est. reliqui septem sunt, quorum sonum deprehendit Orpheus, unde uti septem fingitur chordis. 'longam' autem 'vestem' aut citharoedi habitum dicit, aut longam barbam: nam e contrario inberbes 'investes' vocamus. 'sacerdos' autem, quia et theologus fuit et orgia primus instituit. ipse etiam homines e feris et duris composuit: unde dicitur arbores et saxa movisse, ut diximus supra.

646. OBLOQVITVR NVMERIS dicendo 'obloquitur' chordarum expressit laudem, quas dicit verbis locutas: 'obloqui' enim non est nisi contra loquentem loqui. NVMERIS rhythmis, sonis, ut numeros memini, si verba tenerem. SEPTEM DISCRIMINA quia omnes chordae dissimiliter sonant.

647. IAM nunc. 'hic' autem 'pecten' declinatur, ut 'lien'.

648. HIC GENVS ANTIQVVM quod non omnes viros fortes in Elysio visos esse commemorat, haec ratio est, quia isti divinos meruerunt honores: quod Tydeo vel his, quos supra ⟨479⟩ memoravit, non contigit. nam ideo 'antiquum' addidit, quasi et illis Elysii contingerent campi, si eis annorum non derogata esset vetustas.

649. NATI MELIORIBVS ANNIS plerumque enim hominum virtus decoloratur temporis infelicitate: Cicero ut illa laus temporum, non hominum fuisse videatur.

---

7 quia et . . . movisse] exscr. mythogr. II 44 ‖ 12 numeros] buc. IX 45 ‖ 15 hic . . . declinatur] cf. Prob. inst. art. p. 125, 17 K. ‖ 22 Cicero] in Verr. act. II lib. I 21, 56

---

1 primum etiam *M* ‖ armonian *A* armoniam *reliqui* ‖ 2 novimus] nominus *F* ‖ e *om.* *C* ‖ 3 anostran *F* ‖ dicunt] id est sine astris *add.* *D* ‖ 4 uti septem *M*: ut in VII *ASH* in septimo *R* ait septem *F* septem *C* ‖ 5 citharoedis *AS* (*corr.* *a*) citharaedis *H* ‖ 6 et contrario *F* ‖ 8 ipsi *R* ‖ etiam] enim *H* ‖ e] de *H* ex *a* ‖ duris] mites *add.* *Fabricius* ‖ 9 ut deus sunt *H* (ut d̄. s̄. *i. e.* '*ut diximus supra*' *non recte interpretatus est librarius*). ‖ supra] Horatius (*a. p.* 391) 'siluestres homines sacer interpresque deorum caedibus et uictu foedo deterruit orpheus, dictus ob hoc lenire tigres rapidosque (*sic*) leones *add.* *D* ‖ 11 exprimit *R* ‖ quas] quasi *F* ‖ uerba *R* urbis *F* urbis (e) *C* ‖ locutus *S* locuturas *C* ‖ non *et* nisi *om.* *C* ‖ 12 loqui] non autem 'male dicere' ut alias *add.* *D* ‖ rythmis *Ms*: rythmi *AS* rhithmis *R* rithimis *H* rhythmus *F* rhythinus *C* ‖ sons *H* ‖ 13 quia] ex *H* ‖ 14 omnis *FC* ‖ 15 IAM PECTINE *R* nunc *omittens* ‖ hic *ASRF*: hoc *HMCa* ‖ pecten *om.* *R* ‖ ut lien *ASRH*: ut carmen *CM* carmen *F*. hoc autem pecten declinatur ut lien carmen *vulgo* ‖ 16 omnis *FC* ‖ 17 est *om.* *C* ‖ 18 meruerant *M* ‖ honores meruerunt *FC* ‖ quo *F* ‖ vel] et *R* ‖ commemorauit *FC* ‖ 19 antiquo *R* ‖ 20 elisus *F* ‖ contingere (nt) *A* (nt *add.* *ead. man.*) contigerent *C* non contingerent *vulgo* ‖ campis *F* ‖ si eis annorum] si ab eo sannorum *H* ‖ non *om.* *S* ‖ derogata esset *scripsi*: derogasset *ASRHMF* derogaret *C* ‖ uetestas *F* ‖ 21 hominum uirtus *H*: non hominum uirtus *AM* (non *del.* *a*) non hominum fuisse uideatur uirtus *S* hominum *om.* *RFC* ‖ 23 omnium *H*

650. ILVSQVE ASSARACVSQVE Troiani reges fuerunt. TROIAE DARDANVS AVCTOR hunc in septimo ⟨211⟩ inter deos dicit relatum, ut et numerum divorum altaribus auget. sed, ut diximus supra ⟨134⟩, Homerum sequitur, qui inducit simulacrum Herculis apud inferos visum.

652. DEFIXAE HASTAE subaudis 'inanes', item equos inanes.

653. QVAE GRATIA CVRRVM detraxit unum 'u' licentia, qua Latinitas Graecos secuta genetivo plurali syllabam aut addit aut detrahit. hoc loco detraxit, sicut ⟨I 119⟩ arma virum, contra addidit ⟨VIII 27⟩ alituum pecudumque genus pro 'alitum', sicut Graeci *Μουσάων Ἑλικωνιάδων*.

654. NITENTES pingues: ab eo quod sequitur id quod praecedit intellegis. per omnia autem quae dicturus est intellegendum est 'quae gratia fuit vivis, eadem sequitur tellure repostos'.

657. PAEANA proprie Apollinis laudes, quod nunc congruit propter 'lauri nemus': abusive omnium deorum, sicut orgia proprie Liberi, abusive omnium deorum sacra.

658. ODORATVM pro 'odorum', ut diximus supra ⟨IV 132⟩.

659. VNDE SVPERNE PLVRIMVS ERIDANI PER SILVAM VOLVITVR AMNIS Eridanum Aratus in caelo esse dicit, haud longe a ceto. hic et in terris est, qui in Italia, id est in Venetia, Padus vocatur: quem alii etiam ad inferos volunt tendere, alii nasci apud inferos et exire in terras. ideo autem ista finguntur, quia de Appennini parte oritur, quae spectat inferum mare et tendit usque ad superum. ergo hic sensus est: canebant in locis, unde superne, id est ad superos, plurimus Eridani amnis per silvam volvitur: namque veri simile est, quoniam legimus de Aristaeo omnia sub magna laben-

---

4 Homerum] Od. XI 601 ‖ 11 *Μουσάων*] Hes. theog. 1 ‖ 15 proprie ... sacra] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VIII 224 ‖ 20 Eridanum ... usque ad superum] exscr. mythogr. III 6, 21 ‖ 27 omnia] georg. IV 366

---

2 receptum *F* ‖ 3 auget] a. *C* ‖ dixi *C* ‖ 6 inanes] manes *F* ‖ item ... inanes *om.* *FC* ‖ inanes *om.* *R* ‖ 8 addit] audit *H* ‖ 9 hoc] ut hoc *MFC* ‖ detrahit *H* ‖ contra] alibi *FC* ‖ 10 addidit] addauid *H* addit *C* ‖ ut alituum *FC* ‖ peccudumque *C* ‖ 11 Graeci] uel addunt aut minuunt ut *add.* *M* ‖ musaon eliconia don *A* (a *add.* *a*) musaon eliconiadaon *S* musaon. elicaon. iadaon *R* musaon eliconiadon *H* musaon eliconiadon ꝑ dauon *M* ΜΟΥϹΑωΝ ΕΛΙΧωΝΙΑΔΟΝ musaon licomadon *F* ΜΟΥϹΛωΝ ϵΛΙΧωΝΙΑΔ uim musaon cliconiadon *C* ‖ 12 procedit *C* ‖ 13 omnia] ea *M* ‖ est] hoc *M* ‖ 15 POEANA *MF* ‖ propria apollini *F* ‖ nunc] non *H* ‖ congruit] intellegimus *M* ‖ 16 deorum omnium *HMSa* ‖ 18 hodorum *F* ‖ 19 HERIDANI *ASRH*, *quibus in libris moneo fluminis nomen semper sic scriptum esse, ut ab h littera incipiat* ‖ 20 in caelo esse aratus dicit *R* ‖ caelum *F* ‖ haut *MC* aut *F* ‖ caeto *H* caelo *a* ‖ 21 est] fluuius *add.* *F* ‖ id est] qui *add.* *F* ‖ id est in Venetia *om.* *M* ‖ 24 expectat *F* ‖ infernum *H* ‖ mare *om.* *F* ‖ tenditur *ARHs* ‖ 25 canebat *M* ‖ lucis *AS* ‖ 26 eradiani *M* cridani *C* ‖ 27 quoniam] quia *F*

tia flumina terra spectabat diversa locis. et congrue: nam omnis umor ex terrae nascitur venis. alii Eridanum pro quocumque accipiunt et dicunt κατ' ἐξοχήν dictum: nam legimus fluviorum rex Eridanus. et amant poetae pro appellatione ponere magnae rei proprietatem, ut alibi poculaque inventis Acheloia miscuit uvis. melius tamen est si distinguamus 'unde superne plurimus', unde ad superos plurimus, id est magnus, amnis volvitur per silvam Eridani, id est populos. fabula namque haec est: Eridanus Solis filius fuit. hic a patre inpetrato curru agitare non potuit, et cum eius errore mundus arderet, fulminatus in Italiae fluvium cecidit: et tunc a luce ardoris sui Phaethon appellatus est, et pristinum nomen fluvio dedit: unde mixta haec duo nomina inter Solis filium et fluvium invenimus. postea eius sorores flendo in populos versae sunt, ut in decimo ⟨190⟩ populeas inter frondes umbramque sororum. et hoc Vergilius: nam alii in alias arbores dicunt.

660. HIC MANVS OB PATRIAM PVGNANDO VVLNERA PASSI 'manus', id est multitudo eorum qui ob patriam passi sunt vulnera: et est figurate dictum. sane animadvertendum illud quod ait Horatius in arte poetica ⟨334⟩ et simul et iucunda et idonea dicere vitae: nullam enim maiores nostri artem esse voluerunt, quae non aliquid reipublicae commodaret. unde Vergilius hoc per transitum facit: nam dicendo puniri patriae venditores, contra praemia defensoribus solvi, nihil aliud nisi fugienda vitia et sectandas docet esse virtutes.

661. SACERDOTES CASTI DVM VITA MANEBAT quasi quis castus possit esse post mortem. sed aliud dicit, id est, qui fuerunt casti dum in communione vitae versarentur. nam hi qui maxima sacra accipiebant, renuntiabant omnibus rebus, nec ulla in his nisi numinum cura remanebat. herbis etiam quibusdam emasculabantur, unde

---

3 fluviorum] georg. I 482 ‖ 5 alibi] georg. I 9 ‖ 8 Eridanus . . . versae sunt] exscr. mythogr. I 118

---

1 terras *ASH* ‖ 3 catexochen *libri, nisi quod* per catexochen *M* ‖ 4 ponere *om. C* ‖ 5 poculaque] fluminaque *M* ‖ 6 si] *om. AS*, ut *V Burmanni* ‖ 7 unde ad superos plurimus *om. M* ‖ 8 meridiani *C* ‖ heridus *AS* (heridanus *a*) ‖ 9 imperato *H* (*corr. h*) inperato *C* perpatrato *F*. impetratum currum *Stephanus* ‖ 11 phoechon *R* ‖ 12 numen *S* (*corr. s*) ‖ numina *FC* ‖ et inter *F* ‖ 14 in decimo *om. FC* ‖ 17 op patriam *H* ‖ 18 aduertendum *H* anima aduertendum *C* ‖ 19 et] aut *Horatius* ‖ simil *C* ‖ et *om. H* ‖ iocunda *ASRHF* ‖ 21 uergilius *C* ‖ hoc *om. C* ‖ 22 contra *om. C* ‖ 23 nihil] enim *add. M, quo deleto* itique *superscr. m.* nihil utique *D* ‖ aliud nisi] aliud est in *R* ‖ esse docet *C* ‖ docet *om. M* ‖ 24 virtutes] ubi ueram fortitudinis diffinitionem expressit, quom utilitate publica suscipiatur fortitudo, uidelicet 'ob patriam'. et locum fortitudinis expressit cum dixit 'pugnando', quia fortitudo est rerum magnarum et terribilium inuasio *add. D* ‖ 25 DVM VITA . . . casti dum *om. F* ‖ qui *AS* ‖ castus[non] posset *R*

iam coire nec poterant. dicit ergo eos sacerdotes, qui casti fuerunt etiam ante sacra suscepta.

662. PII VATES vaticinantes, *non mendaces.* PHOEBO DIGNA LOCVTI veridici, qui talia loquebantur, qualia decebat Apollinem. multi enim mentiebantur, ut in Lucano Phoebas, ad quam Appius Claudius ⟨V 158⟩ et nobis dabis inproba poenas et superis quos fingis ait.

663. INVENTAS AVT QVI VITAM EXCOLVERE PER ARTES qui erudierunt et ornaverunt vitam per inventa artificia. significat autem philosophos, *qui aliquid excogitaverunt, unde vita coleretur.*

664. QVIQVE SVI MEMORES ALIQVOS FECERE MERENDO et qui aliquos sui memores fecere praestando, ut ⟨IV 334⟩ numquam regina negabo promeritam, id est praestitisse. Terentius ego, Charine, neutiquam *officium* liberi esse hominis puto, cum is nihil mereat, postulare id gratiae poni sibi.

665. NIVEA CINGVNTVR TEMPORA per quod eos ostendit meruisse divinos honores, ut diximus supra ⟨648⟩.

667. MVSAEVM ANTE OMNES theologus fuit iste post Orpheum. et sunt variae de hoc opiniones: nam eum alii Lunae filium, alii Orphei volunt, cuius eum constat fuisse discipulum: nam ad ipsum primum carmen scripsit, quod appellatur crater.

668. VMERIS EXTANTEM quasi philosophum, ac si diceret Platonem: adludit enim poeta. namque Plato ab umerorum dictus est latitudine. athleta enim fuit, qui post omnium victoriam se philosophiae dedit.

669. TVQVE OPTIME VATES quia theologus fuit. et sciendum hoc loco Sibyllam iam a numine derelictam; unde et interrogat, quod alias non faceret.

---

13 Terentius] Andr. II 1, 30 cf. Don. ad hunc vers. et ad eun. III 2, 5

---

1 iam] etiam *F* ‖ nec poterant coire *FC* ‖ nec] non *RM* ‖ fuerant *F* ‖ 4 ueredica *R* aut ueridič *F* ‖ decebat *ASM*: decebant *R* dicebant *H* dicebat *FC* ‖ 5 ut in *om. H* ‖ 6 dabit *AS* ‖ 9 erudiuerunt *C* ‖ 11 QVIPPE SVI *H* ‖ ALIQVOS *Servius legisse videtur propter ea quae sequuntur* A. *AC* ALIOS *HM*, *e reliquis nihil enotavi* ‖ 12 sui memores aliquos *M* ‖ praestantes *F* ‖ praestando] id est beneficium dando reliquerunt sui apud quosdam memoriam *add. Masvicius* ‖ numquam] neque *H* ‖ numquam regina] etiam regina quam *C* ‖ 13 permeritam *S* ‖ id est praeterisse *F* ‖ 14 carine *HMFC* ‖ homines *A* ‖ puta *R* ‖ cum his *RF* eum his *H* ‖ 15 mereat *libri* promereat *vulgo* ‖ poni *ASHM*: pone *R* possui *F* p. *C* apponi *vulgo* ‖ 16 eos *om. C* ‖ 18 OMNIS *FC* ‖ musaeus theologus *M* ‖ iste *om. MC* ‖ 19 de hoc uariae *FC* ‖ hac *AS* (*corr. a*) ‖ eum] cum *R* ‖ Lunae] endymionis *add. F* Lini *Fabricius* ‖ 20 orphi *H* orfeum *FC* ‖ discipulum fuisse constat *M* ‖ 21 quod crater/// appellauit *M* (cratera *fuit*) *cf. Lobeck Aglaoph. p.* 375 *sq.* ‖ 24 latitudine] quam graeci πλάτος uocant *add. D* ‖ omnem *C* ‖ se *om. F* ‖ 28 faceret] facere *F*. quod ponitur pro ratione quod casus declinatione caret *add. M* (*del. m*). *cf. ad pag.* 94, 7

670. QVAE REGIO ANCHISEN, QVIS HABET LOCVS? bene et generalitatem requirit et speciem, quo possit facilius invenire: nam locus in regione est. ILLIVS ERGO propter illum, *vel causa illius.* 'ergo' autem coniunctio fuit, sed per accentus mutationem in adverbium transiit: et est sola particula, quae habet in fine circumflexum. multi male putant nomen esse indeclinabile, et dicunt positum esse pro 'causa'. 'causa' autem nomen est, quod ponitur pro 'ratione': qui casus declinatione caret.

671. MAGNOS AMNES aut magna fluenta: aut quia novem sunt, quae odiosum fuerat commemorare per singula.

673. NVLLI CERTA DOMVS id est habitatio, quam animae tamdiu certam habent, quamdiu in corporibus sunt: post quorum solutionem vagantur pro vitae merito in circulis. LVCIS HABITAMVS OPACIS varia dicit, quae pro vitae varietate contingunt. in his autem locis heroum animae coluntur.

674. RECENTIA virentia, rivorum scilicet causa.

676. IVGVM ita enim dividuntur montes: in radices, latera, iuga, vertices pro locorum qualitate.

678. SVMMA CACVMINA LINQVVNT non 'linquit'; hoc enim dicit: Aeneas et Sibylla perducti ad summum, in plana descendunt.

679. PENITVS CONVALLE VIRENTI valde virenti, ut ⟨I 200⟩ penitusque sonantis accestis scopulos.

680. INCLVSAS ANIMAS non re vera inclusas, sed a multitudine separatas, quo facilius agnoscerentur.

681. LVSTRABAT STVDIO RECOLENS circumibat studiose retractans. 'inclusas' autem aut segregatas, aut secundum antiquum ritum. multitudinem enim si numerare non poterant, eam in locum

---

3 ERGO causa illius] cf. Non. p. 107, 15 || ergo autem e. q. s.] cf. F. Schoell de acc. ling. lat. p. 127 sq. et p. 132 sqq.

---

1 ad generalitatem *S* || 2 quo] quod *H* q: *F* || inueniri *M* || 5 transiit *AFC*: transisiit *S* transit *RHM* || sola *om. H* || in fine *om. C* || 6 et nomen *F* || et *om. F* || *post* esse *octo fere litterae radendo deletae sunt in M* || 7 nomen est] ut graece dicitur ἐκείνου (χάριν *Fabricius*) ἕνεκα *add. D* || quod . . . caret *om. MD, in marg. ita suppl. m, ut* quod *pro* qui *scripserit* || oratione *A* || 9 fluente *H* fluentia *FC* || aut *om. M* || octo *R* VIII. *H* noua *F* || 10 quae hodiosa (odiosa *C*) fuerant *FC* || per singula commemorare *M* || 11 NVLLIS *H* || 12 absolutionem *RHM* || 14 OPACIS] R. Q. E. T. P. R. R. *add. M* || quae] quia *R* || 15 heroum] hum *C* || 16 uerentia *C* || uirorum *H* || 18 pro qualitate locorum *M* || 19 linquit *ASM*: linquunt *RH* linquid *F* liquit *C* || 22 sonantes *H* || 23 inclusas . . . studiose retractans *om. S* || inclusas *om. C* || sed separatas a multitudine *M* || a *om. H* || 24 separatus *C* || agnoscerem/// *H* || 25 circuibat *AF* cuibat *C* || retractans *RM*: tractans *AFC* sedractans *H* tractabat *G* || 26 antiquorum *R* || 27 eam in certum locum per partes includebant et ita ex unius *e. q. s. M*

certum includebant per partes, et ex unius numero quanta esset videbant. quod Xerxes de suo fecit exercitu.

682. CAROSQVE NEPOTES posteros: sicut per nurus feminas dicunt.

683. FATAQVE FORTVNASQVE VIRVM felicitas enim aut fatalis est, aut fortuita, aut ex virtute descendit.

685. ALACRIS ipse alacris. et sciendum antiquos et 'alacris' et 'alacer', et 'acris' et 'acer' tam de masculino quam de feminino genere dixisse. nunc masculino utrumque damus, de feminino 'alacer' et 'acer' numquam dicimus, licet Ennius dixerit aestatem autumnus (sequitur), post acer hiemps it: nam inde est 'alacer'.

686. GENIS palpebris: Ennius de dormiente inprimitque genae genam. EXCIDIT ORE quasi seni: quod circa Anchisen reservat, ut ⟨II 658⟩ tantumque nefas patrio excidit ore.

687. VENISTI TANDEM hoc ad adfectum pertinet desiderantis: alias oritur quaestio quod dicit ⟨690⟩ 'sic equidem ducebam animo'. EXPECTATA probata, ut ⟨VIII 151⟩ et rebus spectata iuventus. hoc autem dicit: tua pietas mihi semper probata, nunc etiam 'iter durum' vicit, scilicet inferorum.

689. ET NOTAS AVDIRE ET REDDERE VOCES *id est* familiariter loqui.

690. REBARQVE FVTVRVM arbitrabar, ratiocinabar esse venturum: per quod intellegimus fataliter Aenean ad inferos descendisse. non enim nisi fatalia deprehenduntur.

691. NEC ME MEA CVRA FEFELLIT nec decepit me dulcissimus filius: nam vocativus est 'mea cura', id est tu. et dictum est sicut ⟨X 132⟩ Veneris iustissima cura.

692. QVAS EGO TE TERRAS ET QVANTA PER AEQVORA VECTVM patrie eius ingemit casibus.

---

7 et sciendum e. q. s.] cf. [Sergii] explan. in Don. p. 491, 26 K. ‖ 10 Ennius] ann. v. 406 ap. Vahl. ‖ 12 Ennius] tragoed. v. 397 ap. Ribb., v. 436 ap. Vahl.

---

1 esse *AS* (*corr. a*) ‖ 2 Xerxes] et xerses *M* exerses *F* xerses *C* ‖ et exercitu *C* ‖ 3 sic *H* sicū *C* ‖ 6 descendens *F* ‖ 7 ALACRES *F* ‖ antiquos] quos *R* ‖ et alacris et acris et acer et alacer *FC* ‖ 8 et acris et acer *om. M* ‖ acris] ceteris *H* ‖ de *ante* feminino *om. MC* ‖ 10 et acer *om. M* numquam alacer *exhibens* ‖ auttumn: *H* ‖ 11 sequitur *e Prisciano* V 17 (I *p.* 153, 10 *H.*) *addidi* ‖ hiems *ASRH* ‖ it *ASM*: sit *reliqui* fit *Fabricius* ‖ 12 inprimit *M* ‖ genae] rene *H* genaeque *M* ‖ 13 seruat *A* (reseruat *a*) ‖ 15 ad *om. H* ‖ pernet *C* ‖ 19 durum iter *M* ‖ 21 loqui familiariter *M* ‖ 22 rationabar *AR* (*corr. a*) ‖ venturum *om. R* ‖ 23 per quod] et per hoc *M* ‖ fatalittaer *C* ‖ 25 decipit *R* (*corr. r*) ‖ 26 id est *om. F* ‖ tu *om. C* ‖ et dictum] edictum *H* ut dictum *C* ‖ est *om. F* ‖ 28 TE *om. HC* ‖ VECTVM pietatis magnitudo ostenditur (ostendit *cod.*) quom pater *e. q. s. D* ‖ 29 patrie *C*: patriae *ASRF* patria *H* patriae nam *M* ‖ ingemi *F* ‖ casus *FC*

694. LIBYAE TIBI REGNA NOCERENT aut quia de Iunone ait Venus ⟨I 672⟩ haud tanto cessabit cardine rerum: aut, quod est melius, illud dicit: timui ne, dum apud regna Carthaginis voluptatibus vacas, imperium fatale derelinqueres.

695. TRISTIS IMAGO severa, terribilis, ut supra ⟨IV 353⟩ et turbida terret imago.

696. SAEPIVS OCCVRRENS κατὰ τὸ σιωπώμενον saepius ei dictum intellegimus: aut certe, egit me tua imago ad haec tendere limina, quam saepe videre consuevi.

697. STANT SALE TYRRHENO CLASSES adfectionis est filii etiam ea indicare, de quibus non interrogatur.

699. LARGO FLETV nato ex gaudio.

700. TER saepius: finitus pro infinito.

703. INTEREA VIDET AENEAS hirmos est hoc loco, id est unus sensus protentus per multos versus: in quo tractat de Platonis dogmate, quod in Phaedone positum est περὶ ψυχῆς, de quo in georgicis ⟨IV 219⟩ strictim, hic latius loquitur. de qua re etiam Varro in primo divinarum plenissime tractavit. hoc autem continet: Aeneas dum per inferos pergeret, respexit fluvium quendam loci remotioris, ad quem innumera multitudo tendebat animarum. interrogavit patrem qui esset fluvius, vel qua ratione ad eum pergerent animae. pater ait: Lethaeus est; pergunt autem, ut potent et oblivionem patiantur, ut incipiant in corpora velle remeare. stupefactus Aeneas interrogat: dic pater, et animae, quae propter praeteritam vitam tot supplicia pertulerunt, possunt habere votum revertendi

19 Aeneas . . . obscuritatem] exscr. mythogr. I 201

1 ait] ut ait *AS* ‖ 2 haut *AH* ///aut *S* aut *FC* ‖ cessauit *FC* ‖ 3 illut *C* ‖ apud] ad *C* ‖ 4 uacabas *RM* ‖ fatare *FC* ‖ derelinqueres] unde per transitum insinuat quod (quid *cod.*) intelligatur aeneam in africa (africam *cod.*) apud didonem diuertisse quom utrumque constet diuersis aetatibus fuisse *add. D* ‖ 5 et] te *FC* ‖ 6 turbila *M* ‖ 7 cata to siopomenon *vel* cata to siopumenon *libri* ‖ ei *om AS* ‖ 9 quae *R* (quam *r*) ‖ consueui *om. C* ‖ filii] filio *R*, consueuit *add. FC* ‖ 11 interrogatus *H* ‖ 12 ex] et *H* ‖ 13 finitum *M* finito *C* pro infinito *omittens* ‖ infinitiuo *F* ‖ infinito] est autem locus iste ex homero (*Od.* XI, 204) ὣς ἔφατ᾽ . . . κηρόθι μᾶλλον *add. D* ‖ 14 unus] unus est *S* ‖ 16 phedone *AR* fedone *HMC* (fedrone *m*) foedone *F* ‖ ΠΕΡΙ ΨΥΧΗϹ *S a in lacuna* ΠΕΡΥ ΨΥΧΗϹ *R* ΠΡΙΥΥΧΗϹ *H* ΠΕΡΥΥΧΗϹ *M* peri psices *FC* ‖ 18 plenissimo *C* ‖ 19 perget *H* ‖ 20 animarum tendebat *M* ‖ 21 qui *AMF*: qu[i]ẹ *S* quis *RHC* ‖ tenderent *M* (t. pergerent *superscr. m*) ‖ 22 loethaeus *R* loetheus *H* laethaeus *F* leth[u]es *C* ‖ potent et] potantes *FC* ‖ 23 patiuntur *F* paciantur *C* ‖ [et]ut incipiant *A* (et *superscr. a*) et incipiant *Stephanus et Daniel* ‖ in *om. AS, supr. vers. add. a*, ad *superscr. s* ‖ 24 [si]et *A* (si *superscr. a*). et *om. exemplaria impressa.* an animae *Gerh. Vossius* ‖ propter] pater *H* per *vulgo* ‖ 25 supplitia *F* subplicia *C* ‖ pertulerint *M* (*corr. m*) ‖ possunt *om. R, supr. vers. add. r.*

in corpora? non est verisimile, liberatas de corporis carcere ad eius nexum reverti. suscepta narratione haec Anchises exsequitur: primo debere fieri ut redeant, deinde posse, deinde velle. quae quoniam obscura sunt, aliis subdivisionibus innotescunt. quid est debere? cuncta animalia a deo originem ducunt. quae quia nasci cernimus, revertuntur sine dubio: nam unde cuncta procreantur? deinde posse sic probat: quia inmortales sunt animae, et sunt quae possunt reverti. tertium est utrum velint: quod dicit fieri per Lethaeum fluvium. et hoc est quod dicturus est, sed incidentes quaestiones faciunt obscuritatem.

704. VIRGVLTA SONANTIA SILVAE quae est iuxta praeripia fluminis.

705. DOMOS PLACIDAS campos Elysios. PRAENATAT praeterfluit. et contrarie dictum est: nam non natant aquae, sed nos in ipsis natamus. Ennium igitur secutus est, qui ait fluctusque natantes. sane de hoc fluvio quaeritur a prudentioribus, utrum de illis novem sit, qui ambiunt inferos, an praeter novem. et datur intellegi quod ab illis novem, qui ambiunt inferos, separatus sit: namque volunt eum esse imaginem senectutis. nam animae nostrae vigent et alacres sunt et plenae memoria a pueritia usque ad virentem senectam, postea in nimia senectute omnis memoria labitur: qua lapsa mors intervenit, et animae in aliud corpus revertuntur. unde fingunt poetae animas Lethaeo hausto in corpus redire. ergo Lethaeus est oblivio, morti semper vicina.

706. GENTES POPVLIQVE innumerarum gentium et populorum animae.

708. FLORIBVS INSIDVNT 'insido illi rei', ut ⟨I 719⟩ insidat quantus miserae deus. 'insisto' autem 'illam rem', ut ⟨563⟩ nulli fas casto sceleratum insistere limen.

---

15 Ennium] ann. v. 584 ap. Vahl. || 16 sane de hoc fluvio e. q. s.] exscr. mythogr. I 201 et III 6, 7

---

3 inde posse *FC* || [deinde]uelle *M* (deinde *add. m*) dein uelle *C* || quae] quaeque *C* || 4 diuisionibus *M* subdefinitionibus *FC* || innotescant *R* || quid est] quidem *AS* id est *C* || 5 animalia cuncta *F* || 6 nam unde *SFCH* nam inde *RM* nam *om. A et exemplaria impressa* || 7 mortales *M* || et quae sunt *G. Vossius* || 8 nossunt *F* || tertius *F* dertium *C* || loetheum *R* loethaeum *H* letheum *M* ledeum *C* || 11 praeripia *ASRMC*: praeripa *F* peria ‡ p̄ripita pia *H* praerupta *exemplaria impressa praeter Lionianum. cf. Gronovii observ.* I 20 *p.* 155 || 13 DOMVS *C* || PERNATAT *S* || propter fluit *R* (*corr. r*) || 14 contraria *C* || est *om. C* || sed nos ipsi natamus *A* sed nos in ipsi (ipsis *r*) natamus *R* || 15 flutusque *C* || 17 sint *S* || 18 ab *om. H* || novem . . . inferos *om. FC* || sit] est *M* || 20 memoriae *H* || ad *om. H* || 22 recurrunt *M* || 23 haustu *F* haustum *C* || 24 vicina] letheum autem ἀπὸ τῆς λήθης id est ab obliuione dici constat *add. D* || 27 ut *om. C* || insidat *ASHMC*: insidiat *RF*

709. CIRCVM LILIA FVNDVNTVR *hoc est circumfunduntur* circum flores. *'lilia' autem pro quibuslibet floribus,* speciem pro genere posuit.

711. FLVMINA PORRO longe remota: et est Graecum adverbium. bene autem Aenean longe a Lethaeo facit, quia adhuc iuvenis est.

712. AGMINE cursu, impetu: per quod ostendit cito iri ad senectam, quia tota celeritate usus labitur vitae.

713. ANIMAE QVIBVS ALTERA FATO CORPORA DEBENTVR sciendum non omnes animas ad corpora reverti: aliquae enim propter vitae merita non redeunt; aliquae redeunt propter malam vitam, aliquae propter fati necessitatem.

714. LETHAEI AD FLVMINIS VNDAM si anima aeterna est et summi spiritus pars, qua ratione in corpore non totum videt, nec est tantae *prudentiae tantaeque* vivacitatis, ut omnia possit agnoscere? quia cum coeperit in corpus descendere, potat stultitiam et oblivionem, unde non potest implere vim numinis sui post naturae suae oblivionem. obliviscitur autem secundum poetas praeteritorum, secundum philosophos futuri: unde medium tenuit dicendo 'oblivia'. docent autem philosophi, anima descendens quid per singulos circulos perdat: unde etiam mathematici fingunt, quod singulorum numinum potestatibus corpus et anima nostra conexa sunt ea ratione, quia cum descendunt animae trahunt secum torporem Saturni, Martis iracundiam, libidinem Veneris, Mercurii lucri cupiditatem, Iovis regni desiderium: quae res faciunt perturbationem animabus, ne possint uti vigore suo et viribus propriis.

715. SECVROS LATICES qui securos faciunt, ut morbos pallidos dicimus, quod pallidos faciunt.

---

7 sciendum . . . necessitatem] exscr. mythogr. III 6, 12 || 11 si anima . . . viribus propriis] exscr. mythogr. III 6, 16 et 8

---

1 CIRCVM *om. libri* || circum flores *om. F* || circum *om. RM* || flores] floris *ASRH* flores sparguntur *M. ceterum duo scholia parum apte conglutinata sunt. Servii sunt* circum flores: speciem pro genere posuit, *alterius interpretis haec* hoc est circumfunduntur. 'lilia' autem pro quibuslibet floribus. || 3 longo *R* || adverbium] scilicet πόῤῥω *add. Fabricius* || 4 longe] longere *C. fortasse* longe
i
remotum || a] ad *F* || fatit *C* || 5 per *om. R* || 8 alique *C* || enim *om. R* || 9 non redeant *H* || aliquae] aliqu *in ras. a* || redeunt . . . necessitatem] propter fati necessitatem aliquae propter malam uitam redeunt *R* || 11 et *om. C* || 12 non totum] notum *A* (*corr. a*) || 13 tantae *om. AS* (*supr. vers. add. a*) || prudentiae tantaeque *hab. CM* || vivacitatis] inuatitatis *H* || 14 putat *HC* || 15 vim] cum *H* culmen *Masvicius* || post] propter *Masvicius et Burmannus* || 18 anima ad ima descendens *D.* ad ima *edidit Stephanus* || 19 unde etiam disputantes de ratione mathematici *D* || mahtiti *C* (mathematici *superscr. man. rec.*) || 20 nomenum *H* nimium *C* || 21 tradunt *F* || 22 mercuri *AC* (mercurii *a*) || 23 perturbationem . . . propriis *om. F* || 24 possint] possunt *R* possim tibi *H* || uti vigore] ut a uigore *S* || 25 securi *H* || faciunt] id est sine cura id est ἀφροντίστους *add. Fabricius* || pallidos morbos *M* morbus pallidus *F* || 26 quod] qui *M*

717. IAMPRIDEM ex quo ait ⟨V 737⟩ tunc genus omne tuum et quae dentur moenia disces.

719. O PATER nova brevitas: nam dicendo 'o pater' qui loquatur ostenditur. AD CAELVM HINC IRE PVTANDVM EST miscet philosophiae figmenta poetica et ostendit tam quod est vulgare, quam quod continet veritas et ratio naturalis. nam secundum poetas hoc dicit: credendum est animas ab inferis reverti posse ad corpora? ut 'caelum' superos intellegamus, id est nostram vitam. secundum philosophos vero hoc dicit: credendum est animas corporis contagione pollutas ad caelum reverti?

720. SVBLIMES ANIMAS non omnes, sed sublimium. TARDA REVERTI CORPORA animae comparatione, qua velocius nihil est: uno enim momento potest universa discurrere.

721. QVAE LVCIS MISERIS TAM DIRA CVPIDO ut id desiderent, propter quod se sciunt poenas dedisse, scilicet vitam.

722. SVSPENSVM sollicitum, incertum, ut ⟨III 372⟩ multo suspensum numine ducit.

723. SVSCIPIT ANCHISES ATQVE ORDINE SINGVLA PANDIT hysteroproteron: post hunc enim versum sequi debuit 'dicam equidem nec te suspensum, nate, tenebo'.

724. PRINCIPIO CAELVM AC TERRAS CAMPOSQVE LIQVENTES interrogatus Anchises, quare animae velint reverti ad corpora, quasi aliud dicit, tamen illuc recurrit. quod graece *τὸ πᾶν* dicitur, id est omne quod est, quattuor sunt elementa, terra aqua aër aether, et deus. praeter haec nihil est aliud: et hoc mundum non possumus dicere, nam mundus non est totum. ergo deus est quidam spiritus divinus, qui per quattuor infusus elementa gignit universa. igitur si de elementis et deo nascuntur omnia, unam originem habent et par est natura omnium. sed videamus, quid in nobis est a deo et quid a quattuor elementis? quantum datur intellegi, ab

16 sollicitum . . . ducit] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. III 107 || 23 quod Graece *τὸ πᾶν* dicitur e. q. s.] exscr. mythogr. III 6, 10 sqq.

1 ait *om. F* || tunc] tantum *F* || 3 *scholia ad v.* 719 *et* 720 *in Floriacensi euanuerunt* || O *om. M* || nova] nota *M* || o pater *M*: pater *reliqui* || loquatur] *om. H*, loquitur *M* || 5 et *om. AS* (*supr. vers. add. a*) || tam] tamen *S* || 8 nostra uita *H* || 10 pollutas] non pollutas *H* || 12 uno enim momento cuncta discurrit *M* || 15 se sciunt *ASMFC*: sentiunt *RH* se sentiunt *vulgo* || poenas] apud inferos dum purgantur *add. Fabricius* || uitae *FC* || 17 nomine *H* || 18 SVSPICIT *H* || 19 post *om. R* || uersus *R* || 20 suspensus *H* || 22 Ideo interrogatus *H* || uelint *ex* uelunt *H* uelunt *F* || ad corpora *om. M*, *supr. vers. add. m* || 23 illic *C* || currit *M* (recurrit *m*) || topan *AH* || 24 aer aqua *ASH* || 25 deus pater *M* || 27 diuinus spiritus *M* || infusus] est *add. R* || 28 omnia] uniuersa *R* || 29 est] sit *M*

elementis habemus corpus, a deo animum: quod ideo probatur, quia est in corpore terra, umor, anhelitus, calor, quae omnia videntur, sicut etiam elementa, animus invisibilis est, sicut etiam deus, unde originem ducit. illa praeterea inrationabilia sunt, sicut corpus: contra deus habet consilium, sicut etiam animus. deinde elementa (cum) mutantur, quod est eorum proprium, (pereunt), sicut etiam corpus, quod inde originem ducit: contra deum non perire manifestum est. ergo nec animus perit, qui inde originem ducit: nam pars semper sequitur genus. huc igitur tetendit primam intentionem suam, ut animos inmortales doceret. sed occurrit illud: si inmortales sunt et unum habent principium, qua ratione non omnia animalia sentimus similiter? et dicit non esse in animis dissimilitudinem, sed in corporibus, quae prout fuerint vel vivacia vel torpentia, ita et animos faciunt. quod potest etiam in uno eodemque animalis corpore probari. in sano enim corpore alia est vivacitas mentis, in aegro pigrior, in satis invalido etiam ratione carens, ut in phreneticis cernimus: adeo cum ad corpus venerit, non natura sua utitur, sed ex eius qualitate mutatur. inde Afros versipelles, Graecos leves, Gallos pigrioris videmus ingenii: quod natura climatum facit, sicut Ptolomaeus deprehendit, qui dicit translatum ad

---

1 animam *F* ‖ quod ideo . . . omnia videntur *post* sicut etiam elementa *hab. H* ‖ quia] quod *H* quia quod *Stephanus et Daniel* ‖ 2 humor *libri* ‖*quae etiam omnia uidentur sicut elementa *M* (etiam *delevit et post* sicut *supr. vers. adscripsit m*) ‖ 3 sicut etiam elementa *om. AS* ‖ elementa ... sicut etiam *om. F* ‖ anima *C* ‖ 4 illa] et helem̃ *F* et elementa *G* ‖ 5 deinde elementa mutantur quod est eorum proprie *ASRH, nisi quod* propriae *R* propria *H.* deinde elementa mutantur quod est eorum proprie perire *M* (proprie *del. m*). deinde elementa mutari uidemus quorum perire mutari est *FGC Stephanus Daniel Fabricius, nisi quod* mutantur *Fabricius.* deinde elementa perire putantur, quod est eorum proprium *mythographus.* cum *et* pereunt *inserui. cf. Seneca natur. quaest.* III 10, 3 '*omnium elementorum in alternum recursus sunt. quicquid alteri perit, in alterum transit*' *e. q. s. et Isid. orig.* XIII 3, 2 '*nam sic ea* (*scil. elementa*) *inter se naturali quadam ratione iuncta dicuntur, modo originem ab igni repetentes usque ad terram modo a terra usque ad ignem, ut ignis quidem in aera desinat, aer in aquam densetur, aqua in terram crassescat, rursusque terra diluatur in aquam, aqua rarescat in aera, aer in ignem extenuetur*'. ‖ 6 sicut] sic *R* ‖ 8 nec anima *FG* ‖ qui] quia *FGC* ‖ nam semper pars genus sequitur *M* | 10 animas *M* ‖ diceret *H et man. rec. in F* ‖ 12 sentiunt *M* ‖ 13 ut pro *FG* ‖ uiuatia *RF* ‖ 14 ita] tales *FGC* ‖ eodem *FG* ‖ 15 animalis *omittunt exemplaria impressa praeter Gottingense* ‖ conprobari *M* ‖ alia] expedita *mythographus. sed haud scio an librorum memoria ita defendi possit ut Servium haec scribere voluisse dicamus* in sano enim corpore alia est vivacitas mentis atque in aegro in quo est pigrior *eumque ordinem ab ipso relictum esse. olim* non alia *i. e. sana, integra scribendum esse conieci* ‖ 16 prigior *H* pigriori *C* ‖ in satis invalido etiam *ASRHM mythographus*: insanis inualitudo etiam *FG* in insanis inualitudo etiam *C* insanis invalida et *vel* etiam *vel* et etiam *exemplaria impressa* ‖ 17 adeo cum] ideo *FG* ‖ 18 sua *om. C* ‖ 19 pigriores *H* ‖ videmus *om. R* ‖ ingenii uidemus *M* ‖ natura climatum] nature damnatum *FG* ‖ 20 ptolomeus *AHMFG* ptholomeus *R* ptholemeus *C e Sangallensi Hagenus nihil enotavit* ‖ ad] in *FG*

aliud clima hominem naturam ex parte mutare; de toto enim non potest, quia in principio accepit sortem corporis sui. ergo anima pro qualitate est corporis. et qua ratione res melior est in potestate deterioris? atqui divinus animus debuit corpus habere in potestate, non mortale corpus naturam animi corrumpere. sed hoc ideo fit, quia plus est quod continet, quam quod continetur. ut si leonem includas in caveam, inpeditus vim suam non perdit, sed exercere non potest, ita animus non transit in vitia corporis, sed eius coniunctione inpeditur nec exercet vim suam. occurrit illud: omne quod corrumpitur aeternum non est. si animus insanit irascitur desiderat timet, caret aeternitate, cui sunt ista contraria: nam passio aeternitatem resolvit. quod ideo falsum esse dicimus, quia animus per se nihil patitur, sed laborat ex corporis coniunctione, et aliud est per suam naturam corrumpi, aliud per contrarium rei alterius. videmus enim tale aliquid, ut in lucerna, quae per se clara est et locum, in quo est, sine dubio inluminat, sed si qua re tecta fuerit et inclusa, non perdit splendorem proprium, qui in ea est — remoto namque inpedimento apparet — nec tamen quia inpeditus est eius vigor, ideo etiam corruptus. ita ergo et animus quamdiu est in corpore, patitur eius contagiones: simul atque deposuerit corpus, recipit suum vigorem et natura utitur propria. si ergo recipit naturam *suam*, quare poenas apud inferos patitur? ideo quia res, quae simul diu fuit, non potest deposita ipsa re, statim ad suum nitorem reverti. ut si speciem candidam missam in lutum polluas et eam statim auferas, non idcirco sordibus caret, sed ablutionem requirit, ut in pristinum nitorem possit redire: sic anima ex eo quod datur corpori inquinata, etiam si corpus deponat, necesse habet purgari. si ergo purgantur et recipiunt naturam suam, cur

---

1 alium climma *C* ‖ 3 sed qua ratione *Gerh. Vossius* ‖ qua] antiqua qua *S* (antiqua *del. s*) ‖ 4 atqui *ASC*: autqui *R* a//tqui *H* at////qui *M* (*duae litterae deletae sunt*) autqui *F* utqui *G* ‖ 5 corpus mortale *M, qui* naturam . . . corrumpere *omittit* ‖ anima (i *supra*) naturam *R* ‖ hoc] haec *FG* ‖ 6 fit] fuit *G* ‖ 7 inpeditus] impetum et *FG* ‖ 8 sed ex eius *RF* ‖ 9 coniunctionem *R* coniunctionem *F* iunctione *G* ‖ impeditus *RC* inpeditus *M* peditus *F* perditur *G* ‖ nec] non *M* ‖ 10 conrumpitur *FC* ‖ 12 resoluet *AS* resolu///it *H* (resoluant *fuisse videtur*) ‖ 13 nihil per se *MFG* ‖ et *om. ASRH* ‖ 14 contrarium *ASRH mythographus*: contactum *MFG* contractum *C* ‖ 15 uidimus *FG* ‖ ut *om. G et mythographus, fortasse recte* ‖ ut . . . est] ut lucerna per se clara est *M* ‖ 16 si qua re] qui recte *H* ‖ 18 apparent *FGC* ‖ 19 ita *om. M* ‖ 20 in hoc corpore *C* ‖ contagione (cum *supra*) *SH* coniugationem *C* ‖ simul atque] at cum *A mythographus* simul atque *S* simul atquam *FG* ‖ 21 recepit *FGC* ‖ 22 recepit *FGC* ‖ suam *hab. C, edidit Stephanus* ‖ *fort.* ideo quia res non potest deposita ipsa re, quae simul diu fuit, statim *e. q. s.* ‖ 23 ipsa *om. H* ‖ 24 ad suam originem (✝ vigorem *supra*) *M* (✝ vigorem *m*) ‖ reuerti nitorem *R* ‖ speciem] margaritam *mythographus*

volunt reverti? quia potant, inquit, oblivia. etiam est illud ambiguum: aut ut praeteritarum obliviscantur poenarum, aut certe ut ignarae futuri habeant desiderium redeundi in corpora, quod sine passione non fit: nam animus in quo est passio, meretur reverti. CAELVM pro aëre et aethere posuit, ut ⟨I 133⟩ iam caelum terramque. CAMPOSQVE LIQVENTES id est maria.

725. LVCENTEMQVE GLOBVM LVNAE ideo usus est participio, ut ostendat eam suum lumen non habere: nam 'lucens' est quod aliunde inluminatur, 'lucibile' quod per se lucet, ut 'patulum' quod semper patet, 'patens' quod et aperitur et clauditur, ut oculi, os. 'globum' autem ideo, quia dicitur luna σφαιροειδής esse. TITANIAQVE ASTRA aut stellas dicit, aut solem, quem et supra ⟨580⟩ unum fuisse de Titanibus diximus.

726. SPIRITVS divinus scilicet. et unum est sive mentem dicat, sive animum, sive spiritum. INTVS ALIT vegetat et in aeternitatem custodit, quia mixtus est et nulla pars est elementi sine deo. PER ARTVS per elementa, quae membra sunt mundi: corporalia namque sunt, quippe quae possunt videri.

727. MENS AGITAT MOLEM magnitudinem mundi mens agitat. et si, ut Cicero dicit in Tusculanis ⟨I 23⟩, aeternum est quicquid in aeterno motu est, sine dubio etiam animus aeternus est: semper enim in motu est, adeo ut ne nobis quidem quiescentibus conquiescat. MAGNO SE CORPORE MISCET aut antiptosis est pro 'corpori', ut ⟨X 361⟩ haeret pede pes densusque viro vir: quod potius credendum est: aut certe secundum eos locutus est, qui dicunt deum corporalem esse et eum ita definiunt πῦρ νοερὸν, id est ignem sensualem. quod si verum est, corpus est, nec per antiptosin dixit, sed per definitionem 'magno corpore', id est non communi.

728. INDE HOMINVM PECVDVMQVE GENVS de quattuor elementis et deo.

11 globum . . . σφαιροειδής] cf. Non. p. 432, 15

1 etiam illud est *R* ‖ 2 aut ut] aut *M* ‖ aut certe ignorare futuri ut habeant *FGC* ‖ 3 redeundi desiderium *ASRH* ‖ 4 nam] et *M* ‖ 8 non *om. R, supr. vers. add. r* ‖ 9 lucibile] lucidum *Bentleius. cf. Edmundi Hedicke Varia p.* 7 (*progr. gymn. Quedlinb. a.* 1879) ‖ patulum] et patens patulum est *add. RM* ‖ 10 et *ante* aperitur *om. M* ‖ oculi os *AS*: oculus *RH* oculi *M* oculi s̃ *F* occuli sunt *C* ‖ 11 sferoides *AFC* speroides *RM* speroidest *H* ‖ 13 de dictinibus diximus *H* ‖ 15 aeternum *R* (t aeternitatem *superscr. r*) aeternitate *C* ‖ 16 quia] qua *M* ‖ et nulla pars est *om. H* ‖ 17 quae membra sunt mundi corporalia corpora namque sunt *M* ‖ 18 quippe sunt quae possunt uideri *S* quippe quae sunt uideri *F* ‖ 20 si ut *ASH*: sicut *RMFC* ‖ aeternum est] aeterna (aeternum *G*) est aeternum enim est *FG* ‖ quidquid *FGC* ‖ 21 in *om. ASM* (*supr. vers. add. a*) ‖ 22 in motu est . . . quidem *om. FGC* ‖ ne nobis quiescentibus quidem *R* ‖ 23 corpore *S* ‖ 24 pedi *FC* ‖ 25 secundum] sciendum *F* ‖ 26 ΗΟΕΡΟΝ *R* ‖ 27 dixit] ductum est *F* ‖ 28 corpore *ex* corporis *R*

730. ET CAELESTIS ORIGO SEMINIBVS QVANTVM NON NOXIA CORPORA TARDANT quod supra ⟨724⟩ diximus, in tantum, inquit, in hominibus viget pars divinitatis, in quantum sinit corporum qualitâs.

732. TERRENIQVE HEBETANT ARTVS in quantum non hebetant. MORIBVNDAQVE MEMBRA morienti similia, hoc est semper morientia: numquam enim in eodem statu sunt, sed aut minuuntur aut crescunt. ergo animus idem est, sed uti viribus suis non potest propter corporis coniunctionem.

733. HINC METVVNT CVPIVNTQVE DOLENT GAVDENTQVE ex corporis coniunctione et hebetudine. Varro et omnes philosophi dicunt quattuor esse passiones, duas a bonis opinatis et duas a malis opinatis rebus: nam dolere et timere duae opiniones malae sunt, una praesentis, alia futuri: item gaudere et cupere opiniones bonae sunt, una praesentis, altera futuri. haec ergo nascuntur ex ipsa coniunctione, nam neque animi sunt neque corporis propria: pereunt enim facta segregatione.

734. NEQVE AVRAS RESPICIVNT nam quia cohaerent corpori, obliviscuntur naturae suae, quam 'auras' vocavit. CLAVSAE TENEBRIS ET CARCERE CAECO definitiones sunt corporis.

735. QVIN ET SVPREMO CVM LVMINE VITA RELIQVIT quia, ut diximus ⟨724⟩, occurrit debere eas statim post corpus depositum redire in suum vigorem. et dicit non posse: quae enim diu coniuncta sunt invicem se tenent et trahunt reliquias sordium antiquarum.

736. NON TAMEN OMNE MALVM cedit, sed non omne; nam remanet quod ut purgetur necesse est. inde est quod dicit ⟨655⟩

---

6 MORIBVNDA . . . morientia] cf. Gell. XI 15, Isid. or. X 181 || 10 ex corporis e. q. s.] cf. Don. ad Ter. Andr. V 4, 34

---

3 in *om. A, supr. vers. add. a* || hominibus *ASC*: omnibus *RHM* homines *F* || corporis *R* || 5 hebetant] hebant *F*, artus *add. RM* || 10 corporum *M* || 11 hebitudine *AF* haebitudine *M* || 12 et duas a malis opinatis *om. C* || 13 dolore *RHFC* || duo *H* || 14 alia] altera *M* || item . . . futuri *om. HF* || opiniones . . . futuri] duae sunt opiniones bonae una praesentis temporis et altera futuri *M* || 16 sunt animi *C* || 17 segregatione facta *M* || facta animi a corpore segregatione quam mortem esse diffiniunt λύσιν σώματος καὶ ψυχῆς *add. D* || 18 AVRES *H* || coerent *C* || corporibus *R* corporis *F* || 19 quam] quas *C* || vocavit] scilicet coelestem et diuinam *add. Fabricius* || 20 definitionesur sunt *F* || corporis] nam graeci δέμας quasi δεσμόν corpus uocant quasi uinculum animi quod est ligo *add. D* || 21 RECESSIT *C* || 22 corporis *H* || 23 redire . . . vigorem] in suum uigorem reuerti *M* || et dicit *om. H* || 24 sordidum *H* || 26 cedit] condit *H* cedit quidem *exemplaria impressa praeter Fabricianum* || 27 ut quod *S* || ut *om. M* || p$\overset{u}{o}$rgentur *F* purgentur *C* || inde est] unde est et *M*

eadem sequitur tellure repostos. bene autem 'miseris', quae etiam post corpus habeant corporis sordes: unde est 'nec funditus omnes corporeae excedunt pestes'.

738. DIV CONCRETA 'concreta' coniuncta et conglutinata: INOLESCERE concrescere, ut udoque docent inolescere libro.

739. ERGO EXERCENTVR POENIS quia deposito corpore sordes supersunt. poenas autem non perferunt animae, sed illius coniunctionis reliquiae, quae fuit inter animam et corpus: nam licet ista duo per se poenas perferre non possint, homo tamen perfert, qui de his duobus est factus.

740. SVPPLICIA EXPENDVNT ideo agunt supplicia, non ut animas puniant, sed ut eas peccatis exuant pristinis.

741. ALIAE PANDVNTVR INANES SVSPENSAE AD VENTOS loquitur quidem poetice de purgatione animarum, tangit tamen quod et philosophi dicunt. nam triplex est omnis purgatio. aut enim in terra purgantur quae nimis oppressae sordibus fuerint, deditae scilicet corporalibus blandimentis, id est transeunt in corpora terrena: et hae igni dicuntur purgari; ignis enim ex terra est quo exuruntur omnia, nam caelestis nihil perurit: aut in aqua, id est transeunt in corpora marina, si paulo melius vixerint: aut certe in aëre, transeundo scilicet in aëria corpora, si satis bene vixerint. quod in Statio legimus, ubi de auguriis tractat. unde etiam in sacris omnibus tres sunt istae purgationes: nam aut taeda purgant et sulphure, aut aqua abluunt, aut aëre ventilant, quod erat in sacris Liberi: hoc est enim tibique oscilla ex alta suspendunt mollia pinu; nam genus erat purgationis. et in ipsis purgationibus bonum

5 INOLESCERE concrescere] cf. Isid. diff. verb. 24 || udoque] georg. II 77 || 13 loquitur quidem e. q. s.] exscr. mythogr. III 6, 18. cf. comm. Luc. IX 9 || 25 tibique] georg. II 388

1 quae] que *H* qui *M* || 2 sordes] damna *FC* || 3 corporis *R* (ł corporeae *supr. vers. r*) corpos *H* || 4 concreta] contra *H*, *om. MFC* || 5 INHOLESCERE *C* || crescere *vulgo* || 7 non] minime *Stephanus et Daniel* || 8 relique *F* || sunt *M* (fuit *ead. man. in marg.*) || 11 ideo] id̄ *MC* id *SFG* || 14 tangit autem *M* (autem *del. et* tamen *supra scr. m*) || 15 enim *om. FC* || 16 nimis] enim his *F* enī iis *C*. *fortasse* nimiis || fuerunt *M* || 18 uruntur *S* || 19 peruri *F* || 20 si paulo ... in aëre *om. H* || aera *R* aerem *FC* || 21 scilicet *om. FC* || quod et in statio *MFC* || 22 tractat] tractauit *R*. seu quia mutatae nostraque ab origine uersis corporibus subiere notos (*Theb.* III 485) *add. D* || in sacris legimus omnibus *AS* in sacris Liberi omnibus *Masvicius primus* || 23 tres istae purgationes sunt *M* || purgant *RHFC mythographi cod. Regin.*: purgantur *ASM* || et *RFC*: aut *ASM* ut *H* || 24 sulpure *C* || abluunt *RFC mythogr. cod. Regin.* ablunt *H*: abluuntur *ASM* || uentilant *mythogr. cod. Regin.*: uentilantur *D et ceteri mythographi codices et exemplaria impressa.* ventilant *om. ASRHMFC* || 25 hoc enim est in secundo georgicorum *D* hoc est enim quod dicit in secundo Georg. *Stephanus* || ibique *F* ibi *C* || 26 purgationis] id autem et apud Iuvenalem (*sat* II 156) tangitur 'quotiens hinc talis ad illos umbra uenit cupe-

meritorum secutus est ordinem, ut ante aëriam, inde aquae, post ignis diceret purgationem.

743. QVISQVE SVOS PATIMVR MANES supplicia quae sunt apud manes, ut si quis dicat 'iudicium patimur' et significet ea quae in iudicio continentur. est et aliud verius. nam cum nascimur, duos genios sortimur: unus est qui hortatur ad bona, alter qui depravat ad mala. quibus adsistentibus post mortem aut adserimur in meliorem vitam, aut condemnamur in deteriorem: per quos aut vacationem meremur, aut reditum in corpora. ergo 'manes' genios dicit, quos cum vita sortimur. EXINDE una pars orationis est, et tertia a fine accentum habet, licet paenultima longa sit: quod ideo factum est, ut ostenderetur una pars esse orationis, ne praepositio iungeretur adverbio, quod vitiosum esse non dubium est.

744. PAVCI LAETA ARVA TENEMVS non omnes: qui enim minus purgantur statim redeunt ad corpora.

745. DONEC LONGA DIES PERFECTO TEMPORIS ORBE quia etiam post purgationem opus est tempore, ut perseveret in purgatione et sic redeat. et quaeritur utrum animae per apotheosin, de quibus ait 'pauci laeta arva tenemus', possint mereri perpetuam vacationem. quod non potest fieri: merentur enim temporis multi, non perpetuitatis, et quae male vixerunt statim redeunt, quae melius, tardius, quae optime, diutissimo tempore sunt cum numinibus. paucae tamen sunt, quae et ipsae exigente ratione, licet tarde, coguntur reverti. PERFECTO TEMPORIS ORBE finito legitimo tempore.

746. CONCRETAM adfixam et inhaerentem.

747. AETHERIVM SENSVM *id est* πῦρ νοερὸν, ignem sensualem, id est deum: per quod quid sit anima ostendit. AVRAI SIMPLICIS

---

3 supplicia e. q. s.] exscr. mythogr. III 6, 18

---

rent lustrari si qua darentur sulphura cum taedis aut si forte humida laurus *add. D* ‖ bono *H* ‖ 1 ordinem] uitae *add. FC* ‖ ut ante] mutantae *F, om. C* ‖ 3 supplicia uaria *D et mythographus* ‖ 4 dicit *C* ‖ in iudicio] iudiciis *M* ‖ 5 et *om. FC* ‖ duos genios sortimur . . . DONEC (*v.* 745) *om. H* ‖ 6 quo hortamur *M* ‖ 7 mala] nec incongrue dicuntur genii, quia cum unusquisque genitus fuerit, ei statim obséruatores deputantur *add. D et mythographus* ‖ 8 aut] ad *S* (aut *s*) ‖ uacationem *ASFC*: uagationem *RM* uagationem id est ascensionem ad superna *mythographus. cf. Serv. ad v.* 673 ‖ 9 ergo mane genos dicit *F* ‖ 10 in tertia *vulgo* ‖ 11 ad fine *FC* ‖ 12 orationis esse *R* ‖ ne] nec *FC* ‖ 16 qui *ASC* (quia *s*) ‖ 17 opus est . . . purgatione et *om. H* ‖ perseueret ut *FGC. malim* perseuerent *et* redeant ‖ 19 possint] possit *A* (*corr. a*) post *S* ‖ uacationem *ASFG*: uocationem *C* uagationem *RH* purgationem *M* ‖ 20 meretur *ASHM* (merentur *a*) ‖ 22 diutissime *R* ‖ cum numinibus *om. R* ‖ 23 exigente ratione] ex ignoratione *R* (*corr. r*) etingente ratione *H* ‖ 26 sidereum πῦρ νοερόν *Fabricius* ‖ ONEPON *C* ‖ 27 quod] quem *M* ‖ animaus *H* ‖ ostenditur *RMFC* ‖ AVRAE *AS* ‖ SIMPLICES *R*

IGNEM non urentis. 'simplicis' autem nostri conparatione, qui constat de ligno et aëre: ille enim per se plenus est et aeternus, quia simplex. omnia enim σύνθετα, id est composita, exitum sortiuntur, unde et atomos perpetuas dicunt, quia simplices sunt nec recipiunt sectionem.

748. HAS OMNES ac si diceret 'etiam has omnes'; nam supra ⟨713⟩ non omnes dixit, sed 'animae, quibus altera fato corpora debentur'. ROTAM VOLVERE PER ANNOS exegerunt statutum tempus per annorum volubilitatem. est autem sermo Ennii.

749. DEVS EVOCAT non dicit quis, sicut supra ⟨264⟩ di, quibus imperium est animarum. sed alii Mercurium volunt propter hoc ⟨IV 242⟩ hac animas ille evocat orco pallentes, alias sub Tartara tristia mittit. et est ratio: nam νοῦς dicitur, id est sensus, quo philosophiam, quae haec indicat, intellegimus, quia ipse etiam invenit litteras. AGMINE MAGNO impetu. et dictum est imperative, ἀπειλητικῶς: non enim blanditiis inductae redeunt, sed necessitate quadam coguntur ut potantes velint reverti.

750. INMEMORES vel praeteritorum, vel futurorum.

752. DIXERAT ANCHISES ante dicta de reversione animarum probatio huc tetendit, ut celebret Romanos et praecipue Augustum: nam qui bene considerant, inveniunt omnem Romanam historiam ab Aeneae adventu usque ad sua tempora summatim celebrasse Vergilium. quod ideo latet, quia confusus est ordo: nam eversio Ilii et Aeneae errores, adventus bellumque manifesta sunt: Albanos reges, Romanos etiam consulesque, Brutum, Catonem, Caesarem,

---

4 unde . . . sectionem] cf. Isid. or. XIII 2, 1 ‖ 9 Ennii] cf. ann. v. 548 ap. Vahl.

---

1 IGNEM *om.* *C* ‖ non urentis] ignis non urentis *F* i. e. ignis non urentis *C*. *fort.* non urentem ‖ simplicis] *fort.* 'simplicis aurai' ‖ autem *om.* *R* ‖ qui] quia *F* ‖ 2 confiat *H* ‖ ligno] igne *C* ‖ ille enim [a]sintheta *R* ille enim sintheta *H* ille enim semper *M* ille enim ἀσύνθετος *Fabricius* ‖ et aeternus *om.* *R* ‖ 3 syntheta *ASFC* sintheta *RHM* ‖ composita] ex anima et corpore *add.* *M* ‖ exitu *AS* (*corr.* *a*) ‖ 4 et *om.* *FC* ‖ athomos *R* atthomos *H* atomo *F* animas *C* ‖ 5 repiunt *C* ‖ sentionem *H* scetionem *M* sectione *F* ‖ 8 statum *F* ‖ per] super *R* ‖ 9 enni *C* ‖ 10 qui *ASC* (quis *a*) qui sed *F* ‖ sicut] et ut *M* ‖ di] de *AS* (*corr.* *a*) ‖ 12 hoc] hanc *S* (hoc *s*) haec *M* illud *F*, *om.* *C* ‖ hac *om.* *ASRM* ‖ ille *om.* *M* ‖ uocat *HMF* ‖ 13 tristitia *FC* ‖ NOYC *AH* NOYE *R* noas *M* ‖ 14 sensum *F* ‖ quia] quam *FC* ‖ 15 litteras *om.* *C* ‖ impetum *F* ‖ 16 imperative] imperatiuo *R*, litteras *add.* *FC* ‖ ΑΠΙΛΗΤΙΚΩCΕ *AS* ΠΙΛΗΤΙΚΩCΕ *R* ΠΙΛΝΤΙΚΩCΕ *H* ΑΠΙΑΗΤΙΚΩCΕ *M* ΑΠΙΛΗΤΙΚΩC *C* ‖ 17 quadam] quia clam *M* († quidam *superscr.* *m*) 20 tendit *Fabricius* ‖ 21 inuenimus *C* ‖ 22 summam *H* ‖ 23 uergilium *C* ‖ 24 et *om.* *M* ‖ erroris *FC* ‖ aduentum *F* ‖ albanus *F* ‖ 25 consulesque] consulesque commemoratus *AS* consulesque commemorat *FC*, *unde* consules quos commemorat *Lion*, consules *RHM* ‖ brutum *Ma*: brutus *ASF* brutos *RHC*. *cf.* *v.* 819

Augustum et multa ad historiam pertinentia hic indicat locus, cetera, quae hic intermissa sunt, in ἀσπιδοποιΐα commemorat. unde etiam in antiquis invenimus, opus hoc appellatum esse non Aeneidem, sed gesta populi Romani: quod ideo mutatum est, quia nomen non a parte, sed a toto debet dari.

753. TVRBAMQVE SONANTEM aut quae tunc propter festinationem sonabat: aut turbae perpetuum est epitheton.

754. LONGO ORDINE non quo nati sunt, sed quo apud inferos stabant: non enim eo quo regnarunt, dicturus est ordine.

755. ADVERSOS LEGERE considerare, relegere.

756. DARDANIAM PROLEM Albanos reges, qui tredecim fuerunt de Aeneae et Laviniae genere: unde ait 'Itala de gente'.

758. INLVSTRES hoc nomen notitiae fuit, non meriti: unde etiam in meretricibus invenitur, nam et nobiles et inlustres vocantur. IN NOMEN ITVRAS in gentem, ut ⟨XII 515⟩ nomen Echionium matrisque genus Peridiae.

760. ILLE VIDES PVRA IVVENIS QVI NITITVR HASTA Aeneas, ut Cato dicit, simul ac venit ad Italiam, Laviniam accepit uxorem. propter quod Turnus iratus, tam in Latinum, quam in Aenean bella suscepit a Mezentio impetratis auxiliis: quod et ipse ostendit dicens ⟨VII 470⟩ se satis ambobus Teucrisque venire Latinisque. sed, ut supra ⟨IV 620⟩ diximus, primo bello periit Latinus, secundo pariter Turnus et Aeneas, postea Mezentium interemit Ascanius et Laurolavinium tenuit. cuius Lavinia timens insidias, gravida confugit ad silvas et latuit in casa pastoris Tyrrhi: ad quod adludens ait ⟨VII 485⟩ Tyrrhusque pater, cui regia parent armenta: et illic enixa est Silvium. sed cum Ascanius flagraret invidia, evocavit novercam et ei concessit Laurolavinium, sibi vero Albam constituit. qui quoniam sine liberis periit, Silvio, qui et ipse Ascanius dictus est, suum reliquit imperium: unde apud Livium est error,

---

13 hoc . . . fuit] exscr. Isid. or. X 126 ‖ 18 Cato] or. I 11 ap. Pet. cf. Iord. adnot. ad or. I 11 ‖ Aeneas ut Cato dicit e. q. s.] exscr. mythogr. I 202. cf. schol. Veron. ad Aen. VII 485 et Aur. Vict. or. g. R. 16 sq.

---

1 historiam Romanam *D* ‖ 2 hic *om. ASFC* (*supr. vers. add. a*) ‖ aspidopoeia *ASr* aspidopoeta *R* aspidopoeit *H* aspidotyria *M* (in libro de armis regum *superscr. m*) aspidopeia *C* aspidospia *F* ‖ 3 aeneiden *M* ‖ 7 aut quod turbae *S* ‖ 9 stabunt *H* ‖ regnauerunt *C* ‖ 10 relegere considerare *M* ‖ legere *AS* (relegere *a*) ‖ 12 laumiae *H* ‖ 13 noticiae *A* ‖ 15 ut] ut ipse in .xii. *M* ut statius *FC* ‖ echienium *R* ichionium *M* ‖ 16 matresque *FC* ‖ 18 simul ut *R* ‖ ad Italiam *RM*: italiam *ASH* in italiam *FC* ‖ 20 et ipse poeta *F* ‖ 22 perit *FC* (periit *c*) ‖ secunda *FC* ‖ 24 laurolauiam *F* laurolabiniam *C* ‖ 25 tyrri *ASHMFC* thyrri *R* ‖ 26 tyrrusque *ASFCm* thyrrusque *R* tirrusque *H* tyrusque *M* ‖ 27 sillium *H* siliuum *M* ‖ deflagrasset *R* ‖ inuidie *H* ‖ uocauit *HFC* ‖ 28 laurolauiniam *F*

qui Ascanius Albam condiderit. postea Albani omnes reges Silvii dicti sunt ab huius nomine, sicut hodieque Romani imperatores Augusti vocantur, Aegyptii Ptolomaei, Persae Arsacidae, Latini Murrani, ut ⟨XII 529⟩ Murranum hic atavos et avorum antiqua sonantem nomina per regesque actum genus omne Latinos. PVRA IVVENIS QVI NITITVR HASTA id est sine ferro: nam hoc fuit praemium apud maiores eius qui tunc primum vicisset in proelio, sicut ait Varro in libris de gente populi Romani.

763. SILVIVS ALBANVM NOMEN quia omnes Silvii dicti sunt. TVA POSTVMA PROLES postumus est post humationem parentis creatus. per hoc autem Aenean cito ostendit esse periturum, et statim infert consolationem dicens 'quem tibi longaevo', id est deo: aevum enim proprie aeternitas est, quae non nisi in deos venit: Ennius Romulus in caelo cum dis genitalibus aevum degit. male autem vindicavit usus, per quem dixit ⟨V 715⟩ longaevosque senes.

766. VNDE a quo, ut ⟨I 6⟩ genus unde Latinum: nam posteri eius fuerunt qui postea apud Albanam regnavere civitatem.

767. PROXIMVS ILLE PROCAS standi ordine, non nascendi: nam sextus est rex Albanorum. item Numitor tertius decimus fuit.

770. SI VMQVAM REGNANDAM ACCEPERIT ALBAM Aeneas scilicet Silvius. et hic ostendit omnes Albanos reges Silvios dictos. 'acceperit' autem a tutore, qui eius invasit imperium: quod ei vix anno quinquagesimo tertio restituit. et rem plenam historiae per transitum tetigit.

772. CIVILI TEMPORA QVERCV 'civica' debuit dicere, sed mutavit, ut e contra Horatius motum ex Metello consule civicum, pro 'civilem'. querceam autem coronam accipiebant qui in bello

8 Varro] cf. Kettner Varron. Stud. p. 78 || 10 postumus . . . creatus] cf. Isid. or. IX 5, 22 || postumus . . . in deos venit] cf. Gell. II 16 || 13 Ennius] ann. v. 119 ap. Vahl. || 27 Horatius] carm. II 1, 1 || 28 querceam . . . vescebantur] cf. Gell. V 6, 11 sq.

1 quis *ASFC* || condiderat *F* || silui *SF* || 2 ab] ad *F* || huius] bunius *H* || 3 Augusti *om. H* || aegypti *FC* || ptolomei *A* ptolomaei *MF* ptholomei *SRa* ptholemei *HC* || 6 latinos *C*: latinum *reliqui* || 7 eius *om. M* || 8 sicut ait uarro *RM*: sicut ait *reliqui* || 10 POSTHVMA *H* || posthumus *R* || umationem *M* (humationem *m*) || 11 esse *om. FC* || 13 proprie *om. FC* || aeternitatis *S* et aeternitatis *M* || 14 diis *RFC* || euum *R* || 15 uendicauit *mc. fortasse* aliud vindicavit || 17 id est a quo *F* || 18 albam *FC* || regnauerunt *R* || 19 standi non nascendi ordine *M* standi ordinem non ascendit *FG* || nascendi] ascende *H* || nam sextus est] nam duodecimus fuit ET CAPYS sextus est *D* || 22 acceperit *Ma*: receperit *ARH* recepit *S* refert *FC* || 23 ad tutorem *F* ad tutore *C* || anno LII. *C* || 27 ut *MFC*: at *reliqui* || consulem *H* civicum pro civilem *omittens* || 28 ciuili *AS* ciuile *MC* || quercum *F*

civem liberassent, ideo quia ante causa vitae in hac arbore hominibus fuit, qui glandibus vescebantur. aliae enim erant murales, aliae agonales, id est lemniscatae. muralis dabatur ei qui prior murum ascendisset.

773. HI TIBI NOMENTVM hae civitates sunt priscorum Latinorum ab Albanis regibus constitutae: quamquam Collatiam Tarquinius constituisse dicatur, qui, ut erat superbus, eam ex collata pecunia constituit, unde et Collatia dicta est. potest tamen fieri, ut ab Albanis fundata sit, aucta a Tarquinio, sicut supra ⟨III 551⟩ de Tarento diximus, quod Taras fecit, auxit Phalantos. Romam etiam Romulus fecisse dicitur, quam ante Euander condidit, ut ⟨VIII 313⟩ tunc pater Euandrus Romanae conditor arcis. VRBEMQVE FIDENAM 'Fidenae' dicuntur, ut 'Thebae'; sed dixit ut *Iuvenalis* ⟨XV 6⟩ atque vetus Thebe centum iacet obruta portis: nam varietati studet. unde etiam ait ⟨776⟩ 'Pometios', cum dicatur numero singulari Pometia.

775. CASTRVMQVE INVI una est in Italia civitas, quae castrum novum dicitur: de hac autem ait 'castrum Inui', id est Panos, qui illic colitur. Inuus autem latine appellatur, graece *Πάν*: item *Ἐφιάλτης* graece, latine Incubo: idem Faunus, idem Fatuus, Fatuclus. dicitur autem Inuus ab ineundo passim cum omnibus animalibus, unde et Incubo dicitur. 'castrum' autem civitas est; nam castra

19 Inuus autem . . . Fatuclus] cf. Cledon. p. 35, 22 K. || 22 dicitur autem . . . dicitur] exscr. Isid. or. VIII 11, 103

1 ciuilem *FC* (ciuem *c*) || liberassent] seruassent *M* || 2 vescebantur] unde ouidius in metam. (I 106) 'et quae deciderant patula iouis arbore glandes', unde iouis arbor dicitur quasi per quam iuppiter suos alebat populos *add. D* || enim] autem *F* || erat *H* || muralis *C* || murales . . . ascendisset] murales muralis autem dabatur qui prior murum ascendisset aliae . . . lemniscatae *M* || 3 lemniscatae] quae collum tenebant *supra scr. m* || 5 HI CIBI *C* || hae *SM*: haec *reliqui* || 6 ab *om. R* || conlatiam *FC* || 7 erat] est *FC* || conlāta *FC* || 8 constituit] ostendit *H* || ab *om. MC* (*supr. vers. add. m*) || 9 albanus *C* || Tarquinio] sit *add. F* || 10 tharas *R* || phalatos *S* palantus *RM* falanthus *F* falantus *C* || 12 tunc] tum *FC* || 13 dixit] singulariter. *add. M* || iuvenalis ut *FC*, ut Iuvenalis *Stephanus* || 14 uetusta *R* || thebae *AMC* || obrupta portus *R* || 15 studet uarietati *M* || uarietatem *R* († uarietati *superscr. r*) || pometios ait *M* ait pometius *F* || dicitur *R* || 16 pometiam *H* prometia *F* || 17 una *ASRHFC*: q. una *M*. (*Lion qui Burmanni codices* ita *exhibere testatur, Burmanni adnotationem male interpretatus est.*) Inua *coni. Heinsius* Inuum *Masvicius. ceterum erravit Servius cum unam esse in Italia civitatem dixit, quae Castrum novum diceretur. cf. Plin. nat. hist.* III § 44 *et* 51, *Cluverius Ital. ant. lib.* II *p.* 488 *et* III *p.* 978 || in Italia] italiae *M* || quae *Ra*: quod *M*, *om. reliqui* || 18 hac] hanc *H* hanc *C*. *'de hac' i. e. de ea quam Vergilius commemoravit, quae a Castro novo diversa est* || autem *om. ASMF* || ait *om. C* || 19 pan *AC* pan *R* || efialtes *libri* || 20 latine] ab incumbendo *add. R* || incubus *AS* († incubo *superscr. a*) || idem] idem et *A* idem *ex* id est *R* id est *H* || Faunus idem *om. F* || idem] idem *ex* id est *R* id est *H* || Fatuus] fatulus *S* fatus *RH* (fatuus *r*) || fatuclus *AS*: fatudus *R* fatuelus *HM* fatuclis *F* fatuculus *C* || 21 rassim *H*

numero plurali dicimus, licet legerimus in Plauto castrum Poenorum: quod etiam diminutio ostendit; nam 'castellum' dicimus.

776. NVNC SVNT SINE NOMINE TERRAE atqui in catalogo hinc est dicturus aliquas civitates; sed ex persona sua praeoccupat.

777. QVIN ET AVO COMITEM SESE MAVORTIVS ADDET ROMVLVS Amulius et Numitor fratres fuerunt. sed Numitorem regno Amulius pepulit et Iliam, eius filiam, sacerdotem Vestae fecit. de hac et Marte nati sunt Remus et Romulus. qui cum adolevissent, occiso Amulio avum Numitorem in regna revocaverunt et cum eo uno anno regnaverunt. postea propter angustias imperii Romam captatis auguriis condiderunt. ergo 'avo se addet comitem' aut avito se iunget imperio, aut certe, secundum Ennium, referetur inter deos cum Aenea: dicit namque Iliam fuisse filiam Aeneae. quod si est, Aeneas avus est Romuli. unde etiam addidit 'Assaraci quem sanguinis': nam hoc epitheton non sine causa est introductum, quod est proprium Aeneae; nam Assaracus pater est Capyos, Capys Anchisae, Anchises Aeneae.

779. VIDEN 'den' naturaliter longa est, brevem tamen eam posuit, secutus Ennium: et adeo eius est inmutata natura, ut iam ubique brevis inveniatur. GEMINAE STANT VERTICE CRISTAE omnino in omnibus hoc egit Romulus, ut cum fratre regnare videretur, ne se reum parricidii iudicaret: unde omnia duplicia habuit, quasi cum fratre communia. etenim ad captanda auguria montem Palatinum Romulus tenuit, Aventinum Remus. qui prior sex vultures vidit, post Romulus duodecim. et cum ille tempore, ille numero de condenda urbe certarent, orta contentione de urbis nomine inter exercitum, a Romuli militibus Remus occisus est. fabulosum enim est quod a fratre propter muros dicitur interemptus.

---

1 castrum . . . castellum dicimus] cf. Isid. or. XV 2, 13 || 11 ergo . . . Romuli] cf. Ennii ann. I fragm. XXXIII ap. Vahl. || 18 VIDEN . . . inveniatur] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. X 808

---

1 poenorum *r*: poenarum *reliqui* || 2 deminutio *FC* (diminutio *c*) || 3 autqui *H* || 4 sed] et *S* || prooccupat *H* || 6 amulius regno *F* || regno *om. C* || 7 Iliam] 1 aliam *C* illiam *G* || et *om. FG* || 8 renus *H* || 9 auium *F* || reuocarunt *FC* || 10 angustus *H* angustia *FG* || imperiis *FG* || captis *AS* || 11 addit *ASF* addidit *G* || 12 iungit *ASFCG* || refertur *ASFCG* || 14 auius *FG* || est *om. FGC* || etiam] iam *AS* || addit *FG* || assarici *A* (*corr. a*) asaraci *M* || 16 proprium est *M* || asaracus *M* || Capyos] capys *RFCG* capios *M* (capis *m*) || 17 et anchises *RH* || 18 den] de *RH* || eam *om. M*, *supr. vers. add. m* || 19 adeo] deo *H* ad *FG* || 20 STENT *RHM* || CHRISTAE *R* xpe *H* || 21 omnibus *om. FC* || 22 patricidii *H* || 24 platinum *C* || primus *M* || uultores *H* || 26 contentione] contentio *A* (*corr. a*) certatione *FC* || 27 milibus *F* || 28 enim] autem *M* || propter muros] transcensus *add. F*

780. ET PATER IPSE SVO SVPERVM IAM SIGNAT HONORE merito virtutis Mars Romulum deum esse significat: 'superum' enim accusativus est singularis ab eo quod est 'superus, superi'.

781. ILLA quam tibi saepe fata promiserunt. INCLITA graecum est: nam κλυτόν gloriosum dicunt.

782. IMPERIVM TERRIS *hoc est* in quantum tenditur terra. ANIMOS AEQVABIT OLYMPO magnanimitate aequabitur caelo. de hoc autem loco et Trogus et Probus quaerunt.

783. SEPTEMQVE VNA SIBI MVRO CIRCVMDABIT ARCES bene urbem Romam dicit septem inclusisse montes. et medium tenuit: nam grandis est inde dubitatio. et alii dicunt breves septem colliculos a Romulo inclusos, qui tamen aliis nominibus appellabantur. alii volunt hos ipsos, qui nunc sunt, a Romulo inclusos, id est Palatinum, Quirinalem, Aventinum, Caelium, Viminalem, Esquilinum, Ianicularem. alii vero volunt hos quidem fuisse, aliis tamen nominibus appellatos: quae mutata sunt postea, ut de multis locis et fluminibus legimus, ut ⟨VIII 329⟩ s a e p i u s e t n o m e n p o s u i t S a t u r n i a t e l l u s.

784. PROLE VIRVM virorum fortium. QVALIS BERECYNTIA MATER Phrygia: nam Berecyntos castellum est Phrygiae iuxta Sangarium fluvium, ubi mater deum colitur. per hanc autem comparationem nihil aliud ostendit, nisi Romanos duces inter deos esse referendos.

785. TVRRITA quia ipsa est terra, quae urbes sustinet.

788. HVC GEMINAS NVNC FLECTE ACIES totum visum tuum huc dirige et hunc specialiter intuere. sic Asper.

---

4 INCLITA . . . dicunt] exscr. Isid. or. X 126 ‖ 24 quia . . . sustinet] cf. Isid. or. VIII 11, 64

---

3 superus] hic superius *F* ‖ 4 INCLITA *ASHM*: INCLYTA ROMA inclita *R* INCLYTA *FC* ‖ 5 κλυτόν] incliton *ASH* inclyton *R* cliton *MF* clyton *C* ‖ 6 in quartum *F* ‖ 7 magnaanimitate *F* magnarnimitate *C* ‖ de hac autem re *M* ‖ 8 ^{et} probus et rogus *M* (et *add. m*). *cf. Ribbeckius prol. p.* 145, *Gutschmidius ann. philol. supplem.* II *p.* 192, *Steupius de Probis p.* 108. *ceterum haud scio an Servius cum Trogum et Probum de hoc loco quaesivisse diceret magis ad illa quae sunt 'imperium terris aequabit' quam ad ea quae sequuntur spectaverit.* ‖ 10 roma *FG* ‖ montesed *C* (montes sed *c*) ‖ 11 et *om. C* ‖ 12 tamen] tem̄ *H* ‖ 14 Viminalem *om. R*, *ita tamen ut spatium relictum sit* ‖ 15 tamen *om. MC* (*supr. vers. add. m*) ‖ 16 quae] qm̃ (*i. e.* '*quoniam*') *F* ‖ ut . . . legimus] ut de omnibus rebus legimus fieri ut (ut fieri *H*) de multis locis et de fluminibus legimus (legimus *om. R*) *RHL* ‖ et de fluminibus *AS* ‖ 19 BERECYNTHIA *ASMF* BERECHINTIA *R* BERECINTHIA *Hc* VERECINTHIA *C* ‖ 20 berecyndos *AS* berechinthos *R* benecyntus *H* uerecynthus *F* uerecinthos *C* ‖ sangurium *AS* ‖ 21 ibi *H* ‖ 24 quia] uel quia *FG* ‖ 25 tuum *om. M* ‖ 26 hunc *RHa*: huc *reliqui* ‖ sic Asper *om. RHL*. *non puto ab ipso Servio Asprum hoc loco commemoratum esse* ‖ sic] hic *M*

789. HIC CAESAR ET OMNIS IVLI PROGENIES ut ⟨I 288⟩ Iulius a magno demissum nomen Iulo.

790. CAELI VENTVRA SVB AXEM nam cum Augustus patri Caesari ludos funebres exhiberet, stella per diem apparuit, quam persuasione Augusti Caesaris esse populus credidit. hinc est ecce Dionaei processit Caesaris astrum. 'sub axem' ergo, id est ad divinos honores.

791. HIC VIR HIC EST 'c' littera pro duplici non nisi in monosyllabis habetur, ut ⟨II 664⟩ hoc erat alma parens, per eorum scilicet privilegium. unde falsum est quod Terentianus dicit, eam pro metri ratione vel duplicem haberi vel simplicem. nam si hoc esset, etiam in disyllabis pro duabus haberi debuerat, quod nusquam invenimus. litterae enim naturam servari et in polysyllabis convenit.

792. DIVI GENVS Caesaris, qui factus est deus. 'genus' autem dicit non solum iure adoptionis, sed etiam consanguinitatis: nam Atiae fuit filius, quae erat soror Caesaris. hic autem Augustus Caesar hoc nomen accepit a patre adoptivo: nam ante Octavianus dictus est a patre Octavio, Atiae marito.

793. SAECVLA QVI RVRSVS LATIO sub Saturno dicit aurea saecula fuisse in orbe terrarum, sub Augusto tantum in Italia.

794. GARAMANTAS populi inter Libyam et Africam, iuxta *κεκαυμένην*. INDOS populi orientis extremi.

795. IACET EXTRA SIDERA TELLVS nulla terra est, quae non subiaceat sideribus: unde perite addidit 'extra anni solisque vias', ut ostenderet XII. signa, in quibus est circulus solis. significat autem Maurorum Aethiopiam, ubi est Atlas: de qua Lucanus ⟨III 253⟩ Aethiopumque solum, quod non premeretur ab ulla

---

5 ecce] buc. IX 47 || 10 Terentianus] v. 1657 sqq. gramm. lat. VI p. 374 K.

---

2 demissum *RM* dimissum *reliqui* || 4 exiberet *HC* || persuasionem *A* suassionem *H* || 5 populos *HC* (*corr. c*) || 8 'c' littera *e. q. s.*] *cf. Keilius gramm. lat.* VI *p.* 321 *sq.* || 10 terrentianus *RHM* || 11 mereri *A* (metri *a*) || rationem *H* || vel simplicem . . . haberi *om. H* || 14 id est caesaris *C* || genus *om. RHML* || 15 dicit autem *RML* (genus *supr. vers. add. l*) dicit aut *H* || iure . . . consanguinitatis] per adoptionem sed et uere *M* || etiam *om. FC* || consanguitatis *S* || nam *om. H* || 16 atiae *AS*: acciae *R* accie *H* actiae *Ma* octauiae *FC* || filius . . . Caesaris] sororis caesaris filius *M* || filius] quae filia Iuliae *add. Masvicius. fortasse* Atiae fuit filius, quae erat sororis Caesaris filia || soror] socer *F* || autem] non solum iure *add. H* || 17 ante enim *M* || autauianus *H* || 18 octauo *H* || atiae marito *AS*: actiae marito *Mla* octauiae mariti *FC* post augustus (augustis *R*) caesar *RLH* post augustus a caesare *m in marg.* || 20 orbem *R* || sub . . . Italia *om. F* || italiam *A* (*corr. a*) || 21 cecaumenen *libri* || 22 INDVOS *F* || populi] poli *H* || 24 addidit] ait *R* || 25 ut *om. F* || 26 atlans *A* (atlas *a*) athlas *R* adlans *H* athlans *F* adas *C* || de qua ait Lucanus *vulgo* || 27 ethiophumque *H*

signiferi regione poli, nisi poplite lapso ultima curvati procederet ungula tauri.

797. TORQVET sustinet. APTVM vicinum, ut diximus supra ⟨IV 482⟩.

798. IAM NVNC ET CASPIA REGNA fines Assyriorum, in quibus sunt πύλαι Caspiae. quod autem dicit verum est: nam et Suetonius ait in vita Caesarum ⟨II 94⟩, responsa esse data per totum orbem, nasci invictum imperatorem.

799. MAEOTIA TELLVS Scythia, cuius palus est Maeotis.

800. TVRBANT turbantur. SEPTEMGEMINI autem septemflui.

802. FIXERIT AERIPEDEM CERVAM pro 'aëripedem'. vicit autem Cerynitin cervam, dictam a loco. 'fixerit' autem statuerit, delassaverit. ERYMANTHI PACARIT NEMORA mons Arcadiae, ubi aper ferocissimus fuit.

803. LERNAM TREMEFECERIT ARCV pro hydra paludem ipsam posuit. et intellegamus ante eam sagittis fuisse confixam, post exsectam et adustam.

805. NYSAE DE VERTICE mons est Indiae, de quo loquitur. ceterum est et Nysa civitas, in qua Liber colitur, unde Nysaeus dictus est.

806. ET DVBITAMVS pro 'dubitas': miscuit personam suam. est autem sensus: cum tibi sit tanta *ex Romanis et praecipue ex Augusto* praeparata posteritas, dubitas virtutem factis extendere, id est gloriam? aut est aliquis timor, qui te a regnis Italiae revocet?

10 TVRBANT turbantur] cf. Don. ad Ter. hec. IV 4, 12 ‖ 18 mons est ... dictus est] exscr. Isid. or. VIII 11, 44

1 poli nisi] poligni si *H* ‖ polite *H* ‖ lapso] flexo *R* labso *C* ‖ curbati *C* ‖ 2 procedere et *R* (procederet *r*) ‖ 5 IAM NVNC ET *om. AC* ‖ assiriorum *AHMFC* ‖ 6 ΝΥΛΑΙ *A* ΠΙΛΙ *R* ΠΙΛΑΙ *ar* ‖ soetonius *F* sitonius *C* ‖ 7 ait] dicit *R* ‖ vita] utta *C* ‖ caesaris *R, Stephanus et Daniel* ‖ data esse *M* ‖ 9 scithica *R* schitia *H* scythica *M* ‖ cuias *F* ‖ est palus *C* ‖ maeotis est *F* ‖ 10 disturbantur *F* ‖ autem *om. F* ‖ septemflui *ASM*: septemfluuii *RFC* septem fluuiis *H* ‖ 11 *scholium ad* FIXERIT A. C. *om. C* ‖ AERIPIDEM *A* ‖ pro aëripedem *om. H* ‖ aeripidem *M* ‖ aëripedem] ἐπισυναλοιφή *add. Fabricius* ‖ 12 cerynitim *AS* cerinitin *RH* cerinytin *M* cerynytim *F* ‖ loco] re uera ceruam ipse cursu superauit, quae uidebatur aereos pedes habere, unde ille 'non ceruam aeripedes (*sic!*) eripuisse' *add. Fabricius* ‖ delassaverit] dilassauerit *ASRHMD, om. F.* uel quia se (*leg.* si) telo fixisset non ita esset laudabile *add. D* ‖ 13 nons *C* ‖ archadiae *AR* acradiae est *C* ‖ 15 TREMEFECERAT *MF* (*corr. m*) ‖ idra *H* ydra *FC* ‖ 16 anteam *C* ‖ 17 exectam *Rm* execatam *M* exsestam *C* ‖ adiustam *H* ‖ 18 NISAE *ARHC* ‖ 19 et *om. F* ‖ nisa *RH* nisae *M* ‖ civitas ... dictus est] ut feri cides (*leg.* Pherecydes) ait in boetia (*leg.* Boeotia) in qua colitur liber pater unde nysa ea dictus est *F* ‖ civitas] *om. C*, in monte parnasso *add. D* ‖ Liber *om. C* ‖ unde et *M* ‖ nyseus *A* niseus *H* nisaeus *M* nisaeius *C* ‖ 23 posteritus *H* ‖ extendere] ostendere *R* ‖ 24 gloriam] ab eo quod praecedit ad id quod sequitur nam e uirtute gloria nascitur *add. D* ‖ aut est] aut certe est *G* ‖ a *om. RFC. in editis exemplaribus* aut est aliquis ... revocet *ab eis quae praecedunt* AVT METVS *verbis pro lemmate interpositis separata sunt*

808. QVIS PROCVL ILLE AVTEM nunc redit ad Romanos reges, qui septem fuerunt: Romulus, Numa Pompilius, Tullus Hostilius, Ancus Marcius, Tarquinius Priscus, Servius Tullius, Tarquinius Superbus. mira autem utitur phantasia, ut quasi ostendat se non agnoscere eum, qui de gente Romana non fuerat. Romulo enim mortuo cum *uno* anno senatus *per quinque dierum interregnum* regnasset per decurias, taediosum visum est *omnibus* et quaesitus est rex. sed cum in urbe nullus idoneus esset inventus, orta est bona Pompilii fama, quod esset apud Cures, civitatem Sabinorum. rogatus itaque per legatos accepit imperium. qui ferociam populi a bellis ad sacra contulit: unde etiam Numa dictus est *ἀπὸ τῶν νόμων, ab inventione et constitutione legis, nam proprium nomen Pompilius habuit.* hic etiam canus fuit a prima aetate, ad quod adludens dicit 'incanaque menta': item propter sacerdotium 'ramis insignis olivae'.

813. OTIA QVI RVMPET de hoc Livius 〈I 22, 1〉 *inde Tullum, qui* ferox *et* Romulo, quam Numae similis. RESIDES *pigros,* otiosos, nimium sedentes.

814. DESVETA TRIVMPHIS a consuetudine triumphandi desciscentia.

815. IACTANTIOR ANCVS *id est* amans populi favorem. hic Ostiam fecit. Ancus autem dictus *ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος*, id est a cubito, quem incurvum habuisse dicitur.

816. AVRIS favoribus: unde et aurarii dicuntur favisores.

817. VIS ET TARQVINIOS REGES ANIMAMQVE SVPERBAM unus enim de Tarquiniis fuit superbus.

818. VLTORIS BRVTI FASCESQVE VIDERE RECEPTOS vis videre

---

2 tullius *RLa* tullu *H* ‖ hostilus *H* ‖ 3 marcius *RF*: marcus *reliqui* ‖ seruus *H* ‖ tullius *RL*: tullus *reliqui* ‖ 5 fuerit *FG* ‖ 6 uno annos *G* anno uno *Ml* ‖ regnasset senatus *R* ‖ regnasse *AS* ‖ 7 decurias] decuriam *FGC*, quod tempus interregnum dictum est *add. D* ‖ 8 idoneus *om. FGC* ‖ inventus . . . quod esset *om. FGC* ‖ 9 apud *om. H* ‖ Cures] aeares *R* (cures *r*) et res *H* curios *FG* curos *C* ‖ Sabinorum] sedmorum *H* ‖ 11 ΑΠΩ ΤΟΝ ΝΟΜΩΝ *R* ΑΠΟ ΤΩΝ ΝΟΜΟΩΝ *H* ΑΠΟ ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ *M* ΑΠΟ ΤΟΥ ΩΝΜΟΝ *FG* ΑΠΟ ΤΟΥ ΩΝΜΩΝ *C* ‖ ab inventione . . . habuit *hab. C, edidit Stephanus* ‖ 12 legum *Masvicius* ‖ pomphilios *F* põpmlios *G* ‖ 13 aetate] dicitur *add. FG* ‖ ludens *H* ‖ 14 ramis] ranũ *F* itanum *G* ramu *C* ‖ 15 RVMPIT *C* ‖ Tullum] gallum *F* ‖ 16 ferox *libri* ferocior *vulgo* ‖ Romulo] romullo *F*, fuit *additur vulgo* ‖ similis] singulis *R* ‖ 17 otiosus *H* ‖ 18 desciscentia *C*: desuescentia *A* (*sed* esc *in ras. a*) *M* descis scientia *S* desuentia *R* (t. desciscentia *supr. scr. r*) des eius scientiam *H* discentia *F* ‖ 20 hic] hic autem *R* ‖ 21 hostiam *SR* hostium *F* ostium *C* ‖ ΑΚΩΝΟC *AFC* ΑΝΚΩΝΟC *R* ΑΝΚΑΝΟC *H* ΑΝΚΩΝΩC *M* ‖ cubitu *F* ‖ 22 habuisse dicitur] habebat *M* ‖ 23 et *om. R* ‖ curarii *H* aurari *FC* ‖ fauisores *S*: fautores *a in ras. RM* fauis sores *H* fauitoris *F* fauitores *C*. *cf. Hildebrandus ad Apul. apol.* 93 (II *p.* 619) ‖ 24 ANIMAMQVE] ATQVI *S* ‖ SVPERBI *SHC* ‖ 25 tarquinis *HC* tarquinus *F* ‖ 26 VLTORIS . . . RECEPTOS] Vltoris bruti appendisset ciuitati nomen dedit nam aurum dicitur quod illi aurum fasces receptos *C*. *cf. ad v.* 825 ‖ vis . . . receptos *om. RC*

etiam ultoris Bruti fasces receptos? historia autem hoc habet. Tarquinius ob multa quidem superbus est dictus, praecipue tamen propter hanc causam. mandavit aliquando cuidam satelliti ut cuiusdam oppidi omnes principes interimeret. profectus ille grandem multitudinem repperit. quod cum ei renuntiasset deambulanti cum virga in hortis, detrectans ille responsionem capita decussit papaverum, ut satelles quid fieri vellet, agnosceret. huius filius vitiavit nobilissimam matronam Lucretiam, quod illa dolens se interemit. tunc eius avunculus Brutus, rapto ex eius corpore gladio, processit ad populum et de hac re contionatus est. quo facto omnibus placuit ne reciperetur rex, qui tunc Ardeam expugnabat. propter quod se Tarquinius cum liberis ad Porsennam regem Tusciae contulit et bellum gessit gravissimum contra populum Romanum. tunc duo creati sunt consules, Brutus et Tricipitinus, pater Lucretiae, qui et Tarquinius dicebatur: ob quod solum est urbe depulsus, et in eius locum subrogatus est Valerius Publicola, quo mortuo item alter est factus, et alter similiter. quod cernens taediosum esse Vergilius Brutum solum posuit, qui annum solus implevit. sed Bruti filii amici erant filiis Tarquinii: cum quibus cum inissent consilium, ut eos per noctem intromitterent, proditi sunt a servo Vindicio et a patre interempti. ideo ergo 'ultoris', scilicet libertatis publicae et Lucretiae pudoris.

819. SAEVASQVE SECVRES quae saevierunt etiam contra liberos.

821. PVLCHRA PRO LIBERTATE ingenti arte loquitur consideratione personarum: factum enim laudat dicens 'pulchra pro libertate', personam vituperat.

822. VTCVMQVE FERENT EA FACTA MINORES etiamsi lauderis a posteris: extorquere debet naturae vim amor patriae.

---

1 autem *om.* *ASC* ‖ 3 mandavit aliquando . . . agnosceret] *pro his quae Fabricius Masvicius Burmannus ediderunt e Livii libro primo* (*cap.* 53 *et* 54) *exscripta sunt* ‖ autem *R* (ť aliquando *supra scr.* *r*) ‖ 4 grande miraculum *LH* (*corr.* *l*) ‖ 6 ortis *HM* ‖ detractans *RHC* detraectans *M* (detrectans *rm*) ‖ 7 satellis *H* satellit *C* ‖ quod *C* ‖ huius] item huius *M* ‖ 8 quod illa *om.* *H*, illa *om.* *C* ‖ 10 quo facto] tunc *M* ‖ 11 Ardeam expugnabat] ardeame fascesque uide receptos uis uidere etiam ultoris brutis fasces pugnabat *C*. Ardeam obpugnabat *coni. Burmannus* ‖ propter quod] propter cos *H* quo facto *M* ‖ 12 tarquinius se *M* ‖ 13 populum Romanum] pr um *A* (p̄ rom̃ *a*) prutum *S* (brutum *s*), *om.* *C* ‖ tunc] honc *C* (hunc *c*) ‖ 14 consules *om.* *C* ‖ tripicus *S* tricriptinus *R* (*corr.* *sr*) ‖ qui] iste *M* ‖ 15 ob] ut *AS* (*corr. man. rec. in A*) ‖ 16 publicula *C* ‖ quod motuo *C* ‖ 17 factus est *M* ‖ uergilius taediosum esse *FC* ‖ uergilius *AS* (uirgilius *a*) ‖ 18 annum solum *S* ‖ 19 cum inissent] comminissent *H* iniit *C* ‖ 20 notem *C* ‖ uinditio *L* ‖ 21 scilicet et *M* ‖ libertatis publicae] liberatoris reipublicae *FC* ‖ 23 SECVRVS *R* SECVRIS *FC* ‖ etiam *om.* *FC* ‖ 24 PVLCRA *AH* PLVCRA *L* ‖ 25 personarum omnium *FC* ‖ enim factum *F* ‖ 27 lauderis] laudes *FC* ‖ extorquere *ASHLC*: non enim extorquere *Rl* enim non extorquere *M* non extorquere *F*. *cf. quae ad Vergilii verba adnotavit Ribbeckius,*

824. QVIN DECIOS quin immo Decios respice. hi duo fuerunt, qui Mures dicti sunt, pater et filius. horum alter se bello Gallico, alter Samnitico vovit pro republica, cum Terra et Manes universum bello vellent exercitum perdere. DRVSOSQVE PROCVL et hi duo fuerunt. horum prior vicit Hasdrubalem, alter est filius Liviae, uxoris Augusti. SAEVVMQVE SECVRI ASPICE TORQVATVM hic Gallum quendam *in ponte Anienis* singulari certamine superavit et eius sibi torquem inposuit, unde nomen accepit. hic ad urbem pergens, praecepit filio, ut tantum castra tueretur. ille *provocatus ab hostibus*, nacta occasione, victoriam consecutus est. reversus postea pater laudavit fortunam populi Romani, sed filium, ut dicit Livius, fustuario *supplicio* necavit. ergo 'saevum securi' saevum iure occidendi, non ferri genere: nam securi non animadvertit in filium.

825. REFERENTEM SIGNA CAMILLVM Brenno duce Galli apud Alliam fluvium deletis legionibus everterunt urbem Romam absque Capitolio, pro quo inmensam pecuniam acceperunt. tunc Camillus absens dictator est factus, cum diu esset apud Ardeam in exilio propter Veientanam praedam non aequo iure divisam, et Gallos iam abeuntes secutus est: quibus interemptis aurum omne recepit et signa. quod cum illic appendisset, civitati nomen dedit: nam Pisaurum dicitur, quod illic aurum pensatum est. post hoc tamen factum rediit in exilium, unde rogatus reversus est.

826. FVLGERE ab eo, quod est 'fulgo fulgis'.

---

6 hic Gallum . . . in filium] exscr. mythogr. I 220 || 11 Livius] cf. VIII, 7 || 14 Brenno . . . reversus est] exscr. mythogr. I 221

---

qui haec Augustini (*de civ. dei* III 16) *verba laudavit: 'quomodolibet, inquit, ea facta posteri ferant, id est praeferant et extollant, qui filios occidit, infelix est. et tamquam ad consolandum infelicem subiunxit: vincit amor patriae laudumque inmensa cupido'. fortasse* nam extorquere || 2 dicti sunt] qui (*fort.* quia) partem oris strictam habebant *add. M* || 3 uocauit *F* || manes *libri praeter M, qui* mari *exhibet, quod vulgo editur. cf. Liv.* VIII 6, 9 *'ibi in quiete utrique consuli eadem dicitur visa species viri maioris quam pro humano habitu augustiorisque, dicentis, ex una acie imperatorem, ex altera exercitum deis Manibus matrique Terrae deberi.' ceterum Burmannus* devovit pro re publica se terrae et manibus ne universum vellent exercitum perdere *coniecit.* || 4 bello *om. ASFC* || exercitum uellent *F* || 5 hastrubalem *A* asdrubalem *RMF* asdrupalem *H* || liuiae *ASl*: iuliae *RHLMFC* || 6 uxoris *ASLH*: sororis *RMFC* || 7 Anienis *Daniel*: amoenis *F* || 8 unde et *Fabricius* || 9 tueretur] meteretur *FC et Daniel, qui* metaretur *edere debuit.* tutaretur *Masvicius* || ille *om. H* || hostibus *Daniel*: ostilibus *F* || 10 nancta *F* || 11 filium] fidelium *H* || fustuario] fortuario *S* (fostuario *s*) frustuario *H* i. e. per fustem *supra scr. m* || 12 securis *H* || saevum *om. RLHM* || 13 ferri] ferre *H, om. FC* || securim *M* || anfaduertit *R* animadeuertit *C* || 14 Brenno . . . Alliam *om. C* || 15 euertunt *M* || 17 diu *om. ASFC* || apud ardeam in exilio esset *M* || apud *om. C* || exsilio *H* || 18 uehientanam *A* uenienř Nam *H* uegentanam *M* ueientianam *F* || praedam] rapinam *F* || iam] iam pene *F* || 20 Pisaurum] pinsaurum *M* aurum *C* || 21 dicitur] aurum *add. H* || 23 FVLGERE autem ab eo *F* || fulgis] accentum habet in prima *add. Fabricius*

827. DVM NOCTE PREMVNTVR bene adlusit: nam concordiam in humilitate tenuerunt, cum nobilitate vero in bella venerunt.

830. AGGERIBVS SOCER ALPINIS a munimentis Alpium; haec enim Italiae murorum exhibent vicem. 'socer' vero, quia Pompeius habuit Iuliam, filiam Caesaris, quae in partu periit. unde etiam isti facile inter se dimicare potuerunt. ATQVE ARCE MONOECI de Liguria, ubi est portus Monoeci Herculis. dictus autem Monoecus vel quod pulsis omnibus illic solus habitavit, vel quod in eius templo numquam aliquis deorum simul colitur, sicut in Iovis Minerva et Iuno, in Veneris Cupido.

831. ADVERSIS INSTRVCTVS EOIS orientis enim auxiliis usus est.

832. ADSVESCITE BELLA mire dictum: ab ipsis enim quasi consuetudinem fecit populus Romanus bellorum civilium. septies enim gesta sunt: ter a Caesare, contra Pompeium in Thessalia, contra eius filium Magnum in Hispania, item contra Iubam et Catonem in Africa: mortuo Caesare ab Augusto contra Cassium et Brutum in Philippis, civitate Thessaliae; Lucium Antonium in Perusia, Tusciae civitate; Sextum Pompeium in Sicilia; Antonium et Cleopatram in Epiro.

834. TVQVE PRIOR TV PARCE Caesari dicit, quem clementem circa Pompeianos legimus: cui vult tunc *ab Anchise* hoc esse mandatum.

836. ILLE TRIVMPHATA CAPITOLIA AD ALTA CORINTHO Mummium significat.

839. IPSVMQVE AEACIDEN necesse est ut 'ille' subaudiamus: Pyrrhum enim, quem Aeaciden dicit, Curius et Fabricius vicerunt

---

7 dictus . . . colitur] cf. comm. Luc. I 405 ‖ 12 ab ipsis . . . in Epiro] exscr. mythogr. I 222 ‖ 25 necesse est e. q. s.] cf. Gell. X 16, 14 sqq.

---

1 adluxit *H* ‖ nam] dum pauperes fuerunt concordes manserunt et *add. D* ‖ 2 humilitatem *H* ‖ uererunt *C* ‖ 3 hae *Mal* ‖ 4 exibent *H* exiben *C* ‖ 5 habet *R* ‖ perit *FC* ‖ 6 facile *om. M* ‖ potuerunt] potuerant *M*, *in quo haec sequuntur* facile in bella uenerunt, *quae alia manus deleuit* ‖ inter . . . potuerunt] in bella uenerunt. hinc Lucanus (I 119) 'morte tua discussa fides bellumque mouere permissum est ducibus'. *D* ‖ 6 MONOECHI *AR* MENOECHI *H* MONECHI *M* ‖ 7 monoechi *ARH* monechi *M* monoici *FC* ‖ monoechus *AR* monechus *HM* monoeciis *F* ‖ 8 illic solus] illi sonus *H*, *om. F* ‖ 9 simul colitur] *in his verbis desinit Cassellanus codex* ‖ in *ante* Iovis *om. F* ‖ Minerva] inmineruae *F* ‖ 12 *scholium ad v.* 832 *om. F* ‖ 13 sempties *H* ‖ 14 ter a] terra *H* ‖ 17 philippicis *AS* (philippis *a*) philipicis *H* ‖ tessalice *H* ‖ 18 ciuitate tusciae *M* ‖ Antonium] marcum antonium *M* ‖ 20 caesar *s* ‖ 21 mandatum] licet Lucanus dicat (II 439) 'Caesar in arma furens nullas nisi sanguine fuso gaudet habere uias' item (III 82) 'gaudet tamen esse timori tam magno populis (populus *cod.*) et se non mallet amari *add. D* ‖ 23 mommium *H* mummum *F* Magnum *Stephanus* ‖ 25 IPSVMQVE AEACIDEN] Ipsumque ille truã ceaciden *H* ‖ ille] eruat ille tertio *F* ‖ 26 phyrrhum *R* pyrrum *MF* ‖ aeacidem *R* aeeacciden *H* ‖ dici *F*

ferentem Tarentinis auxilium. hic postea fugit in Graeciam et illic est occisus in templo. Argos vero et Mycenas alii vicerunt.

840. VLTVS AVOS aut hic distinguendum, ut sit 'Troiae Minervae' pro Troianae, principale pro derivativo: aut certe 'avos Troiae', non quos Troia habuit avos, sed qui de Troia fuerunt, id est avos Troianorum. TEMPLA TEMERATA MINERVAE per stuprum Cassandrae.

841. MAGNE CATO Censorium dicit, qui scripsit historias, multa etiam bella confecit: nam Vticensem praesente Augusto, contra quem pater eius *Caesar* et dimicavit et Anticatones scripsit, laudare non poterat. TE COSSE RELINQVAT Cossus tribunus militaris *consulari potestate* fuit. hic *regem Tuscorum* Lartem Tolumnium, a loco dictum, occidit et *secunda post Romulum* opima spolia revocavit. erit autem nominativus 'hic Lars, huius Lartis'.

842. QVIS GRACCHI GENVS Gracchos seditiosos constat fuisse, nobiles tamen genere: namque per Corneliam nepotes Scipionis Africani fuerunt, unde Iuvenalis ad eam ⟨VI 170⟩ tolle tuum precor Hannibalem *victumque Syphacem.* ergo Scipiones dicit per 'Gracchi genus'. duo autem fuerunt: maior Africanus, Aemilianus minor, qui obsidione Carthaginis ab Italia revocavit Hannibalem.

843. SCIPIADAS hi gemini fratres fuerunt. qui cum fortissime dimicarent in Hispania apud Carthaginem novam, quae Spartaria dicitur, insidiis interempti sunt. CLADEM LIBYAE Scipiones.

844. FABRICIVM paupertate gloriosum. hic est qui respondit legatis Samnitum aurum sibi offerentibus, Romanos non aurum habere velle, sed aurum habentibus imperare. SERRANE SERENTEM

---

22 Carthaginem . . . dicitur] cf. Isid. or. XV 1, 66

---

2 in templo occisus est *M* ‖ templo] templum *F*. nam cum Argos obsideret ictu tegulae periit *add. Fabricius* ‖ vicerunt] Quint. Metellus et Mummius *add. Fabricius* ‖ 3 hic] hoc *F* ‖ 4 diriuatiuo *ARF* deriuatio *M* ‖ 5 avos *om. ASF* ‖ 6 *schol. ad* TEMPLA T. M. *om. HLF et exemplaria impressa* (*in marg. suppl. l*) ‖ 7 casandrae *R* cassandrae dicit *l* ‖ 8 nunc censorium *s* ‖ 9 praesentem *F* ‖ 10 et *ante* dimicavit *om. MF* ‖ anticatonem *M* ‖ 11 poterat] supra autem Mineruae templa (templi *R*) temerata (temarata *L*) per stuprum (temerata per stuprum *spatio novem fere litterarum relicto om. R*) Cassandrae (casandrae *RL*) dicit *add. RL et exemplaria impressa* ‖ militum *F* ‖ 12 a loco dictum] *fort.* ab equo deiectum *vel* loco deiectum. *cf. Liv.* IV 19, 4 ‖ 13 spolia opima *M* ‖ revocavit] reportavit *Fabricius* renovavit *Dempsterus* retulit *G. Vossius* ‖ autem *om. S* ‖ 14 lar *s* ‖ 15 GRAI *A* GRECHI *H* GRACHI *Ma* ‖ grescos *AH* grachos *Ma* ‖ 16 Scipionis *om. H* ‖ 17 unde Iuvenalis ... duo autem fuerunt *om. H* ‖ tuumque *AS* (que *del. a*) ‖ 18 annibalem *M* ‖ 19 grai *A* grachi *Ma* ‖ Aemilianus minor *post* Hannibalem *collocavit Masvicius, cui ita adsentitur Burmannus, ut post* minor *quaedam intercidisse dicat, veluti* qui urbem evertit *vel* delevit. ‖ 20 annibalem *M* ‖ 22 ispalia *H* ispania *M* ‖ 23 sunt] quorum alter pater, alter patruus scipionis africani maioris *add. D* ‖ Scipiones] africanos duos, maiorem et minorem, quorum alter uicit carthaginem, alter deleuit *add. D* ‖ 26 SERANE *H*

Atilius quidam senator fuit, qui cum agrum suum coleret, evocatus propter virtutem meruit dictaturam. Serranus autem a serendo dictus est.

845. QVO FESSVM RAPITIS FABII cur me, o Fabii, fessum ad vestram trahitis narrationem? aut certe 'fessum' tristem — ut ⟨VIII 232⟩ ter fessus valle resedit — scilicet propter eorum mortem: nam trecenti sex fuerunt de una familia. qui cum coniurati cum servis et clientibus suis contra Veientes dimicarent, insidiis apud Cremeram fluvium interempti sunt. unus tantum superfuit, Fabius Maximus, qui propter teneram adhuc pueritiam in civitate remanserat. hic postea cum Hannibalis impetum ferre non posset, mora eum elusit — *nam oportuna loca praeoccupans a vastatione Italiae compescuit* — et ad Campaniam traxit, ubi deliciis eius virtus obtorpuit. ille est, de quo ait Ennius unus qui nobis cunctando restituit rem. sciens enim Vergilius quasi pro exemplo hunc versum posuit. *ILLE*] * *notandum est de secunda persona dictum* *.

847. EXCVDENT ALII cudendo efficient: et est rhetoricus locus. SPIRANTIA animata. Horatius et molles imitabitur aere capillos.

848. VIVOS VVLTVS hoc est quod dixit 'spirantia'. et per aes Corinthios indicat, per marmor Parios, per actionem causarum Athenienses, per astronomiam Aegyptios et Chaldaeos.

852. PACIS MOREM leges pacis.

855. SPOLIIS MARCELLVS OPIMIS hic Gallos et Poenos equestri certamine superavit. Viridomarum etiam, Gallorum ducem, manu

---

1 Atilius . . . dictus est] exscr. mythogr. I 223 || 7 nam trecenti . . . posuit] exscr. mythogr. I 224 || 14 Ennius] ann. v. 313 ap. Vahl. cf. Macrob. Sat. VI 1, 23 || 18 Horatius] a. p. 33 || 24 hic . . . Tolumnio] exscr. mythogr. I 225

---

1 ad illius *H* atillius *F* || suum agrum *M* || 2 dictaturium *SH* || autem *om. R* || 4 fauii *F* || 6 residit *F* || 7 nam *om. F* || qui coniurati cum cum seruis *F* || 8 Veientes] uihientes *A* uehientes *Sa* uientes *R* uegentes *M* uenentes *F*, *om. H* || dimicarent] prospere sepe dimicassent *F* || 9 tantum] tamen *F* || 10 maximus fabius *RM* fauius maximus *F* scilicet Fabius Maximus *Fabricius* || pueritiam] iam *add. A* || remanserat] a quo per temporis successionem longioris fabius ille maximus creatus est *add. D* || 11 annibalis *MF* || inpetum *F* || 13 delitiis *H* || eius uirtus *HMLa*: eius uirtutis *AS* uirtus eius *R* carthaginiensium uirtus *F* || obstopuit *H* || 14 ille est] hic est *Fabricius* hic autem est *Masvicius et Burmannus* ille autem est *Lion* || cuncdando *ex* cunctando *H* || 15 restituit rem *RLH*: restituis rem *ASM* constituissem *F* || enim *om. F* || uergilius *F* || 16 notandum . . . dictum *post* obtorpuit *praebet F* || est *et* locus *om. AS* (*supr. vers. add. a*) || 18 animantia *F* || ut horatius *F* || moles *FG* || capillos] columbas *FG* || 20 quod diximus spirantia *R* quod spirantia dixit *M* || 21 chorinthios *RFa* chorintios *H* || parthos *M* || 22 per astrologiam *G* || chaldeos *ARM* aldeos *H* || 23 PACIS . . . pacis] PACIQVE INPONERE MOREM id est pacis morem quod est leges pacis *F* || 24 poenas *F* || 25 uiridomorum *ASH*

propria interemit et opima retulit spolia, quae dux detraxerat duci, sicut Cossus Larti Tolumnio.

856. SVPEREMINET OMNES virtutis scilicet genere.

857. REM ROMANAM statum reipublicae. TVRBANTE TVMVLTV ideo 'tumultu', quia res in Italia *adversus Gallos* geritur.

858. SISTET confirmabit, corroborabit.

859. TERTIAQVE ARMA PATRI SVSPENDET CAPTA QVIRINO et tertia opima spolia suspendet patri, id est Iovi, 'capta Quirino', qualia et Quirinus ceperat, id est Romulus, de Acrone, rege Caeninensium, et ea Iovi *Feretrio* suspenderat. possumus et, quod est melius, secundum legem Numae hunc locum accipere, qui praecepit prima opima spolia Iovi Feretrio debere suspendi, quod iam Romulus fecerat; secunda Marti, quod Cossus fecit; tertia Quirino, quod fecit Marcellus. Quirinus autem est Mars, qui praeest paci et intra civitatem colitur: nam belli Mars extra civitatem templum habuit. ergo aut 'suspendet patri', id est Iovi: aut 'suspendet patri Quirino'. varie de hoc loco tractant commentatores, Numae legis inmemores, cuius facit mentionem et Livius.

861. EGREGIVM FORMA IVVENEM ET FVLGENTIBVS ARMIS tria sunt secundum Carminium: pulchritudo, aetas, virtus. significat autem Marcellum, filium Octaviae, sororis Augusti, quem sibi Augustus adoptavit. hic sexto decimo anno incidit in valetudinem et periit octavo decimo in Baiano, cum aedilitatem gereret. huius mortem vehementer civitas doluit: nam et adfabilis fuit et Augusti filius. ad funeris huius honorem Augustus sescentos lectos intra

---

19 tria sunt . . . ei dicit] exscr. mythogr. I 226

---

1 interimit *H* ‖ dux *om. H* ‖ distraxerat *F* ‖ dici *H* ‖ 2 sicut *om. F* ‖ Larti *om. ASF* ‖ columnio *SH* toluminio *R* ‖ 3 OMNIS *MF* ‖ scilicet] scilicet et *R*, *om. ASH* ‖ 5 ideo] uel bene ideo *H* bene *M* ‖ in italia res *M* ‖ 6 confirmauit *AF* (*corr. a*) ‖ conroborauit *AF* (*corr. a*) corroborauit *L* ‖ 7 et] hic *R* hec *L* ‖ 8 opima tertia *M* ‖ capta Quirino] capta autem quirino *M* capta autem quirino id est *F* ‖ 9 coeperat *AR* (*corr. a*) ‖ ceniensium *ASRL* cecinensium *H* ‖ 11 legem *om. AS* (*supr. vers. add. a*) ‖ munae *L* numare *H* *cf. Festus s. v. Opima spolia* ‖ recipere *F* ‖ 12 feretro *H* ‖ 13 fecit cossus *F* ‖ 14 marcellus fecit *F* ‖ id est mars *F* ‖ qui praeest . . . nam belli *om. ASH* (qui praeest paci et intra *supra vers. add. a ita ut* extra *deleret*) ‖ 16 ergo ut *R* ‖ aut . . . Quirino] aut patri id est marti quirino *M* ‖ patri *om. S* ‖ 17 varie] et varie *F* ‖ 18 et Livius *om. M* (*in marg. suppl. m*) ‖ liuias *H* libius *F*. *in libris qui hodie extant eam legem non commemorat Livius* ‖ 20 corminium *H* ‖ pulcritudo *F* ‖ 21 macellum *F* ‖ 22 adobtauit *F* ‖ incipit *FG* ‖ ualetudine *A* ualitudine *SH* ualitudinem *RG* ualetudinem *MFa* in valetudinem *vulgo* ‖ 23 periit] perit in *FG* ‖ X et VIII *H* ‖ Baiano] baiona *Ra* (*corr. r*) baionu *H* libriano *M* ‖ cum] et cum *ASH* (et *del. a*) ‖ gereretur *H* ‖ 24 ciuitatis *H* ‖ 25 filius] per adoptionem *add. F* ‖ sescentos lectos] ∂c lectos *A* (*sed* c *in ras. a*) delectos *R* dclea^{2} *H* quingentos electos *mythographus* ‖ intra ciuitatem ire *RHa*: intra ciuitatem *AS* ire intra ciuitatem *M* intrare ciuitatem *FG*

civitatem ire iussit: hoc enim apud maiores gloriosum fuerat et dabatur pro qualitate fortunae; nam Sulla sex milia habuit. igitur cum ingenti pompa adlatus et in campo Martio est sepultus. ergo modo in Augusti adulationem quasi epitaphion ei dicit. et constat hunc librum tanta pronuntiatione Augusto et Octaviae esse recitatum, ut fletu nimio imperarent silentium, nisi Vergilius finem esse dixisset. qui pro hoc aere gravi donatus est, id est massis: nam sic et Livius argentum grave dicit, id est massas.

862. SED FRONS LAETA PARVM omen est mortis futurae. ex contrario alibi incipe parve puer risu cognoscere matrem.

863. VIRVM QVI SIC COMITATVR Marcellum, cui similis est.

865. QVI STREPITVS propter aedilitatem. INSTAR similitudo. et est nomen, quod non recipit praepositionem: 'ad instar' enim non dicimus. quod Probus declarat.

869. OSTENDENT TERRIS HVNC TANTVM FATA parum inlucescet, *quia* mox peribit.

871. VISA POTENS SVPERI cum indignatione dicit: invidistis et gloriae Romanae et vestris muneribus: nam †felicitas vestra sunt munera. PROPRIA perpetua, ut ⟨I 73⟩ propriamque dicabo.

872. MAVORTIS CAMPVS in quo est sepultus.

874. FVNERA propter sescentos lectulos.

875. (NEC PVER ILIACA QVISQVAM DE GENTE LATINOS) IN TANTVM SPE TOLLET AVOS erigit generis antiquitatem. et rhetorice spem laudat in puero, quia facta non invenit. est autem Ciceronis in dialogo Fannio causa difficilis laudare puerum: non enim

8 Livius] fragm. incert. libr. IV p. 234 H. cf. Isid. or. IX 2, 63 et XVI 18, 13 || 10 alibi] buc. IV 60 || 19 PROPRIA perpetua] cf. Non. p. 361, 26

1 etiam dabatur *vulgo* || 2 sylla *libri* || nam Sulla sex milia habuit] *cf. Marquardt Privatl. d. Roem.* I *p.* 343 || 3 cum ingenti gloria et pompa *D* || adlatus *HFG*: alliatus *ARM* (*sed prius* l *in ras. a*) atlatus *S* relatus *vulgo* || 4 modo] magno *H*, *om. AS* || adolatione *FG* || eptaphiton *H* epitasione *G* || ei dicit . . . pronuntiatione *om. G* || diceret *F* || et *om. F* || 6 flectu *R* || nimium *G* || imperarent *RM*: imperaret *ASHFG*, *fortasse recte* || uergilius *S* || esse dixisset] ẽẽi disisset *S* (disisset *in* dedisset *mutavit s*) || 7 sic et] et sic *SR*, sic *om. FG* || 8 libius *FG* || dixit *FG* || 9 omen est *om. H* || ex contrario] contra *F* || 12 QVIS *AS* || 13 recepit *H* || 14 declarat *RLM* declarato *H* declinat *ASF*. *recepi* declarat, *etsi dubito an ex iis quae Servius ad Aen.* II 15 *adnotavit nescio quis adscripserit* quod Probus declinat: *cum* quod *ad 'ad instar' referendum esse videretur,* declinat *potest ab alio in* declarat *mutatum esse* || 15 inlucescit *FG* || 17 invidistis] indidistis *H* inuidistis enim *G* || 18 felicites *M* felicitates *m* felicitatis *l*. *fortasse* nam deliciae nostrae *vel* deliciae civitatis (*i. e. ei quos cives maxime amant*) vestra sunt munera || 21 propter] preter *M* pro *G* || sescentos] ðc̄ *libri* quingentos *supr. vers. a* || lectos *FG* || 23 TOLLIT *A* (*corr. a*) || erigit *AFG*: eriget *reliqui* || 24 in ciceronis dialogo *AS* || 25 fannio *libri praeter H qui* phannio *exhibet.* Fanni *exemplaria impressa. inter librorum de re. publ. incert. fragmenta verba illa exhibet Halmius* IV *p.* 853, 14. *cf. Quintil.* IX 3, 75

res laudanda, sed spes est. NEC ROMVLA QVONDAM pro 'Romulea', ut ⟨IV 37⟩ quos Africa terra triumphis dives alit.' 'quondam' autem potest et praeteriti esse et futuri.

881. FODERET CALCARIBVS ARMOS species pro genere: equi 'armos' pro equo posuit; non enim possunt armi calcaribus fodi.

882. FATA ASPERA RVMPAS posse aliqua ratione fata disrumpi per transitum docet.

883. TV MARCELLVS ERIS talis, qualis est Marcellus.

884. PVRPVREOS FLORES ut saepe ⟨V 79⟩ diximus, propter sanguinis similitudinem, quia aut anima est, aut animae sedes. NEPOTIS posteri: non enim re vera nepos fuit.

885. INANI MVNERE secundum Epicureos, non profuturo.

886. SIC ista noscentes.

887. AERIS IN CAMPIS conlisionem fecit. locutus autem est secundum eos, qui putant Elysium lunarem esse circulum.

889. INCENDITQVE ANIMVM nam supra ait ⟨806⟩ et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?

890. EXIN deinde. confert autem in conpendium narrationis prolixitatem: sic Terentius propter longum actum ait intus despondebitur, intus transigetur, si quid est quod restat.

893. SVNT GEMINAE SOMNI PORTAE pro somniorum. est autem in hoc loco Homerum secutus, hoc tantum differt, quod ille per utramque portam somnia exire dicit, hic umbras veras *per corneam*, per quas *umbras* somnia indicat vera. et poetice apertus est sensus: vult autem intellegi falsa esse omnia quae dixit. physiologia vero hoc habet: per portam corneam oculi significantur, qui et cornei

---

9 ut . . . sedes] cf. Isid. or. XI 1, 123 || 19 Terentius] Andr. V 6, 17 || 22 Homerum] Od. XIX 560 || 25 physiologia vero e. q. s.] exscr. mythogr. I 228 et III 6, 24

---

2 ut] aut *AS* (*corr. a*) || triumphos *RLH* || 3 *ad v.* 878 *hoc scholium edidit Fabricius* PRISCA FIDES quia fidelitas non requirit iuuenes, sed senes: unde Lucanus (VIII 282) 'quippe fides robustos exigit annos'. || 5 foderi *F* || 7 per transitu *F* || docet] et aut uacat qua ut sit si fata aut subaudiendum est si qua ratione *add. M* || 8 talis] hoc est talis *G, om. ASM* || est] fuit *FG* || Marcellus] ille uir amplissimus superius dictus *add. D* || 10 qui *MFG* || aut anima est *om. FG* || animae est sedis *FG* || 11 fuit] sunt *F* || 13 SIC] SIC TOTA *S* || ista] ista scilicet *R* ista tota *M, om. S, in ras. scrips. a* || 14 AERIIS *H* || 15 lunare *H* || 18 EXINDE *S* || deinde] bera de *F, om. AS* (*supr. vers. add. a*) || impendium *S* (*corr. s*) || 19 terrentius *ARH* || dispondebitur *F* || 20 transietur *R* transsietur *H* transigitur *F* || si] sic *H* || quid est *ex* quidem *R* || 21 pro] per *H* || 22 quod ille *om. AS* (*supr. vers. add. a*) || per utrum quae portant *H* || 23 exire somnia *AS* || exire] ire se ex *FG* || dixit *F* || hic . . . vera] *non mutavi ea quae FG praebent, quamquam haec, ni fallor, praestant* hic per corneam (*vel* per alteram) umbras veras, per quas somnia indicat vera || 24 vera *om. AS* || 25 omnia] somnia *FG* || phisiologia *A* phisologia *R* phisiclegia *H* fisiologia *M* fisologia *G* || 26 corneam . . . emittitur portam *om. H*

sunt coloris et duriores ceteris membris: nam frigus non sentiunt, sicut et Cicero dicit in libris de deorum natura. per eburneam vero portam os significatur a dentibus. et scimus quia quae loquimur falsa esse possunt, ea vero quae videmus sine dubio vera sunt. ideo Aeneas per eburneam emittitur portam. est et alter sensus: Somnum novimus cum cornu pingi. et qui de somniis scripserunt dicunt ea quae secundum fortunam et personae possibilitatem videntur habere effectum. et haec vicina sunt cornu: unde cornea vera fingitur porta. ea vero quae supra fortunam sunt et habent nimium ornatum vanamque iactantiam dicunt falsa esse: unde eburnea, quasi ornatior porta, fingitur *falsa*.

896. INSOMNIA id est somnia.

899. SECAT tenet: unde et sectas dicimus ab eo quod propositum tenent.

900. AD CAIETAE PORTVM a persona poetae prolepsis: nam Caieta nondum dicebatur.

---

2 et] etiam *vulgo, om. S* ‖ in libris de deorum natura] *cf.* II 57, *ubi quae de auribus Cicero dicit Servius per errorem ad oculos transtulisse videtur* ‖ 5 per eburneam aeneas *FG* ‖ 6 somnium *RHGa* (somnum *h*) ‖ cum cornu nouimus *M* ‖ scripserunt de somniis *M* ‖ 8 et haec ... cornu *om. M* ‖ cornea *ex* cornia *A* cornua *S* ‖ uero *FG* ‖ 10 cornatum *H* ‖ dicuntur *H* ‖ 11 cornatior *H* ‖ 13 tenet] adtinet *F* ‖ quae *R* (quod *r*) ‖ 14 tenent] non tenent *F*, *quod a christiano homine videtur profectum esse* ‖ 15 prolemsis *ARH* prolempsis *Fa* ‖ 16 caietae *AHM* caitae *R* caiete *S* ‖ EXPLICIT LIBER VI. INCIPIT LIBER SEPTIMVS *A* EXPLICIT EXPOSITIO LIBRI SEXTI INCIPIT EXPLANATIO IN SEPTIMVM *S* EXPLICIT LIB̄. VI. INCIP. LIB̄. VII. *M*

SERVII GRAMMATICI

IN VERGILII AENEIDOS LIBRVM SEPTIMVM COMMENTARIVS.

1. Vt et in principio diximus, in duas partes hoc opus divisum est: nam primi sex ad imaginem Odyssiae dicti sunt, quos personarum et adlocutionum varietate constat esse graviores, hi autem sex *qui sequuntur* ad imaginem Iliados dicti sunt, qui in negotiis validiores sunt: nam et ipse hoc dicit ⟨45⟩ maius opus moveo. et re vera tragicum opus est, ubi tantum bella tractantur. TV QVOQVE sicut Misenus, Palinurus etiam. NOSTRIS *hoc est* Italicis, ut non eadem arboribus pendet vindemia nostris, non, ut Donatus ait, *in comparationem oceani* navigabilibus. AENEIA NVTRIX hanc alii Aeneae, alii Creusae, alii Ascanii nutricem volunt. lectum tamen est in philologis in hoc loco classem Troianorum casu concrematam, unde Caieta dicta est, *ἀπὸ τοῦ καίειν*.

3. SERVAT tenet, possidet, ut servantem ripas alta non vidit in herba. HESPERIA IN MAGNA 'magna' propter Hispaniae discretionem.

4. SI QVA EST EA GLORIA secundum Epicureos. bene autem interest funeri postquam ab inferis rediit, sicut interfuit antequam descenderet, ut medium actum ostenderet.

6. QVIERVNT Hebrus 'quierant' legit.

---

8 non eadem] georg. II 89 || 9 Donatus] cf. Don. ad Ter. eun. II 3, 22 || 11 lectum . . . *καίειν*] cf. Aur. Vict. or. g. R. 10 || 13 servantem] georg. IV 459

---

1 hoc opus in duas partes *R* || opus] corpus *V Burmanni* || 2 odissiae *RFHM* odisiae *L* || 4 ad imitationem iliados *F* || iliadis *RHM* || 6 tragicum] triacum *H* || 8 non *om. AS* || 9 non ut . . . navigabilibus *om. RLH* (*in marg. add. l*) || non ut *om. M* || nauigalibus *M* || 11 lectum est tamen *F* || phylologis *L* (i. e. in libris naturalium sententiarum *superscr. l*) || classem . . . concrematam] casu classem incensam esse troianam *M* || 12 casu] ibi *add. F* || concrematum *S* || caiea *H* || ΛΠΟΙΔΥΚΛΙЄΙΝ *A* ΑΠΟΤΟΥ ΚЄЄΙΝ *F* ΑΠΟ ΤΟΥ ΚЄЄΝ *M* (id est accrematione *superscr. m*) || 13 rip̃ *R* (ripas *r*) || alte *RH* (alta *r*) || 16 Epicureos] qui dicunt deos non curare mortalia *add. Ml*, cum ea res nihil ad mortuorum voluptatem attineat sentiendam *add. Fabricius* || 18 actum *om. L* (*supr. vers. add. l*) || 19 hebrus *ASFLHM*: hebrius *R*, *cuius in marg. haec a Petro Daniele*

7. TENDIT ITER VELIS quia prout vela extensa fuerint, ita etiam cursus extenditur, in quo navis est iter. multi dicunt inproprie dictum quod ait 'tendit iter velis', multi nimium proprie. constat tamen secundum illud dictum quod ait supra ⟨V 28⟩ flecte viam velis. aliud est velis iter tendere, aliud per vela iter. quod si dicimus, bene procedit et 'tende viam velis', ut in ipsis velis ratio sit viae.

8. ADSPIRANT AVRAE IN NOCTEM quia, ut diximus ⟨III 568⟩, temporum mutatione ventus vel minuitur vel augetur. 'in noctem' autem circa noctem. et quotiens tempus exprimitur, accusativum regit ista praepositio.

9. LVNA NEGAT litotes *figura*; nam dicit 'large praestat', ut ⟨261⟩ munera nec sperno. TREMVLO SVB LVMINE ita enim mobilitas aquae facit videri.

10. CIRCAEAE RADVNTVR LITORA TERRAE ut diximus supra ⟨III 386⟩, mons iste antehac insula fuit; paludibus enim a continenti segregabatur, quas exclusit limus de Albanis montibus *per*

---

scripta sunt 'Henr. Steph. legit Acron Helenius'. Helenius *coni. Parrhasius epist. qu.* IV 5. *cf. Ribbeckii prol. p.* 174 *sqq. et Hageni schol. Bern. p.* 731 *sq. Reginensis memoria Bernensis scholiastae novem locis Ebrii exemplar commemorantis testimoniis magnopere commendatur. ceterum* Hebrus expositor *in marg. a,* s. commentator *supr. vers. l* ‖ 1 prout] uti *F* ut pro *G* ‖ 2 multi dicunt . . . ratio sit viae *M*, *nisi quod lin.* 4 *pro* quod ait supra *exhibet* nam supra ait *et lin.* 7 nam ait supra flecte uiam uelis *post* ratio sit viae *addit*: tenditur (tendit iter *a*) multi dicunt inproprie dictum quod ait flecte uiam uelis. aliud est iter uelis tendere aliud per uela iter quo (quod *a*) si dicimus . . . ratio sit uiae *A* tenditur multi dicunt inproprie dictum quod ait flecte uiam uelis aliud est iter uelis tendere (aliud . . . tendere *post deleta sunt*) multi nimium proprie constat tamen secundum illud dictum nam ait supra flecte uiam uelis. aliud iter uelis tendere aliud per uela iter quo si dicimus . . . ratio sit uiae *S* tenditur (*om. R*) multi dicunt inproprie (inpropria *H*) dictum quod ait flecte uiam (tendit iter *supr.* flecte uiam *l*) uelis multi nimium proprie (propriae *R* propria *H*). constat (constant *H*) tamen secundum illud dictum (dictum *om. H*) nam ait supra (supra ait *R*) flecte uiam uelis (ut in ipsis uelis *add. L*). aliud est iter uelis tendere (uelis tendere *L*, uelis iter tendere *l* item uellis tendere *H*) aliud per uela iter. quod si dicimus . . . ratio sit uiae *RLH* nam ut (*sic*) supra flecte uiam uelis. et aliud est iter uelis tendere aliud per uela iter tendere. et multi dicunt inproprie dictum (quod ait flecte uiam uelis *prima, ut videtur, manus supr. vers. add. in F*) multi nimium proprie. constat tamen secundum illud dictum quod ait flecte uiam uelis (ut in ipsis uelis *add. G*). quod si dicimus bene procedis (*sic*) . . . ratio sit uiae *FG*. *Servius ipse 'tendit iter velis' inproprie dictum esse censet, ut 'velis' ablativus sit, eamque sententiam simili quinti libri versu prolato defendit. aliis illa nimium proprie dicta esse videri commemorat, ut 'velis' dativus sit. ordo scholii olim ea re turbatus est quod librarii alicuius oculi a priore 'dictum quod ait' ad alterum aberraverunt.* ‖ 8 ASSPIRANT *R* ASPIRANT *LHM* ‖ 9 tempore *AS* (temporum *a* temporis *s*) tempora *H* ‖ immutatione *S* ‖ vel *ante* minuitur] ut *A* (*corr. a*) ur̄ *S* ‖ 10 circa noctem et *om. F* ‖ 11 regit] casum *add. F* ‖ 12 nam] autem *S* (*corr. s*) non *FG* ‖ 15 CIRCEAE *ARL*, *om. H* ‖ RODVNTVR *A* (*corr. a*) ‖ 16 anteae *H* ante *F* ‖ 17 segregabantur *F* ‖ excluxit *H* excludit *M* ‖ Albanis] Circaeis *coni. Burmannus*

paludes Pomptinas fluens. et dicebatur Aeaeus ab horrore transeuntium, quod homines mutabantur in feras. in hoc summo oppidum fuit, quod et Circeium dictum est et Circei; nam utrumque Livius dicit.

11. DIVES non addidit cuius rei, cum soleat, ut ⟨IX 26⟩ dives equum, dives pictai vestis et auri. INACCESSOS inaccessibiles, inaccedendos, non ad quos nullus accessit; nam Vlixes illuc venit. ergo 'inaccessos' ad quos nullus debeat accedere, ut aut inlaudati nescit Busiridis aras, hoc est inlaudabilis, nam ab Isocrate constat esse laudatum.

12. RESONAT CANTV resonare facit. SVPERBIS *aut altis, aut* nobilibus propter antiquam oppidi magnitudinem.

13. ODORATAM pro 'odoriferam'. hoc autem ideo, quia usus olei apud maiores non fuit, praecipue in Italia.

14. ARGVTO PECTINE garrulo, stridulo, sonanti, ut forte sub arguta consederat ilice Daphnis. PERCVRRENS PECTINE TELAS aut manu percurrens; aut ictu pectinis, ut videmus; aut quia apud maiores stantes texebant, ut hodie linteones videmus. est autem Homeri, qui ait ἱστὸν ἐποιχομένη.

15. GEMITVS IRAEQVE gemitus irascentium leonum, ἓν διὰ δυοῖν.

---

4 Livius] fragm. 61 ap. Hertz. IV p. 234. cf. Hertzii ind. p. 275 sq. || 8 aut] georg. III 5 || 15 forte] buc. VII 1 || 19 Homeri] Od. V 62

---

1 aeaeus *Fs*: aeusa *A* aeaeusa *S* etheus *RH* aetheus *LM* || errore *F* || 2 quod] quia *R* quam *H* quo *Stephanus*, *Daniel*, *Lion* || 3 circeium *A*: cir///eum *S* circetum *RH* circeum *LM* circaeum *F* || dictum est] a circe *add. D* || circei *ARH*: circaei *SLF* circeium *M* circes *a* circaeium *l* || 4 libius *F* || 5 addit *LM* || cum soleat] ut solet *R* || 6 equum] opum *M* || picta *HF* || uester *R* || INACENSOS *L* || inaccessibiles et inaccedendos *R* || 7 inaccendendos *H* || inaccedendos . . . debeat accedere *F*: inaccedendos non ad quos nullus debeat accedere accessit nam ulixes illuc uenit ergo inaccessos . . . debeat accedere *AS* (debeat *et* accessit *del. a*, *ad* debeat *in marg.* t ualeat *adscribens*; debeat accedere *del. s*) inaccedendos nam ulixes illuc uenit ergo inaccessos . . . debeat accedere *RLH* (*ad* inaccedendos *in marg.* non ad quos nullus accessit *add. l*, *idem* sed *pro* ergo *posuit*) inaccedendos nam ulixes illuc uenit ergo inaccessibiles (*sic*) non ad quos nullus accessit sed ad quos nullus debeat accedere *M* (nam ulixes illuc uenit *post* accedere *collocanda videri signis adpositis significavit m*) || 9 basiridis *H* bosiridis *a* || ipsocrate *R* (*corr. r*) ab socrate *La* ab isocreate *H* ab hisocrate *M* || constat esse laudatum] constat eum esse laudatum *R* laudatus est *M* || 11 facit] hoc ex homero (*Od.* X 210 *sqq.*) εὗρον . . . ἔδωκεν (221 *sqq.*) Κίρκης . . . πέλονται *add. D* (ἔδωκεν et paulo post Κίρκης *e. q. s. Fabricius*) || 12 oppidi *om. R* || 13 hoc autem *F*: haec autem *AS* et hoc *R* et *H* et hoc autem *M* || 15 stridulo *om. R* || 16 arguto *L* (*corr. l*) || 17 aut ictu pectinis ut videmus *om. M*, *homo librario fere aequalis, ut videtur, in marg. supplevit ita, ut pro* aut ictu *scriberet* tactu || aut hictu *R*: *fort.* et ictu || 18 lintheones *L* || ridemus *H* || 19 ICTO nectof. XOMENH *A* ICTON ЄCTOYXOMENNI *R* ICTOnet. TOYXOMENH *L* icton et TOYXOMENN *H* ICTON ЄΠYXOMЄNII *M* ICTON ЄΠOIOMENHN *F* || 20 IRAEQVE gemitus *om. F* || gemitus . . . ἓν διὰ δυοῖν] endiadin gemitus irascentum leonum *M* || endiadyin *A* ENDIADIYN *R* en dia in *L* (en dia diin *l*) endiain *H*

16. SERA SVB NOCTE quasi eo tempore, quo naturali libertate uti consueverunt. 'sub sera nocte' per noctem seram. RVDENTVM naturaliter 'ru' longa est: Persius ⟨III 9⟩ findor ut Arcadiae pecuaria rudere dicas. systolen ergo fecit. ruditus autem proprie est clamor asinorum, sicut grunnitus porcorum, ranarum coax: quae nomina a sono vocis constat esse composita.

17. PRAESEPIBVS caveis, ubi aluntur: non enim re vera praesepia habent.

19. DEA SAEVA aut per se, aut herbis potentibus saeva. Circe autem ideo Solis fingitur filia, quia clarissima meretrix fuit, et nihil est sole clarius. haec libidine sua et blandimentis homines in ferinam vitam ab humana deducebat, ut libidini et voluptatibus operam darent: unde datus est locus fabulae. aperte Horatius sub domina meretrice fuisset turpis et excors.

20. IN VVLTVS AC TERGA FERARVM corrumpebatur enim in illis sensus: animus namque idem manebat.

21. PII PATERENTVR TROES ergo impii qui pertulerunt: impii autem propter occisa Solis armenta.

23. NEPTVNVS VENTIS IMPLEVIT VELA SECVNDIS physice locutus est: motu enim aquae ventus creatur, ut videmus in bombis *organorum*.

24. PRAETER VADA FERVIDA periculosa navigantibus. et est tmesis.

26. IN ROSEIS FVLGEBAT LVTEA BIGIS 'lutea' est crocei coloris,

---

9 Circe autem . . . locus fabulae] exscr. mythogr. II 212 || 13 Horatius] ep. I 2, 25 || 24 lutea est crocei coloris] cf. Non. p. 549, 20 M. Isid. or. XIX 28, 8

---

2 consuerunt *RHM* || pro per noctem seram *M* pro noctem seram *l* || 3 ru naturaliter *M* || fidor *H* || archadiae *ARL* || 4 petuaria *L* || facit *M* || 5 ut *M* || grunitus *L* grannitus *H* || 6 quae nomina] que (noa) *A* (nōā *a*) quoniam *S* que noam *H* quae omnia *M* || 9 circae *HM* || 10 deo *AS* (ideo *a*) || solo *A* (*corr. a*) soli// *S* || qui *F* || et *om. AS* || 11 clarius] et hoc ex homero (*Od.* X 135 *sqq.*) *αἰαίην δ' ἐς νῆσον . . . τὴν Ὠκεανὸς τέκε παῖδα add. D* || in ferinam (feriam *G*) a uitali humana *FG* in ferinam a vita humana *coni. Hagenus* || 12 deducebat] conuertebat *R* || 13 locus est *M* || fabule *R* fabale *H* || apertae *ASF*. fabulae apertae *Stephanus, Daniel, Lion* || dominam *A* || 14 fuisse *RHF* (*corr. r*) || 15 IN VVLTVS *om. H* || 16 sensus] sensus in uultus *H* sensus et vultus *vulgo* || manebat] homerus (*Od.* X 239 *sq.*) *οἱ δὲ συῶν . . . ὡς τὸ πάρος περ add. D* || 17 protulerunt *S* || impii autem . . . armenta] scilicet occidendo impii autem propter occisa solis armenta *M* (impii . . . occisa *post deleta sunt*) || 18 acisa *R* (occisa *r*) || 19 physice autem *vulgo* || lautus *R* (locutus *r*) || 20 bombis *R*: bonis *ASHF* bomis *L* bolmis *M*. *ad* bomis *supr. vers.* id est bullis aquarum *adscripsit Lipsiensis corrector. idem in margine haec adiecit* nota motu aquae uentum creari quod uel in bomis i. e. in bullis uel uesicis uidemus. || 21 organorum *edidit Stephanus* || 22 ET PRAETER VADA F. V. *M* || 23 mesis *AS* themesis *RLM* temesis *Fa* thesis *H* || 24 FVLGEBAT *om. ARLH* || LVTIA *L*

ut croceo mutabit vellera luto: unde multi iungunt 'inroseis', id est *non roseis, quasi* non rubicundis, ne sit contrarium. tamen secundum Homerum dictum est, qui interdum ῥοδοδάκτυλον, id est rosei coloris digitos habentem, interdum κροκόπεπλον dicit Auroram, id est crocei coloris veste circumdatam.

27. CVM VENTI POSVERE cum ortu diei quievere: 'posuere' enim quievere est, sicut contra 'ferre' flare dicimus, ut ⟨III 473⟩ fieret vento mora nequa ferenti, id est flanti. OMNISQVE REPENTE RESEDIT FLATVS 'omnis', id est et qui ripae est *flatus,* et qui pelagi, qui altanus vocatur.

28. TONSAE remi dicti a decutiendis fluctibus, sicut tonsores a tondendis et decutiendis capillis.

29. LVCVM PROSPICIT in quo erat fluminis numen: diximus enim ⟨I 441⟩ numquam sine religione esse lucum a Vergilio positum.

30. HVNC INTER per hunc: Terentius dum rus eo, coepi egomet mecum inter vias. est autem crebra Frontonis elocutio. AMOENO umbroso, silvis circumdato.

31. FLAVVS ARENA epitheton proprium. et sciendum exitum Tiberini fluminis naturalem non esse nisi circa Ostiam, ubi prima Aeneas castra constituit: nam aliter non procedit quod ait ⟨IX 466⟩ murorum in parte sinistra opposuere aciem: nam dextera cingitur amni. postea enim in Laurolavinio castra fecit ingentia, quorum vestigia adhuc videntur.

33. ADSVETAE RIPIS VOLVCRES bono compendio usus est.

34. AETHERA MVLCEBANT *oblectabant,* lenibant. corporalia enim sunt elementa, ut diximus supra ⟨VI 724⟩; non enim mulcetur nisi quod corporale est. supra ait ⟨VI 726⟩ totamque infusa per artus.

---

1 croceo] buc. IV 44 || 6 posuere enim quievere est] cf. Non. p. 368, 11 M. || 9 et qui . . . vocatur] cf. Isid. or. XIII 11, 18 || 11 TONSAE . . . capillis] exscr. Isid. or. XIX 2, 6 || 15 Terentius] eun. IV 2, 1

---

1 mutauit *RLHF* || 2 ne] nec *S* || 3 est *om. H* || ΡΟΔΟΔΑΚΤΥΔΝ *A* ΡΟΛΟΛΑΚΤΥΤΙΛΟΝ *R* ΡΟΔΟΔΑΚΤΙΛΟΝ *H* rodadactylon *M* ΡΟΔΟΔΑΚΤΥΛΟΝ *F* || 4 ΚΡΟΚΟΠΕΠΑΟΝ *A* ΚΡΟΚΟΡΕΠΛΟΝ *R* ΚΡΟΚΟΝΕΝΕΛΟΝ *H* cocropeplam *M* ΚΡΟΝΟΠΕΠΑΟΝ *F* || dicit Auroram *om. F* || Auroram *om. R* || 6 VENTO *R* (*corr. r*) || diei] dicit *s* || 7 est quieuere *M* || ferre flare] flantes ferentes *M* || 8 flantis *H* || 12 decuendis capillis *L* | 13 nam ut diximus enim *M* (enim *post deletum*) || 14 uergilio *AS* || 15 terrentius *ARLH* || rus eo] roseo *AF* ros eo *RH* (*corr. r*) || 16 mecum *om. R* || elecutio *A* eloquutio *F* || 19 hostiam *MLa*: hostia *ASRl* ostia *HFm, sed* inubi *pro* ubi *H, ut in archetypo* ostiam *fuisse uideatur. ceterum cf. Charis. p.* 35, 8 *et* 98, 14 *K.* || 21 apposuere *L* || 22 nam postea *M* || laurolauino *RH* || 23 adhuc uestigia *F* || 25 lenibant] deliniebant *FG* || 26 elementa sunt *F* || 27 supra enim *vulgo*

37. NVNC AGE hinc est sequentis operis initium: ante dicta enim ex superioribus pendent. sane ERATO *vel* pro Calliope, *vel pro qualicumque musa* posuit. TEMPORA RERVM quia, ut diximus supra ⟨III 587⟩, secundum Lucretium tempora nisi ex rebus colligantur, per se nulla sunt.

38. LATIO ANTIQVO quia duo sunt, vetus et novum, sicut et in iure lectum est.

40. EXORDIA PVGNAE *id est* cervi interitum.

42. ACTOS aut collectos, aut re vera compulsos: quod est veri simile propter illud ⟨46⟩ 'longa placidas in pace regebat'.

43. TOTAMQVE SVB ARMA COACTAM collectam, ut Tityre coge pecus. 'totam' autem ὑπερβολικῶς dixit.

47. HVNC FAVNO ET NYMPHA GENITVM LAVRENTE MARICA quidam deus est Fatuclus. huius uxor est Fatua. idem Faunus et eadem Fauna. dicti autem sunt Faunus et Fauna a vaticinando, id est fando, unde et fatuos dicimus inconsiderate loquentes. ergo Faunae et Fatuae nomen quasi asperum fugit poeta, et Maricam dixit fuisse uxorem Fauni. est autem Marica dea litoris Minturnensium iuxta Lirin fluvium: Horatius et innantem Maricae litoribus tenuisse Lirin. quod si voluerimus accipere uxorem Fauni Maricam, non procedit: dii enim topici, id est locales, ad alias regiones non transeunt. sed potest dictum esse per poeticam licentiam 'Laurente Marica', cum sit Minturnensis. dicunt alii per Maricam Venerem intellegi debere, cuius fuit sacellum iuxta Maricam, in quo erat scriptum *ΠΟΝΤΙΗ ΑΦΡΟΔΙΤΗ.* sane Hesiodus Latinum

---

11 Tityre] buc. III 20 ‖ 15 dicti autem sunt . . . loquentes] cf. Don. ad Ter. eun. V 8, 49 ‖ 18 est autem Marica . . . fluvium] cf. comm. Luc. II 424 ‖ 19 Horatius] carm. III 17, 7 ‖ 25 Hesiodus] theog. 1011 sqq.

---

1 hic *AS* (hinc *a*) et hinc *F* ‖ principium *M* ‖ 2 sane] *om. F* ‖ sane erato autem *M* ‖ 3 possint *R* ‖ 6 sicut] ut *M* ‖ et *om. M* ‖ 8 EXORDIVM *A* ‖ 14 fatuclus *ASRMF*: fatudus *L* fatuelus *H* ‖ idem . . . Fauna] idem sunt faunus et fauna *M* ‖ 15 eadem *om. L* ‖ dicti . . . Fauna *om. L*, *supr. vers. add. l* ‖ dicti *ex* dicta *F* ‖ sunt autem *R* ‖ Faunus et Fauna *om. M* ‖ a *om. S* ‖ 16 et] uel *F* ‖ 18 est autem Marica] quae est *M* ‖ litoris *RLHM*: litora uel *A* (litorum *a*) litoras uel *S* (litoris *s*) litoralis *FG, fortasse recte* ‖ myntirnensium *AS* mintirnensium *R* myntyrnensium *L* myrtirnensium *H* mintyrnensium *F* ‖ 19 librin *S* lirim *R* ‖ minantem *R* (*corr. r*) inantem *L* innante *M* ‖ 20 librin *S* lyrin *H* ‖ 21 non procedit . . . Laurente Marica *om. L, in marg. add. l* ‖ maricam fuisse uxorem fauni *M* ‖ enim] autem *l* ‖ topici *ex* topaci *M* topyci *l* ‖ id est *om. M, supr. vers. add. m* ‖ 22 non] numquam *Ml* ‖ sed dictum est *Ml* ‖ 23 cum mirtinensis sit *M* ‖ mintyrnensium *AH* myntirnensium *S* mintynensium *R* myntyrnensis *L* miτi(n)≡rnensiũ *F* (iũ *in ras. man. sec.*) ‖ aliqui *R* ‖ 25 ΠΟΝΤΙΗ ΑΦΡΟΔΙΤΗ *F*: ΠΟΝΤΙΝΑ ΦΡΟΑΙΤΗ *A* (ΠΟΝΤΙΝΑ *in ras. a*) NONTIHAΦΡΟΑΙΤΗ *S* ΠΟΝΤΙΝΑΦΡΛΓΙΝ *R* ΠΟΝΤΙΝΑ ΦΡΟΔΙΤΗ *L* ΠΟΝΤΙΗ ΛΦΡΟΛΙΤΗ *H* ΠΟΝΠΝΑΡΟΑΠΗ *M*

Circes et Vlixis filium dicit, quod et Vergilius tangit dicendo ⟨XII 164⟩ Solis avi specimen. sed quia temporum ratio non procedit, illud accipiendum est Hygini, qui ait Latinos plures fuisse, ut intellegamus poetam abuti, ut solet, nominum similitudine.

48. ACCIPIMVS propter varias opiniones hoc adiecit, ut Sallustius urbem Romam, sicuti ego accepi, condidere atque habuere initio Troiani.

49. VLTIMVS AVCTOR primus, ut 'supremum' summum dicimus: pro supreme Iuppiter.

51. PRIMAQVE ORIENS EREPTA IVVENTA EST per transitum tangit historiam. Amata enim duos filios, voluntate patris Aeneae spondentes *Laviniam* sororem, factione interemit: unde et 'erepta' dixit, quasi per vim. *hos alii caecatos a matre tradunt, postquam amisso Turno Lavinia Aeneae iuncta est.* 'fato' autem dicit voluntate: nam dii id fantur quod sentiunt, non ut homines, de quibus lectum est aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere.

53. IAM MATVRA VIRO IAM PLENIS NVBILIS ANNIS non est iteratum, sed secundum ius dictum, in quo et ex annorum ratione et ex habitu corporis aetas comprobatur. primum ergo ad habitum, secundum ad annos pertinet.

54. LATIO Latium pars est Ausoniae: unde dixit primo quod minus est, sic intulit 'totaque Ausonia'.

56. PETIT ANTE ALIOS PVLCHERRIMVS aut 'ante alios petit', aut 'pulcherrimus ante alios'.

57. MIRO AMORE nova intemperantia.

58. SED VARIIS propter apes, incendium, oraculum Fauni. PORTENTA signa quae sunt media, *a portendendo*: nam et bona et mala sunt portenta.

5 Sallustius] Cat. 6, 1 ‖ 8 VLTIMVS primus] cf. Non. p. 417, 25 M. ‖ 9 pro] Ter. ad. II 1, 42. cf. Don. ad hunc vers. et Luct. Plac. ad Stat. Theb. III 310 ‖ 14 fato . . . voluntate] cf. Non. p. 303, 33 et p. 455, 29 M. ‖ 16 aliud] Sall. Cat. 10, 5

1 circae *AL* circe *S* circis *RH* circis *ex* circes *F* ‖ et *om. M* ‖ uergilius *AS* ‖ tangit uirgilius *M* ‖ 3 ygini *libri* ‖ qui] quod *F* ‖ 4 nominis *M* ‖ similitudinem *ASH* (*corr. a*) similitude *L* ‖ 5 salustius *ALHMr* saluster *R* ‖ 6 orbem *AH* (*corr. a*) ‖ 7 in initio *vulgo* ‖ 8 et *AS* (ut *a*) ‖ 9 ut pro *l* ‖ 10 EST *om. ALM* ‖ 12 et *om. M, supr. vers. add. m* ‖ 15 oms *L* (homines *l*) ‖ 16 promtum *HF* ‖ 18 iteratio *M* ‖ 19 dictum] locutus est *M* ‖ et *ante* ex annorum *om. RM, supr. vers. add. m* ‖ ratione] comparatione *R* ‖ et *ante* ex habitu *om. R, supr. vers. add. r* ‖ 20 habitudinem *F* ‖ 22 E LATIO *M* ‖ Latium *om. M* ‖ Ausoniae] italiae *F* ‖ 24 PVLCHERRIMVS *om. LHM* ‖ 25 aut] aut certe *MD* ‖ pulcherrimus *ASM*: pulcher *RLHF* ‖ 26 MIRO P. AMORE *M* ‖ nova] mira *M* ‖ 27 et incendium et oraculum *D* ‖ 28 a portendendo *edidit Stephanus* ‖ 29 portenta *om. M*

59. LAVRVS ERAT Latinus post atris Lavini cum Lavinum amplificaret, ab inventa lauro L ium id appellavit. IN PENETRALIBVS penetrale est omnis in ior pars domus, licet sit intecta: unde laurum in penetralibus fuisse non mirum est.

60. METV religione, quae nascitur per timorem.

61. PRIMAS CVM CONDERET ARCES 'primas' circa laurum scilicet: nam iam civitas fuerat.

65. TRANS AETHERA aetherem pro aere posuit.

66. OBSEDERE APICEM verbum oppugnationis est 'obsedere', quo usus est signate propter bellum futurum. PER MVTVA invicem: et est absolutum. Melissus qui de apibus scripsit, ait duobus pedibus se tenent et duobus alias sustinent.

68. VATES divinus: per quam autem artem non dixit, nec nomen eius; sed datur intellegi coniecturis eum quibusdam futura dixisse.

69. PARTES PETERE AGMEN EASDEM intellegimus ab infero mari apes venisse, unde et Troiani. 'partes' autem 'easdem' summitates rerum petere dicit, sicut apes apicem lauri, per quam advenarum victoria enuntiatur.

71. CASTIS piis. et sciendum Latinum sacrificasse iuxta stante Lavinia.

73. NEFAS absoluta parenthesis. et est hypallage 'comprendere crinibus ignem', cum ignis crines comprehendat.

---

5 METV religione] cf. Non. p. 349, 17 M.

---

1 post fratris lauini mortem *M* || Lavini] laui *S* || 2 lavinium *RF* lauinum urbem *L* || aedificaret *AS* (amplificaret *a*) || inuento *ASRHF* (inuenta *r*) || laurolauinium *ASRFl*: lauinium *LM* lauinum *H* || id *om. AM, supra vers. add. a.* appellauit id *L* || 3 IM *SR* (*corr. a*) || PENETRABILIBVS *ASH* (*corr. a*) || penetrale *RLHFa*: penetral *ASM* || 4 intecta sit *M* || in penetrabilibus *ALHM* (*corr. a*) impenetrabilibus *R* || non est mirum *LHM* || 5 nascitur] nata est *M* || 6 PRIMVS *R* (*corr. r*) || scilicet] supple *Daniel* || 9 verbum . . . futurum] uerbum obpugnationis (oppugnationis *M*) futurae *ASM* || verbum] autem *add. FG* || obpugnationis *HFG* || 10 significante *FG* || 11 mellissus *R* melisus *F* mellisus *a* || et duobus alias sustinent *RFa*: et duobus alii sustinent *AS* et duobus aliis continent *L* et duobus aliis sustinent *Hl* et duobus aliis se sustinent *M* et duabus alis se sustinent *Stephanus* || 13 per quam] per quandam *A* per que quandam *S* || 14 coniecturis *RLMa*: coniectorus *A* coniecturus *SHF* || 15 EASDEM] p. ex. i. *add. M* || infero *LMFa*: inferiore *R* inferiori *ASH* || 16 maria peruenisse *A* (*corr. a*) mari aperuenire *S* (mari aperuenisse *s*) || unde et Troiani *om. M* || eiusdem *R* (*corr. r*) || summitatem *AS. fort.* summitatem eos || petere . . . advenarum *om. AS, supr. vers. add. a* || 17 dixit *R* || quem *L* || 18 enuntiatur] praenuntiatur *F*. quod autem in lauro sederunt ostenditur aduenarum futura uictoria *add. M* || 19 sciendum] intellegimus *M* || 20 lauina *LH* (lauinia *l*) || *ad* ADOLET *in Turonensi is interpres qui Tironianis notis usus est haec adscripsit* Adolet pro sacrificat uel incendit. adolere . . est crescere sed hic κατα euphismon. est id est inpropria dictio cauebant enim ne in sacris aliquid uerbum proferrent quod posset in malam partem poni et malum omen habere ideo adolet pro incendit dixit (*pro notis puncta posui*). *cf. Serv. ad Aen.* I 704 || 21 absolute *R* (*corr. r*) || parantasis *R* || et est] est autem *F* || comprehendere *AHM*

76. FVMIDA in fumo est causa lacrimarum *et belli.*

77. VVLCANVM SPARGERE incendium belli significat. his autem duobus hoc ab augurio distat Ascanii, fumo et aspersione flammarum.

81. FAVNI Faunus *ἀπὸ τῆς φωνῆς* dictus, quod voce, non signis ostendit futura.

82. LVCOSQVE *pro* in lucis.

83. SVB ALBVNEA in Albunea. ALTA quia est in Tiburtinis altissimis montibus. et Albunea dicta est ab aquae qualitate, quae in illo fonte est: unde etiam nonnulli ipsam Leucotheam volunt. sciendum sane unum nomen esse fontis et silvae.

84. SACRO FONTE nullus enim fons non sacer. MEPHITIN mephitis proprie est terrae putor, qui de aquis nascitur sulphuratis, et est in nemoribus gravior ex densitate silvarum. alii Mephitin deum volunt Leucotheae conexum, sicut est Veneri Adonis, Dianae Virbius. alii Mephitin Iunonem volunt, quam aërem esse constat. novimus autem putorem non nisi ex corruptione aëris nasci, sicut etiam bonum odorem de aëre incorrupto, ut sit Mephitis dea odoris gravissimi, id est grave olentis.

85. HINC ITALAE GENTES commendatio oraculi *ipsius.* OENOTRIA TELLVS proprie Sabinorum tractus.

87. SVB NOCTE SILENTI per noctem silentem.

88. INCVBVIT incubare dicuntur proprie hi qui dormiunt ad accipienda responsa: unde est ille incubat Iovi, id est dormit in Capitolio, ut responsa possit accipere.

90. VARIAS AVDIT VOCES scilicet propter multa simulacra. FRVITVR pascitur: quod de rebus tantum bonis dicimus.

---

23 ille] Plaut. Curc. II 2, 16 'namque incubare satius te fuerat Iovi'

---

1 fumo] quo *M.* autem *add. F* ‖ 2 belli] bellicum *R* bellium *H* belis *F* ‖ autem] enim *M* ‖ 3 hoc *om. A* ‖ fumos *F* ‖ et *om. M* ‖ 4 ΑΠΟ ΤΩΝ *A* (*ἀπὸ τῆς φωνῆς man. rec.*) ΑΠΟ ΤΗΣ ΦΩΝ *R* (ΗΣ *add. Petrus Daniel*) ΑΠΟ Τ ΦΩΝ hic *H* ΑΠΟΙΝΙUNT *M* ΑΠΟ ΤΗΣ ΦΟΝΕΣ *F* ΑΠΟ ΤΗΣ ΦΟΝΗΣ *in ras. l* ‖ 5 futura ostendit *M* ‖ 7 Albunea] unea *in ras. a* albulnea *S.* futura futura *add. F, quae post deleta sunt.* Albunea futura *Stephanus* ‖ 8 albulnea *S* ‖ dicta est] dicta *AS* ‖ 9 leuchoteam *AR* (*corr. a*) leucatheam *LHF* leucothean *M* ‖ 10 uno *R* (*corr. r*) ‖ esse nomen *M* ‖ 11 enim *om. AS* ‖ sacer] propter attributos illis deos qui fontibus praeesse dicuntur *add. D* ‖ MEFITIN *ASRH* ΜΕΦΥΘΗΜ *L* ‖ 12 mefithis *A* ‖ propria *L* ‖ nascitur uel *F* ‖ sulphoratis *H* sulpuratis *M* (sulphuratis *m*) sulporatis *F* ‖ 13 mefitim *AL* ‖ 14 leuchoteae *R* leucatheae *LH* leuchotheae *F* ‖ ueneri adonis *in ras. a* ‖ 15 uiruius *AS* (*corr. a*) uiruirus *H* ‖ Mephitin] mefitim *A, om. F* ‖ iunonest *R* (iunonem *r*) ‖ 16 correptione *A* (*corr. a*) ‖ 20 tractus] ab Oenotrio rege *add. D* ‖ 21 *scholium ad v.* 87 *post scholium ad* INCVBVIT *praebent libri* ‖ silentem] id est per noctis silentium cum omnes tacent *add. D* ‖ 23 unde est plautus in curculione *D* ‖ unde . . . Iovi] unde incubauit *AS* (*in marg. inf. schol. ad* INCVBVIT *plene scrips. a*) ‖ incubit *H* ‖ dormiuit *S* ‖ 24 possunt *R* (*corr. r*) ‖ 25 simulacra] petentibus oracula apparentia *add. Fabricius*

91. ACHERONTA ADFATVR AVERNIS potestates quae sunt in Acheronte, ad quem per Avernum venitur. hoc autem ideo, quia Faunus infernus dicitur deus: et congrue; nam nihil est terra inferius, in qua habitat. hinc est quod eum Horatius inducit nocentem, dicens lenis incedas abeasque parvis aequus alumnis.

92. PATER IPSE aut honoris est, aut pater Laviniae.

93. CENTVM aut pro qualitate fortunae, unde et 'rite' dixit: aut finitum pro infinito posuit.

94. TERGO pro tergoribus, id est coriis.

97. THALAMIS NEV CREDE PARATIS propter Turnum.

98. VENIENT melius 'veniunt', ut iam eos venire significet. GENERI plurali usus est pro singulari.

99. A STIRPE stirpem cum de genere *et prosapie* dicimus, tantum femininum est, cum de arbore, et masculini generis et feminini invenitur, ut ⟨XII 770⟩ sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum, contra Horatius stirpesque raptas et pecus et domos.

100. SVB PEDIBVS sub imperio suo ac potestate.

102. MONITVSQVE alibi monita dixit, ut ⟨VIII 336⟩ Carmentis nymphae monita et deus auctor Apollo.

103. NON IPSE SVO PREMIT ORE LATINVS quo a se repelleret generos.

104. SED CIRCVM LATE VOLITANS tmesis est 'circum' 'volitans'.

109. ADOREA LIBA ador proprie est genus farris, liba autem sunt placentae de farre, melle et oleo, sacris aptae.

110. SVBICIVNT EPVLIS subponunt in epularum locum. ILLE qui per harpyiam vaticinatus est, ut ⟨III 251⟩ quae Phoebo pater omnipotens.

111. ET CEREALE SOLVM solum dicitur omne quod aliquid sustinet, unde de mari supra ait ⟨V 199⟩ subtrahiturque solum.

---

4 Horatius] carm. III 18, 3 ‖ 6 Pater . . honoris est] cf. Isid. diff. verb. 274 ‖ 16 Horatius] carm. III 29, 37 ‖ 23 ador . . . sacris aptae] cf. Non. p. 52, 25 M. et Isid. or. XX 2, 17 ‖ 28 solum . . . solum] exscr. Isid. or. XIV 8, 24. cf. or. XI 1, 115

---

4 habitat] faunus *add.* *D* ‖ 5 levis *vulgo* ‖ incedar *R* (*corr.* *r*) ‖ abeasque *Frm*: absque *ASM* abesque *RH* ab///sque *L* ‖ aequis *ASH* equis *RL* ‖ 6 aut pater Laviniae] aut re uera propter lauiniam *MD* ‖ liuiniae *A* (*corr.* *a*) ‖ 8 aut certe finitum *F* ‖ aut . . . posuit] aut certe finitus sit pro infinito *M* ‖ 12 pro] per *H* ‖ 13 A STIRPE] *om.* *AS*, AB STIRPE *M* ‖ stirps *ASR*. *ceterum cf.* *Neue Formenl.* I² *p.* 668 ‖ prosapiae *F* ‖ 16 contra Horatius] et feminini ut horatius *M* contra horatius hae *LH* ‖ stirpisque *M* ‖ domus *ASL* ‖ 18 carmentes *F* ‖ 20 quo] id est quo *F* ‖ a *om.* *AS* (a se *s*) ‖ 22 temesis *vel* thememesis *libri* ‖ 23 est *om.* *M* ‖ 24 et melle *A* ex melle *H* ‖ apta *F* ‖ 25 supponunt *R* ‖ ILLE *ASRHM*: IPSE *LF* ‖ 26 arpian *ASH* arpiam *RM* arpyiam *L* arpyam *F* ‖ 28 dicitur] est *M* ‖ omne dicitur *F* ‖ 29 solum] et ouidius primo

sic nunc panicias mensas, id est epularum sustentaculum, solum vocavit.

112. FORTE ALIIS abundat 'forte'.

115. FATALIS CRVSTI ad negotium respexit Aeneae, cui hic erat finis laborum. 'crustum' autem et 'crusta'. neutraliter dicimus de his quae comedi possunt: Horatius ut pueris olim dant crustula blandi doctores, Iuvenalis ⟨IX 5⟩ nos colaphum incutimus lambenti crustula servo. feminino autem genere fragmenta dicimus, quae comesse non possumus, ut concrescunt subitae currenti in flumine crustae. QVADRIS aut mensis: et est antonomasia, nam supra 'orbem' dixit: aut 'quadris' fragmentis accipimus, ut Iuvenalis ⟨V 2⟩ ut bona summa putes aliena vivere quadra.

117. ADLVDENS aut vacat 'ad', et ludentem significat: aut certe 'adludens' ad responsi fidem verba componens. LABORVM FINEM scilicet maritimorum: nam in terra multa passurus est, ut ait sibylla ⟨VI 84⟩ sed terrae graviora manent.

118. PRIMAMQVE LOQVENTIS AB ORE ERIPVIT PATER hoc est, adhuc loquente Ascanio *primus pater* intellexit famem, quam fata praedixerant.

119. NVMINE PRESSIT *id est* oraculi fide ab Heleno et Anchisa praedicti. 'pressit' autem vocem Ascanii, quo posset ipse numina deprecari.

120. FATIS MIHI DEBITA bona periphrasis est, ne 'fatalis' diceret, quod est medium: et in precibus nihil esse ambiguum debet.

121. O FIDI Aeneae scilicet, non Troiae, quam nequivere servare.

122. HIC DOMVS aut familia, ut ⟨III 85⟩ da propriam Thymbraee domum: aut ordo est, hic est patria, hic domus; ante enim patria est, sic domus.

---

6 Horatius] sat. I 1, 25 || 9 concrescunt] georg. III 360

---

metamorphoseon (73) dixit 'neu regio foret ulla suis animalibus orba astra tenent coeleste solum' *add. D* || 1 panitias *L* || solum *om. H* || 5 laboris *M* || *fort.* autem est et || neutro *M* || 6 comedi possunt] esui sunt *F* || dant crustū *F* || 8 labenti *L* || 9 dicimus] dicuntur *M* || quae comesse non possumus] quae non sunt esui *ASM* (esuis *a*) || concrescunt *A, sed* unt *in ras. a,* concrescit *S* || 10 QVADRAGIS *H* || 11 an *AS* (aut *as*) a *L* (aut *l*) || quadragis *H* || 12 accipiamus *F* || potes *R* potest *HF* || 16 passuros *R* || est *om. SRH* || 17 terre *R* || 20 predixerat *H* || 21 fidem *F* || eleno *A* || anchisę *F* || 22 praedicti] presenti *R* uel praesentati *superscr. r* || vocem *om. H* || possit *AS* || ipse] *om. H,* esse *M* || 24 MEDITA *R* (MIHI DEBITA *r*) || bona periphrasi usus est *F* || frasis *S* (perifrasis *s*) || 25 et *om. F* || nihil *om. H* || ambiguum esse debet *H* esse debet ambiguum *M* || 26 scilicet] scilicet et *AL* intellegatur *F* || nequiuerat (n *superscr.*) *F* || 27 HAC *H* || da] a *H* || propria *R* || timbree *ARH* tymbreae *L* tymbree *M* tymbraee *F* || 28 est *post* ordo *om. H* || est *post* hic *om. M* || 29 est *post* patria *om. L* || sic]

125. ACCISIS undique consumptis. et hoc est apud nos 'ac', quod apud Graecos *ἀμ*. hinc est ⟨565⟩ amsancti valles, id est undique sancti.

128. HAEC ERAT ILLA FAMES ac si diceret: hoc fuerat timendum periculum, quod pericula determinat.

131. HABEANT habitent; hoc enim frequentativum est ab eo quod est habeo. VBI MOENIA GENTIS Laurolavinium significat.

133. NVNC PATERAS LIBATE IOVI ab eo quod continet id quod continetur.

134. ANCHISEN GENITOREM bene Iovem et Anchisen, qui causa oraculi fuerunt. REPONITE MENSIS aut timore verborum Ascanii interrupta renovate: aut 'reponite' frequenter ponite, id est crebro bibite.

135. TEMPORA RAMO IMPLICAT diebus *enim* festis ita epulabantur, id est coronati.

136. GENIVMQVE LOCI Apollinem vult intellegi: in tutela enim eius tota fuerat regio, ut ⟨61⟩ quam pater inventam primas cum conderet arces, ipse ferebatur Phoebo sacrasse Latinus. aliter iniquum est si, cum omnes invocet, Apollinem praetermittat, praesertim cum Helenus dixerit ⟨III 395⟩ aderitque vocatus Apollo. PRIMAMQVE DEORVM quia ipsa est mater deorum.

137. NYMPHASQVE ET ADHVC IGNOTA PRECATVR FLVMINA bonum ordinem sequitur: sic alibi ⟨VIII 71⟩ nymphae, Laurentes nymphae, genus amnibus unde est.

138. NOCTEM NOCTISQVE ORIENTIA SIGNA quae noctem sequuntur, ut nymphas flumina: invocat enim sibi coniuncta.

139. PHRYGIAMQVE EX ORDINE MATREM aut 'contigue', quia Idaeum dixerat Iovem: aut certe 'rite', id est more sollemni.

---

6 HABEANT habitent] cf. Non. p. 318, 3 M.

---

sit *H* et sic *M* ante enim patria est quam sit domus *D* ‖ *ad vers.* 123 NVNC REPETO ANCHISES etc. nusquam legimus quod Anchises praedixerat fame in Italia laboraturos Troianos *Masvicius, quae in libris non inveniuntur* ‖ 1 ACCISSIS *S* (*corr. s*) ‖ undique conscisis (*sic*) vel consumptis *Daniel* ‖ ac *libri* am *Masvicius, fortasse recte* ‖ 2 AM *AS*: am *reliqui ἀμφί Stephanus, fortasse recte.* et hoc accisi ualde undique caesi id est *ἀμφίκοποι add. D* ‖ hinc est *MFl:* hoc est *ASLH* ut *R* ‖ amcisi *LH* (amsancti *l*) ‖ id est *om. L*, id *om. H* ‖ 3 scissi *L* (sancti *l*) sanctis *HF* ‖ 5 quae *R* (quod *r*) ‖ 6 habitant *S* ‖ 7 est *post* quod *om. AL* (*supr. vers. add. l*) ‖ significat] dicit *MF* ‖ 10 bene iouem et anchisen iungit *G* ‖ 12 frequenter ponite *om. L, supr. vers. add. l* ‖ crebo *AH* (*corr. a*) ‖ 13 bibite] libate *LDFabricius* libate bibite *Daniel primus* ‖ 14 enim *hab. M* ‖ 18 artes *L* ‖ Latinus] laurentisque ab ea nomen posuisse colonis *add. M* ‖ 19 si . . . invocet] fieri omnes non uocet *H* ‖ 25 quae noctem recte sequuntur *M* ‖ secuntur *H* ‖ 27 *ad* IDAEVMQVE IOVEM *in Turonensi haec adscripta sunt* Iouis pro locorum diuersitatibus uariis appellatur nominibus. dicitur stator quia exercitum romuli fugientem de bello ab ipso romulo inuocatus stare fecit. uocatur

140. DVPLICES duos. CAELO autem Venerem, EREBO Anchisen.

141. CAELO CLARVS AB ALTO in serenitate, quod est augurii; nam in nubibus causa est.

142. RADIIS ET AVRO radiis aureis. ARDENTEM NVBEM alii fulmen nubem ardentem dicunt, ut Lucanus ⟨X 503⟩ atque ardens aëre solo, quos hoc loco secutus est. alii fulmen dicunt aëris scissione ardentem rimam, quos alibi sequitur dicens ⟨VIII 392⟩ ignea rima micans percurrit lumine nimbos.

146. CERTATIM INSTAVRANT EPVLAS hoc est ⟨134⟩ 'et vina reponite mensis'.

147. VINA CORONANT pro 'pateras'. MAGNO autem OMINE caelesti dicit: alibi ⟨III 374⟩ nam te maioribus ire per altum auspiciis manifesta fides.

150. HAEC FONTIS STAGNA NVMICI ista iam ab incolis discuntur. quod autem ait 'stagna' verum est: nam Numicus ingens ante fluvius fuit, in quo repertum est cadaver Aeneae et consecratum. post paulatim decrescens in fontem redactus est, qui et ipse siccatus est sacris interceptus; Vestae enim libari non nisi de hoc fluvio licebat.

152. ORDINE AB OMNI ex omni qualitate dignitatum: quod apud Romanos in legatione mittenda hodieque servatur.

153. AVGVSTA AD MOENIA augurio consecrata. hinc paulo post ⟨170⟩ illud est 'tectum augustum, ingens'. et nisi in augusto loco consilium senatus habere non poterat: unde templum Vestae non fuit augurio consecratum, ne illuc conveniret senatus, ubi erant

---

4 alii . . . rimam] exscr. comm. Luc. X 503. cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. III 320

---

herceus id est diuisus quia ara illius a ceteris deorum aris diuisa erat et cultus specialis illi debebatur. uocatur feretrius a ferendo auxilium quia saepe romanis in bello positis et se inuocantibus auxilium uincendi dedit. *ex alio scholio ad verba illa adscripto Hageno haec digna visa sunt quae exscriberentur* feretrius a ferendo quia simulacrum eius in uexillis romanorum ferebatur. || MATREM *om.* *HM* || aut *om.* *AS* (*supr. vers. add.* *a*) || contigue *RFa*: contiguere *AS* contingue *LM* conticue *H* continue *m* || quod *AS* || 135, 28 rite] ex ordine *Ml* || solempni *R* sollempni *H* solemni *L* || 1 CAELO EREBOQVE caelo autem *M* || 2 serenitatem *H* || 3 nam . . . causa est] nam si caelo nubilo fuerit causa est *F* nam si caelum nubilum fuerit causa est *G* nam in nubibus fulminis causa est *D* || 6 arris *R* || 7 scisione *AS* || 9 hoc est *M*: id est *ASHF*, *om.* *R*, ut est *L* || et] ut *R* || 11 pateras *ASF*: pateris *RLHMa*. ut alibi (III 525) 'magnum cratera corona induit' *add.* *D* || 14 discunt *AS* dicuntur *R* || 15 ait fontis stagna *Masvicius* || stanga *M* || 16 consecratus *M* || 18 interceptus *Mr*: interceptis *reliqui* || non *del.* *m* || 20 ex omni *om.* *AS* || dignitate *S* (*corr.* *s*) || 24 non *ante* fuit *om.* *R*, *supr. vers. add.* *r*

virgines; nam haec fuerat regia Numae Pompilii: ad atrium autem Vestae conveniebat, quod a templo remotum fuerat.

157. FOSSA sulco. et sunt ista reciproca; nam et sulcum ponit pro fossa, ut ausim vel tenui vitem committere sulco, id est fossa.

158. MOLITVRQVE LOCVM praeparat. PRIMASQVE IN LITORE SEDES ideo 'primas', quia imperium Lavinium translaturus est. et sciendum civitatem, quam primo fecit Aeneas, Troiam dictam secundum Catonem et Livium: quod et ipse dicit ⟨IX 641⟩ nec te Troia capit.

159. CASTRORVM IN MOREM brevem scilicet. PINNIS ATQVE AGGERE muro, in quo pinnae sunt. et est synecdoche. 'aggere' autem fossa.

160. IAMQVE ITER EMENSI TVRRES ET. T. L. hypermetrus versus.

161. MVROQVE SVBIBANT alibi per accusativum, ut ⟨X 798⟩ Aeneae subiit mucronem ipsumque morantem sustinuit. et hoc secundum naturam est, nam 'it sub mucronem' dicimus: per dativum enim figuratum est.

162. PVERI ET PRIMAEVO FLORE IVVENTVS bene Romanae militiae exprimit morem; nam post pubertatem armis exercebantur et sexto decimo anno militabant, quo etiam solo sub custodibus agebant. nec est contrarium ⟨46⟩ longa populos in pace regebat: nam licet in pace essent, exercitium tamen vigebat armorum.

---

4 ausim] georg. II 289 ‖ 7 et sciendum e. q. s.] cf. Serv. ad Aen. I 5 ‖ 20 nam post . . . agebant] exscr. Isid. or. IX 3, 37

---

1 pompili *H* ‖ alium *A*, atrium *supr. vers. ipse, ut videtur, librarius* ‖ autem] sane *F* ‖ 2 conveniebat . . . fuerat] seneca conueniebat quod a tempore motum fuerat *AS* ‖ conveniebatur *Stephanus* ‖ quod . . . fuerat] quod fuerat a templo remotum *F* ‖ tempo *R* (*corr. r*) ‖ *fortasse* nam . . . Pompilii *post* fuerat *collocanda sunt* ‖ 3 nam . . . fossa *om. RLHM* (*in marg. suppl. l*) ‖ 4 sulco committere uitem *ASF* ‖ id est fossa *om. LH* (*supr. vers. add. l*). *expectatur* id est fossae ‖ 6 praeparat] parat *LH* (*corr. l*). alias fabricat, ut (*Aen.* III 6) 'et phrygiae molimur montibus idae' *add. D* ‖ 7 ideo primas *om. RLH* (*supr. vers. add. l*) ‖ translaturus est lauinium *AS* ‖ 8 Aeneas] *om. RLM* (*supr. vers. add. l*) e. *H* ‖ troia *L* ‖ 9 et *ante* ipse *om. RLHM* ‖ 11 CASTRORVM . . . scilicet *om. R* ‖ brevem scilicet] hoc est breuem *LH* hoc est breuem scilicet *M*. *fort.* breves (*i. e. sedes*) scilicet ‖ 13 autem *om. RLH* (*add. l*) ‖ fossa] ex fossa *Burmannus. fort.* 'agger' enim terra effossa. *cf. Serv. ad Aen.* X 24. *possis et* autem fossa *seclusis* et est synecdoche 'aggere'. ‖ 14 ypermetros *AS* (ypermetrus *a*) ‖ 16 subit *ASRHM* (*corr. a*) ‖ morando *Vergilius* ‖ 17 it] *om. AS* (*supr. vers. add. a*), id *H* ‖ mucromen *L* ‖ nam per datiuum *LF* nam per damtin *H* nam per datiuum enim *M* (enim *del. m*) ‖ 18 figura est *L* fuguratum est *H* ‖ 20 exercebantur armis *AS* ‖ excebantur *H* ‖ 21 quo . . . agebant *om. R* ‖ quod *M* ‖ quo etiam solo] quousque *Burmannus. sed cf. Serv. ad Aen.* V 546 ‖ degebant *A* (agebant *a*) dicebant *S* ‖ 22 populos] placidas *Vergilius* ‖ regebant *ASL* (*corr. a l*) ‖ 23 essent *F*: esset *reliqui* ‖ exercitio *RL* (exercitium *l*) exercitatio exercitium *M* (exercitatio *del. m*)

163. DOMITANTQVE IN PVLVERE CVRRVS equos sub curribus *domitant.*

164. ACRES ARCVS fortes. et est *κατάχρησις*: nam acrimonia mentis est. LENTA mollia. ICTV iaculatione.

167. INGENTES ex stupore nuntii laus ostenditur Troianorum. et bene novitatis ostendit opinionem: ingentes enim esse quos primum videmus opinamur. REPORTAT aut 're' vacat, aut 're' pro 'ad' posuit, ut sit 'adportat'.

168. INTRA TECTA VOCARI dissentit hoc loco a Romana consuetudine. nam legati si quando incogniti venire nuntiarentur, primo quid vellent ab exploratoribus requirebatur, post ad eos egrediebantur magistratus minores, et tunc demum senatus *ab eis* extra urbem postulata noscebat, et ita si visum fuisset, *in urbem* admittebantur. sed hoc Vergilius non sine ratione praetermisit: Latinum namque memorem vult esse responsi et avidum satis ad externos videndos, per quos ei promittebatur felicitas.

169. SOLIO MEDIVS CONSEDIT ut supra ⟨I 506⟩ diximus, solium est veluti armarium de uno ligno factum ad regum tutelam, secundum alios a soliditate dictum, secundum Asprum per antistichon, [*quod solum id est unum capit*] quasi sodium a sedendo: nam et sella quasi sedda dicta est.

170. TECTVM AVGVSTVM INGENS domum, quam in Palatio diximus ⟨IV 410⟩ ab Augusto factam, per transitum laudat: quam quasi in Laurolavinio vult fuisse.

---

17 solium e. q. s.] exscr. Isid. or. XX 11, 10 et 16, 4. cf. diff. verb. 524

---

1 curribus] regibus *Lion* || *ad vers.* 163 *in marg.* Romana iuuentus tempore pacis bellico ludo exercebatur in campo marcio currendo uidelicet ad palum et ibi cum magno impetu ictus mittendo uel etiam ultra equum ligneum saliendo. ideo hoc faciebant ne cum necessitas euenisset essent expertes artis militiae *T* || 3 *κατάχρησις*] catacresis cuos *A* (is *in ras. a*) cata crestiquos *S* catacresis *RLF* catacretis *H* catacrisis *M* || 4 est] non autem inanimatarum rerum ut arcuum *add. D* || 5 nuncii *A* || 6 et bene . . . opinamur *om. LH* (*in marg. add. l*) || opiniones *M* || 7 optimamur *R* || uaccat *H* uocat *M* || aut . . . sit *om. L, supr. vers. add. l, ita tamen ut* re *omittat* || re . . . sit *om. H* || 9 a consuetudine romana *ASR* || 10 nunciarentur *A* nuntiantur *L* || 11 ingrediebantur *L* (*corr. l*) || 12 extra urbem] extra pomeria *AS* || 13 noscebat *om. H* || 14 hoc *om. F* || uirgilius . . . praetermisit *ASRFl*: prudenter fecit *LHM* || 15 fatis *HM* || uidendos *om. R* || 16 per quos . . . felicitas *om. LH* (*in marg. add. l*) || ei *om. R* || 17 solium est ut (sicut *F*) diximus supra *ASF* || 18 ad regum tutelam factum *LHM* || 19 antistochen *R* antisticon *L* antisyscom *H* antistycon *M* || 20 quod solum unum capit *edidit Stephanus* || sodium] sedium *R* solium *H* || 21 quasi sedda dicta est] et subsellia quasi subseddia *add. Isidorus*: *quae Kettnerus* (*Varr. Stud. p.* 31) *Servio tribuit* || 22 domum . . . vult fuisse] domum in palatio quam supra quasi in laurolauinio uult fuisse *LH* || quam] quam supra *R* || in *om. AS* || 24 uult fuisse *M*: fuisse commemorat *ASFl* fuisset commemorat *R*

172. HORRENDVM venerandum, non quod horrori sit.

173. HIC SCEPTRA ACCIPERE hoc in Palatio fiebat.

174. CVRIA TEMPLVM quia, ut diximus ⟨153⟩, curia non erat nisi in augurato loco.

175. ARIETE CAESO hoc sacrificium in ianua Palatii fiebat festis diebus.

176. PERPETVIS MENSIS longis, ad ordinem exaequatis sedentum: maiores enim nostri sedentes epulabantur. quem morem a Laconibus habuerunt et Cretensibus, ut Varro docet in libris de gente populi Romani, in quibus dicit quid a quaque traxerint gente per imitationem.

177. EX ORDINE prout sibi successerant. [sane intellegendum est, ita ut nati fuerant, sic eorum imagines fuisse compositas.]

178. E CEDRO quod lignum non facile vetustate consumitur. [hoc genus ligni tineam nescit corruptionemque ex antiquitate non sentit.] unde est cedria, quae chartam reservat: hinc est illud et cedro digna locuti. [aut cedria perunctae, quoniam ligna custodit ac conservat.]

179. VITISATOR non inventor vitis, sed qui vitis genus demonstravit Italis populis. SVB IMAGINE FALCEM aut statuae exprimit gestum, ut dicat: ita tenebat falcem, ut eam sub vultu haberet: aut 'sub imagine' sub theca dicit, quae similis falcis est.

---

7 PERPETVIS longis] cf. comm. Luc. III 485 || 8 maiores enim e. q. s.] cf. Isid. or. XX 11, 9 et diff. verb. 524 || 14 quod lignum e. q. s.] cf. Isid. or. XVII 7, 33 || 16 et cedro] Persius I 42 || 21 ita tenebat . . . similis falcis est] cf. Non. p. 388, 1 et p. 329, 11 M.

---

1 venerandum] uerendum scilicet *F* || horroris *LF* || 2 HINC *RLHM* || 3 ut diximus supra *RF* || 4 nisi in augurato non erat loco *LHM* || erat] est *F* || 5 sacrifitium *L* || palacii *L* || 7 exsecutis *A* (exaequatis *a*) exsequatis *S* || sedentum exaequatis *F* || 8 quem morem habuerunt (ʰabuerant *L*) a laconibus et cretensibus *RLHM*. *ceterum in Monacensi* habuerunt . . . in quibus dicit quid, *quae librarius omisit, homo ei aequalis in marg. sup. addidit* || 9 et] uel *FG* || ut] et *L* || 10 quid a quaque gente transtulerit per imitationem *AS* quid a quaque traxerint gente *RLH* quid a quaque traxerunt per imitationem gente *M* quid a quaque per imitationem traxerint gente *l* quid a qua gente trans//i//erit (transierit *G*) per imitationem *FG*. *cf. H. Kettneri Stud. Varr. p.* 30 *sq. et* 60 *sq.* || 12 sane . . . compositas, *quae Tiberii Donati sunt, om. AF* (*in Floriacensi homo inferioris aetatis adiecit*) || intellegendus *H* || 13 inmagines *L* || conpositas *LM* || 14 consumitur uetustate *RLHM* || 15 hoc genus . . . non sentit, *quae Tiberii Donati sunt, om. AF* (*add. f.*) || tinea *RH* tinae *M* tineae *m* || corruptionem quam *M* || 16 unde est . . . locuti *om. RLHM* (*post* conservat *in marg. add. lm*) || quae] qui *l* || cahrctam *A* cacetam *l* cartam *m* || 17 locutus *Persius* || aut cedria . . . conservat, *quae Tiberii Donati sunt, om. ASF* (*add. f*) || aut] aut certe cedro dicit *M* || custodit ac conservat *Donatus*: custodita conseruat *RLHf* custodita conseruant *M* || 19 vitis *om. ASF* || genus uitis *LHM* || 21 ut eam . . . SATVRNVSQVE SENEX *om. M* (*in marg. inf. add. m*) || 22 sub imaginem *F* || sub teca *Ar* subtae haecta *R* sub eccã *L* (sub ecca id est falce prataria quae similis est falci *in marg. l*) sub haecta *H* sub heccam

180. SATVRNVSQVE SENEX antiqui reges nomina sibi plerumque vindicabant deorum. ergo Saturnus rex fuit Italiae: nam et supra ait 'veterum effigies ex ordine avorum' et infert 'aliique ab origine reges'. hinc est quod apud Cretam esse dicitur Iovis sepulcrum. Gabalus etiam, Romanus imperator, Solem se dici voluit: nam Heliogabalus dictus est.

181. AB ORIGINE pro 'Aboriginum reges', sed est metro prohibitus.

182. PVGNANDO VVLNERA PASSI pugnando *scilicet* quasi reges.

183. SACRIS IN POSTIBVS ubi spolia consecrabantur.

184. CAPTIVI pro 'captivorum': nota figura est.

185. CRISTAE *hoc est* galeae: a parte totum posuit.

186. EREPTAQVE ROSTRA CARINIS bene de omni genere proeliorum spolia illic fuisse demonstrat.

187. QVIRINALI LITVO lituus est incurvum augurum baculum, quo utebantur ad designanda caeli spatia, nam manu non licebat. Quirinalem autem ex persona sua dixit, qualem postea Quirinus habuit: nam tunc adhuc non fuerat Romulus. [vel lituum id est regium baculum, in quo potestas esset dirimendarum litium.]

188. SVCCINCTVS TRABEA toga est augurum de cocco et purpura. ANCILE scutum breve. regnante Numa caelo huius modi scutum lapsum est, et data responsa sunt, illic fore summam imperii, ubi illud esset. quod ne aliquando hostis agnosceret, per Mamurium fabrum multa similia fecerunt: cui et diem consecrarunt, quo pellem virgis feriunt ad artis similitudinem. dicimus autem

15 lituus . . . baculum] cf. Macrob. Sat. VI 8, 1 sqq. mythogr. III 11, 11 || 20 toga . . . purpura] cf. Isid. or. XIX 24, 8 || 21 scutum breve e. q. s.] cf. Serv. ad Aen. VIII 664

M (id est falcem pratariam *superscr. m*) || falcis similis *F* || falci *L* || falcis est] Quare sub imagine falcem? cum imagine enim pictus est Saturnus. Solvitur: aut 'sub' pro 'in' posuit, aut ipsius quoque falcis non ueritas, sed imago, uagina quaedam falcis putatur *add. Fabricius* || 3 et infert] iterum infert *F* || ab origine *F*: ex ordine *reliqui* || 4 iouis dicitur esse sepulcrum *R* || 5 gaballus *RLH* (gabalus *l*) || imperatorem *H* || 6 eliogabalus *AFMl* eli//iogaballus *R* eliogaballus *LH* || 7 AD *R* || originum *S* || 9 PVGNANDO . . . reges *post* LITVO (*lin.* 15) *hab.* *L* || PVGNANDO *om.* *A* || pugnando *om.* *RLHM* || 14 demonstrat fuisse *HM* || 15 litus *L* || est *om.* *LH* || incuruus *et* baculus *l* || 16 spacia *LM* || 18 vel . . . litium, *quae Tiberii Donati sunt, om.* *F* (*add. f.*) || 19 litium *ex* lituum *M* || 21 breve] *om.* *A*, breuem *H* || Numa] mũma *R* || numae caelo *A* numa e caelo *F* || 23 quod ne aliquando hostis agnosceret *RLH*: quod ne possit (posset *F*) auferri uel (aut *F*) ab hoste cognosci *ASF* quod ne uel posset auferri aliquando hoste cognosci *M* (*post* hoste *supr. vers.* uel *add. m*). *cf. Serv. ad Aen.* VIII 664 || 24 mamusium *AS* maurium *M* (*corr. m*) || multa romani similia *F* || fecerunt] facta sunt *supr. vers. m* || cui] qui *H* || consecrabant *RLH* || 25 pellem *libri praeter R, qui* peltam *exhibet* (t. pellem *supr. vers. r*). *cf. Preller Roem. Mythol. p.* 317 *adnot.* 4 *et Marquardt Roem. Staatsverw.* III *p.* 416 *adnot.* 8 || virgis *om.* *RLH* (*supr. vers. add. l.*) quo peltam feriunt *videtur Servius scripsisse*

'hoc ancile' et 'haec ancilia', 'anciliorum' vero usurpavit Horatius dicens anciliorum et nominis et togae oblitus. *septem fuerunt pignora, quae imperium Romanum tenent: † aius matris deum, quadriga fictilis Veientanorum, cineres Orestis, sceptrum Priami, velum Ilionae, palladium, ancilia.*

190. AVREA CONIVNX nam aliter versus non stat. et 'aurea' per ironiam dixit, *ut* ⟨VI 523⟩ *egregia interea coniunx*: 'coniunx' vero non quae erat, sed quae esse cupiebat, ut ⟨IV 536⟩ quos ego sim totiens iam dedignata maritos. fabula *autem* talis est. Picum amavit Pomona, pomorum dea, et eius volentis est sortita coniugium. postea Circe, cum eum amaret et sperneretur, irata eum in avem, picum Martium, convertit: nam altera est pica. hoc autem ideo fingitur, quia augur fuit et domi habuit picum, per quem futura noscebat: quod pontificales indicant libri. bene autem supra ei lituum dedit, quod est augurum proprium: nam ancile et trabea communia sunt cum Diali vel Martiali sacerdote.

194. PLACIDO PRIOR EDIDIT ORE bene 'placido'; legatorum enim fuerat ut ipsi ante loquerentur: sic in secundo ⟨279⟩ ultro flens ipse videbar.

195. DICITE DARDANIDAE aut ex veste eos Troianos esse cognoscit, quae erat propria gentium singularum; aut κατὰ τὸ σιωπώμενον intellegimus famam, quae eos venire nuntiaverat, eandem etiam Troianos esse dixisse: unde infert 'auditique advertitis aequore cursum'. 'Dardanidae' autem, ac si diceret 'o cognati'.

---

1 Horatius] carm. III 5, 10 || 10 Picum amavit . . . quod est augurum proprium] exscr. mythogr. I 182, II 213, III 11, 11. cf. Isid. or. XII 7, 47

---

2 dicens *om. LH* (*supr. vers. add. l*) antiliorum *L* || et *ante* nominis *om. F* || togice *H* || septem . . . ancilia *quae edidit Stephanus, cum e meis libris unus Floriacensis habeat, non puto scripturis, quas Burmannus hoc loco tamquam e suis libris enotatas commemoravit, fidem habendam esse.* || 3 pignora quae *Preller Roem. Mythol. p.* 544 *adnot.* 5: paria quae *F* per quae *LR Burmanni et Stephanus* || Romani *Stephanus* || tenent *F et Vos. Burmanni,* tenerent *vulgo* || aius *F,* acus *vulgo.* cestus *Lobeck Aglaoph. p.* 304 lapis *Preller l. l.* || 4 Veientanorum *scripsi*: uenientorum *F* Veientorum *Vos. Burmanni et Stephanus* Veiorum *Masvicius* || orestes *F* || priamive Ilione *Vos. Burmanni et Stephanus* || 6 CONIVNX] scilicet *add. AS* || uersus constat *A* (*corr. a*) non stat uersus *LHM* || et aurea] aurea uero *R* et auream uero *F* || 7 yroniam *RH* yroneam *L* hironiam *M* yromam *F* || coniunx uero] coniunx autem *R* sane hic coniunx *F* || 8 sed] sed dixit *F* || 9 quos . . . iam *om. LHM* || fabula . . . est *om. LH, supr. vers. add. l* || 10 uoluntatis *a* || 12 artium *H* || nam altera est pica *i. e. nam pica a pico diuersa est* || 13 qui *S* || augurus *R* (*corr. r*) || 15 huic supra *F* || 16 Diali uel] dialium *AS* (*corr. a*) diali uel et *L* dialia uel *F* || marciali *RL* || sacerdotibus *ASF* || 17 PLACITO *H* || placito *LH* placico *F* || 18 ante ipsi *F* || 19 uidebatur *F* || 20 agnoscit esse *R* || 21 cata to siopomenon *vel* cata to siopumenon *libri* || 22 fama quae *RHM* quae famam *FG* || uenisse *FG* || nunciauerat *A* nuntiaret *L* (*corr. l*) || eadem *RLH* || 23 esse] eos *R* || aequora *F*

197. (QVID PETITIS ...) SIVE ERRORE VIAE SEV TEMPESTATIBVS ACTI duo quaerit: si voluntate venistis, quid petitis? si necessitate, tempestas vos an error advexit?

198. VADA CAERVLA caerulum est viride cum nigro, ut est mare.

200. QVALIA MVLTA ad duo respexit, errorem et necessitatem.

201. PORTVQVE SEDETIS ante enim pro portu erat illic exitus fluminis.

202. NE FVGITE *id est* ne fugiatis, ne ignoretis.

203. SATVRNI GENTEM laus generis.

204. SPONTE SVA VETERISQVE DEI SE MORE TENENTEM Xenocratis est hoc: qui cum primus philosophiae scolam aperuisset, cum antea in porticibus de philosophia tractaretur, et interrogatus esset, quid praestare posset discipulis suis, respondit, ut id voluntate faciant quod alii iure coguntur. VETERIS antiqui, ac si diceret, aurei saeculi imagine vivimus.

205. FAMA EST OBSCVRIOR ANNIS ac si diceret, nisi esset, iam vos sciretis.

206. AVRVNCOS ITA FERRE SENES apud veteres historiae hoc genus fuit, ut maiores natu ante acta posteris indicarent: quod hic indicat locus, Lucanus apertius, cum esset de Antaeo narraturus, ait ⟨IV 592⟩ c o g n i t a p e r m u l t o s d o c u i t r u d i s i n c o l a p a t r e s: quia adhuc nec annales erant nec historiae. Aurunci vero Italiae populi antiquissimi fuerunt. 'ferre' autem quasi cum ostentatione iactare.

207. DARDANVS Iuppiter cum Electra, Atlantis filia, Corythi regis Italiae uxore, concubuit. sed ex Iovis semine natus est Dardanus, ex Corythi Iasius. Dardanus profectus ad Phrygiam, Ilium

---

4 caerulum . . . mare] exscr. Isid. or. XII 6, 10 || 18 apud veteres e. q. s.] exscr. Luc. comm. IV 592

---

2 petistis *H* || 3 adduxit *F* || 4 ut est] id est *LH* || 5 ad errorem *F* || 6 PORTVSQVE *A* || illic *om. AS* (*supr. vers. add. a*), *del. l: fortasse recte* || 8 ne ignoretis *om. F, add. f.* || ignoratis *H* || 11 hoc *om. LH* (*supr. vers. add. l*) || philosophiae *om. RLH* (*supr. vers. add. l*) || cum *ASFlm*: quod *RLHM* || 12 in porticibus] aut ambulantes *add. FGM* || tractaretur *RLHMF*: tractarent *AS* (tractaret *a*). *fort.* cum antea in porticibus ambulantes de philosophia tractarent || 13 possit *F* || discipulis suis *om. LH* (*supr. vers. add. l*), suis *om. AS* || ut id] homines *add. libri praeter FG* || 14 fatiant *L* || ac si] quasi *AS* || 16 ANNIS *om. ASR* || ac si diceret *om. ASF* (*add. f*) || nisi] quae ni *AS* quae nisi *l* || iam] etiam *AS* || 17 sciretis] iretis *H* || 19 fuit *om. A* (*supr. vers. add. a*) || antea acta *HM* || 20 antheo *RF* anteo *LHM* || 21 ait *om. H* || 22 quia . . . historiae, *quae om. RLH in marg. add. l, si modo Servii sunt, post* indicarent *videntur collocanda esse* || 23 ferre . . . iactare *om. AS* || 25 adlantis *A* athlantis *RLHMF* || corythi *HMF*: corinthi *ASR* corithi *Lar* || 27 corythi *MF*: corinthi *ASR* corithi *LHar*

condidit, Iasius vero Thraciam tenuit, ubi est Samos, quam Samothraciam nominavit: nam Iunonis alia est Samos insula. [quamquam civitas Thraciae, quae est in Cephallenia, Samo dicatur.] unde cum postea responsum esset ⟨III 96⟩ antiquam exquirite matrem, et Aeneas Italiam peteret, profectus ad Thraciam est et Samothracas deos sustulit et pertulit secum propter originem matris: *quod superius* ⟨III 12⟩ *plenius dictum est.* IDAEAS PHRYGIAE PENETRAVIT AD VRBES quia erat *Ida* et Cretae, addidit 'Phrygiae' *ad discretionem.*

209. CORYTHI oppidum et mons dicta a rege *Corytho, ut putatur a quibusdam,* patre Dardani, *ibi sepulto.* AVGET adiectione scilicet numinis sui.

212. VOCE SECVTVS plerumque enim consentimus et taciti.

213. REX conciliatio ab honore, inde a genere.

214. SVCCEDERE TERRIS ut ⟨II 723⟩ succedoque oneri.

215. NEC SIDVS aspectus siderum: nam tempestatem supra dixit. *nec est bis idem positum.*

217. VRBEM ADFERIMVR ad urbem ferimur.

218. EXTREMO VENIENS id est 'primo': nam alias 'rediens' diceret, non 'veniens'.

220. (IOVE) DARDANA PVBES GAVDET AVO generis origine: nam avus non est Troianorum Iuppiter, sed Aeneae *solius* per Venerem.

222. QVANTA PER IDAEOS ad illud respondit 'auditique adver-

---

1 tenuit . . . dicatur *om. F, add. f* ‖ Samos] insula *add. Ml* ‖ quam] quam hic *RH* quam et *M* quam his *f* ‖ 2 quamquam . . . dicatur *seclusi* ‖ quam *AS* (quamquam *a*) quanquam *R* ‖ 3 cefalenia *AS* cefalania *RM* cefallania *Lf* cefellania *H* ‖ samo *libri, nisi quod* samo^{s} *L* Samе *vulgo* ‖ 4 postea cum *RLHM* ‖ 5 peteret *om. AS* (*supr. vers. add. a*) ‖ profectus ad Thraciam est *om. F, add. f* ‖ est *del. s* ‖ et samotracas *R*: samotracos *ASL* samotracas *H* et de thracia samotracas *M* de thracia et samothracas *F* est samotracos *s* et de tratia samotracos *l* ‖ 6 secum pertulit *ASF* ‖ 7 PENETRAVIT *R* PEN. *vel* P. *reliqui* ‖ 8 quia] qui *H* ‖ erant *LM* ‖ frigiae addidit *L* ‖ ad discretionem *hab. AS* ‖ 10 CORITHI *ASRL* ‖ dicta^{s} *L* dictus *M* dicti *F* ‖ Corytho *Masvicius*: corynthi *F* ‖ putatur *Commelinus*: putantur *F* ‖ 11 ibi *Masvicius*: bis *F* ‖ *ad v.* 210 AVREA NVNC quo modo hic dicit illum in coelo esse, si apud inferos hunc vidit Aeneas, ait enim (VI 650) 'Ilus Assaracusque (assaracus *cod.*) et Troiae Dardanus auctor'. Solvitur: quod tribus reddit (tribus tria reddidit *Fabricius*), animam coelo, corpus terrae, umbram inferis *D* ‖ AVGET *ASRLHM* ADDIT auget *Fl* AVGET addit *Stephanus* ‖ 12 numinis *ASl*: nominis *reliqui* ‖ 13 enim *om. L* ‖ contemus *A* (consentimus *a*) ‖ 14 a genere] agere *F* ‖ 15 honori *AS* honēri *L* (*corr. l*) ‖ 16 tempestas *L* (*corr. l*) ‖ 17 nec . . . positum *hab. AS, edidit Stephanus* ‖ 18 AFFERIMVR *LM* AFFERIMVS *R* ‖ ferimur *F*: referemur *AS* referimur *R* referrimur *L* referimur *HMa* ‖ 19 id est *om. LH* ‖ primo] ab oriente primo *M* (ab oriente *del. m*) id est ab oriente *supersr. l* ‖ 20 non veniens] *om. RLH,* non uehemens *M* ‖ 22 solius *edidit Stephanus* ‖ 23 respondit] *om. LH* (*supr. vers. add. l*), respondet *M. cf. Neue Formenl. d. lat. Spr.* II^{2} *p.* 427

titis aequore cursum', *id est*, haec non mirum te audisse, quae universus orbis agnovit.

223. TEMPESTAS vis bellorum. ACTVS conlisus. FATIS per transitum et excusat Troianos et Graecorum laudem minuit.

225. TELLVS EXTREMA ut est Britanniae et omnium insularum oceani. REFVSO autem refluo, ut Lucanus ⟨I 409⟩ indicat. et est *hoc* Homeri.

226. ET SI QVEM EXTENTA PLAGARVM QVATTVOR audierunt etiam illi qui separantur zona ea, quae est in medio quattuor, id est fervens. significat autem antipodas.

227. INIQVI intemperati vel ardentis.

228. DILVVIO EX ILLO ex illa vastitate. alii hic distingunt et mutant sensum, ut sit: quos dirimit plaga solis ardentis ex quo mundus est constitutus, hoc est ex quo chaos esse desiit. TOT *pro* '*multa*'.

229. DIS SEDEM EXIGVAM PATRIIS pia et verecunda petitio. LITVSQVE ROGAMVS INNOCVVM non quod nulli noceat, sed quo vindicato nulli possit noceri. aliter serpentes innocuas dicimus.

230. CVNCTIS VNDAMQVE AVRAMQVE PATENTEM ista enim communia sunt.

231. INDECORES decus decoris facit, sicut 'pecus pecoris, nemus nemoris' 'o' in genetivo correptum est: omnia enim in 'us' exeuntia neutra in genetivo singulari paenultimam corripiunt, excepto 'pelagus', quod Graecum est: unde et 'vulgeris' dicitur secundum regulam, licet de hoc nomine aliud auctoritati placuerit. decor vero

---

17 non quod . . . dicimus] cf. Non. p. 325, 27 M. et Isid. diff. verb. 293

---

1 aequore cursum *om. LHM* (aequora cursu *supr. vers. l*) || haec . . . audisse] non mirum est te audisse ea *ASF* haec non mirum te audisse ea *Ml* || 3 collisus *RLM* || 4 et excusat . . . minuit] et troianos eximit culpa et grecorum deterit (adtenuat *F*) laudem *ASF* et exemit culpa troianos et grecorum uertit laudem *supr. vers. l* || 5 brittanniae *A* brittaniae *RHM* britania *L* brittania *F* || 6 indicat] 'quaque iacet litus dubium, quod terra fretumque vindicat (uendicat *cod.*) alternis vicibus, cum funditur ingens oceanus vel cum refugis se fluctibus aufert' *add. D* || 7 hoc *hab. AS* || Homeri] (*Od.* XII 1 *sq.*) *αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπεν ῥόον Ὠκεανοῖο νηῦς ἀπὸ δ' ἵκετο κῦμα θαλάσσης εὐρυπόροιο add. D* || 8 audierant *L* || 9 zona] a zona *ASMl* zonae *F* || ea *om. AS* || 11 intemperati vel *om. ASF, add. f* || vel *om. M* || 14 ex quo] ex hoc *AS* || cahos *S* chaos *in ras. a* || desiit] post illud diluuium *add. ASR* || 16 DIIS *AS* || peticio *L* || 17 quo uindicato *Ml*: quod uindicato *ASHF* quod uindicatum *RL* || 18 noceri *SM*: nocere *reliqui* || innocuos *RLMa* innocuus *F* || 21 decus decoris . . . ergo aut systole est] decus decoris facit decor decoris. sed hic indecor dicimus. hic indecus non possumus dicere. unde indecores cum co (quo *H*) breuis sit aut sistole est *LH* (*ea quae eduntur in marg. inf. scrips. l*) || 22 memoris *MF* || desinentia *R* || 24 est] et uulgus *add. R* || vulgeris] ulceris *F* || 25 auctoritatis *A*

decoris facit, paenultima in genetivo producta: omnia enim in 'or' exeuntia in genetivo producuntur, exceptis quinque 'arbor marmor memor inmemor aequor'. unde quaeritur 'indecores' a quo sit nominativo: ab eo quod est 'indecus' non potest venire, quia lectum non est et quia 'decus' neutrum regit genus, non masculinum. restat ut dicamus ab eo, quod est 'indecor', venire 'indecores', nam et lectum est. sed decor decoris facit producta paenultima, quam Vergilius corripuit. ergo aut systole est, aut certe dicimus huius nominis nominativum non inveniri, ut in multis nominibus fit: quod et melius est, nam systole sine exemplo fieri non debet. verecunde autem hoc dicit, sua coniunctione etiam ornari Italos.

232. ABOLESCET abolebitur. et usus est inchoativa forma, cum opus non esset.

233. TROIAM id est Troianos.

234. FATA PER AENEAE IVRO quae iam novit Latinus, oraculo scilicet Fauni, per quod audiit ⟨98⟩ externi venient generi.

235. SIVE FIDE SEV QVIS BELLO EST EXPERTVS ET ARMIS in his enim dextera comprobatur, fide et virtute.

237. VITTAS quae religabantur ad ramum: alibi ⟨VIII 128⟩ et vitta comptos voluit praetendere ramos.

241. HVC REPETIT scilicet Dardanus, id est Aeneas, qui et Dardanus, ut diximus ⟨IV 159⟩, vocabatur. et bene 'repetit', non 'petit', quasi ad sua. INGENTIBVS Deliis, quae magna constat fuisse.

243. FORTVNAE PARVA PRIORIS bene medium tenuit: nam ne laudare videretur, ait 'parva', ne deformaret, nam durum est aliquid ab infelicibus accipere, ait 'fortunae prioris'.

---

1 fecit *R* ‖ penultimam *et* productam *F* ‖ 6 dicatur *Fl* ‖ indecor *R*: hic decor *ASMFl*. *cf. Prisc.* VI 47 (I *p.* 235, 15 *H.*) ‖ 8 sistole *AR* sistolen *MFl* ‖ dicendum *F* ‖ huius nominis *om. LH* (*supr. vers. add. l*) ‖ 9 nominatiuo *F* ‖ sicut *RMF* ‖ fit] nam indecus lectum non (non *om. H*) est *add. LH, del. l.* decor decoris sed hic indecor dicimus, hic indecus non possumus dicere. unde indecores cum co breuis sit aut sistole est aut certe dicimus nominatiuum non inueniri. ut in multis nominibus fit. nam indecus lectum non est *add. M* ‖ 10 et *om. R* ‖ sistole *libri* ‖ sine exemplo *MFa*: sin exemplum *AS* sine exemplis *RLH* ‖ 11 sua] in sua *L* ‖ ornari etiam *F* ‖ 12 et usus est . . . non esset *om. ASF* (*add. f*) ‖ incohatiua *f* ‖ 14 id est *om. AS* ‖ troianus *F* ‖ 15 quae *ASL*: quem *RHM* (quem iam nouit *in ras. f*) ‖ iam] etiam *L* ‖ 18 fide et uirtute *om. LH* (*in marg. add. l*) ‖ virtute] ueritate *M* ‖ 19 quae religabantur ad ramum] quae pendebant in ramo religatae *ASFl* ‖ ad ramum] adrionum *R* ‖ alibi . . . ramos *om. RLH* (*in marg. add. l*) ‖ 20 uita *F* ‖ 21 scilicet] scilicet repetit *RHM* ‖ qui . . . vocabatur *om. LH* (*in marg. add. l*) ‖ 22 uocabatur ut diximus supra *M* ‖ et bene non petit sed repetit *F* ‖ 23 quasi] scilicet quasi *Ml* ‖ ad sua *ASF*: sua *RLHMs* ‖ Deliis] delus *R* i. e. de his *L* ‖ 25 ne *om. H* ‖ 26 lauderetur *L* (laudare uideretur *l*) laudaretur *H* ‖ deformaret] deformare *M* prioris dixit *add. F*

245. HOC PATER ANCHISES AVRO LIBABAT AD ARAS pateram significat.

246. HOC PRIAMI GESTAMEN ERAT diadema dicit: nam sceptrum paulo post dicturus est.

247. SACERQVE TIARAS pilleum Phrygium dicit. et sciendum 'hic tiaras' per usurpationem dictum, nam 'haec tiara' dicitur: melius ergo Iuvenalis ⟨VI 516⟩ et Phrygia vestitur bucca tiara.

250. OBTVTV TENET ORA ordo est: Latinus defixa tenet ora et obtutu, id est intuitu solo haeret inmobilis.

251. INTENTOS VOLVENS OCVLOS cogitantis est gestus: sic de Boccho Sallustius vultu et oculis pariter atque animo variis.

252. REGEM PICTA MOVET quippe regem. et hoc est 'labor Iliadum'.

256. PORTENDI *porro tendi*, praedici, significari.

257. PARIBVS AVSPICIIS pari potestate. et tractum est ex comitiis, ut diximus supra ⟨IV 102⟩.

259. DI NOSTRA INCEPTA SECVNDENT antiquo more locuturus de publicis rebus, id est de pace et nuptiis filiae, facit ante deorum commemorationem, sicut etiam in omnibus Catonis orationibus legimus. hinc est in divinatione *Ciceronis* ⟨13, 43⟩ si quid ex aliqua vetere oratione Iovem ego optimum maximum. ipse etiam Vergilius ⟨XI 301⟩ praefatus divos solio rex infit ab alto.

260. AVGVRIVM propter ea quae dicta sunt supra. QVOD OPTAS id est pax.

261. NEC SPERNO quia dixerat 'fortunae parva prioris'. et est litotes, id est libenter accipio.

---

11 Sallustius] Iug. 113, 3 || 19 sicut ... legimus] cf. Iordan proleg. p. XCVI

---

1 pater consignificat *R* || 4 paulo post *om.* *LHM* (*supr. vers. add. l*) || 5 et sciendum ... dictum *om.* *A* || 7 frigie *F* || bucea *RH* || 8 OPTVTV *L* || oria *R* || 9 optutu *LHM* || intuito *L* || 11 Boccho] hoc// *A* hoc *RF* bocco *L* hoc hoc *H* bocho *M*. i. e. rege afrorum *superscr. l*, Maurorum rege *add. Masvicius* || salustius *ASLHMF* || atque] *om.* *L* (*supr. vers. add. l*) atque ut *M* || uarus *R* varius *libri Sallustiani* || 12 PVRPVRA REGEM *Al* || quippe regem] ideo non mouebat purpura latinum quia rex erat *ASMFl* || et ... Iliadum] et in purpura est iliadum (aliadum *F*) labor *ASF* || 15 AVSPICIS *A* || 16 supra] in quarto *ASF*. (*Servianum ad* IV 102 *scholium in marg. adscr. a*) || 17 antiquo more] secundum priscam consuetudinem *ASF* || locuturus *Fa* loquuturus *R*: locuturus est *ASLHM* || 18 de publicis rebus] de publica utilitate *ASFl* || rebus] R. *HM* || de pace *ASl*: pace·*RLMF* pascae *H* || nuptiis filiae] filiae nuptiis *AS* de regiis nuptiis *F* || 19 sicuti *AS* || etiam *om.* *ASF* || omnibus *om.* *ASMF* || orationibus *F et V Burmanni*: traditionibus *reliqui*. *cf. Serv. ad Aen.* XI 301, *ubi* omnes orationes *libri* || 20 hic *A* (hinc *a*) || est *om.* *AS* (*supr. vers. add. a*) || 21 ueteri *R* || ratione *RHM* || ergo *F* || 22 Vergilius] post *add.* *R* alibi *add.* *F* || praefatos *RH* || deuos *H* || 23 ea *om.* *RHMF* || 25 prioris] munera *add.* *RF* || et est *om.* *L* (*supr. vers. add. l*) || 26 figura litotes *ASFl*

262. VBER AGRI ubertas: alibi pecorique et vitibus almis aptius uber erit. et est maior petitione promissio: nam illi tantum litus petierant.

266. PACIS ERIT *id est* foederis: ab eo quod sequitur id quod praecedit. TYRANNI graece dixit, *id est* regis, nam apud eos tyranni et regis nulla discretio est: licet apud nos incubator imperii tyrannus dicatur. declinatur autem etiam haec τύραννος.

268. EST MIHI NATA male multi arguunt Vergilium quod Latinum induxit ultro filiam pollicentem, nec oraculum considerantes, quia Italo dari penitus non poterat, nec Aeneae meritum, quem decebat rogari. nam antiquis semper mos fuit meliores generos rogare: sic Terentius hac fama inpulsus Chremes ultro ad me venit, unicam gnatam suam. Hesiodus etiam περὶ γυναικῶν inducit multas heroidas optasse nuptias virorum fortium.

269. SORTES *modo* abusive pro oraculis posuit; nam ducuntur sortes, et hic a Fauno oraculum, non sortes acceperat. PLVRIMA CAELO MONSTRA SINVNT aut per augmentum dixit: aut etiam alia visa intellegamus: nam duo non sunt plurima.

271. HOC LATIO RESTARE CANVNT hoc Italiam manere significant: nam sic dicimus 'hoc mihi restat', id est 'manet me illa res'.

273. MENS AVGVRAT 'auguro' dicimus secundum Plinium, cum praesagio mentis futura colligimus, 'auguror' vero tunc, cum futura veris captamus auguriis.

274. NVMERO OMNI de trecentis. et perite; nam in legione

1 pecorique] georg. II 233 || 4 foederis . . . praecedit] cf. Isid. diff. verb. 243 || 5 graece dixit e. q. s.] exscr. Isid. or. IX 3, 19 || 12 Terentius] Andr. I 1, 73 || 13 Hesiodus] catal. fragm. 1 ap. Marcksch. p. 275

2 aptior *a* || petitione *om. RHL* (*supr. vers. add. l*) || tantum *om. S* || 3 litus tantum *F* || 5 procedit *H* || id est *hab. AS* || eos *om. F* (*supr. vers. add. f*) || 6 regis et tyranni *ASF* || 7 declinatur . . . τύραννος *RHM*, *nisi quod* tyrannos *praebent*: declinatur autem hic et haec tirannos (tirannus *l*) *L* sane apud graecos hic et haec tyrannus declinatur *F*, *omittunt verba AS* || 9 promittentem *F* || 10 dari penitus *R*: penitus dari *ASFl*, penitus *om. LHM* || miritum *H* maritum *F* || 11 nam . . . sic *hab. ASMFl*, *om. RLH*: *non videntur Servii esse* || antiquis . . . fuit] apud antiquissimos hoc fuit *M* || semper *om. F* || 12 sic] ut *l* || pulsus *S* || cremes *ALH* || 13 natam *ASHMF* || suam] sua *L* cum dote summa filio uxorem ut daret *additur vulgo* || et esiodus etiam *M* || ΠΕΡΙ ΠΝΛΙΚΩΝΙΝ *A* ΠΕΡΙ ΠΝΑΙΚΑΝΙΝ *S* ΠΕΡΙ ΤΥΗCΚΩΙΝ *R* ΠΕΡΕ ΠΙΝCΚΩΙΝ *L* ΠΕΡΙ ΤΥΝΕΚΩΙΝ *H* ΠΕΡΙ ΤΥΝCΚΩΙΝ *M* ΠΕΡΙ ΓΥΝΕΚΩΝ *F* || 14 inducit] dicit *AS* || aeroidas *L* || 15 nam ducuntur sortes *l*, *cf. Serv. ad Aen.* I 508: nam dicuntur sortes (fortes *H*) *RLH* nam sortes (sorte *F*) dicuntur *ASF* nam non dicuntur sortes *M* nam non proprie dicuntur sortes *vulgo* || 16 et hic *RLH*: hic autem *ASF* et hic aut *M* || non fortes *H* || 17 argmentum *F* || etiam] et *ASLH* || 18 intellegamus] significat *ASH* || plurima non sunt *ASF* || 19 italiam *ASR*: italiae *LHMF* || significat *F* (*corr. man. rec.*) || 20 si (sic *a*) dicamus *AS* || 24 de trecentis. et perite] utrum equorum numero an legatorum. sed si de equis trecentis dixit perite locutus est *F* || de trecentis] id est de . ccc . *AS* dcccc *H* || et perite dixit *Ml* || legionem *H*

non nisi trecenti equites erant: quae *tamen legio* habebat sex milia virorum, per quod ostendit unam habuisse legionem Latinum: unde et alibi ⟨IX 368⟩ tercentum, scutati omnes, Volscente magistro.

275. IN PRAESEPIBVS ALTIS multa non propter se, sed propter aliud dicuntur: nam per praesepia alta equorum magnitudo monstratur, ut Homerus βαθύπεπλος Ἑλένη, id est longas per vestes.

276. ORDINE pro meritis singulorum.

277. TAPETIS tertio declinatur hoc nomen: 'tapetum tapeti', ut 'templum templi', unde est 'his tapetis' hoc loco: item 'hoc tapete *huius tapetis*', ut 'sedile sedilis', unde est ⟨IX 323⟩ qui forte tapetibus altis exstructus. declinatur et graece ὁ τάπης τοῦ τάπητος, unde est ⟨IX 356⟩ pulchrosque tapetas τοὺς τάπητας.

278. DEMISSA MONILIA PENDENT suspendenda pronuntiatio est, et ambitus maior est: nam monilia non nisi hominum dicimus, quae nunc ad laudem pro phaleris posuit.

282. PATRI QVOS DAEDALA CIRCE ingeniosa. et hoc fingit eam fecisse. tractum autem est de Homero, qui tales equos habuisse inducit Anchisen. et bene est compositum ad illud quod supra ait ⟨262⟩ 'Troiaeve opulentia derit', ut Troianis nihil de prisca rerum copia deesse videatur. GENTE autem de equis abusive dixit quod est hominum proprium.

9 tertio declinatur e. q. s.] exscr. Luct. Plac. ad. Stat. Theb. I 518. cf. [Sergii] explan. in Don. p. 541, 26 K.

1 quae . . . Latinum *om. RLH* (*in marg. add. l*). *non videntur Servii esse haec verba* ‖ abebant *F* ‖ 2 unde et alibi *RLH*: unde ait alio loco *ASM* item alio loco *F* ‖ 3 scutaque *AS* (*corr. a*) scutatique *M* ‖ uolcente *A* (*corr. a*) uulcente *SF* (uulscente *s*) ‖ magistro] nam in legione .ccc. tantum equites erant *add. AS* ‖ 6 alta] apta *S* ‖ equa *H* ‖ 7 ut *om. LHM* ‖ ΒΑΘΥΠΕΠΛΟC ΑΕΝΗ *A* ΒΛΟΥΤΕΤΛΟCCΕΛΕΝΙΤ *R* ΒΑΥΠΕΠΑ ΕΟC CΕΑΕΝΤΙ *L* ΒΑΟΥΠΕΤΙΟCCΕΑΝΤΙ *H* ΒΑΟΥΠΕΠΑCCΕΑΕΝΙΙ *M* ΒΛΟΥΝΕΠΛΟCΕΔΕΝC *F* ταννύπεπλος *Stephanus. cf. Hom. Il.* III 228 Ἑλένη ταννύπεπλος ‖ longas per uestas *L* longas vestes habens *Daniel. fortasse* longa per vestes *vel* longa per longas vestes ‖ 8 id est pro *M* ‖ merito *ASF* ‖ 9 tapetum tapeti *RLH*: hoc tapetum huius tapeti *ASM* est tapetum huius tapeti *F* ‖ 10 templi *om. LH* (pli *supr. vers. add. l*) ‖ unde . . . loco] et hoc tapete huius tapetis hoc loco *F* ‖ est *om. S* ‖ his tapetis . . . unde est *om. LH* (*in marg. add. l*) ‖ his] pictis *Masvicius et Burmannus* ‖ item] tamen *F* ‖ 11 tapete] tape *F* ‖ sedilis *om. R* ‖ 12 extructus *RHM* ‖ to tapes to (τοΥ *a*) tapetos *AS* hoc tapes *R* o tapes tu tapetos *LHM* o tapes ΤΟΥ ΤΑΠΕΤΟC *F* ‖ 13 pulcrosque *L* ‖ tapetos *F* ‖ τοὺς τάπητας (ΤΑΠΕΤΑC *F*) *hab. ASF* ‖ 14 DIMISSA *AS* ‖ MVNILIA *A* (*corr. man. rec.*) ‖ 15 et ambitus maior est *RLH*: ut crescat ambitus *ASMFl* ‖ munilia *ALF* (*corr. a*) ‖ hominum *RLH*: in hominibus *ASMF* ‖ 16 faleris *libri* ‖ 17 PATRE *A* ‖ CIRCAE *AR* ‖ 18 tractum hoc uocabulum *L* (tractum est autem *l*) ‖ 19 inducit habuisse *F* ‖ Anchisen] τῆς γάρ τοι γενεῆς . . . ἐνὶ μεγάροισι γενέθλη (*Il.* V 265 *sqq.*) *add. D* ‖ ad *RLHM*: propter *ASFl* ‖ 20 derit *LH*: deerit *reliqui* ‖ ut . . . videatur *om. LH* (*in marg. add. l*) ‖ 21 abesse *F* ‖ uideretur *F* ‖ GENTEM *libri* ‖ abusiue dixit de equis *ASF* ‖ de equis *om. R* ‖ quod est (est *om. H*) hominum proprium *RLHM*: cum gens hominum sit *ASF*

283. NOTHOS materno ignobiles genere. est autem nomen hoc Graecum, nam latine quemadmodum dicatur non est.

284. DICTIS DONISQVE LATINI equis et pacis nuptiarumque promissione.

286. INACHIIS SESE REFEREBAT AB ARGIS bene 'Inachiis'; non enim una est Argos. fuit enim et in Italia, quam Diomedes condidit, quae primo Argi, post Argyrippa, post Arpi dicta est. fuit et in Thessalia: Lucanus ⟨VI 355⟩ ubi nobile quondam nunc super Argos arant. fuit et haud longe ab Athenis, quod a siti Argos dipsion dictum est. apud quos erat magna societas inter eos qui uno puteo utebantur: unde et fratrias dixerunt ἀπὸ τοῦ φρέατος, *id est a puteo*, quas tribus vocamus. et notandum quod, ubi bonus sequitur eventus Troianos, Iuno removetur: et congrue, quasi numen inimicum, quod praesens posset nocere.

287. AVRASQVE INVECTA TENEBAT per elementum suum ibat.

289. ABVSQVE 'abusque' et 'adusque' usurpative dicimus: praepositio enim nec adverbio iungitur nec praepositioni, 'usque' autem aut praepositio est aut adverbium.

290. IAM FIDERE TERRAE *per dativum iungendum, aliter non procedit*, ut ⟨IX 376⟩ et fidere nocti.

291. STETIT quod solet esse cogitantum.

293. FATIS *hoc est* voluntatibus.

295. CAPTI POTVERE CAPI cum felle dictum est: nam si hoc removeas, erit oxymorum. dicit autem omnia quae contigerunt,

---

1 materno e. q. s.] cf. Isid. or. IX 5, 23 || 16 abusque e. q. s.] cf. Serv. comm. in Don. p. 419, 15 et p. 442, 15 K. Don. ad Ter. Andr. II 1, 3 et eun. III 2, 18 || 22 FATIS voluntatibus] cf. Non. p. 303, 32 et 455, 26

---

1 hoc nomen *ASF* || 2 nam . . . non est *RLH*: nam in latinitate deficit *ASF* nam in latinitate deficit quemadmodum dicatur non est *M* (deficit *del. m*) || 3 DONIS DICTISQVE *M* || 6 fuit namque *AS* namque fuit *F* || 7 quae primo argi dicta est post argirippa post arpi *R* || post Argyrippa *om. L* (post argiripa *supr. vers. l*) || argyrippa *H*: argirippa *ASM* argyripa *F*. *cf. Serv. ad Aen.* VIII 9 *et* XI 246 || arbi *S* || 8 tesalia *L* || 9 arat *AM* erat *SRLHFa* || hoc *L* (haud *l*) || quod a] quodam *H* || 10 dypsion *H* dipsyon *M* || magna societas erat *AS* || inter eos scilicet *ASFl* || 12 quas tribus] qua fibus *AS* quas tribi *F* || ubiubi *H* ubicumque *M* || 13 iuno remouetur *R*: iuno remouet. u. f. *L* iuno remouet f. *H* iunonem remouet *M* iuno longe fuisse inducitur *ASFl* || 16 abusque *om. LRM* (*supr. vers. add. l*) || abusque autem *F* || usque *L* (adusque *l*) || usurpative] praepositive *Ribbeckius adnot. crit. ad v.* 289 || 17 aduerbium *et* praepositionem *L*, *ut videtur* (aduerbio *et* praepositioni *l*) || usque autem aut aduerbium est aut praepositio *R* || 20 ut . . . nocti] datiuo ut fidere nocti *AS* datiuo usus est ut fidere nocti *a* datiuo ait ut fidere nocti *l* || 21 cogitantum] id est stare *add. F* || 23 huc *H* || 24 erit] perit *R*, *quam scripturam e corrigendi studio natam esse puto. at nihil mutandum esse Pseudo-Asconius docet, qui ad Cic. in Q. Caec. div.* VI 21 '*etiamsi taceant satis dicunt*', *ubi similia protulit* '*haec*' *inquit* '*in loco nec oxymora nec cacozela iudicanda sunt; aut enim inferioribus dictis aut supra positis leniuntur*'. *itaque Servius cum* '*capti*

non videri contigisse, quia non obfuerunt. 'capti' autem 'capi' sic dixit, ut et Cicero ut in uberrima Siciliae parte Siciliam quaereremus.

297. AT CREDO MEA NVMINA TANDEM id est nec fatigata destiti, nec satiata requievi.

299. PATRIA EXCVSSOS satis signate locutus est.

300. ME OPPONERE PONTO plus est, quam si diceret tempestates. 'me' autem per physiologiam imbres, tonitrua, tempestates.

302. AVT SCYLLA MIHI bene 'mihi', ac si diceret: etiam quae per suam naturam solent nocere, me rogante minime obfuerunt.

303. CONDVNTVR THYBRIDIS ALVEO 'condi' proprie dicuntur qui sibi statuunt civitatem. 'conduntur' ergo sedem stabilem locant: Sallustius peste conditos orbis terrarum. et sunt propria verba, quae nulla ratione mutantur, ut sacerdotes creari, virgines capi dicimus.

304. PELAGI propter illud ⟨VI 84⟩ sed terrae graviora manent. MARS PERDERE GENTEM bene belli et vastationis quaerit exempla in rebus huius modi, sicut in primo ⟨39⟩ naufragii. Pirithous, Lapitharum rex, cum uxorem duceret, vicinos populos Centauros, etiam sibi cognatos, et deos omnes excepto Marte, ad convivium convocavit: unde iratum numen inmisit furorem, quo Centauri et Lapithae in bella venerunt.

306. ANTIQVAM GENITOR CALYDONA DIANAE Oeneus, Calydonis

---

2 Cicero] in Verr. act. II lib. III 18, 47 ‖ 13 Sallustius] ep. Mithridatis p. 324 Kr. II p. 114 D. p. 123 Iord. ‖ 19 Pirithous e. q. s.] exscr. mythogr. I 162. cf. mythogr. II 108 et Luct. Plac. ad Stat. Theb. II 563 et V 261

---

potuere capi' cum felle dictum esse ostendit, caveri voluit ne oxymorum admisisse videretur Vergilius. cf. etiam Diomedis de cacozelia praeceptum p. 451, 8 *K.* ‖ oximorum *ARL* exymorum *H* oximoron *F* ‖ 1 videri *om. RLH* (*supr. vers. add. l*) ‖ offuerunt *RLHM* ‖ capti] capit *H* ‖ capi] cassis *H* capi casis *L* (casis *del. l*) ‖ 2 dicit *L* ‖ et] *om. AF,* in *S* ‖ ut *ante* in *om. RMF* (*supr. vers. add. f*) ‖ parte siciliae *R* ‖ 3 que//feremus *F* (ue *et* f *in ras. f*) ‖ 4 TANDEM] T. F. *AS* ‖ id est *om. RLHM* ‖ 8 me autem . . . tempestates *om. L* (*in marg. add. l*) ‖ phisiologiam *AS* phisologiam *R* sysiologiam *H* fysiologiam *M* perisologiam *Stephanus et Daniel* ‖ 10 per] super *A* ‖ minime obfuerunt *LHM, nisi quod* offuerunt *HM*: non (minime *R*) potuerunt obesse troianis *ASRF* non potuerant nocere troianis *l* ‖ 12 sibi *om. H* ‖ 13 peste *Sall. cod. Vat.* 3864: pestem *AS* perte *reliqui* parte *vulgo* cum peste *Dietschius* ‖ conditos *AS*: conditor *RHF* conditor ol *L* conditur *M* ‖ uerba propria *ASF* ‖ 14 ut] nam ut *ASMFl* ‖ rapi *M* ‖ 15 dicimus] ita condi dicuntur qui statuunt ciuitatem *add. ASFl* ‖ 17 bene . . . huius modi] bene hoc loco uastationis et belli quaerit exemplum dicens mars potuit illam delere gentem item (iter *F*) illam diana (dianam *F*) *ASFl* ‖ 19 phyritous *A* (phyrithous *a*) piritheus *H* perithous *F* ‖ lapytarum *A* laphitarum *RLM* ‖ 20 etiam sibi] etiamsi *F* ‖ 21 uocauit *L* ‖ unde . . . furorem] unde numen iratum talem furorem *F* ‖ quo] cum *LH* (quo *l*), *om. F* ‖ 22 laphyte *A* laphitae *RM* ‖ 23 ANTIQVA *R* ‖ oencus *RH* ‖ calidonis *ARLM* calidionis *H* chalidionis *F*

rex, de primitiis omnibus numinibus sacrificavit, excepta Diana: quae irata aprum inmisit, qui cuncta vastabat, donec a Meleagro occideretur. 'concessit' autem ideo dixit, ut ostenderet minora numina, nisi impetraverint, nocere non posse: Statius de Venere infandum natae concessit honorem.

307. QVOD SCELVS AVT LAPITHIS TANTVM AVT CALYDONE MERENTE haec est vera lectio, sic et sensus procedit, ut uterque ablativus sit: nam si 'Calydona' legas, vitium erit nec sensus procedet. 'scelus' autem pro poena posuit, ab eo quod praecedit id quod sequitur, ut ⟨II 229⟩ et scelus expendisse merentem.

309. QVAE POTVI INFELIX id est nocens, *irata*, ut contra ⟨I 330⟩ sis felix, id est propitia, ut etiam diximus supra.

311. INPLORARE QVOD VSQVAM EST ac si diceret, etiam humilia. quod autem Iuno ubique alieno uti introducitur auxilio, physicum est: natura enim aeris per se nihil facit, nisi aliena coniunctione, ventorum scilicet, qui creant nubes et pluvias.

315. ATQVE MORAS TANTIS LICET ADDERE REBVS ostendit deos retardare posse fata, non penitus tollere, ut ⟨VIII 399⟩ decemque alios Priamum superesse per annos. quae autem dicit etiam a Creusa dicta sunt, ut ⟨II 783⟩ regnumque et regia coniunx parta tibi.

318. SANGVINE TROIANO ET RVTVLO DOTABERE VIRGO ambitiosa execratio est.

319. NEC FACE TANTVM tantummodo.

---

4 Statius] Theb. V 277 || 17 ostendit . . . tollere] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 677

---

1 de . . . sacrificavit] cum de primitus frugum omnibus numinibus sacrificasset *F* || primiciis *R* || excepto dianae *AS* || 2 inmisit] regionibus eius *add. F* || qui . . . occideretur] qui segetes eius uastaret. qui postea a meleagro occisus est *R* || uastauit *ASl* uastaret *F* || 4 nisi impetraverint] nisi accepta potestate *R* || non posse nocere *S* || 6 LAPHTIS *A* (I *add. man. rec.*) LAP. *R* LAPHITIS *M* || TANTVM . . . MERENTE] et rlq. *F, qui in textu Verg. habet* tantum aut calidone merentem || CALIDONE *ALH* CALIDONA *R* || MERENTE *om. A* || 7 sic] sicut *F* || sensus] casus qui *L* (*corr. l*) casus *H* sensum *F* || ut] si *R, om. LH* (*supr. vers. add. l*) || 8 calidona *LM* calcidona *R* chalidona *F* || procedet *R*: procedent *H* procedit *reliqui* || 9 scelos *F* || autem] *om. H,* enim *in ras. l* || procedit *R* || 10 et *om. ASRF* || 12 ut etiam *HM*: ut iam *R* etiam *L* sicut *ASFl* || supra diximus *R* || 13 *schol. ad v.* 311 *om. F* || 14 introducitur] dicitur *ASl* || 16 erat *LH* (creant *l*) || plue *L* (pluas *l*) plumae *H* || 17 deos] et pluuias *add. F* || 18 fata posse tardare *ASF* reportare posse fata *R* retardare fata posse *M* || ut decemque] uixq̄ *H* (*ortum ex* ut xque) || 19 quod *F* || dixit *LF* (dicit *l*) || 20 praedictum est *F* || coniunx *om. LH* || 22 ambitiosa execratio est *Stephanus*: ambitiosam execrationem *LH* ambitiosa execratio *R* ambitiosae execrationes *ASFMl*

320. CISSEIS regina Hecuba filia secundum Euripidem Cissei, quem Ennius *et* Pacuvius et Vergilius sequuntur: nam Homerus Dymantis dicit. haec se facem parere vidit et Parin creavit, qui causa fuit incendii. ergo nunc hoc dicit, talis erit Veneri partus suus: nam sicut per Parin Troia iniuria consumpta est, sic per Aenean reliquiae Troianorum. conparatio autem iniuriosa: nam Veneri Hecubam, Parin Aeneae, Helenam Laviniae conparat. IVGALES coniugales, matrimonio *et sanguine* conceptos.

321. IDEM talis, similis.

322. FVNESTAEQVE ITERVM RECIDIVA IN PERGAMA TAEDAE sic taedae recidivae, ut Pergama.

324. LVCTIFICAM ALLECTO Graecus accusativus *est.* huius autem declinationis tres *tantum* casus usurpamus, genetivum, ut Allectus, nominativum et accusativum, ut Allecto.

327. ODIT ET IPSE PATER PLVTON venerationis est 'pater': nam furiae Acherontis et Noctis filiae sunt.

330. HIS ACVIT VERBIS inritavit et instigavit eius insaniam.

331. PROPRIVM aut tibi aptum: aut certe perpetuum, indefessum, usque ad finem perducendum. et sciendum ideo furiae nihil pro praemio dari, quia praestatur hoc ipsum furiae ut bella commoveat et ut dicatur defendisse Iunonem.

332. INFRACTA aut valde fracta: aut quae fuit antehac semper infracta, ut in XII. ⟨1⟩ Turnus ut infractos adverso Marte Latinos defecisse videt.

333. CEDAT FAMA LOCO vincatur: Cicero loco ille motus est, cum est ex urbe depulsus. AMBIRE LATINVM amplecti, circum-

---

1 regina Hecuba e. q. s.] exscr. Luct. Plac. ad Stat. Ach. I 22. cf. mythogr. II 197 ‖ 25 Cicero] in Cat. II 1, 1 ‖ 26 AMBIRE amplecti circumretire] cf. Non. p. 242, 10 M.

---

1 CISEIS *AL* ‖ secundum euripidem filia *R* ‖ euripidinen *S* eruipidem *F* ‖ cisei *ASL* ‖ 2 pacubius *A* pacauius *F* ‖ nam Homerus Dymantis dicit] nam secundum homerum dimantis filia fuit *R* ‖ Homerus] loquens de Asio Hecubae fratre *add. Fabrius* ‖ 3 dimantis *libri* ‖ dicit] αὐτοκασίγνητος . . . Σαγγαρίοιο (*Il.* XVI 718 *sq.*) Ovidius etiam (*met.* XI 761) 'proles enixa Dymantis' *add. Fabricius* ‖ parere] in somniis *add. Fabricius* ‖ 4 erit *om. F* ‖ ueneris *M* ‖ 5 iniuria consumpta est] iniuriam consumpta est *L* iniuria aliter incensa est consumpta est *H* incensa est *ASRF* consumpta est *M* ‖ 7 comparauit *F* ‖ IVGALIS coniugalis *F* ‖ coniugales hoc est *LH* ‖ 8 conceptum *F* ‖ 9 talis *om. RLH* (*supr. vers. add. l*) ‖ 10 sic tede in recidiua pergama *R* ‖ 11 ut Pergama *om. F* ‖ pergamam *H* ‖ 13 nominatiuum genitiuum accusatiuum ut allecto (alec *F*) allectus allecto *ASFM* ‖ allectos *R* ‖ 15 ipse pater *F* ‖ 16 noctis et acherontis sunt filiae *ASF* ‖ 17 et instigavit *om. ASF* ‖ 18 perpetuum] proprium *ASl* ‖ indefesum *A* indefensum *L* ‖ 21 et ut] ut et *L* ‖ ut . . . Iunonem] iunoni prestitisse uideatur *F* ‖ iunonem defendisse dicatur *AS* ‖ 22 ante ac *A* (*corr. a*) antea *F* ‖ 23 in XII. *om. RLH* ‖ infractus *F* ‖ 26 de urbe expulsus

retire. non ob ambitum dixit: nam 'ambio ad illum' dicimus, non 'ambio illum'.

335. TV POTES VNANIMOS a maiore ad minus.

336. VERSARE vertere. et usus est frequentativo ad vim augendam.

337. TIBI NOMINA MILLE facies, ut ⟨II 558⟩ et sine nomine corpus. 'mille' autem secundum Euripidem, in cuius tragoedia dicit furia, se non esse unius potestatis, sed se Fortunam, se Nemesin, se Fatum, se esse Necessitatem. ita dicit etiam Asper.

338. FECVNDVM CONCVTE PECTVS plenum pectus malitiae efficacia.

339. COMPOSITAM PACEM quam supra Latinus dederat. CRIMINA BELLI causas, ut ⟨X 188⟩ crimen amor vestrum.

341. EXIN *statim, et est* ordinis adverbium. GORGONEIS autem pessimis, saevis, a Gorgone.

343. TACITVM pro tacite. bene autem OBSEDIT, quasi quae insidiabatur.

345. CVRAEQVE IRAEQVE COQVEBANT perverso ordine respondit; nam ira in Troianos est, cura vero de nuptiis. et primo adventum Teucrorum dixerat. '*coquebant*' *vero macerabant.*

346. HVIC DEA figura hyperbaton: namque talis est ordo: huic dea unum anguem in sinum conicit et usque ad intima subdit prae-

---

AS || amplecti ... non ambio illum] neque nuptiis impetrandis possint latinum amplecti. et circum retiri. non ob ambitum enim dixit ambire. nam ambio ad illum dicimus (cum ob ambitum ob ambitum dicitur et significatur cupio *add. l*) non ambio illum. cum uero ambio illum dicimus significat insidiis circumuenio ut hic *M et priore scriptura deleta l* || circumretire *R*: circum retinere *ASHF* || 1 non ob ambitum dixit *R*: n̄ ābi obitum (ob) dixit *H* et dictum est non ambitū *A* et dictum est non ab ambitu *SF* || nam ambio] ama inbio *H*. non ob ambitum dixit ... ambio illum *non videntur Servii esse; nam neque consentiunt cum illis quae ad Aen.* IV 283 *grammaticus praecepit, neque 'ambio ad illum' locutio umquam frequentata est.* || 3 argumentum a maiore *a* || ad minus] dicimus *AS* (*corr. as*) || 6 facies] mille facies *R* id est facies *L* || 8 dicitur *L* || furias non esse unius potestatis *LHM* furias non se unius esse potestatis *AS* (se *del. a*) furia non se unius esse potestatis *RF* || sed ... Asper] *om. R,* sed plurimarum * ita factum secundum necessitatem, ita Asper *Fabricius* || se fortunam *LH* se esse fortunam *ASF* esse fortunam *Ml* || se nemesin se fatum se esse necessitatem *L* (se *semper del. l*) senem es inse factum se esse necessitatem *H* nemesin fatum necessitatem *ASMF, nisi quod* fantum *S* factum *M* (fatum *m*), necessitate *AS* || 9 dicit etiam *om. LH* || 10 SECVNDVM *M* || pectus *om. LH* || efficatiae *M* || 12 supra *om. ASRF* || 14 aduerbium ordinis *AF* || autem *om. LHM* || 16 bene ... OBSEDIT] Sedit obsedit. bene autem obsedit *M* || bene autem] bene *L* (autem *add. l*) sed bene *H* || 17 insidiabitur *A* (*corr. man. rec.*) insidiebatur *F* || 18 *ad v.* 345 FEMINEAE uehementissimae et impatientes *edidit Fabricius* || respondet *L* || 19 vero *om. LH* (*supr. vers. add. l*) || aduentu *F* || 20 dixerat] dixerant *R, om. F* || 21 figura yperbaton *l*: figura perturbata *ASRHMF* figura per yperbata (yperbaton *a*) turbata *La* || hinc *M* || 22 sinus *HM* || ad stima *F* || subdidit *R*

cordia, quae sunt loca cordi vicina, quibus sensus percipitur. 'anguem' autem iniecit partem sui, id est furoris.

349. LEVIA pulchra.

350. ATTACTV NVLLO sine morsu, sine sensu. FALLITQVE FVRENTEM inicit furorem sine accipientis sensu. 'furentem' autem ut furore teneatur; nam nondum furebat.

352. TAENIA VITTAE taenia est vittarum extremitas.

354. VDO SVBLAPSA VENENO hypallage in sensu: venenum enim udum dixit, quod est de udo corpore; namque serpentum uda sunt corpora, adeo ut qua eunt, viam umore designent.

357. SOLITO MATRVM DE MORE LOCVTA EST nondum ad plenum furebat; unde per muliebrem iracundiam mixta asperitate loquebatur, nam hoc est 'matrum de more'. nam paulo post vero furore quatietur.

359. EXVLIBVSNE DATVR propter dissuasionem signate loquitur, exules vocans eos qui propria regna repetebant. DVCENDA abducenda.

362. PRAEDO quasi piratam dicit hominem diu in mari morantem.

363. AT NON SIC PHRYGIVS legitur et 'an non sic'; sed hoc absolutum est. si autem 'at' legeris, inceptiva particula est, ad ornatum solum pertinens: Horatius at o deorum quicquid in caelo regit terras et humanum genus.

366. QVID CONSANGVINEO filius enim est Veniliae, sororis Amatae.

367. SI GENER EXTERNA PETITVR DE GENTE LATINIS de qualitate transit ad finem; nam Turnum extraneum esse definire contendit per callidam argumentationem, dicens eum non subiacere imperio Latini, cum oraculum de Latinis omnibus caverit. postea

---

7 taenia . . . extremitas] exscr. Isid. XIX 31, 6 || 20 Horatius] epod. 5, 1

---

1 concordi *F* || precipitur *L* (*corr. l*) || 4 ADTACTV *AHM* || sine sensu *om. LH, fortasse recte.* (*add. l*) || 5 sensum *F* || autem *om. R* || 6 nam *om. ASR* (*add. a*) || furabat *R* || 7 TENIA *LM* TENEA *R* || tenia *RLHM* || extremitas uittarum *AS* || 8 hypallagen sensu *R* ypalage sensus *F* || venenum . . . dixit] ueneno udo *LH* || 10 qua eunt *HM*: quaque eunt *ASl* queunt *RF* quo eunt *L* || umorem *H* humorem *F* || 11 nondum . . . de more] iracondiam nam hoc est matrum de more mixta asperitate loquebatur *LH* nam hoc est de matrum more nondum ad plenum . . . loquebatur *M* || 12 furabat *R* || mulierem *R* || mixtam *S* || 13 nam *om. AS* || paulo post enim *R* || vero *om. F* || 14 dissuasiones *R* || signa *H* || 15 exsules *LH* exulos *F* || regna *om. L* (*add. l*) || 17 diui mare morantem *F* || 18 AD *H* || sic] frygius *add. F* || hic *L* (hoc *l*) || 19 ad *AF* || inceptiua *F* incoeptiua *R*: copulatiua *reliqui. cf. Serv. ad Aen.* X 411 || 20 ad *F* || quidquid *F* || 22 QVID] ET *F* || uenialae *A* (*corr. man. rec.*) || 23 amatae sororis *L* || 25 nam] nam uult *LH* || contendit *om. LH* || 26 callidam] factionem *M* || dicens . . . Latini] quia imperio latini non subiaceat *LH, nisi quod* subiacet *H* || 27 cauerit *LH*: caueret *ASM* cauerunt *R* cauerat *F*

etiam huic argumento alia subvenit argumentatione, Turnum Graecum esse ab Acrisio commemorans. per quod duas res agit latenter: nam dicendo originem considerandam, docet et Turnum Graecum esse ab Inacho et Acrisio, et Aenean Latinum a Dardano.

368. PREMVNT TE IVSSA urgent, in hoc compellunt.

372. INACHVS ACRISIVSQVE PATRES Danae, Acrisii regis Argivorum filia, postquam est a Iove vitiata, pater eam intra arcam inclusam praecipitavit in mare. quae delata ad Italiam, inventa est a piscatore cum Perseo, quem illic enixa fuerat, et oblata regi, qui eam sibi fecit uxorem, cum qua etiam Ardeam condidit: a quibus Turnum vult originem ducere.

377. SINE MORE FVRIT sine exemplo. *an sine modo*? et hoc iam contra decus est regium. LYMPHATA percussa furore Lympharum, sicut cerritos a Cerere dicimus.

378. TVRBO Catullus 'hoc turben' dicit, ut 'hoc carmen, *fulmen*'. est autem 'hic turbo', unde 'turbinis' facit: nam si 'turbonis' sit, erit a proprio nomine genetivus, *ut Horatius Turbonis in armis.*

382. INPVBESQVE MANVS aut multitudo puerorum: aut a parte totum posuit, ut pro manu puerum ipsum intellegas.

385. SIMVLATO NVMINE BACCHI talem patiebatur furorem, ut speraret se Liberi sacra celebrare; non enim ipsa simulabat, quod est sanorum: nam et paulo post dicturus est ⟨405⟩ Allecto stimulis agit undique Bacchi.

388. QVO id est 'ut'.

389. EVHOE BACCHE vox bacchantum est.

390. TIBI SVMERE THYRSOS sumebant. et sunt infiniti pro indicativis.

---

5 PREMVNT urgent] cf. Non. p. 365, 2 M. || 6 Danae e. q. s.] exscr. Luct. Plac. ad Stat. Theb. II 220, mythogr. I 157 et II 110 || 17 Horatius] sat. II 3, 310. cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. X 552

---

1 huic . . . argumentatione] huic occurrit *LH* huic occurrit argumento alia subuenit argumentatione *M* (alia . . . argumentatione *del. m*) || huic] hinc *F* || 2 ab Acrisio] *om. ASRF,* ab acrissio *H* || ab Acrisio ortum *Fabricius* || quod] quas *R* || ait *L* || 3 considerandum *Fa* || Graecum *om. M* || 4 esse] esse commemorat *AS* commemorat *R* || Inacho et *om. LHM* || 5 urguent *AHF* || in hoc loco compellunt *F* || *ad v.* 368 IVSSA sortes oracula *edidit Fabricius* 6 ACHRISIVSQVE *A* || achrisii *AR* acrisi *F* || 9 cum] *om. L* (*add. l*), quem *H* || regi pilumno *D* || 11 deducere *R* || 14 cyrritos *H* ceritos *M* || 15 cattullus *F* Tibullus *coniec. Nansius et Nicolaus Loensis; Tibullum enim* I 5, 3 *'turben' scripsisse testatur Charisius p.* 145, 9 *K. cf. Schwabe et Baehrens ad Cat.* 64, 107 *et fragm.* XII (XIII) || hoc *om. ASRF* || carmen] termen *R. Vnger* || 16 est autem *om. H* || 17 sit] facit *ARl* || genetivus *om. LHM* || 22 liberi se *F* || 25 id est] *om. LH,* pro *R, in quo* ut *omissum supr. vers. add. Daniel* || 26 EVHAE *H* || bacchantum uox est *R* || bacchantis *H* bachantis *L* || 27 THYRSOS] tirsus

396. PAMPINEAS HASTAS pampinis tectas. INCINCTAE PELLIBVS nebridum scilicet.

397. PINVM SVSTINET facem pineam, sicut in Liberalibus fiebat.

398. NATAE TVRNIQVE CANIT HYMENAEOS hic aperte expressit dementiam: nam cum consecraverit filiam Libero, hymenaeum canit eius ac Turni. hymenaeum autem nunc carmen nuptiale dixit.

399. TORVVM pro 'torve'. IO vox clamantis. et est tragicus sermo.

401. PIIS ANIMIS id est maternis.

403. CRINALES VITTAS quae solarum matronarum erant: nam meretricibus non dabantur.

406. ACVISSE FVRORES ut supra ⟨330⟩ quam Iuno his acuit dictis.

407. CONSILIVMQVE OMNEMQVE DOMVM VERTISSE LATINI quod habuerat, ut filiam dando Aeneae bella removeret, quae significaverat fumus augurii.

410. ACRISIONEIS DANAE patronymicon est, non 'Acrisioneis colonis': sola enim venerat, non cum colonis.

411. PRAECIPITI DELATA NOTO intra arcam, ut diximus supra ⟨372⟩.

412. MAGNVM TENET ARDEA NOMEN bene adlusit: nam Ardea quasi ardua dicta est, id est magna et nobilis, licet Hyginus in

21 nam ardea . . . dicta est] cf. Isid. or. XII 7, 21

(*om. LM*) genus est (est *om. LM*) cymbali (cimbali *LM*) in modum fenestrae quadratae factum quod ab utraque manu tenetur (tenet *M*) et tam (etiam *R*) aperiendo quam etiam (etiam *om. M*) claudendo sonat. graece enim fenestra (fyenestraec *R*) thyrsos (tirsus *R* tyrsuṣ *L*) dicitur *add. RLM.* Tirsi uirginum uelamina quos sponsi deuotacibus iuuonũ traendo sumunt *in marg. add. f.* hoc loco tyrsos appellat uelamina quae sumebant sponsi de uertice sponsarum. dicitur etiam tyrsus fenestra *T* || sumebant] sumebat *ASR, om. F,* pro sumebant *vulgo* || et *om. ASRF* || infiniti sunt *AS* infinitiui sunt *F* infinitiuis *R* || 1 tectis *AS* (*corr. a*) || INVINCTAE *H* || 2 nebridum *RLHM*: nebridas *AS* (nebridis *a*) nebridarum *F. expectatur* nebridibus. *ceterum ad georg.* IV 342 '*pictis incinctae pellibus ambae*' *Servius adscripsit* '*nebridas habentes*'. || 3 PINVM . . . aperte *om. M, in marg. sup. add. m* || *supra* facem pineam *in Caroliruhensi* facedla *a manu satis antiqua adscriptum est* || sicut] ut *LHM* || fiebat in liberalibus *LHM* in liberalibus fuit *F* || 4 HYMENAEOS] H *litteram et hoc loco et infra om. libri plerique* || expraemit *F* || 5 clementiam *S* || 6 ac] et *F* || hymenaeus *F* || nunc *om. R* || dicit *R* dicitur *F* || 7 torve] dixit *add. ASR,* toruae sunt turbatae uel iratae aut asperrime *add. H* torue id est turbate uel irate aut asperrime *add. M* || trugicus *R* || 12 his] bis *S* || 13 dictis] uerbis *F* || 15 dando] donando *R* || 16 fumus *om. H* || augurin *H* || 17 patronomicon *ASL* patronomican *R* patronymycon *H* patronomicum *M* || est] nam filiam Acrisii significat *add. Fabricius* || non . . . colonis] nam male putant acrisioneis (acrisonaeis *F*) colonis cum solam eam uenisse (inuenisse *AS*) constet (constat *F,* plurimae adserunt *addens*) non cum colonis *ASRF* || 18 sola enim uenerat] cum solam eam inuenisse constet *M* cum solam eam constat inuenisse *l* || 19 archam *A* || supra] a plurimis dicitur *add. F* et ut a plurimis dicitur *Daniel* || 22 licet] et quamquam *M* || yginus *AH* yginys *S* iginius *R* iginus *LM* igynus *F*

Italicis urbibus ab augurio avis ardeae dictam velit. illud namque Ovidii in metamorphoseos ⟨XIV 574⟩ fabulosum est, incensam ab Hannibale Ardeam in hanc avem esse conversam. sciendum tamen ardeam *avem* κατὰ ἀντίφρασιν dictam, quod brevitate pennarum altius non volat: Lucanus ⟨V 553⟩ quodque ausa volare ardea sublimis pennae confisa natanti.

416. MEMBRA EXVIT bene 'exuit': nam dii cum volunt videri, induunt se corporibus propter mortalium oculos; nam incorporei sunt.

417. ALBOS CVM VITTA id est etiam vittas albas.

418. RAMVM INNECTIT OLIVAE aut coronam accipit: aut ramum inligat vittis, quod aperte in octavo ostendit ⟨128⟩ et vitta comptos voluit praetendere ramos. supra etiam ⟨237⟩ praeferimus manibus vittas.

419. IVNONIS ANVS TEMPLIQVE SACERDOS *ordo est, ut* 'Iunonis templi anus sacerdos'.

421. FVSOS PATIERE LABORES Probus de temporum conexione libellum composuit, in quo docet, quod cui debeat accommodari. ex quo intellegimus hanc quam fecit arduam esse conexionem: nam 'patiere' futuri temporis est, 'fusos' vero participium est praeteritum. dicit autem: patieris ut tot tui labores fundantur in cassum, id est in irritum cadant? incassum autem tractum est a cassibus, id est a retibus.

422. TRANSCRIBI tradi. sermo autem hic tractus est de pecunia, nam 'scribi' est dari: Horatius scribe decem a Nerio: non est satis: adde Cicutae: 'rescribi' vero reddi: Horatius dictantis quod tu numquam rescribere possis.

16 Probus] cf. Keil de M. Val. Probo gramm. (symb. in hon. Ritsch.) p. 94 sq. Steupius de Probis p. 180 || 23 sermo autem e. q. s.] cf. Don. ad Ter. Phorm. V 8 (7), 29 || 24 Horatius] sat. II 3, 69 || 25 Horatius] sat. II 3, 76

1 ardeae *ASRF*: ardeam *LHM* || 2 in *om. F* || metamorphoseos *vel* metamorfoseos *libri praeter Hamburgensem, qui* metamorfosetis *exhibet. fort.* in XIV. metamorphoseon || 3 hannibale *ASRl* annibale *reliqui.* Aenea *debuit scribere Servius. cf. Salmasius exerc. Plin. p.* 41 || ardeam et in hanc *M* || 4 cata antifrasin *ASRLH* catantifrasin *MF* || pinnarum *HMF* || 5 altius uolare non potest *ASRFl, nisi quod* possit *F* || quoque *AS* || 6 pinnae *HF* || confixe *F* || 8 corporalibus *F* || mortalium] mortalibus *S* (*corr. s*) lium . . . sunt *om. F* || 9 albas] Nam nisi uittae essent albae sicut et crines non diceret induit albos cum uitta sed induit albos crines uitta *in marg. add. l* || 10 RAMVMQVE *ASR* || 11 ligat *ASR* || aperto *F* || ostenditur *F* || et] ut *R* ut et *M* || 16 conixione *F* || 17 quod *LHM*: quid *ASRFl* || 18 conexionem esse *F* || 19 fusus *F* || 20 dicit autem] est autem sensus *ASRFl* || patiere *ASRFl* || 21 inritum *F* || cadant *om. H* || et incasum tractum est *F* || a cassibus id est a *om. F* || 22 a *ante* retibus *om. LH* (*add. l*) || retibus] quae casses uocantur *add. ASRF* || 23 et est sermo tractus de pecunia *ASRFl, nisi quod* penia *F* || sermo] et sermo *M* || 24 decem] dote *R* deam *F* || a nerio *LF*: manerios *S* manerio *R* // a nerio // *A* nerio *H* anerios *M* || non] si *H* || 25 rescribi vero] rescribere *LH* (*corr. l*) || 26 pos-

424. QVAERITVR HERES de iure traxit ut non generum, sed heredem diceret: nam per coemptionem facto matrimonio sibi invicem succedebant.

426. TYRRHENAS I STERNE ACIES ut ⟨IV 381⟩ i, sequere Italiam ventis. sane notum est bello multum potuisse Tyrrhenos et fuisse praecipue infestos Latinis, ut ⟨VIII 55⟩ hi bellum adsidue ducunt cum gente Latina.

427. HAEC ADEO TIBI ME addit auctoritatem, quia scit anui credi difficile. 'adeo' autem, valde scilicet iussit, ut adulescentem adeo nobilem.

430. LAETVS alacer, festinus; nam laetari non poterat qui perdebat uxorem: sic supra ⟨I 35⟩ vela dabant laeti. FLVMINE PVLCHRO ut supra ⟨30⟩ hunc inter fluvio Tiberinus amoeno.

432. CAELESTVM VIS MAGNA IVBET aut per definitionem ipsa Iuno est vis deorum: aut per augmentum suasit primo per se, deinde per Iunonem, postremo per omnium vim deorum.

434. TVRNVM EXPERIATVR *id est probet* contra se, quem pro se probare non potuit.

435. HIC IVVENIS VATEM INRIDENS caluit, quia iuvenis: Horatius non ego hoc ferrem calidus iuventa consule Planco.

440. VICTA SITV SENECTVS temporis longinquitate, ex qua nascitur situs. VERIQVE EFFETA cassa veritatis.

441. O MATER inrisionis est, non honoris.

442. FALSA FORMIDINE bene 'falsa', quia 'vatem': namque eam defendebat a bellis si non aetas, saltem religio sacerdotii.

445. EXARSIT IN IRAS communis sermo habet 'ardeo illa re',

---

9 adulescentem] Ter. eun. I 2, 124 || 19 Horatius] carm. III 14, 27

---

sis *om. AR* || possis] Terentius (*Phorm.* V 8, 29) argentum illud denuo rescribi iube phormio *add. D* || 2 ceptionem *AS* (*corr. man. rec. in A*) coeptionem *RH* || 4 TYRRENAS *AM* TYRRINAS *L* TYRRENEAS *H* || I *om. F* || STERNERE *A* || i sequere] insequere *F* || 5 in bello *ASRl* || posuisse *F* || tyrrenos *AHM* tirrenos *RL* || 8 additut *F* addidit *vulgo* || scio *F* || anui credi] aggredi *R* angredi *H* annui credi *F* || 9 valde scilicet] id est ualde *ASRF* id est ualde scilicet *M* || ut Terentius *vulgo* || 11 potest *MF* || 12 sic supra in primo *D* || 15 Iuno *om. AS* (*add. a*) || est *om. F* || augmentum *LH*: argumentum *ASR* augumentum *M* armentum *F* || persuasit *R* || primum *AS* || 17 EXPERIETVR *F* || probet *Daniel*: probat *F* || contra se] sentiat (senciat *S* senaat *A*) contra se pugnandum (pugnantem *a*) *ASRMl* || quem] quemque *L* || pro . . . potuit *LHM*: pro se laborantem non probauit *ASRFl* || 20 ego] enim *AS* || plango *RH* || 21 longinquitatem *R* || 22 cassa] causa *H* || 23 inrisionis *LH*: inrisio *ASF* irrisionis *R* irrisio *M* || non honoris *Ml*: honor *ASR* non honor *Fa, om. LH* || 24 bene falsa *ASMl*: bene falsa formidine *RF, om. LH* || quia vatem *om. ASRF* || nam *LH* || 25 defendebant *LH* (*corr. l*) || relegio *L* || sacerdotis *F* || 26 ardeo . . . figuratius *om. R*

sed figuratius 'ardeo in illam rem' dicimus: et est specialis Cornelii elocutio.

446. ORANTI *non roganti, sed* loquenti: unde etiam oratores dicimus. TREMOR OCCVPAT ARTVS vicinitate scilicet furiae: nam tremor furoris est.

448. TANTAQVE SE FACIES APERIT semoto anili vultu, quem finxerat et quo se induerat: sic supra de Venere ⟨I 405⟩ et vera incessu patuit dea.

450. GEMINOS EREXIT CRINIBVS ANGVES similes: nam omnes eam dicit erexisse, non duos.

451. VERBERAQVE INSONVIT pro 'verberibus insonuit', id est per verbera. RABIDO ORE habitum futurae orationis ostendit.

454. RESPICE multi hic distingunt et superioribus iungunt, ut sit sensus: respice eam quam dicis falsa deludi formidine. AD HAEC ADSVM id est ad regum arma et ad bella. quomodo ergo dicis, quod superfluo his inserar rebus, ad quas veni? alii 'respice ad haec' legunt, ut sit quasi demonstrantis 'respice, bella et letum gero'.

456. FACEM IVVENI CONIECIT satis considerate facem iuveni iniecit, quae cito et exardescit et desinit, supra vero Amatae serpentem iniecit, quod in mulieribus semper viget venenum.

457. ATRO LVMINE atri luminis taedas, ut ⟨I 75⟩ et pulchra faciat te prole parentem. 'atro' autem 'lumine' furiali, inferno; alias ratione caret. SVB PECTORE ubi fellis locus est, id est iracundiae.

460. FREMIT cum *fremitu et* clamore deposcit. bene autem 'amens', quia in toro requirebat.

461. SCELERATA INSANIA BELLI nihil enim tam insanum, quam desiderare id per quod possis perire.

463. VIRGEA de virgis facta, unde est flamma validior. COSTIS autem lateribus. et bene antiquum respexit morem: nam ollas non suspendebant, sed positis circumcirca ignem adhibebant.

1 figuratus *M* ‖ illam] illa *L* ‖ Cornelii] *Cornelium Frontonem intellegi voluit Dorvillius, quae suspicio 'haud satis verisimilis' videtur Nabero p.* 262 *adnot.* 5 ‖ 2 locutio *F* elotio *AH* (*corr. a*) ‖ 3 oratiores *F* ‖ 5 est *om. H* ‖ 6 OPERIT *H* ‖ remoto *ASF* ‖ 7 fixerat *F* ‖ quo] que *F* ‖ 9 omnes eam] hominis eadem *F* ‖ 10 eam *et* erexisse *om. LH* ‖ 12 RAPIDO *RM* ‖ orationis *om. R* ‖ 13 multi autem respice distingunt *F* ‖ 14 AD HAEC . . . letum gero *om. F* ‖ 15 ASSVM *L* ‖ id est] adsum *add. R* ‖ 16 inserat *SM* inferar *vulgo* ‖ 17 bella manu loetumque gero *R* ‖ laetum *A* loetum *HM* ‖ 18 CONICIT *L* ‖ 19 et exardescit *HF*: exardescit *reliqui* ‖ 20 quod] quia *L* (quod *l*) quam *H* ut *M* ‖ uiget semper *LHM* ‖ 22 atro . . . caret] atro autem lumine atri luminis taedas alias rationale caret *F* ‖ 23 ubi fellis (fallis *R*) et iracundiae locus est *ASRF* ‖ 28 possit *F* ‖ 29 de uiminibus uel uirgis facta *D* ‖ 30 lateribus] id est lateribus *M*, ut tardi costas agitator aselli *in marg. add. l* ‖ ad antiquum *Al* ‖ circumcirca] circum *del. a* ‖ ignem] enim *L* (*corr. l*) ‖ adhibebant] adbibebant *S*

464. FVRIT INTVS AQVAI FVMIDVS id est aquae amnis: nec inmerito; nam potest esse et alterius rei amnis, ut fluvios videt ille cruoris. hanc autem diaeresin Tucca et Varius fecerunt: nam Vergilius sic reliquerat furit intus aquae amnis et exuberat amnis: quod satis asperum fuit. *notandum quod in toto Vergilio non reperiuntur nisi quattuor diaereses, hoc loco, et in tertio* ⟨354⟩, *ut aulai medio libabant pocula Bacchi, et in VI.* ⟨747⟩ *ut aurai simplicis ignem, et in IX.* ⟨26⟩ *dives pictai vestis et auri.*

466. NEC IAM SE CAPIT VNDA melius quam si diceret 'nec iam vas undam capit'.

467. ERGO id est quia sic incensus est. POLLVTA PACE vel sua, vel Troianorum.

468. INDICIT signate verbum bellicum posuit.

471. IN VOTA VOCAVIT quia nuncupatis votis bella sumebant.

473. HVNC DECVS EGREGIVM FORMAE MOVET Turni scilicet decus; nam hoc dicit: alios pulchritudo Turni, alios nobilitas, alios virtus movebat ad bellum. nam hoc est 'animis audacibus implet', *id est fortibus,* adfectione sui inicit omnibus magnanimitatem. *quidam haec ad singulos, qui se in arma hortabantur, referri volunt.*

477. ARTE NOVA dolo. SPECVLATA LOCVM QVO LITORE pro-

---

2 fluvios] Luc. IV 785 ‖ 5 notandum e. q. s.] cf. [Probi] de ult. syll. p. 263, 20 K.

---

adibebant *L* adhibant *F*. costis id est lateribus ut (*georg.* I 273) tardi costas agitator aselli (oselli *F*) *add. ASRMF* ‖ 1 FVRIT INTVS *om. AS* ‖ AQVAI *HM*: AQVAE *AS* AQVA *L* AQVAE VIS *l e Reginensi et Floriacensi quos cum Lioniano exemplari* AQVAI *exhibente contuli nihil enotavi* ‖ id est] *om. LH* (*add. l*), id est fumidus *D* ‖ 2 altarius *R* ‖ fluuius *et* cruores *F*. fluvios non ille cruoris membrorumque videt lapsum *Lucanus* ‖ 3 dieresin *libri* ‖ uarius *H*: uarus *reliqui* ‖ 4 furit in (intus *l*) aque amnis et exuberat amnis *L* fu//rit intus aque amnis et exuberat ut aquae omnis *H* furit intus aquae amnis et exuberat aquae amnis *M* FVRIT INTVS AQVAE AMNIS ET EXVBERAT AQVAE AMNIS *AS* furit intus aquae amnis id est furit intus aqua et amnis exuberat *R* furit intus aquae id est furit intus aquae amnis exuberat ut aque amnis *F* furit intus aquae vis, Fumidus atque alte spumis exuberat amnis *Masvicius, fortasse ex Pierii adnotatione, qui in manu scriptis Servii commentariis 'aquae vis' se legisse testatur.* furit intus aquae [vis fumidus atque alte spumis exuberat] amnis, id est furit intus aqua et amnis exuberat *coni. Ribbeckius proleg. p.* 94 ‖ 5 notandum . . . auri *e Turonensi Daniel edidit. cf. Probus de ult. syll. p.* 263, 21 *K.* ‖ 6 diaeresis *T* ‖ 10 *schol. ad v.* 466 *om. R* ‖ 11 capit] Homerica est comparatio (*Il.* XXI 362 *sqq.*) ὡς δὲ λέβης . . . *κάγκανα κεῖται add. Fabricius. cf. Macrob. Sat.* V 11, 23 ‖ 12 incensum *L* (*corr. l*) ‖ 14 signate] figurate *Stephanus et Daniel* ‖ belli composuit *L* ‖ 15 quia] qui *F* ‖ nuncupacis *A* nunciipacis *S* nuncupatus *F* *post* nuncupatis *supra versum in Lipsiensi* .ſ. *signum positum est quo in marg. iterato haec adscripta sunt* id est acceptis militum sponsionibus quibus deuouebant in bella ‖ bello *F* ‖ 16 MONET *A* ‖ 17 nobiliter *R* ‖ 19 id est *supr. vers. l* ‖ adfectione . . . magnanimitatem *om F* ‖ 21 pro dolo *F* ‖ QVA *H*

nomen pro nomine ponitur, non pro nominibus: unde modo nove inter duo nomina unum pronomen posuit; nam recte 'quo loco' diceret. et hoc semel tantum fecit.

478. INSIDIIS CVRSVQVE cursu agitabat: nam insidiis circumvenimus, non agitamus.

479. CANIBVS RABIEM studium mutavit in rabiem.

480. NOTO ODORE cervino, solent enim ita institui: Horatius venaticus ex quo cervinam catulus pellem latravit in aula.

481. QVAE PRIMA LABORVM CAVSA FVIT hoc est ⟨40⟩ et primae revocabo exordia pugnae.

482. ANIMOS AGRESTES plus est, quam si 'agrestium' diceret 'animos'.

483. CORNIBVS INGENS 'ingens' et ad praestantem formam pertinet et ad magnitudinem cornuum.

484. TYRRHIDAE PVERI Tyrrhi filii. et ut diximus supra ⟨VI 760⟩, adludit ad nomen: nam Tyrrhus dictus est pastor, apud quem Lavinia peperit.

485. CVI REGIA PARENT ARMENTA magistrum hunc pecoris vult fuisse et saltuarium: nam hoc est 'et late custodia credita campi'. magister autem pecoris est ad quem omnia pertinent animalia: Cicero nominat hominem, quem magistrum pecoris esse dicebat.

487. SILVIA bonum puellae rusticae nomen formavit.

489. PECTEBATQVE FERVM quadrupedem, ut ⟨II 51⟩ in latus inque feri curvam compagibus alvum.

490. MANVM PATIENS 'patiens illius rei' dicimus, unde apparet

---

7 Horatius] ep. I 2, 65 || 21 Cicero] in Verr. act. II lib. V 7, 17 || 24 FERVM quadrupedem] cf. Non. p. 307, 19 M.

---

1 pro uno nomine *Ml* || omnibus *L* (nominibus *l*) || modo *om. LH* (*add. l*) || nouienter *AS* (*corr. a*) || 3 dicent *H* || 4 agitabat *LM*: agitabant *H* agitamus *ASRFl* || nam] nam si *F* || ciruenimus *F* || 5 non agitamus *om. LH* || 6 studium canum mutauit *Ml* || 8 venaticus, ex quo tempore cervinam pellem latravit in aula, militat in silvis catulus *Horatius* || 9 QVAE PRIMA LABORVM CAVSA FVIT *AS*: quae prima laborum causa fuit MALORVM CAVSA FVIT *M* MALORVM CAVSA FVIT *reliqui* || 11 AGRESTIS *HM* || est *om. F* || quam si diceret agrestium animos *ASRF* || 12 animos *om. LH* || 13 CORNIBVS ... pertinet *om. LH* (*in marg. add. l*) || 14 pertinens *ASR* (*corr. a*) || et] nec et *L* (nec *del. l*) nec *H* || 15 THIRRIDAE *A* TIRRIDE *R* TYRRIDE *L* TYRRIDAE *HM* || tyrri *AHM* tirri *RL* || 16 tyrrus *LHM* tirrhus *R* || 17 lauinia siluium peperit *l* || 18 peccoris *A* || 19 laete *A* (*corr. a*) || 20 autem] enim *F* || pectoris *L* || est pecoris *ASRF*, *nisi quod* peccoris *A* || omnia monia pertinent *A* (monia *del. a*) omnia pertinent *S* || 21 peccoris *AF* || 22 dicebat *ASRF*: decebat *LMHa* || 25 curvam ... alvum] c. c. t. u. *ASH* c. c. c. T. v. *L* c. c. t. l. u. *M* || inque feri quod velocitate pedum ferantur *Stephanus* inque feri curvam compagibus alvum: sic dictae quod velocitate pedum ferantur *Daniel*. *cf. Serv. ad. Aen.* I 215 *et* II 51

unum ‘u’ causa metri esse detractum. MENSAE ERILI nove dixit, nam erum non nisi dominum dicimus: nisi forte ideo dixit, quia dat ei humanum sensum; nam ait paulo post ⟨502⟩ imploranti similis.

491. ERRABAT SILVIS pascebatur, ut mille meae Siculis errant in montibus agnae. IPSE id est sua sponte.

494. SECVNDO DEFLVERET ‘secundo’ id est cum aqua, unde et ‘adverso’ dicimus contra aquam: nam ideo ‘deflueret’ dixit, et ‘secundo’ ideo, quia cursus fluminis post natantem videtur.

498. DEVS AFVIT Allecto deum dicit, sicut de Venere ⟨II 632⟩ descendo ac ducente deo: nam ut diximus ⟨II 632⟩, numina utriusque sexus videntur ideo, quia incorporea sunt et quod volunt adsumunt corpus. hoc autem non aperte ponitur, sed in subauditione. ERRANTI licet enim certum esset feritura, tamen bene ‘errantem’ dixit, quia non usquequaque semper certus est ictus: Horatius nec semper feriet quodcumque minabitur arcus.

499. PERQVE ILIA ‘hoc ile’ et ‘haec ilia’ facit: hinc et Iuvenalis ⟨V 135⟩ vis frater ab ipsis ilibus? nam quod Marullus mimographus dixit tu Hectorem imitaris: ab ilio numquam recedis, cum de guloso diceret, adlusit ad civitatis nomen; nam ‘ab ili’ debuit dicere. bene autem ea loca vulnerata dicit quae statim mortem adferre non possent, ut domum rediret et esset causa bellorum: nam si statim periret, aut ipse aut vulneris auctor laterent.

---

5 mille] buc. II 21 ‖ 16 Horatius] a. p. 350 ‖ 18 Marullus] ap. Ribbeckium com. lat. rell. p. 310. cf. Serv. ad buc. VII 26

---

1 metri causa *ASR* causa metrica *M* ‖ esse *om. F* ‖ HERILI *M* ‖ 2 arum *H* herum *LM* ‖ nisi *ante* forte *om. R* ‖ 3 nam ait paulo post *ASRFl*: ut *LH* nam ait paulo post ut *M* ‖ inploranti *MF* implorantis *A* ‖ 5 pascebat *ASRH* ‖ 6 *scholium ad* IPSE *om. F* ‖ sponte sua *AS* ‖ *ad vers.* 493 RABIDE VENANTIS quare femineo genere (genus *cod.*) canes posuit? soluitur: ideo noluit masculino genere canes nominare, quod in feminis (femininis *cod.*) plus sit iracundiae *D* ‖ 7 DEFLVIT et *AS* DEFLVERIT *L* ‖ dixit secundo *L* ‖ id est *om. LH* (*add. l*) ‖ 8 auerso *L* ‖ defluere *F* ‖ et *om. LH* (*add. l*) ‖ 9 ideo *HMl*: ab hoc *AS* ob hoc *RFa*, *om. L* ‖ cursus fluminis *ASRFl*: cursus eius *L* eius cursus *H* eius cursus fluminis *M* ‖ 10 AFFVIT *RLM* ‖ 11 descendendo *LH* (*corr. l*) descende *F* ‖ ab ducente *LHM* adducentem *F* ‖ 12 incorporea sunt] per incorporeas *F* ‖ 13 corpus *om. LH* (*add. l*) ‖ hoc autem *LH*: ut autem deum dicamus pro dea *ASRMF*, *nisi quod* pro dea hoc *M* ut deum pro dea dicamus *l* ‖ subauditionem *AS* ‖ 14 esse *AS* (*corr. a*) ‖ 16 feret *F* ‖ *ad* ERRANTI *in marg.* quidam intellegunt quod ascanius illo tempore belli primordia incipiebat. ideo uirgilius erranti dextrae dixerit quasi titubanti *T* ‖ 17 illia *F* ‖ facit *om. F* ‖ 18 quod] et *S* (*corr. s*) ‖ marillus *AS* maryllus *RF* marulus *LHM* ‖ 19 minographus *A* ‖ tu Hectorem] uectorem *AS* ‖ haectorem *RH* ‖ 20 ad ciuitatem nomen *ASR* ‖ 21 ab ili] alibi *HF* ‖ 22 possint *ASR* possit *F*, *in quo haec adduntur* et mortem τn̄ inlatã quã pliã. (*leg.* et mortem tamen inlatam quoniam ‘per ilia’) ‖ reuerteretur *ASRF* ‖ 23 aut ipse ceruus *D* ‖ 24 laterēt *Fl*

503. SILVIA PRIMA SOROR bene puellae dat doloris inpatientiam.

504. DVROS CONCLAMAT AGRESTES aut qui semper duri sunt: aut 'duros', qui cervi interitum non dolebant.

505. PESTIS furia. TORRE 'hic torris' facit, ut 'hic fustis'.

507. GRAVIDI gravis, propter nodos scilicet.

509. QVADRIFIDAM quae findi partes posset in quattuor. CVNEIS COACTIS satis signate 'coactis' dixit. exprimit autem antiquum morem, ut sed primi cuneis scindebant fissile lignum.

512. DE CVLMINE SVMMO bene 'culmine', quia de tectis agrestium loquitur.

514. TARTAREAM aut terribilem, aut fortem secundum usum dixit.

515. NEMVS locus haud longe ab Aricia, in quo lacus est, qui speculum Dianae dicitur. et notandum quia vocem eius paulatim facit procedere, quod locorum indicat commemoratio.

516. TRIVIAE LACVS hic est qui Dianae speculum dicitur.

517. SVLPHVREA NAR ALBVS AQVA in LX. Flaminiae est civitas Narnia in montibus posita, quibus subest Nar fluvius, qui Tiberino coniungitur. *ideo autem dicit 'sulphurea Nar albus aqua', quia dum currit, est sulphurei coloris, dum hauritur, albi. et Sabini lingua sua nar dicunt sulphur. ergo hunc fluvium ideo dicunt esse Nar appellatum, quod odore sulphureo nares contingat, sive quod in modum narium geminos habeat exitus.* FONTESQVE VELINI ultra Interamnam sunt. nam ut diximus, vox furiae paulatim processit.

---

7 satis . . . dixit] cf. Non. p. 265, 10 M. || 8 sed] georg. I 144

---

4 furiae *F* || 6 quae in quattuor partes poterat findi *ASR* quae in quattuor parter *F*, poterat findi *omittens* || 7 satis coactis signate *AS* || coactis *om. R* || dicit *F* || antiquam *F* || 8 sed] nam *RF* || 9 bene culmine *vulgo*: bene culmo *LHM* proprie *ASRF* || de tectis agrestium *ASRFl*: de agrestibus *LHM* || 10 loquitur] quae e (e *om. R*, ex *l*) culmis (culminis *S*, *corr. s*) fiebant *add. ASRL. cf. Serv. ad Aen.* II 410 || 11 forte *M* || secundum usum dixit *om. F* || dixit *om. LHM* || 12 NEMVS locus] TRIVIAE LONGE LACVS ÷ nemur *F* || aut *SL* (haud *l*) haut *A* aud *F* || arida *F* || in . . . est *om. R* || locus *AS* (*corr. a*) || 14 indicat] facit *R* || 15 *schol. ad vers.* 516 *om. F* || hoc *RLH* (hic *l*) || 16 in LX flaminiae *H* in LX flaminae *L* (miliario *supr. vers. add. l*) in LX famine *F*: in uia flamina *A* in uia flaminia *RS* in uia flaminiae *M* || 17 omnibus *L* (montibus *l*) || 18 coniungitur] sulphurea uero sulphurei saporis aut sulphurea id est subuiridi *add. D. cf. quae Lion e Guelferb.* I *exscripsit* quomodo albus, si sulphurea aqua? soluitur, quia hic fluuius ex apennino descendit et uerticosus spumas facit, ideo albus. sulphurea uero sulphurei saporis, an sulphurea subuiridi. || ideo . . . exitus *ex uno Turonensi edidit Daniel.* ideo . . . albi *e Tiberii Donati commentario petita sunt* || 21 imodum *T. ceterum* sive quod . . . exitus *his similia sunt quae is qui Tironianis notis usus est in Turonensi adscripsit* nar fluuius est italiae. nar ideo nominatur quia ad similitudinem naris ab uno meatu oritur et in duo flumina diuiditur. || 22 interamnam *AH* in terram nam *S* (in *et* nam *del. s*) interamniam *R* interamna *L* interamnem *Mal* amnam *F* || 23 sunt] in Sabinis *add. Fabricius* || nam *om. F* || vox furiae *om. LH* (*add. l*) || processet *L* procedit *ASRF*

518. PRESSERE AD PECTORA NATOS Statius pressitque Palaemona mater, item e contra nec natos ausae deponere matres.

519. AD VOCEM bucinae, ut ⟨III 669⟩ sensit et ad sonitum vocis vestigia torsit: nam quicumque sonus dici vox potest.

522. AVXILIVM CASTRIS EFFVNDIT APERTIS id est ipsa in auxilium effunditur.

523. DIREXERE ACIES ordinarunt in latitudinem.

524. PRAEVSTIS 'prae' brevis fit propter sequentem vocalem: quod in una parte orationis factum tolerabile est, quia compositus est sermo.

525. FERRO ANCIPITI id est utrimque noxio. dicit autem aut gladios, aut bipennes.

526. SEGES terra modo, ut quid faciat laetas segetes. per 'atram' vero fertilem significat, ut ostenditur in georgicis ⟨II 203⟩.

527. SOLE LACESSITA naturale enim est ut metallorum splendor plus fulgeat alia luce percussus.

529. PAVLATIM SESE TOLLIT MARE sic bella dicit surrexisse paulatim, sicut ventis flantibus sensim mare turgescit.

531. HIC IVVENIS confundit nomina: nam et puerum et iuvenem nonnumquam indiscrete ponit Vergilius, ut hoc loco; nam Almonem, quem modo iuvenem dicit, paulo post ait puerum, ut ⟨575⟩ Almonem puerum. movet autem miserationem ab aetate cum dicit 'iuvenis', a virtute dicendo 'primam ante aciem'; mouet

---

1 Statius] Theb. I 122 || 2 nec natos] Stat. Theb. XI 20 || 14 quid] georg. I 1

---

1 status *F* || gremioque Palaemona pressit *Statius* || 2 e *om. AS* || et *Statius* || nator *F* || ausae] se *LH* (*corr. l*) || 4 bucinae scilicet *ASRFl* || sensit] sit *F* || et *om. L* || 5 nam . . . potest *om. LH* (*add. l*) || vox proprie potest *D* || potest] quare (*om. cod.*) cum dii inferi inducantur signum bucina datur? soluitur: quod bucina ex capra (ex cornu caprae *Masvicius*) fiat et sit (et quod sit *Fabricius*) proprie ditis patris hostia, et quia capra febriculosa (capra semper febriculosa *Fabricius*) sit: nam et ipsum februm (ipsum februum *Fabricius* ipsam febrim *Masvicius*) esse affirmant. ergo recte ab hac dea hoc signum dixit dari *add. D* || 9 breuis est *L* || 10 tollerabile *LF* || est] fit *R* || quia . . . sermo *om. F* || 12 id est *om. LH* || utrumque *F* || noxia *ASM* (*corr. as*) || dicit] significat *ASRFl* || 13 bipinnes *H* bipentes *F* || 15 ut in georgicis ostenditur *ASRF*, nigra (nigram *l*) fere et presso pinguis sub uomere (mouere *A* uemere *R*) terra (terram *ASl*) *add. ASRl* || 17 fulgeat] luceat *R* || repercussus *F* || 18 ADTOLLIT *R* || 19 sicut . . . turgescit *om. LH* (*in marg. add. l*) || sensim] *om. M*, sensum *F* || 20 confundit nomina nam *om. F* || nomine *H* || nam . . . ut Almonem puerum] nam dicturus est de hoc almone puerum *LH* (*quae eduntur in marg. scripsit l*) || 21 indiscrete nonnumquam *M* || 22 ut Almonem puerum *om. R* || 23 movet autem . . . crudelitate] cum dicit iuuenis mouet miserationem ab aetate. dicendo autem primam ante aciem a uirtute. cum dicit haesit sub gutture uulnus a uulneris crudelitate *R* || 24 dicendo] quod dicit *LH* dicendo quod dicit *M* || ante aciem] ante mouet aciem *M* (*sed* mouet *post seclusum*) || movet a dignitate . . . Almo *l*, *om. reliqui*

a dignitate, ut 'natorum Tyrrhi fuerat qui maximus Almo'; a vulneris etiam crudelitate cum dixit 'haesit sub gutture vulnus'.

532. ALMO bene rustici nomen usurpavit a fluvio.

533. HAESIT ENIM SVB GVTTVRE VVLNVS id est sagitta, ut ⟨II 529⟩ illum ardens infesto vulnere Pyrrhus *insequitur*. VDAE VOCIS ITER hoc est 'udum iter vocis'; non enim vox uda est, sed per udam arteriarum labitur viam: unde in febrientibus deficit.

535. CORPORA MVLTA VIRVM CIRCA constrata sunt. et rhetorice viles trudit in medium, nobiles vero primo et ultimo commemorat loco.

536. DVM PACI MEDIVM SE OFFERT nam quid senex bellis intererat?

537. OLIM DITISSIMVS ARVIS secundum antiquum morem: Horatius dives antiquo censu.

538. QVINA REDIBANT ARMENTA pro 'quinque', sicut 'bina'.

539. TERRAM CENTVM VERTEBAT ARATRIS duo dixit a Catone memorata, qui interrogatus qui esset paterfamilias, respondit eum, qui bene pascit et bene arat.

540. AEQVO DVM MARTE aperta contentione, bello manifesto; sic enim dicimus. nam 'aequo' aequali non possumus accipere, cum soli interempti sint Itali.

541. PROMISSI DEA FACTA POTENS honesta elocutio 'potens promissi'. promisisse autem eam per consensionem intellegimus: nam non promisit.

542. IMBVIT initiavit. et bene 'sanguine': nam potest bellum et a discordia vel a dissensione inchoare.

---

13 Horatius] sat. II 3, 168 ‖ 25 IMBVIT initiavit] cf. Non. p. 324, 20

---

2 cum ... vulnus *Ml, om. reliqui* ‖ gutture] pectore *Ml. ceterum ad* movet autem *e. q. s. cf. Tib. Donati ad h. v. scholium* ‖ 3 ALMON *AS* ‖ ex fluuio *ASF* ‖ 4 HAESIT fixa est enim s. g. uulnus id est sagitta *M* ‖ id est *om. H* ‖ 5 illud *ASMl* ‖ ardens *om. LH* (*add. l*) ‖ 6 VNDE *M* ‖ hoc est ... vocis *om. LH* (*in marg. add. l* ‖ id est *M* ‖ iter] ut *F* ‖ 7 sed ... viam] sed per udum iter labitur *M* ‖ marteriarum *F* ‖ febricitantibus *R* ‖ 8 constata *A* (constrata *a*) constrata *S* strata *R, fortasse recte* ‖ et *om. LH* (*add. l*) ‖ 9 ulis *F* ‖ trudit] ponit *ASRl* ‖ in medio *M* ‖ 11 nam ... intererat *LHM*: reddit causam (causas *F*) cur senex (senes *l*) bellis intererat (intereat *AS*) *ASRFl* ‖ 13 anticum *L* (antiqum *l*) ‖ 14 diuos *H* ‖ 15 sine *L* (sicut *l*) ‖ bina] uina *H*, pro duo *supr. vers. add. l* bina manu lato crispans hastilia ferro (*Aen.* I 313) *Fabricius* bina hastilia *Masvicius* ‖ 18 arat] erat *H*. nam pascere per armenta intelligit arare uero per aratris (*sic*) *add. D* ‖ 20 nam sic *LH* ‖ nam ... accipere] aequum autem non est *LH* ‖ nam aequo aequali *ASR*: aequum autem aequalem *M* nam aequum modo aequali *F* nam aequali *l* ‖ non possumus] non possis *ASl* ‖ accipere] dicere *vulgo* ‖ 21 sunt *ASRH* ‖ 22 locutio *M* ‖ 23 promissi *om. LH* (*add. l*) ‖ per consensionem] consensione *HM* consensionem *F* ‖ 24 non *om. H* ‖ 25 INBVIT *HF* ‖ et bene 'sanguine'] VBI SANGVINE BELLVM bene sanguine *F* ‖ nam non potest *L* (non *del. l*) ‖ potes *AS* (potest *a*) ‖ 26 et a discordia uel a

543. ET CAELI CONVEXA PER AVRAS Probus, Asper, Donatus dicunt, hoc loco 'per' bis accipiendum, ut 'adloquitur Iunonem per caeli convexa et per auras'. potest tamen esse epexegesis 'per auras, id est caeli convexa': nec enim aliud sunt aurae. dicit etiam quidam commentarius — *Firmiani* — 'convecta' legendum, ut sit ipsa convecta: quod difficile in exemplaribus invenitur.

544. VICTRIX voti compos. ADFATVR iam cum superbia. bene autem ei in principio denegavit orationem, quasi ad scelera festinanti: quam modo tribuit post bella iam coepta.

545. BELLO DISCORDIA TRISTI Iuno enim belli poposcerat semina, haec ipsa etiam bella perfecit.

546. DIC IN AMICITIAM COEANT ac si diceret: ita bella commovi, ut ne tuo quidem imperio possint in pacem redire. et hoc est quod dixit 'adfatur voce superba'. alii dicunt: ego inter hos bella commisi, tu vicinos populos foederibus iunge et partibus Turni et Aeneae favere compelle: quod tamen, si vis, ego faciam; ut hinc sit ⟨559⟩ 'ego, si qua super fortuna laborum est, ipsa regam'.

548. CERTA VOLVNTAS si tua in hoc consentit auctoritas.

550. INSANI MARTIS AMORE Homeri epitheton.

551. SPARGAM ARMA meminit sui: nam supra ⟨339⟩ dixit s e r e c r i m i n a b e l l i.

552. TERRORVM ET FRAVDIS ABVNDE EST terror est ex morte tot hominum, fraus vero ex cervi vulneratione.

553. STANT BELLI CAVSAE manifestae sunt, vel placent, ut ⟨XII 678⟩ s t a t c o n f e r r e m a n u m.

---

7 VICTRIX voti compos] cf. Non. p. 418, 22

---

dissensione inchoare *H*: et ad discordiam uel ad dissensionem indicare *AS* (*corr. a*) uel a discordia uel a dissensione inchoari *R* [et] ad discordiam uel a[d] dissensionem inchoare *L* (et *add. l*) et ad discordiam uel ad dissensionem inchoari *M* et a discordia et a dissensione indicare *F* ‖ 1 AVRES *L* ‖ Probus . . . et per auras *om. Stephanus et Daniel* ‖ 2 bis per *ASR* per syllabam bis *F* ‖ ut *om. SRF* ‖ 3 efexegesis *libri* ‖ 4 nec] nihil *ASRF* ‖ sunt aliud *ASR* ‖ etiam] enim *LHM* ‖ 5 quidam *om. LH* (*add. l*) ‖ quidam commentarius convecta] firmianus commentatur non conuexa sed conuecta *F* ‖ ut ipsa sit conuecta *AS* ‖ 6 exemplis *M* ‖ 7 voti] uiti *R* promissi uoti *F* ‖ hoc est iam cum superbia *F* ‖ 8 autem] enim *M* ‖ ei] et *A* ‖ in *om. M* ‖ 9 quam . . . coepta *om. LH* (*add. l*) ‖ 10 bellis *F* ‖ 11 etiam ipsa *F* ‖ 12 dicat *LH* (*corr. l*) ‖ 13 ne] nec *RL* ‖ 14 quod dixit *om. LH* (*add. l*) ‖ 15 commisi] commoui *R* ‖ uinos *F* ‖ iunge foederibus *ASRF* ‖ Turni et Aeneae *om. LH* (*add. l*) ‖ 16 ut hinc sit *LHM*: ut ideo sit dictum *ASRFl* ut hinc sit dictum *m* ‖ 17 super] semper *M* ‖ futuna *F* ‖ 18 hoc est si tua *F* ‖ 19 epitheton] θούριον Ἄρην *add. D* ‖ 20 supra *om. LH* (*add. l*) ‖ 22 terror est *ASMF* terrores *R* terror *LH* ‖ 24 hoc est manifestae sunt *F* ‖ vel *om. ASRMF* ‖ 25 *ad v.* 555 TALIA CONVBIA concessio ex indignatione *Fabricius*

556. EGREGIVM VENERIS GENVS εἰρωνικῶς dictum est, ut alibi ⟨IV 93⟩ egregiam vero laudem et spolia ampla refertis. IPSE LATINVS ac si diceret, quem Aeneae causa cogor odisse: unde et Amatae nulla fit mentio, quae est Troianis inimica. Vrbanus tamen totum hunc locum per interrogationem accipit 'terrorum et fraudis abunde est? stant belli causae'? ut quasi per gratulationem non credat, sicut illud Terentii quia plus cupio, minus credo.

557. SVPER AETHERIAS quia dixerat ⟨543⟩ 'caeli convexa per auras'.

561. ATTOLLIT ALAS honesta volantis periphrasis.

563. ITALIAE MEDIO hunc locum umbilicum Italiae chorographi dicunt. est autem in latere Campaniae et Apuliae, ubi Hirpini sunt, et habet aquas sulphureas, ideo graviores, quia ambitur silvis. ideo autem ibi aditus esse dicitur inferorum, quod gravis odor iuxta accedentes necat, adeo ut victimae circa hunc locum non immolarentur, sed odore perirent ad aquam adplicatae. et hoc erat genus litationis. sciendum sane Varronem enumerare quot loca in Italia sint huius modi: unde etiam Donatus dicit Lucaniae esse qui describitur locus, circa fluvium qui Calor vocatur: quod ideo non procedit, quia ait 'Italiae medio'. SVB MONTIBVS ALTIS hoc nisi ad totam Italiam referas, non procedit: ut sit, est in vallibus Italiae montuosae: nam in hoc loco montes penitus non sunt.

564. NOBILIS notus, quod et sequentia indicant.

565. AMSANCTI VALLES loci amsancti, id est omni parte sancti: quem dicit et silvis cinctum et fragoso fluvio torrente.

---

7 Terentii] adelph. IV 5, 64

---

1 hironicos *AM* (yronicos *a*) yronice hoc *R* hyronicos *L* hyronices *H* ironicos *F* ‖ ut . . . refertis *om. LH* (ut . . . laudem *add. l*) ‖ 4 iamate *F* ‖ Vrbanus] quidam *F* ‖ 5 tamen totum] tantum *LH* (*corr. l*) tantum totum *M* ‖ accipit *LHM*: uult intellegi *ASRl* uolunt intellegi *F* ‖ errorum *RH* ‖ 6 stant . . . credat *om. LH* (*add. l*) ‖ ut *om. RM* ‖ 7 sicut illud Terentii] *om. L* (*add. l*), ut sit terent (*sic*) illud *H* sicut terentii illud *M* ‖ sicut *om. R, add. Petr. Daniel* ‖ quanto plus cupio tanto minus credo *l.* quia tam misere hoc esse cupio verum, eo vereor magis *Terentius* ‖ 8 SVB *AS* (*corr. a*) ‖ 11 corografi *ASR* (chyrografi *a*) historiografi *F* ‖ 12 apuleiae *R* ‖ hirpini *HMF*: ispani *AS* (irpini *a*) hispani *R* (hispini *r*) hyspini *L* (hyspani *l*) ‖ 13 sulpureas *M* (sulphureas *m*) sulphuratas *F* ‖ ambitur *LHM*: ambiuntur *reliqui* ‖ 14 ideo *LHM*: propter hoc *ASF* propter *R* ‖ ibi] illic *RF* ‖ esse *om. LH* ‖ inferorum] esse *supr. vers. add. l* ‖ quod] quia *ASRF* ‖ 16 adplicatae *om. R* ‖ 17 sane *LHM*: tamen *ASRF* ‖ quod *LHF* (quot *l*) ‖ 18 lucaniae esse qui describitur locum *H* lucaniae esse qui describitur locus a poeta *M* lucaniae esse quem describit locus *L* (poeta *post* describit *supr. vers. add. l*) locum istum quem describit poeta lucaniae (canusiae *AS*) esse (esse lucaniae *F*) *ASRF* ‖ 20 qui *M* (quia *m*) ‖ ait *om. F* ‖ medium *H* ‖ ad totam nisi *R* ‖ 21 et est *L* (*del. l*) ‖ in *om. ASR* (*add. a*) ‖ 22 penitus *om. R* ‖ 24 AMSCANTI *L* ‖ amscanti *L* ‖ omni parte] undique *ASRF* ‖ scanti *L* ‖ 25 fragosum *ASFl* ‖ torrente fluuio *ASRF*

568. HIC SPECVS HORRENDVM hoc nomen apud maiores trium generum fuit. Ennius feminino posuit, Horatius masculino *quae nemora aut quos agor in specus*, Vergilius neutro, quod hodie in numero singulari tribus tantum utimur casibus 'hoc specus, huius specus, o specus'. nam pluralem tantum a genere masculino habemus in omnibus casibus: hinc est *ipsi in defossis specubus*. quamquam antiqui codices habeant 'hic specus horrendus'. SPIRACVLA DITIS aditus, a spirando. antiqui codices 'piracula' habent, quae dicta sunt ἀπὸ τῶν περάτων, hoc est a finibus inferorum.

569. VORAGO Acherontis exaestuatio.

570. CONDITA ERINYS *recepta*, alii 'condit' legunt et 'se' subaudiunt.

571. CAELVMQVE LEVABAT relevabat, recreabat.

572. EXTREMAM SATVRNIA BELLO IMPONIT REGINA MANVM quod superest perficit. et est translatio a pictura, quam manus complet et ornat extrema.

575. FOEDATI cruentati.

576. IMPLORANTQVE DEOS ad auxilium et ultionem. OBTESTANTVRQVE LATINVM propter caedem factam testem adhibent, et dicunt auctores rupti foederis esse Troianos, cum ipsi pacis iura temerarint.

577. ET IGNI ipso fervore seditionis.

578. TEVCROS IN REGNA VOCARI subaudis 'dicit'. 'Teucros' autem iniuriose, ac si diceret 'exules ac perfidos'.

---

2 Horatius] carm. III 25, 2 ‖ 6 ipsi] georg. III 376 ‖ 14 quod superest e. q. s.] cf. Don. ad Ter. Andr. II 5, 1

---

2 femino *L* ‖ posuit] sub monte specus altae *add. Fabricius. cf. ann. v.* 420 *ap. Vahl.* ‖ 3 quod] quo *a* ‖ odie *F* ‖ 4 hoc . . . o specus *om. LHM* ‖ huius specus] *om. AS,* hos specus *F* ‖ 5 o specus] et o specus *AS* hoc specus *R* (*corr. r*) ‖ nam *om. LH* ‖ 6 ipse *L* ‖ in *om. L* (*add. l*) ‖ defossi *R* ‖ specibus *F* ‖ 7 horrendum *ASF* (*corr. a*) ‖ 8 *ad* spiracula *in marg.* quidam loca huius modi a pestilentia spiritus spiracula uocari dicunt, alii quod terra spiritum reddit *T* ‖ a] ab *F* ‖ spirando] quod ibi hostiae admotae concidant et moriantur *add. Stephanus: quae unde petita sint nescio. cf. ad v.* 363 ‖ piracula *ASlm*: sporacula *R* spiracula *LH* spicula *F, om. M* ‖ 9 quae dicta sunt *om. R* ‖ ΠΕΡΑΤΟΝ *A* ΠCΡΑΤΟΝ *L* ΠCΡΑΤѠΝ *H* ΠΕΡaΤUΝ *M* ‖ 11 CONDIT *F* ‖ ERINIS *libri, nisi quod* ERYNIS *H* ‖ condit] conditae *H* condidit *F* ‖ degunt *F* ‖ 13 reuelabat *L* ‖ recreabat] cui praesentia sui erat oneri *add. D* ‖ 15 quam . . . extrema *om. LH* (*add. l*) ‖ quam] quae *F* ‖ 16 extrema et ornet *l* ‖ et] atque *F* ‖ 18 id est ad auxilium *F* ‖ et ad ultionem *R* ‖ 19 et dicunt . . . temerarint *om. M, in marg. sup. add. m.* ‖ 20 cum . . . temerarint *om. RLH* (*add. l*) ‖ 21 temerarent *m* ‖ 22 ipso feruore seditionis *RLHM*: in ipso scilicet seditionis incendio *ASFl* ‖ 23 subaudis] *om. LH* (*add. l*), et subaudis *AS* ‖ dicit subaudis *M* ‖ teucros autem iniuriose dictum accipe ac si diceret (quia si *add. M*) exules ac (et *M*) perfidos *ASRMF* //// teucros quasi exules diceret perfidos *L* (teucros autem iniuriose dictum accipe quasi exules diceret ac perfidos *l*) et teucros quasi exules dixit perfides *H* ‖ 24 *ad v.* 579 SE LIMINE PELLI interiore familiaritate ut iuuenalis (III 124) 'limine submoueor' *D*

580. ATTONITAE BACCHO veluti Baccho: furia enim agebantur. et sic est dictum, ut ⟨XI 648⟩ at medias inter caedes exultat Amazon. NEMORA AVIA per nemora.

581. THIASIS choreis. NEQVE ENIM LEVE NOMEN AMATAE Iuvenalis ⟨VI 617⟩ quae non faciet quod principis uxor?

582. MARTEMQVE FATIGANT proelium cum clamore deposcunt.

583. CONTRA OMINA facta superius de Lavinia.

584. FATA DEVM propter oraculum Fauni. PERVERSO irato.

586. VELVT PELAGI RVPES cum Cicero seditionem fluctibus comparaverit, ut in illis dumtaxat fluctibus contionum, bene Vergilius eum qui resistit seditioni, rupem vocavit.

589. MOLE TENET hic distinguendum, ut 'scopuli' nominativus pluralis sit.

591. CAECVM CONSILIVM fremitui populi bonum nomen inposuit.

594. FRANGIMVR permansit in rupis translatione.

595. SACRILEGO SANGVINE quia bellum sumebant contra voluntatem deorum.

597. VOTISQVE DEOS VENERABERE SERIS quia religio rigida dicit semel male commissa nulla ratione revocari: Horatius dira detestatio nulla expiatur victima.

598. PARTA QVIES scilicet vicinae mortis beneficio. IN LIMINE PORTVS securitas omnis in promptu est.

599. FVNERE FELICI SPOLIOR exequiis tantum regalibus careo.

601. MOS ERAT Varro vult morem esse communem consensum omnium simul habitantium, qui inveteratus consuetudinem facit. HESPERIO IN LATIO hoc est in antiquo: nam, ut in primo ⟨6⟩ diximus, duo Latia fuerunt, unde non frustra 'Hesperio' addidit. quod

---

9 Cicero] pro Mil. II 5 ‖ 19 Horatius] ep. V 89 ‖ 24 Varro . . . facit] cf. Macrob. Sat. III 8, 8 sqq. et Isid. orig. V 3, 2 sq.

---

2 ad *ALF* ‖ 4 id est choreis *F* ‖ 5 facie *A* ‖ princeps· *M* (*corr. m*) ‖ 7 *ad* ILICET *supr. vers.* ultimam fortunae necessitatem significabat apud veteres ilicet. nunc uero a quibusdam pro ilico accipitur *T* ‖ OMNIA *ASHMF* (*corr. a*) ‖ facta *AF*: FATA *reliqui* ‖ superius de Lavinia] propter ea quae superius de lauinia (dixit *add. l*) *Ml* superius de apibus et Lauinia *Fabricius* ‖ 8 propter fauni oraculum *ASF* ‖ iterato *R* ‖ 9 seditionem populi *ASFl* ‖ 10 comparauerit *SRal*: comparauerat *A* comparauit *LHMF* ‖ ut . . . contionum *om. RLH* (*add. l*) ‖ contentionum *AS* ‖ bene . . . vocavit] non enim (ergo *F*) incongrue uirgilius seditionis obstaculum rupem uocauit *ASFl* ‖ 12 non nominatiuus *LH* (non *del. l*) nunc nominativus *Stephanus* ‖ 14 fremitus *F* ‖ bonum talem nomen *F* ‖ 16 uoluptatem *AS* (*corr. as*) ‖ 19 mala *L* ‖ nulla ratione] nullatione *F* ‖ 20 expiabitur *ASM* ‖ 21 benefacio *F* ‖ 22 in promtu *L* inpromtus *F* ‖ est *om. AS* ‖ 23 SPOLIOR] V. M. *add. L* ‖ exsequiis *A* exaequis *H* exquiis *M* (exequiis *m*) ‖ 24 esse *om. RLH* ‖ 25 omnium consensum *R* ‖ habitantum *A* ‖ 26 in *ante* antiquo *om. AS* ‖ nam] iam *H* ‖ ut in primo . . . unde non *om. LH* (*add. l*)

autem dicit hanc consuetudinem antiquam fuisse, falsum est; nam a Numa Pompilio primum instituta est. sed carmini suo, ut solet, miscet historiam. notandum sane inconexum esse hunc locum, si quis totius libri consideret textum; nam supra ait ⟨46⟩ longa placidas in pace regebat, item dicturus est ⟨623⟩ ardet inexcita Ausonia atque inmobilis ante, et nunc dicit 'mos erat Hesperio in Latio', supra etiam dixit ⟨184⟩ captivi pendent currus, item ⟨426⟩ Tyrrhenas, i, sterne acies. quae ne sint contraria, accipiamus Italiam primo caluisse bellis, medio tempore quievisse, et ad antiquum studium nunc reverti, sicut Romani bello flagravere sub Romulo, quievere sub Numa, sub Tullo Hostilio pristina studia repetiverunt. hinc est quod et ipse Vergilius ait 'longa placidas in pace regebat', non perpetua, item ⟨693⟩ desuetaque bello agmina in arma vocat subito ferrumque retractat: nam retractare est repetere quod omiseras. tale aliquid dicit de genere Sullano Sallustius: nam volens ostendere antiquos maiores eius consulares fuisse, vicinos vero ignavissimos, Sullam autem florentissimum, ait igitur Sulla patriciae gentis fuit, familia iam extincta maiorum ignavia. QVEM PROTINVS iugiter, deinde: nam nunc temporis est adverbium, alibi loci, ut ⟨III 416⟩ cum protinus utraque tellus una foret.

602. MAXIMA RERVM ROMA imperii potita.

603. MOVENT IN PROELIA MARTEM nam moris fuerat indicto bello in Martis sacrario ancilia commovere, unde est in octavo ⟨3⟩ utque inpulit arma.

604. LACRIMABILE BELLVM πολύδακρυν ἄρηα. Getarum fera

---

15 retractare ... omiseras] exscr. Isid. or. X 235 || 16 Sallustius] Iug. 95, 3 || 19 PROTINVS iugiter] cf. Non. p. 376, 25 || 26 πολύδακρυν] Hom. Il. III 132

---

2 a numa *radendo deleta in S* || primum] primo *RH, om. AS* || 3 inconrectum *L* || sicut *L* (si quis *l*) || 5 iter *F* || ardet *om. AS* || inexita *F* || 6 ante] et ante *S* || mos] dum mos *M* || 7 dixit *om. LH* || iter *F* || 8 i *om. AHF* (*add. a*) || contrariae *AS* (*corr. a*) || accipimus *L* (accipiamus *l*) accipiamur *F* || 10 ad] adad *A, om. L* (*add. l*) || 11 romolo *L* || tullio *RLM* || 12 petiuerunt *F* || 13 pace] p̄ *R* parte *F* || perpetue *S* || 14 detractat *L* (*corr. l*) || 15 omiseras *F*: omiserat *reliqui.* omiseras *Isidorus* || 16 syllano *ASRHM* sillano *LF* || maiores eius antiquos fuisse consulares *ASRF* || 17 ingrauissimos *H* || Sullam autem florentissimum *om. LHM* (*add. lm*) || syllam *ASRF* sillam *l* sillanum *m* || autem] uero *m* || 18 sylla *ASRHM* silla *LF* || familiam *R* || iam] prope *F* || 19 extinctam *ASR* (*corr. a*) || argiter *H* || 21 ut samque *A* (utraque *a*) || 22 imperio *R* || petita *H* || 23 PELIA *R* || nam] quia *ASF* || 24 ancillia *L* || moueri *ASRF* || octavo] nono *R* VIIII. *LH* || 25 utquae ụẹ impulit *A, cuius quaternio* XXXIII. *in his verbis desinit. quaternio* XXXIV., *qui habuit commentarium usque ad 'quia primo aquam ferit'* (VIII 23), *interiit.* || 26 ΠΟΛΥΔΑΚΥΡΝΑ ΡΕΑ *F, qui unus haec verba praebet* || fere *R*

gens etiam apud maiores fuit: nam ipsi sunt Mysi, quos Sallustius a Lucullo dicit esse superatos.

605. HYRCANISVE gens est dicta a silva Hyrcania, ubi sunt tigres. ARABISVE PARANT venit ab eo quod est 'hic Arabus' — nam ab eo quod est 'hic Arabs, ab hoc Arabe', 'Arabibus' facit — sicut 'Hiberus', unde est in Lucano ⟨II 54⟩ occurrat Hiberis alter, et 'Hiber', ut Horatius discet Hiber Rhodanique potor. item lectum est 'Aethiopus', sed tantum 'Aethiops' dicimus.

606. AVRORAMQVE SEQVI ingenti ambitu dixit ipsum ortum diei pro populis. PARTHOSQVE REPOSCERE SIGNA hoc in honorem Augusti posuit, quo regnante a Parthis repetita sunt signa, quae Crassus *triumvir* perdiderat. qui cum aviditate sua contra auspicia bellum suscepisset, interdicentibus tribunis plebis, captus cum filio est et necatus infuso in os auro, cuius amore pugnaverat.

607. SVNT GEMINAE BELLI PORTAE sacrarium hoc, id est belli portas Numa Pompilius fecerat circa imum Argiletum iuxta theatrum Marcelli. quod fuit in duobus brevissimis templis: duobus autem propter Ianum bifrontem. postea captis Faleriis, civitate Tusciae, inventum est simulacrum Iani cum frontibus quattuor. unde quod Numa instituerat translatum est ad forum transitorium et quattuor portarum unum templum est institutum. Ianum sane apud aliquos bifrontem, apud aliquos quadrifrontem esse non mirum est: nam alii eum diei dominum volunt, in quo ortus est et occasus

---

1 Sallustius] hist. IV 38 Dietsch., IV 46 Kr. || 3 gens . . . tigres] cf. Isid. or. XIV 3, 33 || 7 Horatius] carm. II 20, 20

---

1 mysi *S*: misii *RHM* mysii *L* moesii *F* || salutius *F* || 2 esse dicit *S* || supuratos *H* soporatos *F* || 3 est] et *LH*, *om.* *F* || a] et *L* (*corr.* *l*) || hyrcania *SH* hircani *R* ircania *L* hircania *M* hyrcana *F* || 4 hic datiuus uenit *Fabricius* || 5 hic arabs ab hoc arabe *LHM*: hic arab arabis ab hoc arabe *R* arabs arabis arabi arabem arabs arabe *SF* || 6 iberus *LF* hiberis *R* || occurrit *L* || 7 et Hiber] nam et hiber *M*, *om.* *SF* || ut Horatius] nam oratius *S* nam eratius hiber dicit ut *F* || discet] iscet *H* discat *F*, *om.* *S* || hiberodanique *R* yberodanique *L* hibero danique *H* hiber rodanique *MF* yber rodanique *l* || potori *MF* || 8 item *om.* *RLH* (*add.* *l*) || Aethiopus] ethiopus et ethiops *MF* || sed modo tantum *Fabricius* || 9 habitu *H* || 10 diei ortum *F* || pro populis *om.* *RLH* || honorem] oram *H* onorem *F* || 11 posuit] sub augusto *add.* *M* || regnante] imperante *F* || a pariis *H* || 13 interdicentibus tribunis plebis *om.* *RLHM* || intercedentibus *Masvicius et Burmannus* || plebi *F* || 14 in os] mos *R* || cuius amore pugnaverat *om.* *RLH* (*add.* *l*) || cuius in amore *M* || 15 hoc sacrarium *SF* || id est belli portas *om.* *RLH* || 16 umum *F* || argelaetum *S* argeletum *L* || 18 Ianum] ianium *F*, *om.* *S* || bifontem *S* (*corr.* *s*) || captus *R* || faleris *SRHM* falleris *L* faleratis *F* || ciuitatibus *SLM* (a ciuitate *l*) || 19 quattuor frontibus *R* || 20 unde . . . est institutum] propter quod in foro transitorio constitutum est illi sacrarium aliud quod nouimus hodieque quattuor portas habere *F*. *eadem edidit Stephanus* || quod *om.* *L* (*add.* *l*) || Numa *om.* *H* || 21 unum templum *om.* *S* || 22 apud alios bifrontem apud alios *SMF* || 23 dominum] dominum uel auctorem *S* auctorem *F* actorem *l* || est et] esset *F*

— Horatius matutine pater, seu Iane libentius audis — alii anni totius, quem in quattuor tempora constat esse divisum. anni autem esse deum illa res probat, quod ab eo prima pars anni nominatur: nam ab Iano Ianuarius dictus est.

608. RELIGIONE SACRAE tremendae, execrabiles: nam et paulo post dicturus est ⟨617⟩ tristesque recludere portas.

609. FERRI ROBORA bene addidit 'ferri': nam omne quod forte est, robur vocamus.

610. *IANVS quidam Ianum Eanum dicunt ab eundo; eumque esse Martem; et quod apud Romanos plurimum potest, ideo primum in veneratione nominari. alii Ianum aërem credunt; et quia vocis genitor habeatur, idcirco mandari ei preces nostras ad deos perferendas. alii Ianum mundum accipiunt, cuius caulae ideo in pace clausae sunt, quod mundus undique clausus est, belli tempore aperiuntur, ad auxilium petendum ut pateant. nam quasi mundo ei duas facies dederunt, orientis et occidentis, quod iam supra dictum est: alii quattuor secundum quattuor partes mundi. alii Clusivium dicunt, alii Patulcium, quod patendarum portarum habeat potestatem. idem Iunonius; inde pulchre Iuno portas aperire inducitur* ⟨620⟩. *idem Quirinus, unde trabeatum consulem aperire portas dicunt, eo habitu quo Quirinus fuit.*

612. IPSE QVIRINALI TRABEA Suetonius in libro de genere vestium dicit tria genera esse trabearum: unum dis sacratum, quod est tantum de purpura; aliud regum, quod est purpureum, habet tamen album aliquid; tertium augurale de purpura et cocco. 'Quirinali' ergo regali. CINCTVQVE GABINO 'Gabinus cinctus' est toga

---

1 Horatius] sat. II 6, 20 || 7 nam . . . vocamus] cf. Isid. or. XVII 7, 41 || 21 Suetonius] p. 266 Reiffersch. cf. Isid. or. XIX 24, 8 || 25 Gabinus cinctus e. q. s.] cf. Isid. or. XIX 24, 7

---

1 saeu iane *R* saeuiane *S* || 2 quem] quae *H* || quattuor] .III. *M* || 3 nominata est *R* || 4 nam . . . dictus est *om. LH* (*add. l*) || dictus est] dicitur *F* || 5 RELEGIONE *F* || 7 ferri addidit *HM* || 8 uocaturius *L* (uocamus *l*) || 9 *scholium ad v.* 610 *Daniel e Turonensi edidit. cf. Macrob. Sat.* I 9 || 17 clusiuium *T* Clusium *Masvicius. cf. Ovid. fast.* I 130 || 18 pulcrhe *T* || 20 quiririnus *T* || 21 TRABEA] aut regali aut qua usus est Romulus intellige: Horatius 'trabeati iura Quirini' *add. Daniel: quae unde petita sint nescio. ceterum 'trabeati cura* (*sic*) *Quirini' Ovidii sunt, fast.* I 37 || sutonius *H* || 22 tria] tri////ta *F* || esse genera *H* || diis *RLM* || 23 quod est purpureum . . . aliquid] quod habet aliquid album mixta purpura *S* quod aliquid album mixtum purpure *F* || 24 aliquid] mixta purpura *add. M* || aurale *H* || cocco] mixtum *add. Fabricius* || 25 *ad* IPSE QVIRINALI TRABEA *haec in Turonensi adcripta sunt* Preter quod seruius dicit quidam dicunt esse tria genera trabearum regiam quirinalem trosulam. regia est tota de sola purpura qua uti solis regibus licebat uel adulescentibus de stirpe regali. Quirinalis est concinior et preliis aptior non a romulo ut quidam tradunt sed a marte appellata quem quirinum uocabant propter hastam. hac cum bellum susciperetur duces uel imperatores amiciebantur cum iani fores aperirentur. Trosula quae purpura coccoque pretexta conficitur cui idcirco

sic in tergum reiecta, ut una eius lacinia a tergo revocata hominem cingat. hoc autem vestimenti genere *veteres Latini, cum necdum arma haberent, praecinctis togis bellabant: unde etiam milites in procinctu esse dicuntur. hoc rursus* utebatur consul bella indicturus ideo quia, cum Gabii, Campaniae civitas, sacris operaretur, bellum subito evenit: tunc cives cincti togis suis ab aris ad bella profecti sunt et adepti victoriam: unde hic ortus est mos.

613. INSIGNIS RESERAT STRIDENTIA LIMINA CONSVL insignem accipe primo loco creatum, licet similem habeat potestatem.

614. IPSE VOCAT PVGNAS tria sunt, ut supra ⟨II 157⟩ diximus,

---

10 tria sunt e. q. s.] cf. Don. ad Ter. eun. IV 7, 2 et Isid. or. IX 3, 52 sqq.

---

coccum adhibetur quod russati antea praeliabantur propter uulnera et aspersiones sanguinis quo posset hoc colore uelari unde russati uocabantur. *videtur scholii exemplum a Daniele ad Scaligerum missum esse, qui in castig. in Fest. (ap. Lindem. p.* 740) *non nulla ex eis quae supra scripta sunt edidit. moneo Scaligerum* Trossula *pro* trosula, concinnior *pro* concinior, pertexta *pro* pretexta *scripsisse. cf. Fest. Pauli s. v.* '*Trossuli*' *et Plin. nat. hist.* XXXIII § 35 *sq.* — *is interpres qui Tironianis notis usus est de trabea haec adnotavit* Trabea est uestis imperialis qua imperator uel consul indutus solebat designare locum ubi ciuitas edificanda erat. ea etiam indutus aperiebat tempore belli portas . . (*notarum locis puncta posui*) templi et causas belli indicabat omnibus. || *scholium ad* CINCTVQVE GABINO *adscriptum habet T* || est toga] et ega *R* (et oga *r*, in vet. cod. 'est toga' *supra scr. Daniel*) || 1 una *SLMF*: na *R* (una *Daniel*), *om. H.* ima *est Ferrarii de re vest. lib. I cap. XIV* (*Graev. thes.* VI p. 646) *coniectura, probata a Marquardtio Privatl. d. Röm.* II *p.* 544 || a tergo *om. LHT* (*add. l*). *in Reginensi supra* a tergo *Daniel haec adscripsit* '*deest in altero vet. cod.*' *i. e. in Turonensi* || hominem] humerum *Heinsium legisse Burmannus commemoravit* || 2 veteres Latini . . . hoc rursus *unus Turonensis habet. alienum scholium Serviano inepte inmixtum esse apparet: nam* praecinctis togis *idem est quod* hoc vestimenti genere *i. e. cinctu Gabino. cf. Marquardt l. l.* || 3 arma] saga *coni. O. Mueller Etrusk.* I² *p.* 251. *sed cf. Serv. ad Aen.* IV 495 || 4 consul] ita uelabantur *add. F* || indicturis *R* (in vet. cod. rus *supr. vers. Daniel*) || ideo quia] ideoque *L* || 5 quia *om. T* || gabia *S* (*corr. s*) gauii *F* || cumpaniae *F* || 6 evenit] et uenit *F* || tunc cives] et inde *T* || cincti] cuncti *SF* (*corr. s*) cintis *L* || aris] argis *M* agris *l* || sunt ad bella profecti *SRF* || 7 unde hic ortus est mos *LHT*: propter quod omen tali habitu semper utebantur in bellis *SRF* unde hic ortus est mos propter quod . . et bellis *M* propter . . . . bellis *supr. vers. add. l. ceterum post* mos *haec add. Turonensis* uelites quoque gabinati pugnabant, *quae cum eis quae lin.* 2 *sqq. ex eo codice edita habes apte coniunguntur. ab eo qui Tironianis notis utebatur de Gabino cinctu in marg. Turonensis haec adscripta sunt* Gabis ciuitas est campaniae. ante cuius portas cum sacerdotes sacrificare uellent et detraherent pelles hostiarum superuenerunt lupi et r* (*evanuerunt pauca, fortasse* raptis pellibus) hostiarum coeperunt iterum fugere. tunc illi sicut erant nudi et expediti ad excoriandas hostias raptis togis cinxerunt se illis non ualentes tam cito indui et persecuti * (*adde* sunt lupos) et pelles hostiarum reportauerunt. et quia uictoriam adepti sunt talem habitum . (*notae loco punctum posui*) in usu habuerunt ut sinistram partem obnuberent dexteram uero exertam haberent sicut et diaconi quadragesimali tempore faciunt sinistrum humerum tegentes casula dextera parte nuda et expedita remanente. || 8 insignem . . . potestatem *SRF, nisi quod* accipere primo loco creatum debemus *F*: is qui prior creatus est *LH* (prior *del. et* secundus *superscr. l. idem* insignem . . . potestatem *in marg. add.*) insignem . . . licet alter similem habeat potestatem is qui propior creatus est *M* || 10 tria sunt] uel has *S*

militiae genera: sacramentum, in quo iurat unusquisque miles se non recedere, nisi praecepto consulis post completa stipendia, id est militiae tempora; coniuratio, quae fit in tumultu, id est Italico bello et Gallico, quando vicinum urbis periculum singulos iurare non patitur, ut inter Fabios fuit; evocatio, quod genus nunc tangit. nam ad subitum bellum evocabantur, unde etiam consul solebat dicere 'qui rem publicam salvam esse vult me sequatur'.

615. CONSPIRANT CORNVA nam et tubae simul inflabantur.

619. FOEDA MINISTERIA cruenta, more suo.

620. MORANTES scilicet bella, differentes.

622. RVPIT SATVRNIA POSTES acyrologiam fecit commutando Ennii versum: nam ille ait belli ferratos postes portasque refregit.

623. INMOBILIS ANTE non semper, sed antehac. potest tamen et 'inmobilis a furia': nam ante gessit bella, sed iure indicta per fetiales et per patrem patratum.

626. TERGENT ab eo quod est 'tergeo' venit, et 'tergunt' a 'tergo tergis', quod de usu penitus recessit.

627. ARVINA secundum Suetonium in libro de vitiis corporalibus arvina est durum pingue, quod est inter cutem et viscus. *alii arvinam nomine lardum dicunt.*

629. ADEO MAGNAE valde magnae, ut *Terentius* adulescentem adeo nobilem.

630. ATINA POTENS civitas haec est iuxta Pomptinas paludes, dicta Atina a morbis, qui graece ἄται dicuntur, quos paludis vici-

---

9 FOEDA cruenta] cf. Non. p. 304, 15 || 12 Ennius] ann. 271 Vahl. || 19 secundum Suetonium] p. 272 Reiffersch. cf. Isid. or. XI 1, 81 || 22 Terentius] eun. I 2, 124

---

1 iuratio *H* || unusquisque . . . iurare non patitur *om. LH* (*add. l*) || 3 quae sit tumultum *F* || italo *l* || 5 ut . . . fuit *LHM*: sicut de fabiis legimus *SRF* || 6 euocantur *F* || consolebat *L* (con *del. l*) || 7 esse *om. LHM* (*add. l*) || me *om. H* || 10 scilicet] id est *F* || differentes *om. LH* (*add. l*) || 11 acirologiam est *R* (est *del. Daniel*) || 12 uersus *S* || feratos *SL* (*corr. s*) || 14 antehanc *R* || potest *ex* post *M* || potest tamen] potestate *S* || 15 cessit *R* || per fetiales . . . patratum *om. LH* (*add. l*) || 16 fectiales *S* feciales *Ml* || et *om. MF* || *ad vers.* 623 *in marg.* quidam etiam dicunt quasdam partes fuisse in italia quae nescierint bella penitus et nunc hoc dicit quod ea pars fuerit ad bellum commota quae antea fuit inbellis *T* || 17 venit] fuit *LH* (*corr. l*) || et . . . recessit *LHM, nisi quod* quo *L*: nam tergunt quod (quod *om. R*) uenit a tergo de usu (quod de usu *R*) iam recessit *SRF* || 19 sutonium *H* || libro de *om. LHM* (*add. l*) || de] ex *Sl* || corporibus *H* || 20 pingue durum *SRF* || duarum *H* || pinge *M* || in *L* (inter *l*) || uiscera *Sl* || 21 alii arvinae nomine laridum dicunt *Daniel* || 22 ut . . . nobilem *om. LHM* (*add. l*) || 24 est *om. SRF* || promptinas *S* se pontinas *R* (se *del. Daniel*) pontines *L* (prontinas *l*) pontinas *HM* pomtinas *F* || paludes est *SRF* || 25 data *F* || Atina *om. LH* (*add. l*) || a *om. F* || athei *S* athe *Rl* ate *L* atae *HM* atai *F* || quas *Sl* quod *L*

nitas creat. TIBVRQVE SVPERBVM aut nobile: aut per transitum tetigit illud quod aliquando cum a senatu auxilia poscerent Tiburtes sub commemoratione beneficiorum *a se populo Romano praebitorum*, hoc tantum a senatu responsum acceperunt 'superbi estis'.

631. CRVSTVMERIQVE mutavit: nam Crustumerium dicitur. *Cassius Hemina tradidit, Siculum quendam nomine uxoris suae Clytemestrae condidisse Clytemestrum, mox corrupto nomine Crustumerium dictum. alii volunt a crustula panis, quam Troiani coacti fame exedisse dicuntur, appellatum.* TVRRIGERAE ANTEMNAE bene muratae. Antemnae autem dictae sunt, quod eas amnis praeterfluit, quasi ante amnem positae.

632. SALIGNAS VMBONVM CRATES ut dicit Sallustius de Lucanis qui de vimine facta scuta coriis tegebant.

633. THORACAS AENOS bene 'thoracas'; nam apud maiores loricae pectora tantum tegebant: Statius triplici servantur pectora ferro: pectora, nam tergo nullus metus.

634. LENTO DVCVNT ARGENTO flexili argento ducunt, id est extendunt. est autem spondiazon et reciprocus versus.

637. CLASSICA IAMQVE SONANT bene posuit amphiboliam: nam classicum dicimus et tubam ipsam et sonum. classicum autem est flexilis tuba. TESSERA SIGNVM symbolum bellicum, quod ad pugnam exeuntibus datur, scilicet propter confusionem, ut fuit in

---

5 Cassius Hemina] p. 95 Pet. || 10 Antemnae . . . positae] exscr. Isid. or. XIX 2, 7. cf. Varro d. l. l. V 28 || 12 Sallustius] hist. IV 2 Dietsch. IV 23 Kr. || 15 Statius] Theb. VII 311

---

1 nobilem *S* || 2 cum aliquando *F* || auxilio *S* auxili *F* || 3 memoratione *L* (*corr. l*) commemoratio *F* || beneficiorum] praestitorum *add. SM* || 4 responsa *S* || acceperunt] accepisse dicuntur *SR* accepisse dicitur *F* || 5 crustum meritum *S* || Cassius Hemina . . . appellatum *e Turonensi edidit Daniel* || 10 eas amnis] a somnis *F* || 13 qui de vimine *om. R* || qui . . . tegebant] qui de uimine facti (*sic*) scuta recentibus detractis coriis quasi glutino adolescebant *F*. *cum Sallustii verbis hoc loco laudatis illa quae ad georg.* III 155 *commemorantur* coria recens detracta quasi glutino adolescebant *inepte coniuncta esse docuit Kritzius* || 14 bene thoracas nam] quia *LH* || 15 lurice *R* || tantum pectora *LH* || ut statius *LH* || tripici *H* || 16 pectora nam tergo *RM*: pectora nam tellus tergo *S* (tergo tellus *s*) pectorum nam tergo *LH* (pectorum *del. l*) pectonam tergo *F* ter insuto servantem ingentia ferro pectora: nam tergo numquam metus *Statius* || 17 fexilli argumento *F* || 18 et spondiazon *LH* spondaicus *vulgo* || *ad v.* 634 *in marg.* reciprocus est uersus et ita compositus ut tundentium 'malleorum numerus immitetur *T* || 19 bene amphibolos (amfybolos *F*) dixit *SRF* || nam et classicum *M* || 21 *ad v.* 637 *in Turonensi ab eo qui Tironianis notis utebatur haec adscripta sunt* tessera signum dicitur militare quod aut uocale erat aut mutum. uocale . in uoce mutum uero . in uexillis uel in scutis uel etiam in uestimentis, *ab alio haec* tessera dicebatur proprie ducis praeceptum quo ad bellum proficiscebantur uel regrediebantur. || id est symbolum *F* || 22 scilicet] et *add. F*

bello Marii † bardeus, in Sullae Apollo Delphicus, in Caesaris Venus Genetrix.

638. TREPIDVS festinus, more suo.

640. LORICAM INDVITVR dicimus et 'induor illa re' et 'illam rem'.

641. HELICONA DEAE Parnasus, mons Thessaliae, dividitur in Cithaeronem Liberi et Heliconem Apollinis, cuius sunt musae. est autem Homeri versus. MOVETE legitur et 'monete'.

644. QVIBVS ARSERIT ARMIS aut splenduerit: aut amore flagraverit.

647. PRIMVS INIT BELLVM non mirum si sacrilegus et contemptor deorum contra piam gentem prior arma corripuit. et scienda est poetae adfectatio — nam ablepsiam nefas est dicere — hic enim aliquos commemorat, quos in bello non invenis, item in sequentibus aliquos invenimus, quorum hic nullam fecit commemorationem. TYRRHENIS ASPER AB ORIS oriundo Tuscus, non qui nunc de Tuscia venit, quem antea pulsum a civibus constat.

648. AGMINAQVE ARMAT aut eorum, qui eum secuti fuerant, sicut eius filius: nec enim credibile est solum fugisse — nam et Statius dicit vel quos movet exul et haesit tristibus aucta fides — aut certe eorum, quos Turnus dederat, ut Adrastus Polynici in Statio, qui ait ne parva movens inglorius arma iret.

652. AGYLLINA EX VRBE de Caere oppido. NEQVIQVAM quia in proelio periit nec patrium recepit imperium.

---

11 et scienda est e. q. s.] cf. Macrob. Sat. V 15, 6 sqq. ‖ 19 Statius] Theb. IV 77 'seu quos movet exul et actis tristibus aucta fides' et 82 'ne rara movens inglorius iret'

---

1 bello *LHM*: exercitu *SRF* ‖ bardeus *libri praeter H, qui* basdaeus *praebet*: Lar deus *Fabricius, quod W. H. Roscher* (*ann. philol.* CXIX *p.* 347) *defendit.* Liber deus *F. Schoellius. cf. Plin. n. h.* XXXIII § 150, *Val. Max.* III 6, 6. *malim* Mars Gradivus. ‖ syllae *libri, nisi quod* sillae *F* ‖ 4 induar *L* ‖ et illam rem *om. LH* (*add. l*) ‖ 5 ELICONA *LHM* ‖ parnassus *HM* parnasius *F* ‖ Thessaliae] boetiae *F* ‖ 6 chiteronem *LH* ‖ Liberi] patris *add. F* ‖ iliconam *H* ‖ 7 Homeri versus] ἔσπετε νῦν μοι ... κοίρανοι ἦσαν (*Il.* II 484 *sqq.*) *additur vulgo* ‖ *scholium ad* MOVETE *om. LH* (*add. l*) ‖ legimus *SRM* ‖ 8 splendiderit *F* ‖ flaglauerit *H* ‖ 9 *ad v.* 645 *in marg.* inter memorare et dicere hoc interest quod ille qui memorat omnimodis saepe profert, qui dicit non omnimodis saepe *T* ‖ 10 non mirum ... corripuit *SRMFl*: non mirum contemptor diuum mezentius *LH* ‖ si et sacrilegus *M* ‖ 11 contra pium primus *M* ‖ 12 ablepsiam *SRH*: ablesian *L* āblesian *M* alepsian *F* (id est obliuionem uel neglegentiam *superscr. l*) ἀμβλυσίαν *Fabricius* ‖ 13 enim *om. LH* (*add. l*) ‖ invenis] inuenimus *F* ‖ item ... invenimus *om. SR* ‖ item] et *M* iter *F* ‖ 14 invenimus] inuenis *M* ‖ quorum ... commemorationem *SRFl*: quos hic omnino non posuit *LHM* ‖ 16 tunc *M* ‖ ante *M* ate *F* ‖ 17 fuerant *om. R* ‖ 18 filium *HF* ‖ fuisse *M* ‖ nam ... dicit] tale enim aliquid statius posuit *SRF* ‖ 19 exsul *H* ‖ haecsit *F* ‖ 20 turnus ei ante dederat *D* ‖ ut] et *F* ‖ 21 agit *H* ‖ nec *F* ‖ inglorios *H* ‖ 22 AGYLLINA *HF* AGILLINA *SR* AGILLINE *L* AGELLINA *M* ‖ de cere *SRL*: docere *H* dicere *F* de cerete *M* ‖ 23 perit *S* ‖ nec ... imperium *LH*: postquam (per quod *F*) patrium

653. PATRIIS QVI LAETIOR ESSET IMPERIIS dignus qui haberet imperatorem potius, quam exulem patrem.

656. PVLCHRO forti, ut diximus supra ⟨IV 149⟩.

657. PVLCHER AVENTINVS Aventinus mons urbis Romae est, quem constat ab avibus esse nominatum, quae de Tiberi ascendentes illic sedebant, ut in octavo ⟨235⟩ legimus dirarum nidis domus opportuna volucrum. quidam etiam rex Aboriginum, Aventinus nomine, illic et occisus et sepultus est, sicut etiam Albanorum rex Aventinus, cui successit Procas. Varro tamen dicit in gente populi Romani, Sabinos a Romulo susceptos istum accepisse montem, quem ab Avente, fluvio provinciae suae, Aventinum appellaverunt. constat ergo varias has opiniones postea secutas, nam a principio Aventinus est dictus ab avibus vel a rege Aboriginum: unde hunc Herculis filium constat nomen a monte accepisse, non ei praestitisse. INSIGNE PATERNVM absolute dixit.

658. CENTVM ANGVES secundum Simonidem, ut diximus supra ⟨VI 575⟩; nam alii dicunt novem fuisse.

659. COLLIS AVENTINI SILVA in silva collis Aventini. et dicendo 'Aventini' ostendit iam antea ita esse nominatum. RHEA SACERDOS adludit ad nomen matris Romuli, quae dicta est Ilia, Rhea Silvia.

660. FVRTIVVM inlicite conceptum, quippe a sacerdote: sic ait et dulcia furta.

---

8 sicut etiam . . . Procas] cf. Aurel. Vict. or. gent. Rom. 18 || 9 Varro] cf. Kettner Varr. Stud. p. 76 || 23 et dulcia furta] georg. IV 346

---

repetere se sperarat imperium *SRFl, nisi quod* se repetere speraret *l* nec patrium recepit imperium post patrium repetere se speraret imperium *M* || paternum *D* || 1 hoc est dignus *F* || 2 potius *om. M* (*add. m*) || 4 *ad v.* 657 *in marg.* quidam auentinum appellatum a uehendo quod omne solum circa ipsum montem stagnabat et nisi nauiculis ad eum accedere non poterant incolae. alii ab aduenientibus sabinis qui templum ibi condiderunt *T* || urbi *R* || 6 residebant *R* || diflarum *F* || 7 oportuna *LHM* || 8 auentus *F* || nomine . . . rex Aventinus *om. L* (*add. l*) || et occisus est et sepultus *SRl* || 9 procax *F* || 10 ingentem *SRLM* || ipsum *L* (istum *l*) || 11 ab auente *MF*: auente *Sl* ab euante *R* habebante *LH* || prouintiae *RLM* || 12 appellauerunt auentinum *M* || ergo] tamen *F* || has uarias *F* || secutas] secutos *S* consecutos *L* || 14 non ei praestitisse *om. RLH* (*add. l*) || 15 absolute] ad salutem *F* || 16 supra . . . fuisse *om. LH* (*add. l*) || 17 novem] VIII. *M* septem *l* || fuisse] quomodo (cum *Fabricius*) centum angues cum (et *cod.*) quinquaginta fuerint serpentes, ut dictum est (VI 576) 'quinquaginta atris immanis hiatibus hydra'? soluitur magnitudine clypei: per id quod erat ostendit. nam (non *Fabricius*) ideo pictum, quia sublata capita interim crescebant *add. D* || 18 auentinum *SMl* || 19 iam *om. F* || ante *L* || ita esse] id est *F* || 20 adlusit *F* || romoli *L* || ilia. rhea. siluia. *M. fortasse* Ilia *nomine secluso* Rhea Silvia || 21 rhesa *F* || *ad. vers.* 659 *in marg.* docte dicit rheam matrem et auentini et sacerdotem *T* || 22 sic ait *LH*: alibi *RSF* sic ait alibi *M*

661. MIXTA DEO μιχθεῖσα, graece dixit. MVLIER compendiose mortalem dixit: consequens namque fuerat ut diceret 'mixta deo mortalis'. LAVRENTIA ARVA Laurentum civitas plurimum potuit, nam omnia vicina loca êius imperio subiacuerunt: unde nunc ait 'arva Laurentia', cum iuxta Tiberim armenta Hercules paverit. sed secundum antiquum situm, ante Albam et Romam, Tiberis Laurentini fuit territorii.

662. GERYONE Geryones rex fuit Hispaniae. qui ideo trimembris fingitur, quia tribus insulis praefuit, quae adiacent Hispaniae: Baliaricae minori et maiori et Ebuso. fingitur etiam bicipitem canem habuisse, quia et terrestri et navali certamine plurimum potuit. hunc Hercules vicit. qui ideo fingitur ad eum olla aerea transvectus, quod habuit navem fortem et aere munitam. *hunc Geryonem alii Tartessiorum regem dicunt fuisse et habuisse armenta pulcherrima, quae Hercules occiso eo abduxit. de cuius sanguine dicitur arbor nata, quae Vergiliarum tempore poma in modum cerasi sine ossibus ferat.* sane sciendum declinari 'hic Geryones, huius Geryonae' — unde est ⟨VIII 202⟩ tergemini nece Geryonae — ut 'Anchises Anchisae': unde usurpavit Sallustius 'Geryonis' dicens. veniens autem Hercules de Hispania per Campaniam in quadam Campaniae civitate pompam triumphi sui exhibuit: unde Pompei dicitur civitas. postea iuxta Baias caulam bubus fecit et eam saepsit: qui locus Boaulia dictus est, nam hodie Bauli vocatur. TIRYNTHIVS a Tirynthe civitate Argis vicina, in qua nutritus est Hercules.

---

8 Geryones e. q. s.] exscr. mythogr. II 152 et III 13, 6. cf. mythogr. I 68 || 20 veniens autem . . . dicitur civitas] cf. Isid. or. XV 1, 51

---

1 micthisa *R* megisa *L* (methisa *l*, *in marg. ab alia manu* ΜΗΘΗΙCΑ) megisa *H* (u) methisa *M* antiqua *F* || compediose *L* conpeditione *H* (c) || 2 dicere *LH* (dixit *l*) || consequens . . . mortalis *om. LH* (*add. l*) || 6 sed *om. Stephanus et Daniel* || 7 territorii fuit *RF* territorium fuit *S* fuit territorium *L* || 8 geriones *RLHF* gerione *S* geryon *M* gerion *sl* || trimembris] ternis membris *S* || 10 balearicae *SRM* ballearicae *F* || et maiori *om. L* (*add. l*) et *om. H* || ebusoae *M* Pityusae *mythograph.* II *et* III || ob hoc fingitur *SRM* || 12 erculus *F* || 13 quod] quia *RF* || hunc Geryonem . . . ferat *e Turonensi edidit Daniel* || 18 unde est *om. LH* (*add. l*) || sicut *SRF* || 19 Anchises *om. SM* || unde apparet usurpauisse sallustium qui dixit gerionis *SRFl* || dicens *om. M* || 20 de Hispania per Campaniam *om. LH* (*add. l*) || quaeadam *H* quandam *M* || 21 Campaniae *om. F* || ciuitatem *MF* || sui triumphi *S* || unde] ex quo *Sl* a quo *RF* ut *L* || pompea *L* pompe *H* || 22 dicta est *F* || bailas *S* || aulam *RH* || bobus *L* pobus *M* (*sed* po *in ras. m*) || fecit et eam *om. L* (*add. l*), et eam saepsit *om. H* || eam saepsit] assepsit *F* || 23 dictus est] olim *add. SRFl* || hodieque *M* || bauloe *S* baulei *RSHM* baulae *F*. *cf. adnot. crit. ad p.* 24, 15 || dicitur *LH* uocantus *F* || Tirynthe *edidi, quamquam non dubito quin* Tiryntha *Servius scripserit: nam* thirinta *ex* thirinda *S* tirintha *R* tyrintha *LHM* thirinta *F*. Tyrinthia *vulgo* || 24 Hercules *om. LH* (*add. l*)

663. TYRRHENOQVE BOVES IN FLVMINE LAVIT HIBERAS admiratio locorum longinquitate.

664. PILA MANV pilum proprie est hasta Romana, ut gaesa Gallorum, sarissae Macedonum. DOLONES dolo est aut flagellum, intra cuius virgam latet pugio: aut secundum Varronem ingens contus cum ferro brevissimo. dolones autem a fallendo dicti sunt, quod decipiant ferro, cum speciem praeferant ligni. et multi volunt per teretes mucrones 'dolones' dici, per veru Sabellum 'pila' significari.

666. IPSE PEDES ad genus respicit: nam et Hercules pedes semper incessit, cum equos habuerit nobilissimos. TORQVENS sustinens, ut ⟨IV 482⟩ axem humero torquet.

669. HORRIDVS tremendus, non re vera horribilis.

670. TIBVRTIA MOENIA LINQVVNT de Graecia tres fratres venerunt ad Italiam, Catillus, Coras, Tibur vel Tiburnus. hi simul omnes unam fecere civitatem et eam de fratris maioris nomine Tibur appellaverunt: licet et alias fecerint singuli. nunc ergo dicit duos ad bella venisse, dimisso in civitate ad custodiam Tiburte vel Tiburno.

672. CATILLVS unde mons Catilli, quem Catelli dicunt per corruptionem, *iuxta Tibur.* CORAS a cuius nomine est civitas in Italia.

675. DESCENDVNT CENTAVRI ex hac comparatione equites eos

---

4 dolo est . . . ligni] exscr. Isid. or. XVIII 9, 4. cf. Don. ad Ter. eun. III 3, 9

---

1 admiratio ad locorum longinquitatem *F* || 3 gaesa *H*: gese *SL* cesa *R* caesa *M* gessa *F* || 4 sarissae Macedonum *om. LH* || sarise *S* sarife *R* sariae *M* (sarisae *m*) || dolo *LH*: dolon *SRMFl* || 5 Varronem] *om. R* (*supr. vers. add. Daniel*), uarrationem *H* || 7 decipiunt *F* || 8 uerum *F* || 9 *supr. vers.* 665 hoc genus teli tale est. clauo ligneo inmissum ferrum tegitur qui prehensus ab hoste contrario conatu nudatur ut penes conantem sit uagina penes habentem ferrum *T* || 10 et *om. M* || hercolis *H* || 11 incedit *F* || cum *LHF*: dum *SRM* || habuerint *F* || 12 umero *RF* || torquens *SRHM* || *ad v.* 668 noue locutus est duo participia ponens sine coniunctione torquens et indutus *T* || 14 tres uene[l]rant fratres *SRF, nisi quod* uenerunt *F* || 15 cathillus *R* catulus *L* catilus *H* catillus[i] *F* || corax *F* || vel *om. M* (*add. m*) || Tyburtus *Masvicius* || hi . . . singuli *LH*: hi diuersas quidem (quidem diuersas *S*) fecere ciuitates unam tamen pariter condiderunt et eam tibur de fratris maioris nomine nuncuparunt (appellauerunt *Ml*) *SRMFl* || 17 alios *L* (alias *l, qui* licet . . . singuli *non delevit*) || 18 demisso *F* || ad ciuitatis custodiam *SRF* || tiburte uel tiburno *LM*: tyburte uel tyburtino *H* tiburno uel tibure *SR* tyburno uel tybure *F* || 20 CATHILLVS *R* CATVLLVS *L* CATILVS *H* CATTHILLVS *F* || cauli *Sl* cathilli *R* cathili *LH* cattilli *F. ceterum* dicitur *add. SRFl* || catelli *libri praeter L, qui* calthelli *exhibet* || uocant *SRFl* || per corruptionem *om. LH* (*add. l*) || 21 a *om. S* || est *om. SRF* || in Italia] italiae *L*

fuisse intellegimus, quod tamen dicturus est postea ⟨XI 603⟩ nec non celeresque Latini et cum fratre Coras et virginis ala Camillae. HOMOLEN OTHRYMQVE NIVALEM montes Thessaliae.

677. INGENS SILVA LOCVM ET MAGNO CEDVNT VIRGVLTA FRAGORE defectus 'cedit silva, cedunt et virgulta fragore', cum utique a minore ad maius venire debuerit.

678. NEC PRAENESTINAE FVNDATOR DEFVIT VRBIS de civitatibus totius orbis multi quidem ex parte scripserunt, ad plenum tamen Ptolomaeus graece, latine Plinius. de Italicis etiam urbibus Hyginus plenissime scripsit, et Cato in originibus. apud omnes tamen si diligenter advertas, de auctoribus conditarum urbium dissensio invenitur, adeo ut ne urbis quidem Romae origo possit diligenter agnosci. nam Sallustius dicit urbem Romam, sicuti ego accepi, condidere atque habuere initio Troiani et cum his Aborigines; alii dicunt ab Euandro, secundum quos Vergilius ⟨VIII 313⟩ tunc rex Euandrus Romanae conditor arcis; alii a Romulo, ut ⟨VI 781⟩ en huius nate auspiciis illa inclita Roma. si igitur tantae civitatis certa ratio non apparet, non mirum si in aliarum opinione dubitatur. unde nec historicos nec commentatores varia dicentes imperitiae condemnare debemus: nam antiquitas ipsa creavit errorem, et plerique fundant, plerique augent et ad se transferunt nomina. quam rem etiam non parvum errorem adferre manifestum est, ut ecce Laurentum a Pico factum est, ut ⟨171⟩ Laurentis regia Pici; item a Lavino, Latini fratre, Lavinum dictum; item a Latino Laurentum; item a Lavinia Laurolavi-

11 de auctoribus conditarum urbium e. q. s.] exscr. Isid. or. XV 1 sqq. || 13 Sallustius] Cat. 6, 1

1 intellegimus *LHM*: significat *SRFl* || tamen] tunc *F* || 3 OMOLEN *SRLHM* || OTHVMQVE *S* OTHRINQVE *R* OTIRIMQVE *L* THYRIMQVE *H* OTHRIMQVE *MF* || *ad v.* 675 *in marg.* iuxta ostia penei fluminis est et fons in egei maris litore qui omolis dicitur in qua centauri fuerunt *T* || 5 defectus . . . cum utique] defectus cedit cum utique (itique *L*) cedit silua cedunt uirgulta *LH* (*corr. l*) || caedit *M* || caedunt *RM* || et fragore uirgulta *M* || fragore *om. R* || 6 debueris *F* || 7 de civitatibus . . . item a Lavinia Laurolavinium *hab. T* || 8 totius *om. R* || ex parte *om. LH* (*add. l*) || ad plenium *F* || 9 ptolemaeus *F* || 10 higinus *SR* yginus *LM* eginus *HT* oeginus *F* || scripsit plenissime *SRFT* || apud . . . auctoribus *om. LH* (*add. l*) || 11 de ductoribus *in marg. m* || conditorum *F* || 12 ne] nec *R* || diligenter possit *SR* || 14 initio habuere *R* || habitauere *T* || 16 tunc] tu *F* || 17 en huius nate *FT, nisi quod* natae *F*: ennius nate *Sl* ennius naturae *RLHM* || 19 unde . . . debemus *om. M* || ne historicos *T* || commendatores *S* || 20 imperitia *Sl* imperiae *H* || nam] quia *SRFT* || 21 ipsa *om. LH* || fundant plerique *om. SR* || fundaunt *H* || et plerique augent *MFT* || 23 efferre *S* || laurentium *T* || ut] nam legimus *SRFT* ut legimus *M* || 24 lauino *L*: lauinio *SRHMT* lacinio *F* || fratre latini *R* || fratre] et *add. HM* est *add. L* || lauinum *LH*: lauinium *SRM* lauiniam *FT* || 25 dictam *FT* || item . . . Laurentum *om. SR* || iter *F* || iter *F*

nium. NEC PRAENESTINAE FVNDATOR DEFVIT VRBIS Praeneste locus est haud longe ab urbe, dictus ἀπὸ τῶν πρίνων, id est ab ilicibus, quae illic abundant. ibi erant pontifices et dii indigetes, sicut etiam Romae. erant etiam illic duo fratres, qui divi appellabantur. horum soror dum ad focum sederet, resiliens scintilla eius uterum percussit, unde dicitur concepisse. postea enixa est puerum iuxta templum Iovis abiecitque. virgines aquatum euntes iuxta ignem inventum sustulerunt, qui a fonte haud longe erat: unde Vulcani dictus est filius. Caeculus autem ideo, quia oculis minoribus fuit: quam rem frequenter efficit fumus. hic postea collecta multitudine postquam diu latrocinatus est, Praenestinam civitatem in montibus condidit. et cum ludorum die vicinos populos invitasset, coepit eos hortari ut secum habitarent, et pro gloria iactare se filium esse Vulcani. quod cum illi non crederent, invocato Vulcano, ut eum filium comprobaret, omnis illius multitudinis coetus est flamma circumdatus. quo facto commoti omnes simul habitaverunt et Vulcani filium esse crediderunt. hinc est 'omnis quem credidit aetas', quasi post dubitationem, et quia sine dubio aetas varia in spectaculis fuit. dicimus autem et 'hoc Praeneste', ut 'quique altum Praeneste viri', et 'haec Praenestis', unde est ⟨VIII 561⟩ cum primam aciem Praeneste sub ipsa stravi.

682. ALTVM PRAENESTE *Cato dicit quia is locus montibus praestet, Praeneste oppido nomen dedit. ergo 'altum', quia in mon-*

---

4 erant etiam illic e. q. s.] exscr. mythogr. II 184. cf. mythogr. I 84 et Cato ap. schol. Ver. ad h. l. || 22 Cato] II 23 Iord., 60 Pet.

---

1 ergo fundator defuit urbis *F* || 2 est *om. SRF* || ΑΠΟ ΤΟ ΠΡΙΩΝ (v) *L* ΑΠΩΝΝΠΡΙΝΟΝ *H* || ab arboribus *LH* (ab ilicibus *l*) || 3 ibi habundant *SR* ibi abundant *F* || illic erant *SRF* || erant etiam pontifices *M* || de indigetes *H* dii indigites *F* || 4 etiam] enim *F* || illic duo fratres *LHM*: duo fratres in eodem loco *SRF* || diuini *LH et mythographus* (diui *l*) || 5 ante focum *SRF* || sederent *M* (*corr. m*) || resiliens *SF* resilens *M*: desiliens *RLH* || 6 inde *LH* || est *om. MF* || 7 abiecit quem uirgines *MF* || quamtum *L* (aquamtum *l*) || euntes] eumter *F* || 8 qui] quia *S* qua *F* || haud longe a fonte *SRF* || inde *H* || uulcani filium esse dixerunt *SRF* || 9 caeculum *SF* || ideo dictum *F* || minoribus oculis *SRF* || oculis] ideo *L* (*corr. l*) || 10 quam rem fumi plerumque facit (efficit *l*) acrimonia *SRFl* || hic manu contracta postea collecta multitudine *F* || 11 predestinatam ciuitatem *R* || 12 ludorum die] ad ludos *LH* || 13 filium se esse *SR* || 14 uulcanus *H* || cum *om. R* || crederent] credentes *SRM* || 15 filium suum *R* || coetus] coactus *H* || 16 quo . . . simul *LHM*: quo facto commoti populi uicini simul *S* quo uicini facto populi simul *R* quo facto commoti uicini populi et simul *F* || et . . . crediderunt *om. LH* (*add. l*) || uulcanum *F* || 17 hinc ait uirgilius *SRF* hinc est quod ait uirgilius *l* || creddit aetas ceculos *F* || 18 spectaculo *F* || fuit] curiosa fuit *SRM* || 19 autem] enim *S* || quique . . . Praeneste *om. S* et hoc . . . Prae *om. H* || 20 unde est ut *R*, unde est *om. F* || primam] primante *F* || 21 *ad v.* 678 praenestinae urbis figura graeca est et prolemsis *T* || 22 Cato dicit . . . locatum *e Turonensi edidit Daniel*

tibus locatum. QVIQVE ARVA GABINAE IVNONIS Gabii populi, diu in agris morati, tandem Gabios condiderunt: unde perite 'arva' dixit, non moenia. sane illic Iuno religiosissime colitur. est autem locus haud longe ab urbe.

683. GELIDVMQVE ANIENEM 'Anio' fluvius haud longe ab urbe est, sed hic euphoniam secutus est: nam Ennius A n i o n e m dixit iuxta regulam.

684. HERNICA SAXA COLVNT Sabinorum lingua saxa hernae vocantur. quidam dux magnus Sabinos de suis locis elicuit et habitare secum fecit in saxosis montibus: unde dicta sunt Hernica loca et populi Hernici. DIVES ANAGNIA aut fertilis: aut adludit ad historiam. nam Antonius Augusti sorore contempta postquam Cleopatram duxit uxorem, monetam eius nomine in Anagnia civitate iussit feriri.

685. QVOS AMASENE PATER aut 'pascis', aut sit antiptosis 'quos pascit Amasenus'. est autem fluvius, *qui Anagnienses agros inrigat.* ARMA scuta.

686. NEC CLIPEI scuta maiora, dicta ab eo quod celent corpus, ἀπὸ τοῦ κλέπτειν.

---

6 Anionem] ann. 608 Vahl. || 18 scuta maiora . . . κλέπτειν] cf. Isid. or. XVIII 12, 1

---

1 gabii populi *RMl* gaui populi *S* graui populi *F*: gabii *LH* || 2 commorati *R* || perite *om. SR* || 3 religiosissimo *F* || 5 haud longe ab urbe est *LH*: est urbi proximus *SRl* est urbi proximus haud longe ab urbe est *M* (haud . . . est *del. m*), *om. F* || 6 sed . . . secutus est *LHM*: hic uirgilius eufoniam secutus anienem dixit *SR* sed uirgilius euphoniam secutus est amenem dixit *F* || nam *om. R* || ennius enim *F* || annionem *F* || dicit *R* || 8 *ad v.* 684 *in marg.* quidam dicunt a pelasgo hernico originem duxisse istos atque ideo morem etolorum qui originem ducebant etiam a pelasgis eis assignasse uirgilium tradunt ut uno pede calceato procederent in bellum *T. cf. ad v.* 690 *et Macrob. Sat.* V 18, 13 *sqq.* || ERCANICA *L* || subinorum *F* || herne *LHF. cf. schol. Veron. ad h. v. et Fest. Pauli s. v.* '*Hernici*' || 9 quidam *LH*: quorum quidam *SRMFl* || magnus] maius *F* Magius *vel* Marsus *coni. Burmannus* || Sabinos] fabm̄ *F* || 10 in *om. M* || saxosis *om. LH* (*add. l*) || unde . . . Hernici *L*: unde loca (ipsa *add. R*) hernica dicta sunt et populi hernici *SRF* unde et loca hernica dicta sunt et hernici populi *M* loca . . . Hernici *om. H* || 11 *ad* dives *haec adscripta sunt in Turonensi* legitur et deues a quibusdam eo quod in deuio sit posita in quibus est probus || ANAGNIA] MISIT *add. L* || adlusit *F* || 13 uxorem *om. LH* (*add. l*) || agnia *SHM* agnagnia *F* || 15 pascis] pascuis *F* || aut sit *LHM*: ut sit *SRF*. *fort.* aut fit. *ceterum* pascit *v.* 684 *Servium legisse apparet.* || 16 quos pascit Amasenus *om. F* || quos] aut quos *R* || amassenus *S* || est autem fluvius] nam amasenus cum est fluuius *F* || fluvius] uicinus ciuitatis Priuernatum quae est in Campania *add. Fabricius* || agnanienses *F* || 17 ARMA scuta *om. R* || secuta *H* || 18 corpus] a graeco *add. M* || 19 απο ΤΟΥ ΚΛΕΠΤΙΝ *RF, graeca om. LHM* || *ad* glandes *haec ex Turonensi exscripsi* glandes dicuntur globuli plumbei qui per fundas mittuntur proprie. *his adiecit is qui Tironianis notis utebatur* glandes dicunt massas plumbeas. missa solet medio glans intabescere caelo (*Ov. metam.* XIV 826

688. FVLVOSQVE LVPI DE PELLE GALEROS galerus genus est pillei, quod Fronto genere neutro dicit 'hoc galerum'.

689. VESTIGIA NVDA SINISTRI INSTITVERE PEDIS atqui ipse est in pugnantibus primus; sed bene nudus est, quia tegitur scuto. dextrum autem tectum conveniebat esse, quasi ab armis remotum.

690. PERO autem est rusticum calciamentum. et traxit hoc a Graeciae more, unde isti, *sicut dictum est*, transierant, ubi hoc armorum fuerat genus.

691. AT MESSAPVS EQVVM DOMITOR NEPTVNIA PROLES hic Messapus per mare ad Italiam venit, unde Neptuni dictus est filius: quem invulnerabilem ideo dicit, quia nusquam periit, nec in bello. ignem autem ei nocere non posse propter Neptunum dicit, qui aquarum deus est. ab hoc Ennius dicit se originem ducere: unde nunc et cantantes inducit eius socios et eos comparat cycnis. 'domitor' autem 'equorum', quasi animalium a patre inventorum.

695. HI FESCENNINAS ACIES Fescenninum oppidum est ubi nuptialia inventa sunt carmina. hi autem populi ab Atheniensibus ducunt originem. AEQVOSQVE FALISCOS Faliscos Halesus condidit. hi autem, inmutato H in F, Falisci dicti sunt, sicut febris dicitur quae ante hebris dicebatur, Formiae quae Hormiae fuerunt, ἀπὸ τῆς ὁρμῆς: nam posteritas in multis nominibus F pro H posuit. iustos autem dicit Faliscos, quia populus Romanus missis decem

---

2 Fronto] p. 262 Nab. ‖ 6 PERO . . . calciamentum] exscr. Isid. or. XIX 34, 13 ‖ 9 hic Messapus . . . nec in bello] exscr. mythogr. III 5, 7 ‖ 13 Ennius] ann. XVIII fragm. VI Vahl.

---

1 galerus *om.* *HM* ‖ 2 quod fronture ritur genere *L* (u *in* o *mutavit et* re ritur *del. l. fortasse in archetypo* PHTωP *supra* fronto *fuit*) ‖ 3 autqui *F* ‖ 4 in *om.* *Sl* ‖ primis *L* (*corr. l*) ‖ 5 intectum *F* ‖ conueniebat esse *M*: conueniebat *LH* (esse conueniebat *l*) esse congruum fuerat *SRF* ‖ 6 a *om.* *LH* (*add. l*) ‖ 7 caecie *H* ‖ transierunt *LF* ‖ armorum] calciamenti *SR* calcimenti *F* ‖ 8 genus fuerat *R* ‖ 9 Messapus] m. *M*, *om.* *LH* ‖ 10 filius dictus est *SRF* ‖ 11 dicit *om.* *R* ‖ nec *om.* *RF* (in bello periit *R*) ‖ 12 qui *LH*: quia *reliqui* ‖ 13 enninus *M* ‖ dicit se *LHM*: commemorat se *SR* commemorat esse *F* ‖ 14 eius inducit *R* ‖ eos *om.* *LH* (*add. l*) ‖ cygnis *MFl* cignis *R* ‖ domitor *LH*: domitorem *reliqui* ‖ 15 animalium quae pater inuenerat *SRF* ‖ inventorum] quod fuit in contentione cum Pallade de impositione nominis Athenarum *add. Fabricius* ‖ *ad v.* 693 resides dicuntur proprie qui militiam detrectant et de ignauis militibus dicitur *T* ‖ 16 fescenn(n)ium *S* fescenninum *reliqui* Fescennium *vulgo* ‖ 17 hi . . . originem] ducunt (ducit *H*) autem originem ab atheniensibus *LH* dicunt (ducunt *m*) autem originem hi populi ab atheniensibus *M* ‖ hii *F* ‖ ab *om.* *R* ‖ 18 falicos *H* haliscos *F* ‖ alesus *RH* (alesus faliscos *R*) ‖ 19 hii *F* ‖ mutata *S* inmutata *M* ‖ dicti sunt] nominantur *SRF* ‖ sic *S* ‖ frebris *L* ‖ 20 nebris *F* ‖ dicebantur *H* ‖ ormiae *F* ‖ fuerant *SM* ‖ 21 ΑΠΟ ΤΗϹ ΟΡΜΝϹ *L* ΑΠΟ ΤΗϹ ΟΡΜΕϹ *H* ΑΠΟ ΤΟΥ ΟΡΜΙΝ *F* ‖ F *et* H *om.* *LH* (*add. l*) ‖ posuit *om.* *F* ‖ 22 Aequos autem dicit id est iustos quia *Daniel* ‖ Faliscos *om.* *LH* (*add. l*) ‖ decim *H*

viris ab ipsis iura fetialia et non nulla supplementa duodecim tabularum accepit, quas habuerat ab Atheniensibus.

696. HI SORACTIS HABENT ARCES mons apud Hirpos haud longe a Flaminia, de quo Horatius vides ut alta stet nive candidum Soracte. FLAVINIAQVE ARVA locus est in Italia Flavinium nomine.

697. ET CIMINI CVM MONTE LACVM et lacus et mons hoc nomine appellantur. sane hoc habet fabula. aliquando Hercules, *cum de Hispania rediret*, ad hos populos venit. qui cum a singulis provocaretur ad ostendendam virtutem, defixisse dicitur vectem ferreum, quo exercebatur. qui cum terrae esset adfixus et a nullo potuisset auferri, eum rogatus sustulit, unde inmensa vis aquae secuta est, quae Ciminum lacum fecit. LVCOSQVE CAPENOS *hos dicit Cato Veientum* ⟨*iuvenes*⟩ *condidisse auxilio regis Propertii, qui eos Capenam cum adolevissent, miserat.* unde et porta Capena, quae iuxta Camenas est, nomen accepit.

698. AEQVATI NVMERO *aequaliter ordinati*, digesti in ordinem — hinc est 'saepenumero scripsi', hoc est ordine — congruenter, sicut decebat, rationabiliter.

699. LIQVIDA INTER NVBILA pura, *sicca, serena*: sed nil tam contrarium nubibus. ergo nubes pro aere posuit, ut diximus supra ⟨V 525⟩.

---

4 Horatius] carm. I 9, 1 ‖ 7 aliquando Hercules e. q. s.] exscr. mythogr. I 54 ‖ 12 Cato] or. II 17 Iord, 48 Pet. ‖ 14 unde . . . accepit] cf. schol. vet. in Iuv. sat. III 11

---

1 ab ipsis *LHM*: inde multa *SRF* ‖ fetialia] fecialia *RL* fetiatia *H*, *om. F*. collegit *add. SRFl* ‖ 2 quas abuerat (habuerant *L*) ab atheniensibus *LH*: quas habuerat nam ab atheniensibus decem habuerunt tabulas *SRM* nam ab atheniensibus decem habuerunt tabulas *F* ‖ 3 SORACTES *F* ‖ ARTES *S* ARCIES *F* ‖ mons] Soracte qui mons *L* (est *add. l*) Socracte qui est mons *H* ‖ apud *om. R* ‖ Hirpos *scripsi* (*cf. Plin. nat. hist.* VII § 19): arpinos *SM* hirpinos *R* yrpinos *L* irpinos *H* hirpinos est *F* ‖ longe a] longeam *H* longe est a *M* ‖ 4 Flaminia . . . Soracte *om. LH* (*add. l*) ‖ ut alta uides *F* ‖ uidens *SMl* (*corr. m*) ‖ candidum Soracte *om. R* ‖ 5 Flauinium *libri. a Silio* VIII 492 '*Flavina*' *oppidum nominatur* ‖ 9 deiecisse *SRF* ‖ 10 quo . . . auferri *om. SR* ‖ exercebamur *H* ‖ qui cum terrae ita esset adfixus ut *F* ‖ 11 eum] quem *R* cum *F*, *om. Sl* ‖ 12 ciminicum *R* ‖ fecit *om. F* ‖ hos . . . miserat *e Turonensi edidit Daniel* ‖ 13 iuvenes *addidit Wagnerus. cf. Niebuhrius hist. Rom.* I³ *p.* 134 ‖ 14 camenas *SRH*: capenas *LM* camenos *F* ‖ 15 nomen accepit *om. LH* (*add. l*) ‖ 17 hinc . . . ordine *om. LH* (*add. l*) ‖ est *om. M* ‖ congruenti *Rl* congruente *L* ‖ 18 sicut] si *F* ‖ rationabiliter *om. LH* ‖ *ad* canebant *v.* 698 cantu declarabant *T* ‖ 19 nihil *R* ‖ tam̄ *F* ‖ 20 ergo . . . supra] ergo nubes pro aere posuit ut liquidis in nubibus arsit arundo ut diximus supra *LHM*, *nisi quod* nam liquidae non sunt *ante* ergo *add. M*, in V *post* supra *add. L*. nam liquidae non sunt. ergo nubes pro aere posuit ut in quinto ut liquidis in nubibus arsit arundo. unde nubes pro aere accipiamus positas *SR* nam liquidae non sunt ut etiam in quinto diximus ubi est liquidis . . . arundo . unde nubes pro aere accipiamus positas *F* ‖ *ad* cum sese e pastu referunt *supr. vers.* tunc enim latiores uolitant *T*

700. ET LONGA CANOROS DANT PER COLLA MODOS secundum Plinium, qui ait in naturali historia, cycnos ideo suavius canere, quia colla longa et inflexa habent, et necesse est eluctantem vocem per longum et flexuosum *meatum* varias reddere modulationes.

701. SONAT AMNIS Caystrum dicit, qui cohaeret Asiae paludi. quam cum significamus, 'A' longa est, cum sit brevis, si provinciam significare voluerimus: quod significatur in georgicis ⟨I 383⟩, ut et quae Asia circum dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.

705. VOLVCRVM RAVCARVM 'raucarum' τῶν μέσων est, sicut 'grave olens': nam legimus graviter spirantis copia thymbrae. sciendum tamen Vergilium secundum morem provinciae suae locutum, in qua bene canentes cycni rauciores vocantur.

706. ECCE SABINORVM PRISCO DE SANGVINE usurpat hoc: nam Clausus, Sabinorum dux, post exactos reges, *ut quidam dicunt*, cum quinque milibus clientum et amicorum Romam venit, et susceptus habitandam partem urbis accepit: ex quo Claudia et tribus est et familia nominata. PRISCO DE SANGVINE de antiquis Sabinis.

707. MAGNVM AGMEN propter quinque milia clientum.

709. POSTQVAM IN PARTEM DATA ROMA SABINIS hoc de alia traxit historia. nam post Sabinarum raptum et factum inter Romulum et Titum Tatium foedus recepti in urbem Sabini sunt, sed hac lege, ut in omnibus essent cives Romani, excepta suffragii latione: nam magistratus non creabant.

---

2 cycnos . . . modulationes] exscr. Isid. or. XII 7, 18 || 11 graviter] georg. IV, 31

---

2 cignos *RF* cygnos *Ml* || 4 flexuosum] collum *supr. vers. add. l* || uaria *F* || 5 Caystrum in Mysia regione dicit *Fabricius* || qui] quo *R* || choeret *F* || 6 cum . . . significatur *om. F* || prouintiam *RLHM* || 7 uoluimus *R* || in georgicis] sicut in georgicis legimus *F* || 8 et quae *R*: atque *reliqui* || stagnis *Rm*: pratis *reliqui* || 9 Caystri] nam breuis est prouinciam .asiam quando dicimus ut postquam res asiae *add. S* nam breuis est A quando prouintiam asiam significamus ut . . . asiae *add. R* nam cum asiam de prouincia dicimus a breuis est ut . . . asiae *add. F* || *ad* et Asia longe *supr. vers.* est et asia ciuitas sub monte molo in lydia *T* || 10 ton meson *libri* || est] hoc est mediae significationis *add. SRF* || 11 holens *S* || thymbra *F* || 12 prouintiae *RM* || 13 in quo *R* || cantantes *F* || cigni *R* cygni *MF* || rauciones *F* rauci olores *coni. Burmannus* || vocantur] uocatus *F*. est autem haec Homeri comparatio quam ipse etiam de cygnis facit τῶν δ' ὥς . . . Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα (*Il.* II 459 *sqq.*) *add. Fabricius* || 15 claudus *M* (*sed* dus *in ras. m*) || dux] rex *SR* dix *M* (*corr. m*) || 17 partem urbis ad habitandum (ibitandum *F*) accepit *SRF* ad habitandum partem urbis accepit *M* || et *ante* tribus *om. Sl* || 19 milibus *H* || 21 nam post raptum sabinarum et facta foedera inter romulum et sabinorum ducem (regem *F*) titum (*om. F*) tatium recepti *SRF* || facta *et* foedera *M* || 23 excepta suffragii latione *F*: excepto in suffragii lationem *SLH* excepto in suffragii latione *RM* || 24 magistratibus *S* || crebat *L* (*corr. l*) creabat *H* credebant *F*

710. AMITERNA COHORS de Amiterno oppido. PRISCIQVE QVIRITES id est Sabini. prisci autem ideo, quia post foedus Titi et Romuli placuit ut quasi unus de duobus fieret populus: unde et Romani Quirites dicti sunt, quod nomen Sabinorum fuerat a civitate Curibus, et Sabini a Romulo Romani dicti sunt.

711. ERETI MANVS OMNIS oppidum est dictum a Iunone, id est *Ἥρα*, quae illic colitur. OLIVIFERAEQVE MVTVSCAE haec Trebia postea dicta est, quam modo Trebulam dicunt. apud quam Hannibal delevit populum Romanum: Lucanus ⟨II 46⟩ Cannarum fuimus Trebiaeque iuventus.

712. QVI NOMENTVM VRBEM hoc ex sua persona dicit poeta: nam adhuc civitas Nomentana non fuerat, ut in sexto ait ⟨773⟩ hi tibi Nomentum et Gabios, item ⟨776⟩ haec tum nomina erunt, nunc sunt sine nomine terrae. ROSEA RVRA VELINI Velinus lacus est *circa Reate* iuxta agrum, qui Rosulanus vocatur. Varro tamen dicit lacum hunc a quodam consule in Narem vel Nartem fluvium derivatum — nam utrumque dicitur — esse diffusum. post quod tanta est loca secuta fertilitas, ut etiam perticae longitudinem altitudo superaret herbarum: quin etiam quantum per diem demptum esset, tantum per noctes crescebat: quod Vergilius ad suam provinciam transtulit, dicens et quantum longis carpent armenta diebus, exigua tantum gelidus ros nocte reponet.

---

21 et quantum] georg. II 201

---

1 *ad* Amiterna cohors *in marg.* de amiterno oppido sabinorum ex quo fuit sallustius. et amiterna dixit pro amiternina et dictum est oppidum a flumine *T* ‖ 2 Titi] tatii *F* ‖ 4 quirites *om. M* ‖ quod nomen . . . dicti sunt *om. L* (quod . . Sabini *add. l*) ‖ nomen *om. H* ‖ 5 Sabini] Sabini Quirites *coni. Burmannus* ‖ dicti] uocati *SR* ‖ 7 ΗΡΑϹ *L* hpa *H* ΘΗΡΑ *M* ΑΠΟΤΕѠΕΡΑϹ *S* ΑΠΟ ΤΗϹ ΗΡΑϹ *RF* ΑΠѠΤΕϹ ΗΡΑϹ *l* ‖ triuia *RH* treuia *M* ‖ 8 dicta est postea *SRF* ‖ trebulam *MF*: tribulam *reliqui. cf. Plin. nat. hist.* III § 107 ‖ apud hanc *M* ‖ 9 delebit populi romani exercitum *F* ‖ quod non in punica nati tempora cannarum *e. q. s. D* ‖ cannorum *F* ‖ 10 triuiaeque *RHM* tribiaeque *L* treuiaeque *m* ‖ 11 hoc *om. R* ‖ ex persona sua *SRF* ‖ poeta *om. LH* (*add. l*) ‖ 12 ut] etiam *SR* ut etiam *F* ‖ hic *LF* ‖ 13 item *om. SRF* ‖ tum *SLF*: tunc *reliqui* ‖ 14 nunc . . . terrae *om. LH* ‖ ROSERA *M* ROSCIDA *F* ‖ 15 rosolanus *S. exspectatur* Roseus *vel* Roseanus ‖ 16 dicitur *F* ‖ hinc *M* (hunc *m*) ‖ a quodam consule [illegible] t quidam uolunt a Curio *Vossianus Burmanni* a Curio consule *Masvicius. cf. Cic. ad Att.* IV 15, 5 ‖ in narem uel nartem *SF*: in narram uel narien *R* in narie uel narrem *L* (in nartem uel narem *l*) in narram uel nariem *H* in narram uel nartem *M. fortasse* in Nar vel Narem *cf. Vossius de anal.* I 10 *p.* 411 *sq.* (*p.* 300 *ed. Foertschianae*) ‖ 17 uerumque *H* ‖ dicimus *SM* ‖ confusum *F* ‖ 18 etiam *om. R* ‖ 19 quin etiam . . . crescebat *om. R* ‖ quantum . . . ad laudem *om. S* ‖ 20 per noctes *L*: noctes *HF* nocte *M* ‖ quod . . . transtulit] quod ad laudem prouintiae suae uirgilius transtulit *R* quod uirgilius ad laudem suae prouinciae transtulit *F et Sangallensis archetypum, ut videtur, nam* ad suae prouinciae *S* ‖ quod etiam uirgilius *M* ‖ 21 prouintiam *LM* ‖ et *om. S* ‖ carpunt *SM*

713. TETRICAE HORRENTIS RVPES Tetricus mons in Sabinis asperrimus, unde tristes homines tetricos dicimus. MONTEMQVE SEVERVM proprium nomen montis est, sicut agri Roseus.

714. CASPERIAMQVE COLVNT Casperia et Foruli civitates sunt. FLVMEN HIMELLAE Himella fluvius est *intra Forulos.* et sic dixit 'Himellae flumen', ut ⟨III 293⟩ Buthroti urbem.

715. QVI TIBERIM FABARIMQVE BIBVNT bene 'bibunt': namque Tiberis in Tuscia oritur, sed transit etiam per Sabinos, unde 'bibunt', non 'possident' dixit. et sciendum Turno dari auxilium a tractu Piceni, Samnii, Campaniae et pro parte Apuliae: omnis vero Tuscia superior et Venetia Aeneae praestat auxilium. Fabarim autem quem dicit etiam ipse per Sabinos transit et Farfarus dicitur: Plautus dissipabo te tamquam folia Farfari, Ovidius et amoenae Farfarus umbrae. FRIGIDA MISIT NVRSIA Piceni civitas. 'frigida' autem aut re vera, aut certe venenosa, nocens: Gracchi namque ubique in contionibus suis Nursinos sceleratos appellaverunt, et scimus amare Vergilium historiarum rem per transitum tangere.

716. ORTINAE CLASSES Ortini equites classes dicuntur, unde et eorum tubas classica dicimus, et partes populi classes vocamus, quae quinque fuerunt. POPVLIQVE LATINI qui intererant Albani montis viscerationi.

717. INFAVSTVM INTERLVIT ALLIA NOMEN Allia fluvius haud longe ab urbe est. iuxta quem Galli Brenno duce, XV. Kal. AVG. die deleto exercitu, post triduum deleverunt etiam urbem excepto Capitolio. sane 'Allia' additum unum 'l' propter metrum, ut 'relliquias'. Lucanus bene posuit ⟨VII 633⟩ quas Aliae clades.

---

1 mons . . . dicimus] exscr. Isid. or. X 266 ‖ 12 Plautus] cf. Poenul. II 1, 32 ‖ 13 Ovidius] metam. XIV 330 ‖ 22 Allia . . . ut relliquias] exscr. Luc. comm. VII 633

---

1 sabanis *R* piceno *F* ‖ 3 est montis *SRF* ‖ roseus *LHF*: roseí (*i. e. 'roseius'*) *S* rosei *RM* ‖ 4 caspia *S* ‖ feruli *R* faruli *LH* ‖ 6 Himellae . . . urbem] ut butroti (bitroti *L*) flumen urbem *LH* (*corr. l*) ‖ botroti *R* butroti *MF* ‖ 7 FABERIMQVE *S* FABARINQVE *H* ‖ 9 auxilia *SRF* ‖ a *om. S* ‖ 10 piceni et samnii et campaniae *F* ‖ 11 faberim *F* ‖ 12 ipse *om. L* (*add. l*) ‖ et] sed *SRFl* ‖ dicitur . . . Farfarus *om. H* ‖ 13 taquam *L* ‖ 14 umbrae] unde *F* et opacae Farfarus undae *Ovidius* ‖ 15 uernenosa *L* ‖ grachi *S* gracci *L* greci *F* ‖ 16 contentionibus *SRMl* ‖ nursios *M* ‖ 17 historiarum rem] historiam *SRF* ‖ 18 ORTYNAE *H* HORTINAE *MF* ‖ Ortini (hortyni *H*) equites classes dicuntur *LH*: ortini (hortinae *M*) equites qui classes dicuntur *MF* Ordines equites quia (qui *l*) classes dicuntur *Sl* Classes ordines equitum dicuntur *R. fortasse* Ortini equites. equites enim classes dicuntur ‖ dicuntur] ΑΠΑΞΙϹ *add. F. fort.* τάξεις ‖ 19 tubam eorum *S* tubas eorum *RF* eorum turbas *M* ‖ classicam *SM* ‖ 20 quas quinque fuisse legimus saepius *SRF* ‖ 22 ALIA *F* ‖ alia *F* ‖ 23 ab urbe roma est *SRM* ‖ XII. kał. *M* ‖ die deleto] dieleto *S* (i *del. s*) ‖ 24 exercitu romano *F* ‖ post triduum etiam (etiam *om. S*) urbem uastauerunt *SRF* ‖ 25 sane alia (*sic*) . . . clades *LH nisi quod* unum *om. H*: sane alia dicitur cui propter metri

718. MARMORE mari.

720. VEL CVM SOLE NOVO prima aestatis parte: nam proprie sol novus est VIII. Kal. IAN.; sed tunc non sunt aristae, quas ab ariditate dictas esse constat.

721. AVT HERMI CAMPO Hermus Lydiae fluvius, qui superfusus campis gignit fertilitatem, unde harenas aureas fingitur trahere. LYCIAE FLAVENTIBVS ARVIS provincia est fertilis frugum.

723. HINC AGAMEMNONIVS TROIANI NOMINIS HOSTIS hunc Agamemnonis plerique comitem, plerique nothum filium volunt. qui cum venisset ad Italiam, audito adventu Aeneae in bellum ruit, non amore Turni, sed odio hostilitatis antiquae; unde ait 'Troiani nominis hostis'.

725. RAPIT POPVLOS raptim adducit. etiam Campaniae loca commemorat. FELICIA BACCHO MASSICA nam Massicus mons est vitibus plenus. 'Massica' autem dixit, ut Maenala.

727. AVRVNCI MISERE PATRES isti graece Ausones nominantur. SIDICINAQVE IVXTA AEQVORA ab oppido quod Sidicinum dicitur.

728. CALES LINQVVNT civitas est Campaniae; nam in Flaminia quae est Cale dicitur. est et in Gallia hoc nomine, quam Sallustius captam a Perperna commemorat. AMNISQVE VADOSI ACCOLA VVLTVRNI fluvius *est Campaniae*, qui iuxta Cumas cadit in mare.

729. SATICVLVS ASPER populus Campaniae, asper moribus.

730. OSCORVMQVE MANVS Capuenses dicit, qui ante Ophici

---

15 Maenala] georg. I 17 ‖ 20 Sallustius] hist. fragm. inc. 37 Dietsch., 3 Kr.

---

necessitatem unum (unum *om. R*) *l* addidit ut allia (alia *F*) diceretur (diceret *F*) sicut relliquias (sicut reliquias et reliquias *F*) unde apparet bene dixisse lucanum quas (qua *F*) aliae clades *SRF* sane allia (alia *m*) dicitur cui additur unum . l. propter metri necessitatem ut allia diceretur. unde apparet bene dixisse lucanum ut relliquias lucanus bene posuit quas alliae (aliae *m*) clades *M* ‖ 1 mare *F* ‖ 3 quas . . . constat *om. LH* (*add. l*) ‖ 5 fusus *M* (superfusus *m*) ‖ 6 campi *R* ‖ 7 LYCIAE . . . frugum] H. D. frugum prouincia *S* ‖ fertilis frugum prouincia *RF, nisi quod* prouinciae *F* ‖ prouintia *LM* ‖ est] minoris Asiae *add. Fabricius* ‖ fugarum *L* (frugum *l*) ‖ *ad v.* 722 'Pulsuque pedum tremit excita tellus' Homerus (*Il.* II 784) *ὑπὸ ποσσὶ μέγα στεναχίζετο γαῖα Fabricius* ‖ 8 agamennonis *LM* ‖ 9 comitem plerique *om. SR* ‖ 10 auditoque *SRMFl* ‖ 11 chodio *F* ‖ 12 *ad v.* 724 *in marg.* quidam tradunt armigerum fuisse agamemnonis et timore factionis clitemestrae fugisse ad italiam *T* ‖ 14 commemorat loca *R* ‖ FELICIA BACCHO MASSICA *om. libri, Lipsiensis corrector supr. vers. adscripsit* ‖ marsicus *F* ‖ 15 menlana *H* ‖ 16 ausones graece *R* ‖ not lamena minantur *L* (t lamena *del. l. scripturam ad* Maenala *in archetypo additam male intellexisse videtur librarius* ‖ augones *S* (*corr. s*) ‖ 17 *scholium ad* S. I. A. *om. LH* (*add. l*) ‖ 19 LINQVNT *LM* (linquunt *m*) LINQVVT *H* ‖ 20 Cale] non cales *supr. vers. add. l* ‖ Gallia *libri,* Gallaecia *coni. I. Vossius ad Pomp. Mel. p.* 186 ‖ 21 perna *RH* perpenna *reliqui* ‖ 22 qui *om. libri, add. Fabricius* ‖ 24 capuensis *S* ‖ Ophici] osci *SRLH* afici *M* os////ci *F* offiuci *l* ofici *Daventriensis. in Reginensis margine 'aliter in v. cod. manuscripto ofici' add. Daniel*

appellati sunt, quod illic plurimi abundavere serpentes. ACLIDES ILLIS TELA aclides sunt tela quaedam antiqua, adeo ut nequaquam commemorentur in bello. legitur tamen quod sint clavae cubito semis factae, eminentibus hinc et hinc acuminibus: quae ita in hostem iaciuntur religatae loro vel lino, ut peractis vulneribus possint redire. putatur tamen esse teli genus, quod flagello in inmensum iaci potest.

732. LAEVAS CAETRA TEGIT *caetra est* scutum loreum, quo utuntur Afri et Hispani. FALCATI COMMINVS ENSES adfectavit varietatem: nam consequens fuerat ut diceret 'dextras armant gladii falcati'. falcatus autem ensis est harpe, qua usus est Perseus: Lucanus ait ⟨IX 663⟩ h a r p e n a l t e r i u s m o n s t r i i a m c a e d e r u b e n t e m.

734. OEBALE Oebalus filius est Telonis et nymphae Sebethidis. haec autem est iuxta Neapolim. sed Telo diu regnavit apud Capreas, insulam contra Neapolim sitam. filius vero eius, patriis non contentus imperiis, transiit ad Campaniam et multis populis subiugatis suum dilatavit imperium.

735. TELEBOVM CAPREAS CVM REGNA TENERET cum teneret Capreas, regna Teleboum: nam Teleboae Caprearum sunt populi, quos Telo suo regebat imperio. *quidam dicunt Capreas a Capreo, qui in illis regionibus potens fuit, nominatas.*

738. SARRASTIS POPVLOS populi Campaniae sunt a Sarno fluvio. *Conon in eo libro, quem de Italia scripsit, quosdam Pelasgos aliosque ex Peloponneso convenas ad eum locum Italiae venisse dicit, cui nullum*

---

2 aclides e. q. s.] cf. Non. p. 554, 4 et Isid. or. XVIII 7, 7 || 8 CAETRA scutum . . . Hispani] exscr. Isid. or. XVIII 12, 5. cf. Non. p. 555, 6 || 14 Oebalus . . . imperium] exscr. mythogr. II 187

---

1 plurimi *om. R* || abundarent *F* || serpentes] nam graece ὄφις serpens dicitur *add. D* || ACLIDES *libri, nisi quod* ACLIDI *F* || 2 nequaquam *L*: nequicquam *H* nec usquam *reliqui* || 3 commemorarentur *SRMl* || subito *H* || 4 sems factae *L* saeuis facie *H* sertis factae *M* et semis factae *Fabricius* || acuminibus] quibusdam *add. SRFl* || in oste *S* || 5 uelino *F* || 6 redire] ad dominos (dominum *F*) reuerti *SRF* ad dominos redire *l* || putantur *S* || teli] leti *M* (loeti *m*) || flagellum *HM* per flagellum *D* || *ad* aclides *in marg.* hoc genus teli flagello aptatur ut iaci possit et destinata percutere *T* || 8 ECRETA *H* || 9 spani *F* || adfectavit . . . falcati *om. L* (*add. l*) || 10 ut diceret] *om. H,* dicere *M* || 11 arpe *F* arpen *reliqui* || qua *SLH*: quo *RMF* || 12 ait *om. SRF* || arpen *libri* || 14 filius *om. H* || sebetridis nimphae *R* || sebethri//dis *S* sebetridis *LH* sebethridis *MF* || 15 hoc *S* || telon *SRFl* || apud *om. LH* (*add. lh*) || 16 vero *om. M* || patris non contentus imperio *SR* || 17 transit *M* || subiugatis *om. L* (*add. l*) || 19 TELEBOEVM *LH* || 20 capraeas *R* || teleboeum *LH* || teleboae *SM*: teleboes *R* teleboe *LH* teleboi *F* || 21 telon *SRFl* || quidam . . . nominatas *e Turonensi edidit Daniel* || 23 SARRASTRIS *libri* || hic populi sunt campaniae *F* || sarro *LH* (sarno *l*) surno *F* || 24 Conon . . . condiderunt *e Turonensi edidit Daniel* || 25 peloponesso *T*

antea nomen fuerit, et flumini quem incolerent, Sarro nomen inposuisse ex appellatione patrii fluminis, et se Sarrastras appellasse. hi inter multa oppida Nuceriam condiderunt.

739. RVFRAS BATVLVMQVE TENENT castella Campaniae, *a Samnitibus condita.* ARVA CELEMNAE Iunonis. locus Campaniae est Celemnae, sacer Iunoni.

740. ET QVOS MALIFERAE DESPECTANT MOENIA BELLAE multi Nolam volunt intellegi et dicunt iratum Vergilium nomen eius mutasse propter sibi negatum hospitium, et id aperte noluisse dicere, sed ostendere per periphrasin; nam illic Punica mala nascuntur: ut nunc 'Bella' pro 'Nola' posuerit. alii ita volunt accipi, ut sit synalipha et legatur 'moenia Abellae'. *quidam hanc civitatem a rege Murano conditam Moeram nomine vocatam ferunt, sed Graecos primum eam incoluisse. quae ab nucibus Abellanis Abella nomen accepit. alii quod inbelle vulgus et otiosum ibi fuerit, ideo Abellam appellatam. huius cives cum loca circa Capuam possiderent, † ortu tumultu interisse,*

---

1 quem, *quod Daniel edidit, hodie evanuit. Hagenus qui ante me Danielinum exemplar cum codice contulit nihil discrepantiae enotavit.* || adcolerent *Cluverius Ital. ant. lib.* IV *p.* 1156. || Sarno *Daniel* || 2 Sarrastes *Daniel* Sarrasteis *Cluverius* || RVFNAS *S* (*corr. s*) || BATALVMQVE *F* || castella] oppida *F* || 5 RVRA *S* || CELENNAE *RS* || Iunonis *om. Sl et exemplaria impressa praeter Stephanianum et Danielinum.* Iunonis. locus *ego distinxi* || 6 celemne *SRF* celennae *L* celemna *HM* || 7 MALIFERRE *L* || 9 et id . . . dicere *om. LH, recte ut videtur.* (*add. l*) || et id *SFl*: et ideo *R* nec id *M* || uoluisse *SM* (noluisse *s*) || 10 ostendere *om. F* || ut *LHF*: unde *SRMl* || 11 bellam *F* || posuit *R* || posuerit] Alii idem a uirgilio in georgicis factum memorant, ut etiam ab aulo gellio (VI 20, 1 *sqq.*) traditur. qui quom a nolanis aquam petisset uti duceret in propinquum rus, nolanos petitum beneficium non fecisse. poetam offensum nomen urbis eorum quasi ex hominum memoria sic ex carmine suo derasisse (*sic Bonon. S. Salv.* 90, detraxisse *D*). nam cum primum ab eo recitatum et editum sic esset (*georg.* II 224) 'talem diues arat capua et uicina ueseuo nola iugo' ora pro nola mutauit atque ita reliquit 'et uicina ueseuo ora iugo' *add. Italici saec. XV libri, e quibus Bononiensem et D inspexi* || ita *inseruit Lion* || nolunt *F* || accipi] moenia abellae (bellae *F* belle *l*) *add. SRMFl* || sinalifa *libri* || 12 et legatur *LH*: cum legimus *SRF* cum legitur *M* || moenia abellae *SH*: moenia bellae *reliqui. ceterum ad* alii volunt *e. q. s. in marg. D ab alio haec adscripta sunt* in alio sic: sed dicere per antiphrasim belle quasi minime belle, *cum quibus consentiunt quae in Turonensi is qui Tironianis notis utebatur addidit* Bellae autem cata antifrasin dixit id est per contrarium quia non fuit bella. || quidam . . . Abellanos dictos *e Turonensi edidit Daniel. veteris interpretis de Abellae oppidi origine et nomine narrationem ab homine imperito in brevius contractam esse apparet.* || 13 *fort.* Murrano. *cf. Serv. ad Aen.* XII 529 *et* VI 760. *videntur igitur fuisse qui Abellam a Latinis conditam esse dicerent* || Moeram] *infra, si modo quid voluerit interpres recte intellexi,* Moeranum *vocatur oppidum* || sed . . . incoluisse] *cf. Iust.* XX 1, 13 '*Abellani nonne Chalcidensium coloni sunt*'? || 14 ab nucibus ab nucibus *T* || acceperit *Masvicius* || 15 apellatam *T. fort.* appellatam dicunt || 16 huius cives *e. q. s.*] *fortasse hoc dicere voluit interpres, partem civium Abellanorum olim in agro Campano habitasse et seditione orta inde Moeranum fugisse, ubi propter bellum vitatum Abellani dicti sint* || ortu tumultu interisse *T* arto t. i. *Daniel* orto t. i. *Commelinus.* orto tumultu multos interisse *F. Schoellius*

aliosque fugientes Moeranum abisse et eius incolis se iunxisse: et quod inbelliores fuerint Abellanos dictos.

741. CATEIAS tela Gallica: unde et Teutonicum ritum dixit. *cateiam quidam asserunt teli genus esse tale quale aclydes sunt, ex materia quam maxime lenta, cubitus longitudine, tota fere clavis ferreis illigata, quas in hostem iaculantes lineis, quibus eas adnexuerant, reciprocas faciebant.* CATEIAS *id est hastas. cateiae lingua Theotisca hastae dicuntur.*

742. RAPTVS DE SVBERE CORTEX bene 'raptus', id est raptim sublatus, quia recens suberis cortex in quamvis formam tota flectitur facilitate.

744. MONTOSAE NERSAE civitas in montibus posita.

745. INSIGNEM FAMA bene 'fama', quia occidetur, ut ⟨XII 460⟩ Vfentemque Gyas, cadit et Tolumnius augur.

746. HORRIDA PRAECIPVE CVI GENS Aequiculam gentem dicit, et morum et vitae qualitate praeduram. sane aliud pendet ex alio: ideo erant horridi, quia venabantur; ideo venabantur, quia habebant duras glebas, id est infertiles: nam molles feraces sunt, ut in georgicis docet ⟨II 204⟩ et cui putre solum, namque hoc imitamur arando.

750. QVIN ET MARRVBIA VENIT DE GENTE SACERDOS Medea quando relictis Colchis Iasonem secuta est, dicitur ad Italiam pervenisse, et populos quosdam circa Fucinum ingentem lacum habitantes, qui Marrubii appellabantur quasi circa mare habitantes, propter paludis magnitudinem, docuit remedia contra serpentes: quamquam alii Marrubios a rege dictos velint. hi ergo populi Medeam Angitiam nominaverunt ab eo quod eius carminibus ser-

3 tela Gallica e. q. s.] cf. Isid. or. XVIII 7, 7 ‖ 21 Medea e. q. s.] exscr. mythogr. II 136 extr. cf. Plin. nat. hist. VII § 15, XXV § 11, Gell. XVI 11, 1 sq.

1 abisse et] *primo haec scripserat interpres Turonensis* fuisse et eam, *tum* fuisse *et* eam *oblitteravit et* abisse *supra* fuisse *scripsit* ‖ se iunxisse *T*: struxisse *Daniel* serviisse *Commelinus* et eius incolas struxisse Moeram *Danielem Heinsium coniecisse Burmannus refert* ‖ 3 teutonico ritu *R* ‖ 4 cateiam . . . faciebant *marg. T.* id est hastas . . . dicuntur *alius interpres supr. vers. ad 'cateias' adscripsit* ‖ 5 *post* lenta *lacunam indicavit Daniel* ‖ *expectatur* cubiti ‖ 6 illigatas *T*, *sed* s *littera post addita. fort.* illigata est. ‖ quas *T* quam *Daniel* ‖ eas *scripsi*: eam *T* ‖ 7 reciprocam *Daniel* ‖ 9 id est raptim sublatus *om. LH* (*add. l*) ‖ id est *om. M* ‖ raptim et sublatus *F* ‖ 11 felicitate *H* ‖ 12 NAERSAE *M* ‖ 13 occiditur *LM* ‖ 14 ufontemque *H* ‖ gias *R* giyas *H* gigas *M* ‖ cadit . . . augur] se adi^{t}eta *H* et . . . augur *om. RMF* ‖ et] ipse *Vergilius* ‖ 16 qualitate] *om. S*, qualitatem *F* ‖ perduram *H* ‖ 18 id est *om. F* ‖ faraces *R* feries *F* ‖ 19 cui putre solum] capud resolum *F* ‖ imitantur *H* ‖ 21 MARRVVIA *S* ‖ scilicet Medea *Fabricius* ‖ Medea *om. L* ‖ 23 et] quae *F* ‖ quosdam] quos *S* ‖ 27 anguiciam *Sl* angiciam *L*

pentes angerent. ab his nunc Vmbronem venisse dicit, non regem, sed ducem. sunt autem isti Marsorum populi.

751. FRONDE SVPER GALEAM ET FELICI COMPTVS OLIVA comptus frondibus festae olivae.

753. VIPEREO GENERI terrenis serpentibus. GRAVITER SPIRANTIBVS HYDRIS aquae serpentibus. 'graviter' autem 'spirantibus' solo nocentibus flatu: Lucanus ⟨IX 725⟩ ante venena nocens. SPARGERE conficere, ut et spargere venena didicerunt.

755. ARTE LEVABAT leviores esse faciebat, ut ⟨I 330⟩ nostrumque leves quaecumque laborem.

756. MEDICARI CVSPIDIS ICTVM 'medicor illam rem' et 'illi rei', sicut modulor.

760. LIQVIDI FLEVERE LACVS etiam alii.

761. IBAT ET HIPPOLYTI PROLES PVLCHERRIMA BELLO VIRBIVS Theseus mortua Hippolyte Phaedram, Minois et Pasiphaae filiam, superduxit Hippolyto. qui cum illam de stupro interpellantem contempsisset, falso delatus ad patrem est, quod ei vim voluisset inferre. ille Aegeum patrem rogavit ut se ulcisceretur. qui agitanti currus Hippolyto inmisit focam, qua equi territi eum traxerunt. tunc Diana eius castitate commota revocavit eum in vitam per Aesculapium, filium Apollinis et Coronidis, qui natus erat exsecto matris ventre, ideo quod, cum Apollo audisset a corvo, eius custode, eam adulterium committere, iratus Coronidem maturo iam partu confixit sagittis — corvum vero nigrum fecit ex albo — et exsecto ventre Coronidis produxit ita Aesculapium, qui factus est medicinae peritus. hunc postea Iuppiter propter revocatum Hippolytum interemit: unde Apollo iratus Cyclopas fabricatores fulminum confixit sagittis: ob quam rem a Iove iussus est Admeti regis novem annis

8 et spargere] Cic. in Cat. II 10, 23 || 15 Theseus e. q. s.] exscr. mythogr. I 46, II 128. cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. III 506 et V 444

1 ingerent *F* angerentur *mythographus* || 4 festae] sertae *H* || 6 HYDRIS . . . spirantibus *om. L* (*add. l*) || HIDRIS *R* YDRIS *l* || sperantibus *H* inspirantibus *M* || 7 nocens *SR*: nocent *reliqui* || 8 et *om. SR* || 10 quicumque *SMl* quique *L* || 11 illam] illa *L* || 12 modulor *libri.* et moderor et comitor *add. D* || 13 *schol. ad v.* 760 *om. L* || atiam *H* || alii] *scilicet praeter Fucinum* || 15 mortua] priore uxore *add. D* || ippole *R* yppole *LM* ypole *H* || passiphe *R* passiphae *L* pasifae *HM* pasipe *F* || 16 superduxit] nouercam *add. D* || de stupro illam *SR* || contempsisset] spreuisset *L* siesset *H* || 17 delatus est ad patrem *R* || 18 ille] hoc est theseus *add. SR,* sed theseus *add. F* || Aegeum] Neptunum *Masvicius* || agitante *H* || 19 currum *M* || Hippolyto] in litore *add. Fl* || focam] focam in litore *SR et mythographi* in litore focam *m* || distraxerunt *F et mythogr. I* || 20 caritate *F* || in vitam] *om. R,* ab inferis *D* || 21 secto *R* exocto *F* || 25 artis medicinae *RH* || 26 interemit] ab inferis fulmine peremit *F* || 27 fulminis *F* || confixit] amrixit *F* || 28 VIII *F*

apud Amphrysum armenta pascere divinitate deposita. sed Diana Hippolytum, revocatum ab inferis, in Aricia nymphae commendavit Egeriae et eum Virbium, quasi bis virum, iussit vocari. cuius nunc filium cognominem dicit in bellum venire: adeo omnia ista fabulosa sunt. nam cum castus ubique inductus sit et qui semper solus habitaverit, habuisse tamen fingitur filium. re vera autem, ut et supra ⟨84⟩ diximus, Virbius est numen coniunctum Dianae, ut matri deum Attis, Minervae Erichthonius, Veneri Adonis.

762. QVEM MATER ARICIA MISIT civitas iuxta Albam. 'mater' autem propter Augustum dicit, qui fuerat ex Aricina matre progenitus: ac si diceret, quae tanti auctor est generis..

763. EGERIAE LVCIS nympha in Aricino nemore, quam amicam suam Numa esse fingebat ad firmandam legum suarum auctoritatem.

764. PINGVIS VBI ET PLACABILIS ARA DIANAE 'pinguis' frequenti sacrificio, 'placabilis' autem ac si diceret, non qualis ante fuit, vel illic vel apud Tauros, humano gaudens cruore: quam historiam plene in secundo ⟨116⟩ diximus, cum Iphigeniae incidit commemoratio.

765. ARTE NOVERCAE OCCIDERIT bene vim sceleris expressit sola novercae commemoratione.

769. PAEONIIS REVOCATVM HERBIS aut medicinalibus, a Paeone medico deorum, qui Paean secundum Doricos dicitur, secundum rationem Paeon: aut re vera herbam Paeoniam dicit, cuius Creta ferax est. ET AMORE DIANAE 'amore', id est cura.

772. MEDICINAE TALIS ET ARTIS quae etiam fata dissolveret.

773. POENIGENAM matris poena genitum: alii 'Phoebigenam' legunt, ut Probus.

775. RELEGAT commendat ab aliis segregatum.

776. SOLVS in solis locis: nam 'solus' quomodo qui filium dicitur suscepisse? IGNOBILIS non vilis, sed ignotus: quamquam

---

1 afrisum *F* ‖ 3 aegeriae *libri praeter M* ‖ et eum ... filium *om. L* (*add. l*) ‖ uiruium *F* ‖ uis uirum *F* ‖ 4 cognomine *LH* ‖ uenisse *F* ‖ 6 fingitur] dicitur *R* ‖ autem] itaque *R* ‖ 7 uerbius *F* ‖ nomen est *S* est nomen *Hs* ‖ 8 attis *RLF*: atis *SMl* acis *H* ‖ ericthonius *LHM* erictonius *R* ‖ ueneradonque *F* (ueneri adonis *f*) ‖ 10 dixit *SM* ‖ matre] Atia *add. D* ‖ 11 es *SRl* ‖ 12 LVCIS *M*: LVCO *reliqui* ‖ 17 tauros *SRMl*: centauros *LH* tauricum *F* ‖ 18 diximus] inuenies *F* ‖ 20 vim] iura *H* ‖ 21 commemoratio *R* ‖ 23 Paean] *Παιάν Fabricius recte, ut videtur* ‖ doricus *S* (doricos *s*) ‖ 24 Paeon *SFm*: peoneon *R* peneon *LM* paeneon *H*. *cf. ad* XII 401 ‖ crea *R* reta *F* ‖ 25 ferat *F* ‖ 27 PENIGENAM *R* AEONIGENAM *H relicto initialis litterae spatio* PEONIGENAM *M* ‖ alii *om. M* ‖ febigenam *L* faebigenam *H* poebigenam *F* ‖ 28 ut Probus *om. F* ‖ 30 in *om. S* ‖ solis in locis *R*

possit etiam ad illud referri quod dicunt quibusdam artibus posse hominum vitam ultra fata protendi, ita tamen, ut solam habeant vitae imaginationem; videntur enim omnia facere nec faciunt. *AEVVM aevum est aetas perpetua, cuius neque initium neque extremum noscitur, sed hic modo 'aevum' aetatem Hippolyti posuit. veteres aevum etiam deorum vitam dicebant; nam et Virbius inter deos colitur. Virbium autem quidam Solem putant esse, cuius simulachrum non est fas attingere, propterea quia nec sol tangitur.*

777. VERSOQVE VBI NOMINE de re facto, ut oestrum Grai vertere vocantes.

778. VNDE ETIAM TRIVIAE TEMPLO exponit τὸ αἴτιον: nam Callimachus scripsit αἴτια, in quibus etiam hoc commemorat.

779. *ARCENTVR EQVI quoniam apud quasdam gentes ad aram equo sedere permittebatur.*

781. HAVD SETIVS non segnius patre. dicit autem tantae eum fuisse audaciae, ut nec paternae mortis terreretur exemplo.

784. VERTITVR id est agit. ET TOTO VERTICE SVPRA EST Statius et toto despectat corpore bellum.

786. AETNAEOS EFFLANTEM FAVCIBVS IGNES nimios, quantos habet Aetna.

787. TAM MAGIS ILLA FREMENS ET TRISTIBVS EFFERA FLAMMIS QVAM MAGIS EFFVSO CRVDESCVNT SANGVINE PVGNAE legitur in arte quod 'tam magis maxime minus minime' positivo tantum iungantur: quod tamen tunc observatur si ponantur ad augmentum istae particulae; tunc enim vitiosam faciunt elocutionem. ceterum si ad exaequationem positae sint, possunt vel comparativo vel superlativo

---

4 aevum . . . noscitur] cf. Isid. or. V 38, 4 || 9 oestrum] georg. III 148 || 18 Statius] Theb. IV 165 || 22 legitur in arte e. q. s.] cf. Serv. comm. in Don. p. 431, 14; Prob. instit. art. p. 73, 9; Don. p. 374 sq.; Pomp. comm. p. 156 sq. K.

---

1 etiam . . . quibusdam *om.* *LH* (*add.* *l*) || illum *F* || dicunt *F*: dicitur *SRM* || posse *om.* *LHM* (*add.* *l*) || 2 uita *HM* || protendi posse *M* || solum *S* || 3 imaginationem uitae *M* || 4 *scholium ad* aevum *e Turonensi edidit Daniel* || 5 nascitur *Daniel* || hoc modo *Daniel* || yppolyti *T* || 6 Virbium . . . tangitur] *ad vers.* 762 *ab alio in Turonensi eadem his verbis adscripta sunt* quidam uirbium intellegunt solem cuius (*sic*) nefas est attingere quia sol numquam tangitur || 7 solum *T* (*corr. Daniel*) || 8 propter quod *Daniel* || 11 exponit] et ponit *S* || to aution *S* io ation *R* (*τὸ αἴτιον in marg. Daniel*) toition *L* to aition *H* το aetion *M* troaition *F* || 12 gallimachus *S* callimmachus *R* callimacus *LH* || aicia *R* aitia *LH* dytia *M* etiam *F* || 13 *scholium ad v.* 779 *e Turonensi edidit Daniel* || 15 SECIVS *RHF* || seginius *F* || 16 terretur *F* || 17 id est agit] AESTVAT *L* Ast agit *H ita ut* A *post additum sit* || agit] agitur *S* agitatur *l* || TVTO *F* || 18 corpore *libri* pectore *exemplaria nonnulla* et toto despectans vertice bellum *Statius* || 19 EFFLANTVR *F* || 22 legitur . . . pugnae *om.* *H* || 23 iunguntur *SF* iugantur *M* || 24 tamen] tunc *F* tantum *Heinsius* || obseruabitur *L* || 25 equationem *F* || si *om.* *M* (*add.* *m*)

vel pro his gradibus ipsae inter se iungi: hinc ergo est 'tam magis illa fremens et tristibus effera flammis, quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae': non enim ad praelationem positae sunt, sed ad exaequationem. maiores enim nostri vitia non in dicto, sed in significatione esse voluerunt. hinc est in Sallustio ita quam quisque pessime fecit, tam maxime tutus est: nam et hic exaequatio est, non comparatio.

790. IO AVRO INSIGNIBAT haec Inachi filia Argivorum fluminis fuit. hanc amavit Iuppiter. et dum cum ea esset, Iuno supervenit. timens ille ne deprehenderetur, Ionem mutavit in vaccam et eam poscenti dedit Iunoni, ne paelicem confiteretur. cui Iuno Argum, oculatum omnibus membris, Arestoris *sive Terrae* filium, *quem Graeci panopten appellant,* custodem adposuit. quem cum Iuppiter per Mercurium, *qui eum cantu fistulae in somnum conpulit,* interemisset, Iuno eum in pavonem mutavit, Ioni vero inmisit oestrum, *muscam animalibus infestam,* quo diu exagitata ad Aegyptum venit et Iovis voluntate in Isin mutata *colique coepta* est. INSIGNIBAT signo suo clarum esse faciebat.

791. ARGVMENTVM INGENS aut fabula, ut Cicero argumenta erant in valvis: aut re vera argumentum, quo se Graecum probare cupiebat. hoc enim etiam Amata superius dixit ⟨372⟩ Inachus Acrisiusque patres mediaeque Mycenae. CVSTOS ne reverti posset in formam priorem.

792. PATER INACHVS pater non tantum ipsius Ionis, sed auctor originis Turni.

794. TOTIS AGMINA DENSENTVR CAMPIS *scilicet* qui oculis poterant subiacere. DENSENTVR denseo denses dicimus, aliter non. ARGIVAQVE PVBES et hoc ad generis, ut supra diximus, pertinet probationem, quod eum sequebantur Argivi.

---

5 Sallustio] Iug. 31, 14 || 8 haec Inachi filia e. q. s.] exscr. mythogr. II 89. cf. comm. Luc. VIII 831 || 19 Cicero] in Verr. act. II lib. IV 56, 124

---

1 est *om.* *S* || 3 enim *om.* *S* || 5 significationem *F* || in *om.* *H* || asulustio *F* || 6 quique *F* || pessima *L* || totus *LH* (*corr.* *l*) || nam *om.* *R* || et *om.* *F* || 8 INSIGNABAT *F* || 10 prehenderetur *F* || io *SMF* || 11 pelicem *libri* || arguam *F* || 12 Arestoris *Masvicius* (*cf. Apollod.* II 3, 3): aristoris *F* aristodis *reliqui* || 14 peremisset *F* || 16 exagitata] uexata *SR* || et] et ibique *F* || 17 isim *R* nisiin *F* || INSIGNABAT *L* INSIGNABIT *l* || 18 faciebat] sua pictura insignem faciebat *e Turonensi addidit Daniel* || 19 ut] ut in *H* || argumentum *LH* (*corr.* *l*) || 20 baluis *SR* (ualuis *s*) ualbis *LH* ualhis *M* uallis *F* || 21 enim *om.* *SR* || etiam *om.* *F* || dixerat *M* || 24 ipsius *LH*: eius *SRMl* iure *F* unius *F. Schoellius* || Ionis *om.* *SRMF* || sed pater auctor *F* || 26 paterant *F* || 27 DENSENTVR] uero *add.* *Sl* autem *add.* *F* || densis *F* || 28 PVBES] sicani *LH*

795. VETERESQVE SICANI bene 'veteres': nam ubi nunc Roma est, ibi fuerunt Sicani, quos postea pepulerunt Aborigines.

796. SACRANAE ACIES dicunt quendam Corybantem *de Creta* venisse ad Italiam et tenuisse loca, quae nunc urbi vicina sunt, et ex eo populos ducentes originem Sacranos appellatos; nam sacrati sunt matri deum Corybantes. alii Sacranas acies Ardeatum volunt, qui aliquando cum pestilentia laborarent, ver sacrum voverunt, unde Sacrani dicti sunt. PICTI SCVTA LABICI Glaucus, Minois filius, venit ad Italiam. et cum sibi imperium posceret nec acciperet, ideo quod nihil praestabat, sicut eius pater praestiterat zonam eis transmittendo, cum antehac discincti essent, ostendit scutum: a quo et ipse Labicus dictus est, et ex eo populi ἀπὸ τῆς λαβῆς, quam latine amplam vocamus. 'picti' autem 'scuta' id est in bello frequenter probati: nam apud maiores virorum fortium picta erant scuta, e contra inertium et tironum pura erant, unde est ⟨IX 545⟩ parmaque inglorius alba, id est non picta.

797. QVI SALTVS TIBERINE TVOS non originem, ut diximus supra ⟨715⟩. SACRVMQVE NVMICI LITVS ARANT aut iam tunc sacrum, aut prolepsis est: nam consecratus est Numicus, postquam inventum est illic cadaver Aeneae.

798. LITVS ARANT litus fluminis, ut ⟨VIII 83⟩ viridique in litore conspicitur sus.

799. CIRCAEVMQVE IVGVM circa hunc tractum Campaniae cole-

---

6 alii . . . dicti sunt] cf. Fest. s. v. Sacrani

---

2 ibi] ubi *S* (*corr. s*) ‖ *ad v.* 795 *in marg.* quidam sicanos proprie siculos intellegunt dicentes numquam in italia fuisse sicanos, sed siculos. qui profecti ad insulam conexam italiae quae tunc sicania dicebatur cognominem sibi reddiderunt *T* ‖ 3 quondam *SH* ‖ coribantem *RLH* heribantem *F* ‖ decreto *F*, *correxi* ‖ 4 urbi] romae *R* ‖ 6 coribantes *RL* choribantes *F* ‖ sacranos *SL* (*corr. s*) ‖ ardeã tũ *F* ardeatum *reliqui.* Ardeatium *Masvicius. cf. Neue Formenl.* II² *p.* 77 *sqq.* ‖ 7 pestilentiam *F* ‖ uerum sacrum *SRMF* uera sacra *L* uera sacrum *H* ‖ nouerunt *H* ‖ 8 dicti sunt] uer sacrum autem immolationis est genus . mos enim italis fuit ut magnis in (*sic*) periculis adducti uouerent quaecumque proximo uere nata essent apud se animalia immolaturos *add. D. cf. Fest. Paul. p.* 379 ‖ 9 nec acciperet *om. H* ‖ 10 praestiterat et ad zonam *F* ‖ eis] eius *S* ‖ 11 antea *SRF* ‖ distincti *SM* (*corr. s*) discuncti *H* discena *F* ‖ scutum militare *SRl*, *nisi quod* militarem *R* ‖ a *om. SR* ‖ quo] qui *s* ‖ 12 ᴀᴨᴏ ᴛʜᴄ ʌᴀʙʏᴄ *R* ᴀʙᴏ ᴛʜᴄ ʌʌʙɪɪᴄ *H* ᴀᴨᴏ ᴛᴏᴄ ᴀᴀʙᴇᴄ *F* ‖ 13 amplam] ansam *coni. Valesius ad Amm. Marc.* XXI 2, 1, *sed 'ansa' illa aetate 'ampla' dicta est* ‖ 14 erant scuta depicta *SR* depicta erant scuta *M* ‖ scuta . . . pura erant *om. F* ‖ 15 e *om. SRM* ‖ est *om. S* ‖ 19 prolemsis *R* prolempsis *LMF* prolemprosis *H* ‖ est *om. M* ‖ πρόληψις est a cadauere Aeneae *Fabricius* ‖ nam consecratus est *om. H, sed spatium relictum est* ‖ 20 inuentum illic est *M* illic inuentum est *F* ‖ 22 sus] quom ripae proprie fluminum sint (sit *cod.*), litora maris, ut ouidius (*met.* I 42) 'pro ripis litora pulsant' *add. D*

batur puer Iuppiter, qui Anxyrus dicebatur, quasi ἄνευ ξυροῦ, id est sine novacula, quia barbam numquam rasisset, et Iuno virgo, quae Feronia dicebatur. est autem fons in Campania iuxta Terracinam, quae aliquando Anxur est dicta.

800. ET VIRIDI GAVDENS FERONIA LVCO non vacat quod addidit 'viridi': nam cum aliquando huius fontis lucus fortuito arsisset incendio et vellent incolae exinde transferre simulacra *deorum*, subito reviruit.

801. QVA SATVRAE IACET ATRA PALVS secundum hanc lectionem re vera Saturam paludem intellegimus; sed alii 'Asturae' legunt. quod si est, paludem pro flumine posuit; nam haud longe a Terracina oppidum est Astura et cognominis fluvius.

802. QVAERIT ITER VALLES satis signatis verbis expressit flumen angustum, contra de Tiberino ait ⟨32⟩ in mare prorumpit.

803. HOS SVPER ADVENIT VOLSCA DE GENTE CAMILLA prudenter post inpletam commemorationem virorum transit ad feminas; ita enim et de Troianis legitur, qui ultimum Amazonum auxilium postularunt: quae res ab Homero praetermissa est. sane iam praesagium est infelicitatis futurae quod inter ipsa principia armantur et feminae. VOLSCA DE GENTE de Priverno, Volscorum oppido, ut ⟨XI 540⟩ Priverno antiqua Metabus cum excederet urbe.

804. FLORENTES AERE CATERVAS Ennius et Lucretius florere dicunt omne quod nitidum est: hoc est secutus Vergilius, aliter acyrologia est: Lucretius ⟨V 1442⟩ florebat navibus pontus.

---

22 Ennius] incert. libr. fragm. XXIV Vahl.

---

1 anxyrus *H*: anxirus *SLMF* anxiris *F* ‖ ΑΝΑΥΖΥΡΟΥϹ *S* ΑΝΕΥΤΥΡΟΥϹ *R* neγſipoγ *L* ΠΗΡΥΡΟΥ *M* ΑΝΕΥΤΙΡΟϹ *F*, *om. H, sed spatium relictum est* ‖ 2 quia] qui *MF* ‖ rassisset *L* rarisset *H* ‖ 3 forma *R* (feronia *supr. vers. Daniel*) ‖ tarricinam *F* ‖ 4 anxir (anxyr *F*) est dicta *MF*: anxires dicta *S* anxiris dicta est *R* anxires dicta est *LH* (anxires *in ras. l*) ‖ 6 aliquam *F* ‖ fortuitu *S* ‖ 7 simulacra transferre *R* ‖ 8 reueruit *F* ‖ *ad* Feronia *supr. vers.* hanc quidam a ueteribus dictam uolunt. quae postea corrupto nomine feronia est dicta *T. post* quidam *pristinum deae nomen ab interprete omissum est. fortasse voluerat* quidam Fidoniam. *cf. ad* VIII 564 ‖ 10 satura *RH* ‖ asturae *RLM*: asturam *S* asture *H* stare *F* ‖ 11 tarracina *RF* tercyna *L* (terracynia *l*) ‖ 12 est astura *RL*: est satura *SM* est ast//ucra *H* eustura *F* ‖ cognominis *LHF*: eius cognominis *SRMl* eiusdem cognominis *vulgo* ‖ 13 INTER *H* ‖ 14 de *om. S* ‖ 15 HOC *S* (*corr. s*) ‖ VVLSCA *S* v. *LHM* ‖ 16 uirorum fortium *S* ‖ 17 auxilia *l* ‖ 18 ab amero *F* ‖ sane] sed hic *F* ‖ 20 VOLSCA *SR*: VVLSCA *LFm* VLCA *H* (*spatio initialis litterae relicto*) VVLSA *M* ‖ priueno *R* ‖ uulscorum *LHF* ‖ 21 priuernum *RLH* ‖ antiquam et auulsum excederet *M* ‖ antiquo *R* ‖ urbem *F* ‖ *ad* uolsca *in marg.* quidam uolscos tradunt appellatos a uolsco antifatelis trigonis filio. fabius colchis profectos corrupto nomine uoscos appellatos ait *T. cf. Peter vet. hist. Rom. rell. p.* 5 ‖ 22 florere . . . Lucretius *om. L* ‖ florere *RH*: flores *SM* florens *F* ‖ 24 iam mare velivolis florebat puppibus *Lucretius. cf. Lachm. comment. p.* 347

805. CALATHISVE MINERVAE Minerva et armorum dea est et lanificii, sed Camilla animum ad arma sola contulit.

807. CVRSVQVE PEDVM bene 'pedum' adiecit, ne per equum eius gloria minueretur, quod ei obicitur <XI 705> quid tamen egregium, si femina forti fidis equo?

809. ARISTAS primas spicae partes, dictas ab eo quod primae arescant.

811. TINGVERET mergeret, ut <XI 914> tinguat equos.

813. IVVENTVS TVRBAQVE MIRATVR MATRVM ante ornatum eius, post arma dicturus est: unde hysteroproteron in respondendo esse voluerunt, ut ornatum matres, viri vero arma mirentur. sed melior sensus est, si, sicut dictum est, accipiamus: ea enim sexus uterque miratur quae sunt posita contra opinionem, ut mirentur feminae arma in muliere, viri ornatum in bellatrice.

814. INHIANS stupore quodam, ore patefacto.

816. LYCIAM PHARETRAM quasi Lyciam, ut legimus 'Cretenses sagittas'.

817. PASTORALEM PRAEFIXA CVSPIDE MYRTVM *quia hac pugnare pastores solent.* MYRTVM non hastam myrteam, sed ipsam myrtum: Statius Lernaeam iacit ille trabem.

---

6 primas . . . arescant] cf. Isid. or. XVII 3, 16 || 20 Statius] Theb. IX 124

---

2 camille *LH* (*corr. l*) || contulerat *SMF* || 4 imminueretur *S* || tamen *libri praeter F, qui* tam *habet, id quod Vergilius scripsit* || 5 forte *H* || fidens *F* || 6 *ad* illa uel intactae segetis (segetes *cod.*) *in Floriacensi haec adscripta sunt* ouidius (*met.* X 654 *sq.*) hunc locum (*adde* imitatus est) posse putes illos (illum *cod.*) sicco (siccos *cod.*) freta radere passu et segetis canae stantes (statis *cod.*) percurrere aristas || aristae autem sunt primae spicae partes dictas ab eo quod primae arescunt dicti (*sic*) *F* || 7 arescent *l* || arescant] est autem homeri (*Il.* XX 226) *αἳ δ' ὅτε μὲν . . . ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης add. cod. Bonon.* || 8 TINGERET *LM* || intinguat *LM* intingat *S* || 10 post *LHF*: postea *SM* et postea *R* || dictura *R* || in *om. RH* || 11 ornatu *S* || sed melior . . . ut mirentur *om. L* (*add. l*) || 12 si sic dictum accipimus *Sl* || si *om. F* || accipimus *SMl* || sexus miratur uterque *Sl* || uterque *om. F* || 13 ut mirentur . . . bellatrice *om. F* || 14 *ad* prospectat *in marg.* bene dicit prospectat quia quod ualde miramur prosequimur oculis *T* || 15 quondam *S* quod *F* || ore] amore *SRLHF, om. M* || patefacto] patefactis *R* patefacto ore *M* || 16 cretenses sagittas *libri praeter H, qui* cretes eges sagittas *habet; idem in marg. Reginensis adscripsit Daniel* || 18 *ad. v.* 817 *in marg.* quia hoc (*sic*) solebant pastores pugnare. quidam intellegunt hastam mirteam sed melius est ut ipsam myrtum accipiamus praefixo ferro grauiorem *T.* || hoc *F* || 19 non hastam *om. F* || 20 larneam *F* || iacet *H* || trabeam *SLH* || LIBER VII EXPLICIT *S* EXPLICIT LIBER SEPTIMVS INCIPIT LIBER OCTAVVS *M*

SERVII GRAMMATICI

IN VERGILII AENEIDOS LIBRVM OCTAVVM COMMENTARIVS.

1. VT BELLI SIGNVM LAVRENTI TVRNVS AB ARCE EXTVLIT apud maiores nostros tria erant militiae genera in bellis gerendis: nam aut legitima erat militia aut coniuratio aut evocatio. legitima erat militia eorum, qui singuli iurabant pro republica se esse facturos, nec discedebant nisi completis stipendiis, id est militiae temporibus: et sacramentum vocabatur, *ut* ⟨II 157⟩ *fas mihi Graiorum sacrata resolvere iura.* aut certe si esset tumultus, id est bellum Italicum vel Gallicum, in quibus ex periculi vicinitate erat timor multus, quia singulos interrogare non vacabat, qui fuerat ducturus exercitum ibat ad Capitolium et exinde proferens duo vexilla, unum russeum, quod pedites evocabat, et unum caeruleum, quod erat equitum — nam caeruleus color maris est, a cuius deo equum constat inventum — dicebat 'qui rem publicam salvam esse vult, me sequatur', et qui convenissent, simul iurabant: et dicebatur ista militia coniuratio. *alii album et roseum vexilla tradunt, et roseum bellorum, album comitiorum signum fuisse.* fiebat etiam evocatio: nam ad diversa loca diversi propter cogendos mittebantur exercitus. modo ergo duo sunt genera militiae, coniuratio et evocatio, quippe in tumultu. sane incongruum non est quod signum belli, id est vexilli elevationem Turno dat: *aut* quia de rege Latino dixerat supra ⟨VII 600⟩ rerumque reliquit habenas: *aut quia Turnus*

1 apud maiores nostros e. q. s.] cf. Serv. ad Aen. VII 614

3 erant *R* ‖ 4 se *om. R* ‖ 5 discedebant] descendebant *LH* (discedant *l*) discedere *F* ‖ 6 ut *inseruit Daniel* ‖ graio *F* ‖ 7 si esset . . . timor *om. F* ‖ 8 italicum bellum *R* ‖ et gallicum *SR* ‖ 9 multis *F* ‖ uocabat *HF* ‖ dicturus *LM* (ducturus *lm*) ‖ 10 ibat *om. H* ‖ ad *om. S* ‖ et *om. SR* ‖ 11 russeum *SMl*: roseum *reliqui* ‖ 13 publicam *om. R* ‖ esse *om. LM* ‖ vult] ul *L* (ult *l*), *om. H* ‖ 15 ut roseum bellorum *F, corr. Daniel* ‖ 20 aut *Daniel*: ut *F* ‖ quia *F*: cum *reliqui* ‖ dixerat *F*: dixerit *reliqui* ‖ 21 *ad v.* 1 *in marg.* ideo datur turno eleuatio uexilli quia ipse furore succensus maluit hoc efficere ipse quam iubere ut omnes muros (*sic*) abrumperent *T*

furore succensus maluit ipse efficere quam iubere, ut omnes abrumperet moras: aut quia, sicut dictum est, Latinus, cui soli imperandi hoc ius erat, abstinuerat et nemo, illo abstinente, parebat. Turnus ergo ideo huius modi officium arripuit, quia, etsi ipse non imperabat, tamen prohiberi non poterat. 'belli' autem 'signum' generaliter dixit, nam multa sunt: sed vexillum significat, quod est tractum a veli diminutione, ut 'velum vexillum'. *AB ARCE quoniam vexillum in arce poni solebat, quod esset specimen imperati exercitus.*

2. STREPVERVNT CORNVA quae simul sonabant, ut ⟨VII 615⟩ aereaque adsensu conspirant cornua rauco.

3. VTQVE ACRIS CONCVSSIT EQVOS hoc ad equites pertinet. *et utrum hoc epitheton equorum perpetuum est, an dum concutiuntur?* VTQVE IMPVLIT ARMA hoc ad pedites. est autem sacrorum: nam is qui belli susceperat curam, sacrarium Martis ingressus primo ancilia commovebat, post hastam simulacri ipsius, dicens 'Mars vigila'. *quidam sane suos equos et sua arma de Turno tradunt, scilicet ut ceteris esset exemplum.*

4. EXTEMPLO aut subito: aut re vera ex ipso templo, id est post divina arma commota. TVMVLTV TREPIDO festino: more suo. *non enim timere poterant qui pericula iungebant.*

5. CONIVRAT nota de re bona coniurationem dici posse: nam coniuratio τῶν μέσων est. IVVENTVS EFFERA efferata per furiam, ut ⟨VII 340⟩ arma velit poscatque simul.

6. *PRIMI utrum ordine, an dignitate?* MESSAPVS ET VFENS bona electio personarum ad dilectum habendum: unus eques bonus, id est Messapus, mittitur, alter pedes egregius.

7. CONTEMPTORQVE DEVM MEZENTIVS quis enim iustius quam sacrilegus contra pios et praepararet bellum et gereret?

8. VASTANT CVLTORIBVS abducendo cultores vastos et desertos

---

6 sed vexillum . . . vexillum] cf. Isid. or. XVIII 3, 5

---

2 ius serat *G* ‖ 6 sed *om. H* ‖ uexillum *ex* uexilla *S* ‖ ueli] belli *F* ‖ 7 uelum] bellum *F* ‖ *ad* AB ARCE *in marg.* ideo uexillum in arce poni solebat ut esset spectamen (*sic*) imperati exercitus *T* ‖ 8 specimen] speciem est *G* ‖ 9 quae] qui *S* ‖ 10 rauco] Thucydides (V 70) ait Lacedaemonios non cornuum tubarumve cantu sed tibiarum usos. Homerus (*Il.* III 8) de Achaeis οἳ δ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ. et antea (VII 698) 'regemque canebant' dixit *add. Fabricius. cf. Gell.* I 11 ‖ 11 *ad* ACRIS *supr. vers.* perpetuum epitheton est equorum ut acres dicantur *T* ‖ 12 an *Daniel*: con *F* ‖ 13 pedites] pertinet *add. SR* ‖ 14 bellorum *SRM* bellis *F* ‖ curat *F* ‖ 15 uigilia *H* ‖ 18 aut *ante* re vera *om. S* ‖ 20 iungebant *F*: vincebant *Daniel. fort.* qui se ad pericula iungebant ‖ 21 notandum *F* ‖ nam] ergo *F* ‖ 22 furiam] scilicet *add. m* ‖ 23 simul] et rtq: *add. F* ‖ 24 *ad* PRIMI *supr. vers.* et ordine et dignitate primi *T* ‖ 25 selectio *H* ‖ delectum *S* delectos *R* dilectos *H* ‖ equens *F* ‖ 26 alter] et ufens alter *SM* alter id est ufens *l* ‖ 27 DIVVM *LH* ‖ quid *SM* ‖ iniustius *SM*

efficiunt. *Sallustius in Iugurtha* ⟨48, 3⟩ *vastus ab natura et humano cultu, idem alibi quippe vasta Italia rapinis, fuga, caedibus, hoc est hominibus deserta.*

9. MITTITVR ET MAGNI VENVLVS DIOMEDIS AD VRBEM Diomedes * *revertens de Troia* * postquam repperit ira Veneris a se vulneratae uxorem apud Argos *cum Cylaraba, ut Lucilius, vel Cometa, ut plerique tradunt,* turpiter vivere, noluit reverti *ad patriam: vel, ut dicitur, ab adulteris proturbatus:* sed tenuit partes Apuliae, et edomita omni montis Gargani multitudine in eodem tractu civitates plurimas condidit. nam et Beneventum et Equumtuticum ipse condidit, et Arpos, quae et Argyrippa dicitur, ad quam nunc Venulus mittitur, non Arpinum, quam constat esse Campaniae, unde Cicero Arpinas. sane sciendum Apuliam uno dictam vocabulo, sed huius partem quam Diomedes tenuit, Messapiam et Peucetiam a duobus fratribus dictam, qui illic imperarunt: item Dauniam a Dauno rege Apuliae. *hunc Diomedem quidam a Dauno rege Apulorum hospitio receptum dicunt. sane artificiose ad Diomedem mittitur: movenda est enim indignatio et metus Diomedi, ut subveniat Latinis contra Troianos.* VENVLVS hunc fuisse constat Argivum: nam Tiburs est, ut ille indicat locus ⟨XI 757⟩ praedam Tiburtum ex agmine raptam portat ovans. considerate ergo hic ad Diomedem mittitur, ut eum vel quasi civis *adduceret, vel citius* possit movere. *hunc alii Lavini imperasse olim tradunt.*

---

2 idem alibi] hist. I 36 Dietsch., I 19 Kritz. || 4 Diomedes e. q. s.] exscr. mythogr. I 141 || 6 Lucilius] ex libr. incert. CXVI p. 153 Muell.

---

5 revertens de Troia, *quae post* vulneratae *hab. F, aut spuria esse aut post* repperit *sive* Diomedes *collocanda existimat Muellerus* || uulneratam *H* || 6 uxorem] aegialiam *add. D* || Cylaraba *scripsi* (*cf. Pausan.* II 4, 5): cillarabo *F* Cillabaro *Daniel* || 7 ab *om. G* || 8 partem *mythographus* || epuliae *H* || omnis *SMF* (*corr. s*) || 9 Gargani montis *R* || multitudinem *F* || plurimas ciuitates *R* || 10 nam et . . . condidit *om. L* (*add. l*) || beuentum *F* || ecumtuticum *SFl* Argos Hippium *mythographus. cf. Schoemann opusc.* III *p.* 415 *adnot.* 17 || 11 et *ante* Argyrippa *om. S* || argyrippa *HMF*: argirippa *SR* argyripa *L* || non a arpinum *L* non ad arpinum *l et mythographus* || 12 quam] quod *R* || campiniae *S* || 13 dicto *F* || sed] si *F* || uius *H* || 14 mesapiam *R* || peucetiam *H*: peauce etiam *S* peuceciam *RLF* peucentiam *M* || a] ad *L* || 15 imperarent *F* || imperarunt] alii aliter sentiunt de mesapiae nomine. in anthedonis enim ora quae boetia (*lege* Boeotiae) est mons stat mesapius ab duce mesapo nominatus qui aduentans in iapygiam ab se mesapiam regionem appellauit *add. D* || itam *S* iter *F* || dano *HF* || a quo hunc Diomedem *Daniel* || a Dauno (ad aunio *G*) rege Apulorum *non edidit Daniel* || 17 artificiose] considerate *Masvicius* || 18 metu *F, corr. Daniel* || 19 constat fuisse *F* || Argivum] de tyburte *add. M. cf. haec mythographi* '*ad quam Venulus Argivus de Tiburte mittitur*' || nam tiburs est *RH*: non tiburem *S* non tybur est *L* non tyberem *M* nam tyburem *F* non tyburem *l* || 20 tiburti *F* || raptam] Tarchon *Vergilius* || 21 diomeden *RH* || vel *om. SFl* || quasi] uelut *Sl, del. m* || civis] ciues *S* (*corr. s*) cuus *L* cuius *H* || 22 adduceret uel citius *edidit Stephanus* || posset *F*

10. CONSISTERE iam esse conditos, id est fundasse civitatem: *plus est enim 'consistere', quam 'venisse'.*

12. *INFERRE hic invidiam facit, ut* ⟨I 6⟩ *inferretque deos Latio: proprie enim inferuntur penates.* ET FATIS REGEM SE DICERE POSCI unde illud est ⟨38⟩ expectate solo Laurenti. et dicendo 'posci' agit subtiliter: nam si non venit errore, sed fato, omnem sibi utique est vindicaturus Italiam, sine dubio et Diomedis imperium. *VICTOSQVE PENATES ut maior sit indignatio. et amat poeta, quotiens adversum Troianos poscuntur auxilia, penatibus victorum crimen adscribere, ut apud Aeolum* ⟨I 68⟩ *Ilium in Italiam portans victosque penates.*

13. VIRO SE ADIVNGERE GENTES DARDANIO *hic metum inicit. et* bene non 'Aeneae' dixit, sed 'viro Dardanio', ut non sit mirum si sequebantur hominem sibi cognatione sociatum, ut ⟨VII 240⟩ hinc Dardanus ortus, huc repetit.

15. QVID STRVAT HIS COEPTIS cum haec iam coeperit. et participialiter dixit. ab eo quod est incipio 'coeptus' facit: hinc est 'coeptis'. QVEM SI FORTVNA SEQVATVR EVENTVM PVGNAE CVPIAT si eum fortuna comitetur, quem finem suae velit esse victoriae, ipsum melius nosse, qui iam antiquus est hostis. *ergo 'quem' acute pronuntiandum, ut sit ordo: quem eventum pugnae cupiat, si fortuna sequatur.* vult autem intellegi Aenean etiam contra Diomedem bella gesturum, non tantum propter praesens imperium, sed et causa hostilitatis antiquae.

18. TALIA PER LATIVM 'gerebantur' subaudis: et est formosa eclipsis.

19. CVNCTA VIDENS mente pertractans: nam non videbat. CVRARVM FLVCTVAT AESTV his verbis futuram praeoccupat compa-

---

1 iam] nam a iam *F* ‖ id est] et *S* ‖ 2 *ad* CONSISTERE *supr. vers.* bene dicit consistere quia plus est consistere quam uenisse *T* ‖ 3 *ad* INFERRE *in marg.* quod dicit inferre ad inuidiam exaggerandam dicit ut 'inferretque deos latio'. proprie enim inferuntur dii penates *T* ‖ 4 proprie] p̄pę *G malim* peregre: *quamquam fortasse scholiastes dicere voluit 'penates terrae inferre' idem esse quod 'terram per vim occupare'* ‖ 5 unde] ut *S* ‖ expectante *R* ‖ laurentum *LHF* ‖ et *om. S* ‖ 6 uenerit *S* ueniret *l* ‖ 8 *ad* VICTOSQVE PENATES *in marg.* ut maior . . . aeolum *T. ceterum cum illis quae ad INFERRE adscripta sunt hoc scholium coniungendum fuit.* ‖ et *om. T* ‖ 10 in *om. F* ‖ portam *F* ‖ 12 inicit et *Daniel*: incitet *F* ‖ 13 aenea *L* ‖ 16 hoc *L* (*corr. l*) ‖ iam] etiam *F* ‖ 17 participaliter *Fs* ‖ coeptus] coeptos *L. malim* coeptum ‖ hinc] hunc *S* hinc ergo *Msl* ‖ 18 coeptis *ex* coeptus *M* ‖ 19 si] et si *M* ‖ 21 ordio *F* ‖ si fortuna sequatur *Masvicius*: fortune sequatur *F* fortuna sequatur *Daniel* ‖ 22 vult autem . . . antiquae '*manifestius ipse*' (*sic*) *lemmate praescripto ab eis quae antecedunt separata exhibet F* ‖ diomeden *HM* ‖ 24 utilitatis *F* ‖ 25 formosa] forma *Masvicius* figura *coni. Burmannus* ‖ 26 ellepsis *S* (ellipsis *s*) elypsis *HF* ‖ 27 nam *om. LH* ‖ uidebantur *L* (*corr. l*) uidebant *H*

rationem, quae est Apollonii verbum ad verbum. *FLVCTVAT AESTV utrumque verbum de mari est.*

20. *ATQVE ANIMVM NVNC HVC CELEREM NVNC DIVIDIT ILLVC vel quod suis copiis bellum Itali adversus eum parabant, vel quod a Diomede vetere hoste suo auxilia postulabant. 'celerem' autem ad corporis comparationem, quod tardum est, ut* ⟨VI 720⟩ *iterumque ad tarda reverti corpora.*

23. SOLE REPERCVSSVM aut vacat 're': aut bene 'repercussum', quia primo aquam ferit, inde postea tendit ad tecta. RADIANTIS IMAGINE LVNAE negant omnes physici lumen lunae aliud ex se reddere, et vituperatur hoc dicto Vergilius: quod tamen tolerabile est, quia non lunam, sed imaginem dixit lunae, quam a sole lumen accipere manifestum est. *an ideo 'radiantis', ut, quoniam luna lumen de sole mutuatur, idem videatur etiam ipsa efficere, quae de sole procedit.*

25. LAQVEARIA multi 'lacuaria' legunt, nam 'lacus' dicuntur: unde est in Horatio nec mea renidet in domo lacunar. *non enim a laqueis dicitur, sed ab eo quod sunt lacus.*

27. ALITVVM pro 'alitum', sed metri causa, ut diximus supra ⟨VI 653⟩, addidit syllabam.

28. SVB AETHERIS AXE id est sub aëre.

30. SERAMQVE DEDIT PER MEMBRA QVIETEM tardam, quippe in bellicis curis. *'seram' autem pro 'sero', adverbium temporis in nomen deflexum. 'dedit' autem mire dixit, hoc est indulsit quietem corpori suo.*

31. *HVIC DEVS IPSE LOCI cum ipse fluvius Tiberinus sit, quid ita intulit 'deus fluvio'? Tiberinus enim deus genius loci.* TIBERINVS bene 'Tiberinus'; quia supra dixerat 'deus': nam in sacris Tiberinus, in coenolexia Tiberis, in poemate Thybris vocatur.

---

4 Apollonii] Argon. III 755 sqq. ‖ 15 nam lacus dicuntur e. q. s.] cf. Isid. or. XV 8, 6 ‖ 16 Horatio] carm. II 18, 2 ‖ 26 nam ... vocatur] Isid. or. XIII 21, 27

---

1 uerbum ad uerbum *RLHM*: de uerbo ad uerbum *SF* ‖ *scholium ad* FLVCTVAT AESTV *hab. Sl.* (his verbis ... ad verbum *in Lipsiensi del. corrector*) ‖ FLVCTETAT *F* ‖ 3 *ad v.* 20 uel quod ... ad comparationem corporis dixit *T* ‖ vel *om. G* ‖ 4 bellum aduersus eum parabant itali *T* ‖ 5 suo *om. T* ‖ celere *F* ‖ autem *om. T* ‖ 8 percussum *H* ‖ 9 quia primo aquam ferit] *ab his verbis incipit Caroliruhensis quaternio* XXXV. ‖ inde *om. AS* ‖ 11 et *om. AS* ‖ uituperatus *AS* (*corr. a*) ‖ hoc est dicto *S* ‖ 12 quia] qui *AS* ‖ ex sole *AS* ‖ 13 *ad* RADIANTIS *supr. vers.* ideo radiantis dicit ut quoniam luna de sole lumen mutuatur idem uideatur efficere quae de sole procedit *T* ‖ 14 solae *F* ‖ 15 lacuaria *F*: lacunaria *reliqui. cf. ad Aen.* I 726 *et Caper orthogr.* VII *p.* 105, 15 *K.* ‖ dicitur *F* ‖ 16 nec *om. RF* ‖ mea] in ea *As* ‖ renideo *AS* ‖ in domo *om. AS* ‖ 18 ut diximus supra *om. R* ‖ supra *om. L* ‖ 19 addit *LH* ‖ syllabam] unum u *R* ‖ 21 quippe] q: *F* ‖ 22 curis *om. F* ‖ curis] ab homero ductum (dictum *cod.*) qui dicit (*Il.* II 24) *οὐ χρὴ παννύχιον ... μέμηλε add. D* ‖ *ad* SERAMQVE *supr. vers.* pro sero, *ad* DEDIT *supr. v.* mire dixit ... suo *T* ‖ 23 ire *F* ‖ 25 enim] enum *F* num *G* ‖ loci *om. G* ‖ 27 conolexia *ASM* (i. e. communi sermone *superscr. m*) ‖ thybris *H*: tibris *ASL* tybris *R* thibris *M* tibris *ex* tebris *F*

33. *TENVIS GLAVCO VELABAT AMICTV CARBASVS ET CRINES VMBROSA TEGEBAT HARVNDO fluvialem aquam purificationi aptam latenter ostendit in tantum, ut etiam harundinibus, quae fluminum germina esse non dubium est, purificatio rite celebretur. ideo inventa occasione poeta harundinibus tectum fluvium inducit, ut doceat hoc etiam harundinibus in purificatione, quod per aquam, impleri posse, sicut in sacris traditur. ideo et ubique fluminibus harundinem dat, ut* ⟨X 205⟩ *velatus harundine glauca Mincius, et ripis fluvialis harundo. quod autem ait 'tenuis glauco volabat amictu carbasus' docet quaedam sacra pure a linteatis debere fieri. carbasus autem genus lini est: linum vero, ut ait Plinius, melius inrigatione fluminum, quam pluvia nascitur. ideo et vestis linea fluminibus tamquam propria datur.* SENIOR atqui ubique eum flavum dixit; sed 'senior' aut propter spumas dictum est, aut ad reverentiam pertinet: sic Lucanus de urbe Roma adhuc florente ⟨I 188⟩ turrigero canos effundens vertice crines.

35. *TVM SIC ADFARI subaudis 'visus'.* CVRAS HIS DEMERE DICTIS habitum futurae orationis ostendit.

36. O SATE GENTE DEVM alibi ⟨VI 322⟩ deum certissima proles *et* ⟨VI 125⟩ *sate sanguine divum. sane interdum haec epitheta non vacant, sed vim hortandi obtinent.*

37. VRBEM QVI REVEHIS NOBIS ut ⟨I 68⟩ Ilium in Italiam portans: 'urbem' ergo pro civibus posuit. 'revehis' autem propter Dardanum. *AETERNAQVE PERGAMA SERVAS pro 'servas et aeterna facis', id est efficis ut aeterna sint.*

38. EXPECTATE SOLO LAVRENTI dat adfectum etiam locis, ut ipsae te Tityre pinus, ipsi te fontes, ipsa haec arbusta vocabant.

---

8 ripis] georg. II 414 || 11 Plinius] cf. nat. hist. XIX § 7 sqq. || ideo . . . datur] cf. Non. p. 541, 12 M. || 26 ipsae] buc. I 38

---

1 *ad v.* 33 *in marg.* fluuialem aquam . . . debere fieri *T* || 2 purificationibus *T* || 3 germinam *F* germanam *G* genera *T* || 4 hoccasio *G* || arundinibus *T* ab harundinibus *Daniel* || 5 inducit] in inducit *F* || hoc *Daniel*: hos *F*, *om. T* || arundinibus *T* || in purificatione . . . posse] purificationem quae per aquam fit impleri posse *T* || 6 impleri] pleri *G* || 7 arundinem *T* || harundinem glaucam incius *F* || arundine *T* || 9 pura *T* || 10 linteatis *T*: linteacis *F* linteaceis *Masvicius* (linteatis *ediderat Commelinus*) || 10 *ad* CARBASVS *supr. vers.* quidam tradunt carbasum esse pallium quo fluuii amiciuntur uel opulentiae causa ut sericum aut lino tenui. ut alii tradunt carbasus genus lini est. linum uero ut ait plinius melius irrigatione fluminum nascitur quam pluuia. ideo et uestis linea flumini tamquam propria datur *T* || line *F* || 11 inrogatione *F* || 12 autqui *F* || 13 flauum dixit eum *R* || dictus *M* || 15 eturrigero *F* || canus *H* || 16 *ad* TVM S. A. *supr. vers.* scilicet est uisus *T* || 18 *ad* O S. G. D. *supr. vers.* haec epiteta non uacant sed uim habent hortandi *T* || 20 optinent *F* || 22 portat *L* portis *H* || ergo] modo *AS* || 23 Dardanum] a quo troiani descendunt *add. D* || 24 ut etna (aeterna *G*) sint *F* || 25 dad ad afectum *F* || 26 fontes] penatus *H*

39. HIC TIBI CERTA DOMVS quod superius ab Apolline poposcerat, hoc nunc indicat Tiberis: ⟨III 85⟩ da propriam Thymbraee domum, da moenia fessis.

40. TVMOR OMNIS ET IRAE CONCESSERE DEVM *quidam 'concessere' pro 'discessere' accipiunt. alii ita tradunt: nondum concesserunt, sed utiliter dissimulat. sed* aliqua hemistichia in Vergilio tam sunt sensu inminuta, quam verbis, ut ecce hoc loco: namque non possumus intellegere quievisse omnem tumorem et iram deorum, cum et adhuc inimica sit Iuno, et ad Troianorum perniciem addantur alia numina, ut furia, ut Iuturna: unde mire quidam conclusit hunc versum, dicens 'concessere deum profugis nova moenia Teucris'. *'concessere' ergo indulserunt vel cesserunt, id est permiserunt, ut nec, si muneribus certes, concedat Iollas, id est permittat, indulgeat, et extremum hunc Arethusa mihi concede laborem.* quodsi ita acceperimus, ut dicat Teucros constituere civitatem, nec ea numina, quae irata sunt, vetant, nihil erit contrarium: nam et ipsa Iuno hoc dicit ⟨VII 313⟩ non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis: atque inmota manet fatis Lavinia coniunx. hic autem sensus, etiamsi detrahas subauditionem, potest accipi a superioribus, ut sit: tumor omnis et irae concessere deum, ut hic tibi sit certa domus certique penates.

43. LITOREIS INGENS licet possimus etiam de fluvio litus dicere, ponit tamen discretionem, ut hic 'sub ilicibus', paulo post ⟨83⟩ viridique in litore conspicitur sus. hanc autem porcam, ut diximus supra ⟨III 390⟩, secum habuere Troiani, quam amissam in Campania invenerunt cum fetu circa Laurentem agrum. quam ideo Aeneas immolavit Iunoni, quia ipsa dicitur terra, ut coniugis in gremium laetae descendit. scimus autem hoc animal inimi-

---

12 nec] buc. II 57 || 14 extremum] buc. X 1 || 27 coniugis] georg. II 326

---

2 da] ut da *RF* da ut *M* (ut *del. m*) || 4 *ad v.* 40 quidam concesserunt pro discesserunt accipiunt. alii nondum concesserunt intellegunt. sed melius est ut concesserunt intellegamus indulserunt i. e. permiserunt ut sit 'hic tibi certa domus et certi penates' *T* || 5 qui nondum concesserunt *F*, qui *delevi* || 6 dissimulat (*scil. Tiberinus*) *F*: dissimulāt *Daniel* dissimulant *vulgo* || alia q̄mistichia *F* || 7 sensui *F* || inminūta] immutata *Stephanus* || ecce *om. R* || 8 et iram] etiam *F* || et *ante* adhuc *om. AS* || 10 ut *om. AS* || furia . . . dicens *om. LH* (*add. l*) || aut iuturna *F* || unde quidam mire concluserunt hunc uersum dicentes *M* || 11 dicens] pudicens *LH* || 13 contendat *F* || 16 vetant] *exspectatur* vetare || 17 dabitur] dubitatur *F* || 18 manet fatis inmota *R* || 20 omnis tumor *F* || 21 certaque *F* || 22 possumus *L* || 23 hic *om. RLHM* (*add. l*) || 24 hanc autem . . . amissam *om. H* || hanc autem *om. L* (*add. l*) || ut diximus supra *MF*, *om. RL*, ut supra dictum est *ASl* || 25 us autem in campania inuenerunt *H* (*ante* us *unius litterae spatium relictum est*) || 26 laurentium *L* || 27 ut] ut est *F* || 28 autem] enim *AS*

cum esse frugibus, ut caprum vitibus, qui Libero immolatur. *alii de ea sue dicunt, habuisse eam Troianos et ubi primum generasset, ibi certam spem sedis concepisse: alii in litore Laurenti inventam. quam secutos Troianos in eum montem pervenisse, ubi postea Alba a colore porcae, longa a positione, sit condita. sane et 'litoreis' et 'litoralibus' dicitur.*

44. ENIXA IACEBIT participio utens tangit historiam.

45. SOLO RECVBANS 'solo' videtur abundare.

47. EX QVO qua ratiocinatione.

49. QVOD INSTAT quod solum ex laboribus restat: cura enim Aeneae praesentis fuerat necessitatis.

51. ARCADES HIS ORIS GENVS A PALLANTE PROFECTVM Euander Arcas fuit, nepos Pallantis, regis Arcadiae. hic patrem suum occidit, suadente matre Nicostrata, quae etiam Carmentis dicta est, quia carminibus vaticinabatur. *alii ipsam Nicostratam, matrem Euandri, cum esset centum decem annorum, a filio peremptam tradunt. constat autem Arcadas plurimum vixisse, in tantum, ut quidam usque ad trecentos annos vivendo pervenerint. ipse autem Euander,* dimissa provincia sua *exilio, non sponte, conpulsus* venit ad Italiam et pulsis Aboriginibus tenuit loca, in quibus nunc Roma est, et modicum oppidum fundavit in monte Palatino, *sicut ait Varro nonne Arcades exules confugerunt in Palatium, duce Euandro?* hic autem mons Palatinus secundum Vergilium a Pallante, avo Euandri, est dictus, secundum Varronem et alios a filia Euandri Pallantia, ab Hercule vitiata et postea illic sepulta, vel certe a Pallante eius filio illic sepulto *inmaturae aetatis: alii a filio Euandri, qui post mortem*

---

3 quam secutos e. q. s.] cf. Aurel. Vict. de or. gent. Rom. 17 || 12 Euander Arcas fuit e. q. s.] exscr. mythogr. I 70, II 153 || 22 hic autem mons e. q. s.] cf. Varro d. l. l. V 53, Isid. or. XV 3, 5

---

1 ut *om. H* || aprum *H* || baccho *R* lebero *F* || alii *v. q. s.*] *cf. Serv. ad Aen.* III 390 || 2 dic̄ ut *F* || 4 a colore *Daniel*: colore *F* || 7 utens *om. H* || utens tangit] ut enim agit *F* || tangit] iungit *R* || hostiam *AS*. *fortasse* participio praeterito utens tangit *vel* iungit historiam. *videtur autem Servius dicere voluisse 'iacebit' futuri temporis vim non pertinere ad 'enixa' participium, sed suem tum cum Tiberinus Aeneae futura praediceret iam enixam esse.* || 8 *schol. ad v.* 45 *om. LH* (*add. l*) || 9 qua *om. H* || ratione *R* (tinati *suprascr.*) || 10 quod . . . restat *om. RLH* (*add. l*) || 13 palantis *L* || regem *R* || hic cum patrem suum occidisset *RLHM*. *mythographorum quoque testimoniis probatur Servium 'suadente matre Nicostrata' non ad 'patrem suum occidit' sed ad 'd. p. s. in Italiam venit' referri voluisse* || 14 quia] quae *ASLM* || 18 demissa *F* || prouintia *ARH* || 19 spontem *F* (sponte *G*) || et] ut *F* || 21 palantino *F* || 23 palante *ALH* (*corr. a*) || 24 uarranem *F* || palantia *AL* || 25 vel certe . . . sepulto] alii a pallante qui de filia euandri natus et ibi sepultus est *F* || 26 qui *Daniel*: quia *F*

patris seditione occisus est: alii a balatu ovium Balanteum volunt dictum, et exinde per antistichon Pallanteum dictum. sed si a balatu hoc nomen venerit, 'pa' longa est, sicut eam Martialis ponit plerumque; si autem a Pallante, 'pa' brevis est, ut eam ponit ubique Vergilius secundum suam opinionem. GENVS A PALLANTE PROFECTVM profectum ad has oras genus a Pallante, non a Pallante profectum.

52. *QVI REGEM EVANDRVM QVI SIGNA id est qui regis Euandri signa sunt secuti, ut* ⟨II 116⟩ *sanguine placastis ventos et virgine caesa pro 'sanguine virginis caesae'.*

53. IN MONTIBVS ut diximus supra ⟨VI 784⟩, in minoribus illis colliculis. *an 'pro monte', an 'inter montes'?*

54. PALLANTIS PROAVI confundit nomina, ut plerumque solet; nam avus fuit. sic et illud dixit ⟨IX 3⟩ luco tunc forte parentis Pilumni Turnus et alibi ⟨X 619⟩ Pilumnusque illi quartus pater. *a quibusdam tamen hic Pallas, auctor Euandrii generis, Aegei filius fuisse dicitur, qui a fratre Theseo Athenis regno pulsus ad Arcadiam venit et ibi regnum tenuit. et hoc poeta quasi Romanis dicit: nam ad Aenean non pertinet.*

55. HI BELLVM ADSIDVE DVCVNT CVM GENTE LATINA 'ducunt' aut gerunt, aut in longum trahunt. et bene praestandorum auxiliorum exprimit causam, ne magis Turno, quasi Graeco, favere credantur.

56. FOEDERA IVNGE legitur et 'foedere iunge'.

57. RECTO FLVMINE DVCAM *non ad naturam alvei referendum est, nam ait* ⟨95⟩ *et longos superant flexus: sed* recto fluminis itinere, *quia non sunt erraturi.* et sic dixit, ut ⟨VI 900⟩ tunc se ad Caietae recto fert litore portum, hoc est a litore non recedens. sic ergo et nunc a litore fluvii non recedentem significat.

3 Martialis] VIII 39, 1; IX 24, 1 || 19 ducunt aut gerunt] cf. Non. p. 284, 10 M.

1 est *om. G* || ab ouium balatu *AS* || baltu *H* || ovium *om. LHF* (*add. l*) || lallant eum *A* pallanteum *S* ballanteum *M* uallant eum *F* || 2 et exinde . . . dictum *post* plerumque *hab. L* || parantis titron *A* par antistitron *S* per antistichon *R* per antistychon *HMF* per antistochen *l* per antistoichon id est mutata littera *Masvicius* || baltu *H* || 3 pa *RHMF*: ba *ASL* || longe *L* (*corr. l*) || eam *LHF*: etiam *reliqui* || marcialis *S* || 4 est] sit *HM* fit *Stephanus* || 6 profectum . . . profectum *om. R* || profectum *hab. SM, om. ALHF* || has *ex* hos *M,* has *om. F* || horas *SHF* || 7 *schol. ad v.* 52 *hab. T* || euuandri *F* || 8 sunt secuti *om. F* || 10 *schol. ad v.* 53 *om. R* || supra] sunt *LH* supra est *F* || 11 collibus *F* || 12 PALLANTIS *om. AS,* PALLANTIS PROAVI *om. R* || confudit *AS* || 13 sicut et *A* || illo *L* illuc *H* || loco *L* lucam *F* || tum *F* || 16 Aegei *Masvicius*: egeii *F* || quia fraẽ *F* || 17 oc *F* || 22 credatur *R* || 23 foedere] foedera *As* || iunge *om. SR* (*add. s*) || 25 ait *Commelinus*: aut *F* || recte *H* || fluminis *om. H* || 26 ut] et *R* || 28 et *om. F* || a litore . . . recto flumine *om. F* || a *om. H* || cedentem *S*

est et alia expositio, ut 'recto flumine' edomito, frenato et in tranquillitatem redacto intellegamus: quod etiam fecit, ut ⟨88⟩ *mitis ut in morem stagni placidaeque paludis*: ut sit 'recto' praeteriti temporis participium ab eo quod est 'rego'.

59. *PRIMIS pro 'primum cadentibus astris', cum primum nox occiderit. et dictum iuxta vulgarem opinionem, tamquam oriente die occidant astra.*

60. IVNONI FER RITE PRECES sicut etiam Helenus monuit. *et sic 'fer preces', quemadmodum sacra ferri dicimus.*

61. MIHI VICTOR HONOREM PERSOLVES bene ei adimit bellicam curam promittendo voti fore compotem.

63. STRINGENTEM RIPAS radentem, inminuentem: nam hoc est Tiberini fluminis proprium, adeo ut ab antiquis Rumon dictus sit, quasi ripas ruminans et exedens. in sacris etiam Serra dicebatur, unde ait nunc 'et pinguia culta secantem'. in aliqua etiam urbis parte Tarentum dicitur eo quod ripas terat. *alii 'stringentem' iuxta veterem morem dictum intellegunt: 'stringere' enim significare dicunt tactu modico praeterire, ut ipse ait* ⟨X 478⟩ *magno strinxit de corpore Turni.*

64. CAERVLEVS THYBRIS altus, profundus. CAELO GRATISSIMVS pro his qui in caelo sunt.

65. HIC MIHI MAGNA DOMVS scilicet circa exitum suum: *quamvis enim alibi ortus, hunc tamen locum incolo.* alii Romam dicunt Tiberini esse domicilium, *hanc dixisse magnam domum. alii ostia dicunt ab hoc quod nos, cum per diversa discurrerimus officia, in domum nostram nos recipimus ibique requiescimus, ut idem hic, cum per*

---

12 STRINGENTEM radentem] cf. Non. p. 403, 10 M.

---

1 flumine] d. (*i. e. 'ducam'*) *add. A. in Floriacensis archetypo quoque* recto flumine ducam *fuisse videtur; nam* nunc ducam *F* ‖ edomitos *AS* (*corr. a*) ‖ et frenato *R* ‖ 2 facit *M* ‖ 3 perlucidaeque *F* ‖ recto *om. AS* ‖ 4 ab eo quod est rego *om. LH* (*add. l*) ‖ 5 *ad* PRIMIS *supr. vers.* pro primum cadentibus id est cum nox occiderit, *in marg. ab alia manu* ostendit matutinum tempus diuinis honoribus conuenire. et iuxta uulgarem consuetudinem dixit quod oriente sole astra occidant *T* (ostendit . . . conuenire *Tiberii Donati sunt*) ‖ pro primum] proprium *F* ‖ 8 docuit *R* mouit *F* ‖ 10 ademit *ASF* (adimit *a*) ‖ 11 uiti fore conpote *F* ‖ 13 rumon *RLMF*: romon *AS* rumor *H* ‖ 14 excedens *M* (*corr. m*) ‖ serra *ASLF*: seca *R* sacra *H* serranus *M* ‖ dicebantur *LH* (*corr. l*) ‖ 15 in aliquam . . . partem *RLH* (*corr. l*) ‖ orbis *ASMl* ‖ 16 tarentum *libri, nisi quod* tarrentum *F*. Terentum *Masvicius cf. Val. Max.* II 4, 5; *Preller Roem. Mythol. p.* 469; *Marquardt Handb.* III *p.* 371 ‖ aliis *F* ‖ 18 praeterite *F, corr. Daniel* ‖ ut *Daniel*: at *F* ‖ 20 *schol. ad* CAER. TH. *om. F* ‖ 23 incolo *Daniel*: inloco *F. ceterum* quamvis . . . incolo *non debuisse cum Servianis coniungi nemo non videt* ‖ 24 hinc *Daniel* ‖ magnum *F* (magnam *G*) ‖ *ad* HIC M. M. D. *in marg.* quidam magnum (*sic*) domum intellegunt ostia quod nos . . . peruentura sit *T* ‖ alii ostia *Daniel*: aluo istia *F* ‖ 25 nos qui cum *T* ‖ discurerimus *F* (discurrerimus *G*) discurrimus *T* ‖ 26 recipimus nos *T* ‖ quiescimus *T*

reliqua spatia discurrerit, recipiat se per ostia in mare. alii domum non Romam significare, quae adhuc non erat, sed regionem illam, ut ostendat sibi eam domum electam, quae ad tantam gloriam perventura sit CELSIS CAPVT VRBIBVS EXIT de Tuscia, quam illis multum constat floruisse temporibus: nam et lucumones reges habebat, et maximam Italiae superaverat partem.

66. *LACV FLVVIVS abutitur lacus nomine, ut mox* ⟨74⟩ *quo te cumque lacus. 'fluvius' autem hic ipse scilicet deus alvei.*

67. NOX AENEAN SOMNVSQVE RELIQVIT ut ⟨III 568⟩ fessos ventus cum sole reliquit. † *et cito.*

68. *ORIENTIA SOLIS LVMINA pro 'orientis solis lumina'.*

69. VNDAM DE FLVMINE PALMIS SVSTVLIT quia dicitur nox etiam solo somno polluere, unde est et noctem flumine purgat.

71. NYMPHAE hic distinguendum, ut generalitatem sequatur specialitas, ut in georgicis ⟨IV 321⟩ mater, Cyrene mater: nam vitiosum est post speciem genus inferre. *GENVS AMNIBVS VNDE EST quidam hic hypallagen putant, ut sit: nymphae, quae de amnibus genus habetis. sane cum 'unde' hodie ad locum referamus, veteres etiam personis adplicabant, ita ut ad omne genus et ad omnem numerum referrent, ut hoc loco genus femininum et pluralem numerum posuit, cum alibi masculinum et singularem posuerit* ⟨I 6⟩ *genus unde Latinum: quod plenius in initio primi libri Aeneidos dictum est.*

72. TVO GENITOR CVM FLVMINE sic enim invocatur in precibus 'adesto, Tiberine, cum tuis undis'. Thybrin vero alii a rege Aboriginum dictum volunt, qui iuxta dimicans interemptus est; alii ab eo rege, quem Glaucus, Minois filius, in Italia interemit; alii, inter quos et Livius ⟨I 3, 8⟩, ab Albano rege, qui in eum cecidit.

73. ARCETE PERICLIS hypallage est pro 'a me prohibete pericula'.

---

13 et noctem] Persius sat. II 16

---

1 reliqua] reliquas *G* diuersa *T* ‖ discurrit *T* ‖ hostiam *T* ‖ 2 quae necdum erat significare *T* ‖ regionem illam sibi electa *T* ‖ 3 ostendant *G* ‖ domum *G*: demum *F* ‖ totam *F* ‖ 4 esset *T* ‖ 5 lucomones *AF* ‖ reges] XII. *R* ‖ 6 superavit *R* ‖ 10 ventus *om. LH* ‖ relinquit *L* ‖ et cito] *fortasse is qui pleniorem commentarium composuit ad* NOX A. S. R. *adscriptum invenerat* id est excitatur ‖ 12 SVSTINET *F* ‖ qua *M* ‖ 13 pollui *RH* pollue *L* (*corr. l*) ‖ purgas *Persius* ‖ purgat] secretior etiam ratio est quia sacrificaturus superis de uiuo haurit flumine *add. D* ‖ 15 nam *om. R* ‖ 16 *ad* GENVS A. V. E. *in marg.* quidam putant hoc loco hypallagen ut sit nymphae quae de amnibus genus habetis *T* ‖ 17 apallagen *F* ‖ de *om. F*, ab amnibus *Commelinus* ‖ 18 odiae *F* ‖ 20 *expectatur* ad genus *et* ad masculinum ‖ feminum *F* ‖ 23 CVM FLVMINE SANCTO *RF* ‖ inuocatur *RLH* uocatur *F*: inuocabatur *ASlm* uocabatur *M* ‖ 24 thybrin *HM*: tibrin *AS* tyberin *R* tyberim *L* tiberim *F* ‖ 25 ab eo rege *M*: ab rege *ASFl* a rege *R* ab origine *LH* a Veiorum rege *coni. Preller Roem. Mythol. p.* 511 *adnot.* 1. *cf. Varro d. l. l.* V 30 ‖ 27 lauius *H* ‖ albanorum *F* ‖ 28 est *om. RF*

74. QVO TE CVMQVE LACVS TENET lacus est quoddam latentis adhuc aquae receptaculum, dictus quasi lacuna. ex quo erumpens aqua efficit fontem, qui cum fluere coeperit, alveum facit: unde tria ista dixit, lacum fontem alveum; hoc enim est 'quocumque solo pulcherrimus exis': quamquam multi hoc versu superfusionem eius velint significari. ideo autem haec dixit Aeneas, quia audierat ⟨65⟩ 'hic mihi magna domus celsis caput urbibus exit'.

76. SEMPER HONORE MEO *amphiboliam facit.* satis *autem* Aeneas pie pollicetur, cum Tiberis verecunde poposcerit: ait namque ⟨61⟩ 'mihi victor honorem persolves'.

77. CORNIGER flumina ideo cum cornibus pinguntur, sive quod mugitum boum imitatur murmur undarum, sive quod plerumque in cornuum similitudinem curvatas cernimus ripas. HESPERIDVM REGNATOR AQVARVM bene addidit 'Hesperidum', id est Italicarum: nam Eridanus rex est fluminum Hesperiae, ut f l u v i o r u m r e x E r i d a n u s. FLVVIVS *vero* vocativus antiquus est: qui apud maiores in omni forma similis erat nominativo, sed modo aliter est in secunda tantum forma. namque si proprium fuerit nomen et 'i' ante 'us' habuerit, 'us' perdita facit vocativum, ut 'Terentius Terenti', nullo excepto; si autem appellativum sit, in 'e' mittit vocativum, ut 'pius pie', 'fluvius fluvie', excepto 'filius', nam 'fili' facit. plerumque tamen poetae euphoniae causa antiquitatem sequuntur.

78. ET PROPIVS legitur et 'proprius'. sed si 'proprius', *certius* familiarius *stabilius* [significat, ut ⟨I 526⟩ e t p r o p r i u s r e s a s p i c e n o s t r a s;] sin 'propius', citius significat: Cicero in Verrem ⟨II 5, 36, 94⟩ n e c q u i c q u a m e s t p r o p i u s f a c t u m, q u a m u t i l l u d

1 lacus . . . lacuna] cf. Varro d. l. l. V 26 et Isid. or. XIII 19, 2 || 15 fluviorum] georg. I 482 || 16 FLVVIVS vocativus e. q. s.] cf. Gell. XIV 5 et Serv. comm. in Don. p. 409, 10 sqq. K.

1 CVMQVE FONTE LACVS *AM* || 2 et dictus (dicitur *R* dictus lacus *F*) quasi lacuna quaedam ex qua (quae *F*) *ASRMF* || 3 cepit *L* || 4 est *om. A* || 6 significare *AS* || hoc *F* || 8 amphiboliam facit *non debuerunt cum Serviano scholio coniungi* || 9 tyberinus *R* tyberis *LH* || poposcerat *L* (*corr. l*) poposceris *F* || 12 murmur imitatur *R* || imitantur *F* || plerumque] ripas quas *add. F* || 13 cornum *H* || 14 addit *A* || 15 heridanus *RM* heridamus *F* || heridanus *ARLHM* || 16 qui *HFm*: quia *ASRLM* || 17 erat] est *AS* || 18 nam *RF* || proprium si *L* || nominatiuus *R* || 19 us perdita] unum i perditum *R* || 20 nullo excepto *om. A* || nullo] nulla *L* (*corr. l*) uno *F* || si autem . . . excepto *om. F* || 21 pie] nullo excepto . u. fluuius fluuiae *add. A* || filie *F* || 22 et poetae *R* || secuntur *A* || 23 PROPIVS *LHF*: PROPRIVS *ASRM* || proprius *LH*: propius *reliqui* || sed] et *Masvicius* || proprius *RLa*: propius *ASHMF* || certius *scripsi*: centius *F* (*evanuit vox in G*) || 24 significat . . . nostras, *quae LH omittunt* (*add. l*), *seclusi: nam* I 526 *Servius 'propius' interpretatus est* || proprius *AR*: propius *SMFl* || 25 sin *H* si *L*: si autem *reliqui et l* || propius] proprius *AHMl* (*corr. a*) || in uerrem *LHM*: in uerrinis *reliqui et l* || 26 nec] ne *L* nec eo *F* || est *om. H* || proprius *LM* || ut] aut *AS*

exemplum de Adriano Syracusas referretur. et hoc est melius: nam statim est porca conspecta, et Aeneas non dubitat de fide oraculi, sed exposcit celeritatem. TVA NVMINA tua oracula et promissa.

79. *GEMINAS pro 'duas'.*

80. *REMIGIOQVE APTAT id est ad remigium, officium remigantium. alibi pro turba remigantium, ut* ⟨III 471⟩ *remigium supplet.*

81. MONSTRVM quia et subito, et cum triginta porcellis est visa.

82. *FETV CONCOLOR ALBO expedita elocutio.*

83. VIRIDIQVE IN LITORE fluviali scilicet. CONSPICITVR SVS Horatius et amica luto sus. sciendum tamen hoc esse vitiosum, monosyllabo finiri versum, nisi forte ipso monosyllabo minora explicentur animalia, ut parturient montes, nascetur ridiculus mus: gratiores enim versus isti sunt secundum Lucilium.

84. *PIVS AENEAS oportunum epitheton, quoniam rem divinam facit.* TIBI ENIM vacat 'enim' et tantum ad ornatum pertinet; integrum est ergo 'tibi', ut ex iteratione crescat augmentum: Terentius o Mysis Mysis. MAXIMA IVNO quaesitum est quae sit 'Iuno maxima': nam, ut diximus ⟨I 8⟩, variae sunt eius potestates, ut Curitis, Lucina, Matrona, Regina. et dicunt theologi ipsam esse matrem deum, quae terra dicitur; unde etiam *et* porca ei sacrificatur. ergo perite elegit epitheton, ut maximam diceret.

85. MACTAT mactatio post immolationem est; unde bono usus est conpendio. sane hysteroproteron est in hoc versu: primum enim est 'cum grege sistit ad aram' et sic 'mactat', id est auget, perficit. *SACRA] sciendum 'sacrum' proprie esse quod ad deos pertinet. et hic breviter factum sacrificium dixit. CVM GREGE ambitiose poeta triginta filios gregem dixit.*

---

11 Horatius] ep. I 2, 26 || 13 parturient] Hor. a. p. 139 || 14 Lucilium] lib. IX fr. 32 p. 51 Muell. || 17 Terentius] Andr. I 5, 47 || 26 sacrum . . . pertinet] cf. Isid. diff. verb. 498

---

1 hadriano *R* || referetur *LHF* referitur *l* || 2 dubitauit *F* || 6 *ad* REMIGIOQVE A. *in marg.* ad remigium applicat id est ad officium remigantium. id enim significat hoc loco remigium. significat autem alibi et turbam *T* || 8 et *ante* subito *om. AS* || 9 expeditae locutio *F* || 11 amio *F* || lito *H* || 12 monosyllaba *AS* (*corr. a*) || ni *L* || ipso] illo *S, om. R* || 13 parturierunt *L* (parturient *l*) parturierat *H.* parturiunt *Horatius* || nascentur *F* || 14 gratiosiores *ASMl* || versus *om. R* || 15 *schol. ad* PIVS A. *hab. T* || 16 enim uacat *R* || 17 tibi] tibi tibi *R* || 18 omissis myssis *A* o misis mysis *S* o missis mysis *R* o missis missis *L* (o misis misis *l*) o myssis myssis *H* omisis mysis *F* || quae sit Iuno *om. L* (*add. l*) || iuno sit *R* || 19 ut] et *S* et ut *M* (et *del. m*) || curritis *L* curetis *a* || 20 motrona *AS* (*corr. a*) || et] ut *H* || 23 MACTAT SACRA *F* || 24 sane *om. LH* (*add. l*) || enim *om. RLH* (*add. l*) || 25 sic] si *S* || 26 *ad* SACRA *supr. vers.* sacrum dicitur quod proprie ad deos pertinet. ideo congrue dixit *T* || sed sciendum *F* || proprium *G* || 27 breuiter et factum *F*

86. FLVVIVM *hic 'fluvium' ipsum aquae cursum lenitum accipiendum est.* QVAM LONGA EST NOCTE in quantum longa est, ut ⟨IV 193⟩ nunc hiemem inter se luxu, quam longa, fovere.

87. REFLVENS velut in alveum suum recurrens, ut Aeneas contra undas pergens descendentis celeritate propemodum uteretur.

88. *MITIS vel ad Tiberim, vel ad stagnum referes.*

89. AEQVOR AQVIS aquae ipsius aequalitatem; *nam et post ait* ⟨96⟩ *placido aequore.*

90. RVMORE SECVNDO hoc est bona fama, cum neminem laederent: aut certe dicit eos ante venisse, quam fama nuntiaret venturos. aut 'rumore' pro 'Rumone' posuit; nam, ut supra ⟨63⟩ diximus, Rumon dictus est: unde et ficus ruminalis, ad quam eiecti sunt Remus et Romulus. quae fuit ubi nunc est lupercal in circo: hac enim labebatur Tiberis, antequam Vertumno factis sacrificiis averteretur. quamvis ficum ruminalem alii a Romulo velint dictam, quasi Romularem, alii a lacte infantibus dato: nam pars gutturis ruma dicitur. ergo si fuerit 'Rumone secundo', favente fluvio intellegimus.

91. LABITVR VNCTA VADIS ABIES descendentis celeritate prope conscendit: Statius de disco similisque cadenti crescit in adversum. MIRANTVR ET VNDAE laus Troianorum per phantasiam quandam ex undarum vel nemoris admiratione venientem.

94. NOCTEMQVE DIEMQVE FATIGANT ut ⟨IX 602⟩ silvasque fatigant: pro 'ipsi fatigantur'. *an deest 'se', ut sit fatigant se: an 'diem fatigant' pro 'occupant et consummant'?*

95. SVPERANT FLEXVS *'superant' transeunt, ut* ⟨I 244⟩ *fontem superare Timavi. et* hic ostendit non esse alveum fluminis rectum: *quia Tiberim libri augurum colubrum loquuntur, tamquam flexuosum.*

---

20 Statius] Theb. VI 682 ‖ 23 FATIGANT pro ipsi fatigantur] cf. Non. p. 112, 16 M.

---

1 cursu *Daniel* ‖ 3 luxum *F* ‖ foueret *ASM* ‖ 4 velut] uel *H* ‖ recurrens . . . uteretur *om. H* ‖ 7 *schol. ad v.* 89 *om. H* ‖ AEQVORE *ASl* ‖ AQVIS *om. ASLF* ‖ aquae *om. M,* quae *F* ‖ aequalitate *ASM* ‖ 10 ante eos *F* ‖ famam *L* (*corr. l*) ‖ esse uenturos *ASF* ‖ 12 est *om. L* ‖ rumenalis *F* ‖ 13 quae] qui *ASM* ‖ 14 haec *H* ‖ habebatur *M* ‖ uertumno *ASMl* uortumno *F*: neciniuno *L* neiuno *H* iuno *R* ‖ 15 alia romulam *AS* ‖ dictum *F* ‖ 16 alis *F* ‖ a lacte] allectae *H* ‖ guttoris *F* ‖ 17 romune *L* (*corr. l*) ‖ flauente *H* ‖ 19 IVNCTA *L* ‖ discentis *H* (descendentis *h*) ‖ 20 conscendit] aduersum *add. M* in aduersum *add. l* ‖ de disco] dedisse *L* ‖ similesque *F* ‖ aduersu *F* ‖ 21 fantasian *L* fectasiam *H* ‖ 22 ammiratione *R* admirationem *L* (*corr. l*) ‖ ueniente *AS* veniens *vulgo* ‖ 23 *ad* NOCTEMQVE D. F. *supr. vers.* aut fatigant se aut fatigant noctem et diem id est consummant *T* ‖ 25 consumunt *Daniel* ‖ 28 *ad* ET LONGOS S F. *supr. vers.* hac causa libri augurum dicunt hunc fluuium colubrum et flexuosum *T* ‖ augurium *F* ‖ locuntur *F*

VARIISQVE TEGVNTVR ARBORIBVS hoc est ⟨VII 30⟩ hunc inter fluvio Tiberinus amoeno.

96. SECANT PLACIDO AEQVORE SILVAS ostendit adeo perspicuam fuisse naturam fluminis, ut in eo apparerent imagines nemorum, quas Troianae naves secabant. Terentianus natura sic est fluminis, ut obvias imagines [nemorum] receptet in lucem suam.

97. SOL MEDIVM CAELI CONSCENDERAT IGNEVS ORBEM alterius scilicet diei.

98. CVM MVROS ARCEMQVE PROCVL Palatinum vidit. nec situm praesentem considerare debemus: tunc enim nullis obstantibus aedificiis et Tiberi per lupercal, ut diximus ⟨90⟩, fluente, facile mons poterat videri Palatinus.

100. CAELO AEQVAVIT *pro 'ad caelum extulit'.*

102. FORTE DIE SOLLEMNEM ILLO εὐσυμβόλως, id est bono omine victori deo Troianis venientibus sacra celebrantur. bona etiam usus est oeconomia.

103. AMPHITRYONIADAE MAGNO DIVISQVE FEREBAT *Amphitryo rex Thebanorum fuit. cuius uxorem Alcmenam Iuppiter adamavit, et dum vir eius Oechaliam civitatem oppugnat, de trinoctio facta una nocte, cum ea concubuit. quae post duos edidit filios, unum de Iove, id est Herculem, alterum de marito, qui Iphiclus appellatus est. ergo adsumpsit epitheton. et* satis perite *ait 'divisque ferebat'*: nam cuivis deo sacrificaretur, necesse erat post ipsum etiam reliquos invocari. *quidam 'divisque ferebat' sic intellegunt, ergo et Hercules de divis est: ut est illud schema Coeumque Iapetumque creat saevumque Typhoea et coniuratos caelum rescindere fratres, ergo et superiores*

---

17 Amphitryo . . . appellatus est] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. XII 301 et mythogr. II 148 ‖ 25 Coeumque] georg. I 279

---

1 hoc] hinc *L* ‖ 3 PLACITO *A* ‖ 4 imagines arborum uel nemorum *R* ‖ nemorum *om. L* (*add. l*) ‖ 5 secabantur *S* ‖ terrentianus *ASHFl* terrentius *L.* Tiberianus *coni. Baehrens 'Uned. Lat. Ged.' p.* 38 (*poet. lat. min.* III *p.* 269). *cf. Keil grammat. lat.* VI *p.* 322 ‖ sic est natura *F* ‖ naturam *L* (*corr. l*) ‖ 6 imaginis *F* ‖ nemorum *ex v.* 4 *repetunt RLH* ‖ 9 SIMVL *L* ‖ palatium *MF*, *fortasse recte* ‖ 10 aedidificiis *L* adedificiis *H* ‖ 11 tiberim *F* ‖ per *om. H* ‖ lupercam *H* ‖ 12 uideri] audiri *L* ‖ *ad* CVM MVROS A. P. *is qui Tironianis notis utebatur in Turonensi haec adscripsit* Solinus dicit euandrum primum condidisse romam quod et uirgilius alibi manifeste designat dicens 'tum rex euandrus romanae conditor arcis' (*Aen.* VIII 313) ‖ 13 *schol. ad v.* 100 *hab. T* ‖ 14 DIEM *ASLM* (*corr. l*) ‖ SOLEMNEM *SL* ‖ ILLO R. A. H. *AS* ‖ εὐσυμβόλως id est *om. AS* ‖ eusymbolos *RMF* eusymbilos *L* eusymbullos *H* ‖ 15 uictor ideo *RF* ‖ celebrantur *R* celebantur *L*: celebrabantur *reliqui et l* ‖ 17 amphytrio *F* ‖ 18 alomenam *F* ‖ 19 oecalios *F*, *corr. Masvicius* ‖ 21 Iphiclus *Masvicius*: fidus *F* Iphitus *Commelinus* ‖ apellatus *F* ‖ 22 adsumsit *F* ‖ epitheton Amphitryoniadae *Masvicius* ‖ satis perite *om. R* ‖ cui *L* cuius *HM* (cuiuis *lm*) ‖ 23 etiam *om. F* ‖ inuocare *M* ‖ 24 ferebant *F* ‖ 25 ut est *G*: ut et *F* ‖ scema *F* ‖ eocumque *F* ‖ senumque *F*

tres coniurati; et ⟨III 126⟩ *niveamque Paron sparsasque per aequor Cycladas, ergo et illa e Cycladibus.*

104. ANTE VRBEM secundum antiquum situm: tunc enim brevis civitas fuerat. PALLAS HVIC FILIVS pro 'cum hoc'.

105. IVVENVM PRIMI PAVPERQVE SENATVS totam ostendit aetatem, *et praemisit iuvenes*: nam per senatum seniores significantur. 'pauper' autem aut ad numerum retulit, centum enim sub Romulo fuerunt: aut re vera 'pauper', per quod Romani imperii ostenditur parsimonia, pro laude tunc habita. *et libri veterum tradunt a maioribus sacrificando parsimoniam observatam esse.*

106. TEPIDVSQVE CRVOR frustra quidam cruorem pecorum, sanguinem hominum volunt: nam Iuvenalis ait ⟨XII 13⟩ sanguis iret et a magno cervix ferienda magistro, Vergilius ⟨IV 687⟩ atque atros siccabat veste cruores. *TVRA DABANT 'dabant' verbo sacrorum usus est: nam dici solebat in sacris 'da quod debes de manu dextra aris'.*

107. CELSAS VIDERE RATES quia dixit ⟨79⟩ geminasque legit de classe biremes. INTER OPACVM ADLABI NEMVS *hoc est* per nemus, ut ⟨VII 30⟩ hunc inter fluvio Tiberinus amoeno. et est honesta elocutio, ut si dicas 'inter cenam locutus sum', id est per cenam.

108. TACITIS INCVMBERE REMIS pro 'ipsi taciti', hoc est sine celeumate.

110. *CONSVRGVNT MENSIS quidam mensas proprie deorum tradunt: nam et ideo subiunctum 'quos rumpere Pallas sacra vetat'* AVDAX QVOS RVMPERE PALLAS SACRA VETAT ne interruptione sacrificii — *'rumpere' enim pro 'interrumpere' posuit* — piaculum committeretur: unde etiam Helenus ⟨III 406⟩ nequa inter sanctos ignes in honore deorum hostilis facies occurrat et omina turbet. deni-

11 frustra . . . volunt] cf. Isid. diff. verb. 529

2 aequore ycladas *F* (icladas *G*) || illa e Cycladibus *Masvicius*: ille cycladis *F* illa e cycladis *Commelinus, fortasse recte. cf. Neue Formenl.* I^2 *p.* 325 || 3 situm *om. L* (*add. l*) || 4 FILIVS VNA *R* || pro cum hoc] *om. R,* id est cum patre euandro *in marg. add. m* || 6 et praemisit iuvenes (iuuenis *F*) *non debuerunt cum Servianis coniungi* || significauit *F* || 7 aut *om. AS* || uero *S* (enim *s*) || 8 aut *om. A* (*add. a*) || per *om. ASRM* || 10 in sacrificando *coni. Burmannus* || 11 quidem *SH* || 13 a *om. F* || magna *A* (*corr. a*) || uergilius *F* || 14 sicabam *H* || *ad v.* 106 cum dixit dabant uerbo sacrorum est usus quia dici solebat da quod debes de manu dexterae *T* || 17 legit declarasseui remes *F* || 18 biremis *H* || 20 honeste locutio *F* || eloqucio *H* || caenam *LM* || lotus *L* (locutus *l*) locuturus *F* || 21 caenam *L* || 23 *ἄνευ κελεύσματος* nam celeusma nauticus est clamor ad hortandum ut (V 189) 'nunc nunc incumbite remis Hectorei socii'. *Fabricius* || 24 *ad v.* 110 quidam tradunt quod mensae dicantur proprie deorum et non hominum *T* || 28 nequam *ASH* || sacros *H* || ignes *om. AS*

que cum ludi circenses Apollini celebrarentur et Hannibal nuntiatus esset circa portam Collinam urbi ingruere, omnes raptis armis concurrerunt. reversi postea cum piaculum formidarent, invenerunt saltantem in circo senem quendam. qui cum interrogatus dixisset se non interrupisse saltationem, dictum est hoc proverbium 'salva res est, saltat senex'. 'audacem' autem dicit ubique Vergilius, quotiens vult ostendere virtutem sine fortuna: unde etiam Turnum audacem vocat ⟨IX 3⟩.

112. IVVENES QVAE CAVSA SVBEGIT succincta et plena interrogatio, cui per singula respondet Aeneas.

113. *IGNOTAS TEMPTARE VIAS ideo 'ignotas', quia videt eos esse peregrinos. et bene breviter, sed frequentius interrogationibus eos urget, ut* ⟨IX 374⟩ *state viri. quae causa viae? quive estis in armis? quove tenetis iter?*

114. QVI GENVS quo genere. *et bona est elocutio.* VNDE DOMO de qua civitate? AN ARMA tropum fecit metri causa: nam consequens erat ut diceret 'an bellum'.

115. *PVPPI SIC FATVR AB ALTA sic intellegendum, ut simul dicat et faciat.*

116. PACIFERAEQVE MANV RAMVM PRAETENDIT OLIVAE ne moram faceret in responsione. *PACIFERAEQVE M. R. P. O.] quoniam Pallas prius de pace quaesierat. et ideo mox signum pacis ostendit, ut cetera Pallas securus audiret.*

117. *TROIVGENAS AC TELA breviter singulis quaesitis respondit. et 'Troiugenas' ad 'qui genus' referendum.* TELA VIDES INIMICA LATINIS bona conciliatio: nam audierat ⟨55⟩ hi bellum adsidue ducunt cum gente Latina. *ergo 'tela inimica' ad illud pertinet 'pacemne huc fertis an arma'?*

118. QVOS ILLI BELLO PROFVGOS sicut et vos. et movet conciliationem etiam ex similitudine fortunae. *SVPERBO iniusto.*

---

30 SVPERBO iniusto] cf. Non. p. 391, 15 M.

---

1 ut hannibas nuntiatus est *F* ‖ 2 portum *HF* ‖ collinemus *LH* (collinam *l*) ‖ urbi *om. R* ‖ ingraere *L* ingrueret *H* ‖ reptis *H* ‖ 3 piaculis *AS* ‖ 4 saltantem] saltationem *F* ‖ circu *F* ‖ quendam senem *R* ‖ 5 salutationem *L* saltaciorem *H* ‖ 6 saltantantem senem *H* saltante sene *Fabricius* ‖ 10 responderet *S* respondit *RLF* ‖ 11 *ad* ignotas *supr. vers.* quia uidit eos peregrinos ideo dicit ignotas *T* ‖ 12 frequentibus *Masvicius. fort.* brevibus sed frequentibus ‖ 13 gestis *F* ‖ 14 quove tenetis iter] quo tenditis *F* ‖ 16 nam consequens erat ut cum dicet (diceret *G* dicit *Daniel*) pacem subiunge (subiungat *Daniel*) an (am *G*, *om. Daniel*) bellum *F* ‖ 18 *ad v.* 115 ut simul dicat et faciat *T* ‖ 26 ut hi *F* ‖ 28 in arma *F* ‖ 29 et me mouet conciliatione *F* ‖ *ad* PROFVGOS *in marg.* proprie dicitur profugus qui a suis sedibus est fugatus *T* ‖ 30 *ad* SVPERBO *supr. vers.* iniquo *T*

119. *EVANDRVM PETIMVS hoc ad 'quo tenditis' pertinet.* FERTE HAEC hoc ad ramum pertinet, 'dicite' ad verba. *vel 'ferte' vobiscum et 'dicite', κατὰ τοῦ αὐτοῦ.*

120. *SOCIA ARMA ROGANTIS hoc ad illud pertinet 'quae causa subegit'. 'rogantes' autem ad id pertinet quod a sibylla dictum fuerat* ⟨VI 92⟩ *quas gentes Italum aut quas non oraveris urbes?*

121. TANTO PERCVSSVS NOMINE Dardani scilicet commemoratione. *'tanto' autem, id est magnitudine nominis.*

122. QVICVMQVE ES hoc ad nomen Aeneae pertinet: nam esse Troianos audierat.

123. *NOSTRIS SVCCEDE PENATIBVS HOSPES mire sine patris auctoritate nihil confirmat, et tamen hospitem appellat.*

124. DEXTRAMQVE AMPLEXVS INHAESIT ostendit virum et virtutis et hospitalitatis amatorem.

125. SVBEVNT LVCO FLVVIVMQVE RELINQVVNT hypallage in sensu. *et hic 'subeunt' iuxta veteres dativo iunxit, cum alibi iuxta usum praesentem accusativo iunxerit, ut* ⟨X 798⟩ *Aeneae subiit mucronem, sicut et 'succede' [veteres] dativo iunxerat: quod significat 'penitus ingredere', ut hoc loco 'ac nostris succede penatibus hospes'. Sallustius tamen, ut dictum est, accusativo iunxit.*

127. OPTIME GRAIVGENVM quantum ad Aeneam pertinet Graeci neque boni neque meliores sunt. ergo 'optime Graiugenum' superlativus est pro positivo: nam 'optimus malorum' non possumus dicere; superlativus enim suo tantum iungitur generi. sic ergo dixit ut Homerus δικαιότατος Κενταύρων pro δίκαιος, id est 'iustissimus Centaurorum' pro 'iustus'. *et est rhetorica persuasio: nam principium ex utriusque persona sumpsit. 'optime Graiugenum' ad Euandrum pertinet, 'cui me fortuna precari' ad Aenean, qui se fatetur supplicem*

18 quod . . . ingredere] cf. Non. p. 403, 19 ‖ 20 ut dictum est] buc. V 6 ‖ 25 Homerus] Il. XII 832

1 *ad* EVANDRVM P. *supr. vers.* hoc pertinet ad quo tenditis *T* ‖ FERTE HAEC ET DICITE ferte *F* ‖ 2 hoc . . . ad verba *hab. T* ‖ dicere *R* ‖ ꝉ (*i. e. vel*) *F*: et *Daniel* ‖ 3 κατὰ τοῦ αὐτοῦ *scripsi*: catautu *F* catatu *G* κατ' αὐτὸ *Daniel. dicere voluit interpres idem esse hoc loco 'ferte' quod 'dicite'* ‖ 4 *v.* 120 *ad* DARDANIAE *haec hab. T* hoc ad genus pertinet, *ad* SOCIA A. R. *haec* hoc pertinet ad illud quod ei dixerat sibilla 'quas gentes italum'. ‖ 5 ad id *Daniel*: id *om. F* ‖ sibilla *F* ‖ 6 ornaueris *G* ‖ urbem *F* ‖ 7 PERCVLSVS *M* ‖ 9 pertinet aeneae *AR* ‖ 12 tamae *F* tã mae *G* tamen *Daniel. fort.* tamen Aenean ‖ 14 ospiali *L* (ospitalitatis *l*) ‖ 16 sensu] nam primum est fluuium relinquere deinde lucum subire *add. D* ‖ 17 acusativo *F* ‖ iuncxerat *F, corr. Daniel* ‖ 18 veteres *seclusit F. Schoellius.* secundum veteres *ego conieceram* ‖ iunxerunt *Daniel* ‖ 20 iuncxit *F* ‖ 21 OPTVME *R* ‖ 23 est *om. SM* ‖ pro] prae *F* ‖ 24 generi iungitur *AS* ‖ 26 iustus] cum centauri fuerint crudeles et impii *add. D* ‖ *ad v.* 127 *in marg. sup.* facit eum benivolum in principio . et est rhetorica persuasio . . . incipere debebat *T* ‖ rethorica *F* ‖ nam principium *om. F* ‖ 27 personas *F*

venire. sed quia ignotus est et ostendere vult quid impetrare debet, ait 'Dardanus Iliacae primus pater urbis et auctor'. contra quos auxilium petat 'gens eadem quae te'. quid ipsi etiam sit utile, a quo beneficium postulatur, 'nos si pellant nihil afore credunt': dicit enim, nos pellimur, sed vos servietis. post rem ipsam proposuit 'accipe daque fidem'. ad ultimum possumus reddere beneficium 'sunt nobis fortia bello pectora': nam utrum posset is a quo petebatur, omisit, quia manifestum erat posse, et ignotus a demonstratione personae suae incipere debebat.
CVI ME FORTVNA PRECARI *servavit τὸ πρέπον dicendo 'fortuna'. et 'cui me precari'* antiquum est; nam modo 'quem precari' dicimus: Terentius credo qui mihi sic oret, item facite ut vobis decet, Sallustius locum editiorem quam victoribus decebat. et est Graecum, ut εὔχεο Ἀπόλλωνι. *sane veteres et 'precor illi' pro 'precor pro illo' dicebant: Plautus in Amphitryone noli pessimo precari, hoc est 'pro pessimo noli precari'. aut hyperbaton est hoc modo: tibi me fortuna vitta comptos voluit praetendere ramos et precari.*

128. VITTA COMPTOS RAMOS ut in pacis petitione ramus olivae cum vittis offeratur, partim fabulae, partim naturae efficit ratio. nam cum de nomine Athenarum Neptunus et Minerva contenderent et iussisset Iuppiter ut illius nomine diceretur civitas, qui munus melius obtulisset *hominibus*, equum Neptunus, Minerva olivam protulit, et statim vicit. unde cum eius ramus alicui offertur, indicat eum esse meliorem. hinc est illud proverbium herbam do, id est cedo victoriam, quod Varro in aetiis ponit, cum in agonibus herbam in modum palmae dat aliquis ei, cum quo contendere non conatur, et fatetur esse meliorem. vittas autem habet ramus olivae

---

11 Terentius] Phorm. I 2, 90 et ad. III 4, 45 || 12 Sallustius] hist. I 98 Dietsch., I 100 Kritz. || 13 εὔχεο] Il. IV 101 || 23 hinc est illud proverbium . . . auxilio] exscr. mythographus II 119. cf. Mercklin Philol. III p. 272

---

1 uenire] pertinet *add. T* || quid] quod *Daniel* || 2 et rursus contra quos auxilium petat dicit gens *T* || 3 quae te] ostendit deinde *add. T* || 4 postulatur] dicens *add. T* || pellat *F* || dicit . . . seruietis] quasi diceret si nos pellunt uos seruietis *T* || 5 post rem *GT*: postremi *F* || proponit dicendo *T* || 6 possumus reddere] monstrat se reddere posse *T* || beneficium] cum dicit *add. T* || forta bella *F* || 7 patebatur *F* || 8 persione *G* || 9 to prepon *F* || 10 quem] quam *H* || 12 meditiorem *S* || 13 *ad* CVI M. F. P. *in marg.* sane . . . precari, *supr. vers. ab al. manu* quidam hyperbaton accipiunt hoc loco optime graiugenum cui me uoluit fortuna praetendere ramos et precari *T* || 14 plaustus *F* || amphitrione *F* || noli pessimo *Daniel*: nobili pessime *FT* pessimo noli precari *Goetz et Loewe fragm.* XVII *p.* 118 || 15 et hoc est *F* || 16 uita *F* || 17 in *om. AS* || 19 Neptunus] equum *add. H* || contenderent . . . Minerva *om. LH* (*add. l*) || 21 melius munus *R* || optulisset *ASF* || 22 ramus eius *RL* || 23 eum] *om. L,* enim *F* || herban *H* || 24 aetiis *ASM*: oetiis *RLH* antiquitatis libris *F* || cum imaginibus herbam immodum palmae *F* || 26 conatur] cupit *F* || meliorem] est etiam oliua per ἐτυμολογίαν ab ἐλαία id est olea dicta quae a misericordia dicitur id est ἔλεος *add. D*

ideo, ut inertiam et inbecillitatem offerentis ostendat: scimus enim oves, *unde lana, e qua vittae,* egere alieno semper auxilio. *aut quia et lana in tutela Minervae sit, quae pacis bellique sit cultrix. aut quia mite et quietum animal est ovis, cuius quietem habere debent qui in foedus et amicitiam coeunt. quaeritur autem quid dixerit 'comptos'. sed ut crines comi dicimus cum nectuntur, ita et hic etiam ramos comptos nexos illigatos intellege, ut ipse* ⟨VII 418⟩ *tum ramum innectit olivae: ergo quod illic 'innectit', hic 'comptos' dixit.* VOLVIT hinc eum laudat, quod tantus eum vir rogare conpellitur.

129. DANAVM QVOD DVCTOR ET ARCAS nec quod multitudinem haberes extimui, nec quod esses Arcas † ut illuc hoc tendat id est Agamemnoni et Menelao cognatione coniunctus. et hoc ad laudem Euandri pertinet, qui qualitate morum meruit non timeri.

130. FORES pro 'fuisses'. et notandum 'fores' de praeterito. *GEMINIS CONIVNCTVS ATRIDIS geminos hic duos, aliter 'gemini' uno partu editi. quaeritur sane unde Euander Atridis genere fuerit coniunctus. et quamvis Hesiodus dicat qualiter coniunctus sit Euander, tamen quidam aiunt Thestii filias Ledam et Hypermestram fuisse, Ledae et Tyndarei filias Clytemestram Helenam et Timandram fuisse, quam duxit uxorem Echemus Arcas, cuius filius Euander: Clytemestram et Helenam notum est Agamemnoni et Menelao iunctas fuisse. alii ita tradunt: Steropes et Atlantis filios Oenomaum et Maiam fuisse, Oenomai Hippodamiam filiam, unde Atreus natus; at Maiae filius Mercurius, ex quo Arcades, de quibus Euander: quod Accius in Atreo plenius refert. alii ita narrant: Atlas complures habuit filias, et de Dione*

17 Hesiodus] catal. fragm. CV p. 318 Marksch.

2 e qua vittae *Commelinus*: equauit *F* peti sueuit *Barthius ad Stat. Theb.* VII 476 *addens 'et sic habent membranae Virgiliani commentarii ἀνωνύμου'* || tegere *F* || semper alieno *R* || 4 iouis *F* || 5 amitiam *F* || *ad* COMPTOS *in marg.* quaeritur cur comptos dixerit. quem ad modum crines comi dicuntur cum nectuntur ita et hic etiam ramos comptos nexos illigatos intellege *T* || queritur *F* || 6 ita . . . intellege *om. F* || 9 eum tantus *F* || 10 ne quod *F* || 11 ut illuc hoc tendat *RLHM* ut illud hoc tendat *AS* ut illud ostendit adtendat *FG* ut illuc hoc tendat 'geminis coniunctus Atridis' *vulgo. exspectatur* nec quod esses Arcas et geminis *vel* duobus Atridis id est *e. q. s. fortasse supra* et geminis Atridis *aliquis adscripserat* ut illud hoc tendat, *i. e. augeat, idque eo consilio ut Aeneae plus extimescendum fuisse ostenderet quod Atridis cognatione coniunctus esset Euander, quam quod esset Arcas.* adtendat *autem illud Floriacensis inde ortum est quod in archetypo supra* ostendit *adscriptum erat* at. tendat. || 13 non timere meruit *F* || 14 et] sed *AS* || 15 *ad* GEMINIS *supr. vers.* duobus aliter gemini uno partu editi *T* || 16 editu *F* || 18 Thestii *Marckscheffel coni. Apollod.* III 10, 5, 2: thyaeste *F* tyaeste *G* Thyestae *Daniel* || ypermestram *F* || thyandarei *F* || 19 tymandram *F* || 20 echemus *F*: cohemus *Daniel* || clitemestram *F* || helemam *F* || 21 notum est] notūq; *G* || ita *om. G* || 22 filio suo enomaum *F, corr. Daniel* || cenomai ippodamiam *F* || 23 at *Commelinus*: aut *F* || 25 atlas complures habuit filios sed de lino pelopem *F, correxi. cf. Hygin. fab.* 82 *et* 83 *et Ovid. met.* VI 172 *sqq.*

(*Tantalus*) *Pelopem genuit, is Atreum, Atreus Agamemnonem et Menelaum; Mercurius deinde est Nicostratae pater, quae fuit mater Euandri; Mercurium Maia filia Atlantis genuit. sic Euander Atridis coniunctus est. Troianis autem sic iungitur: ex Electra, Atlantis filia, et Iove Dardanus nascitur, eius filius Erichthonius, ex eo Assaracus, ex illo Capys, ex illo Anchises, ex illo Aeneas.*

131. MEA ME VIRTVS haec adrogatio ad honorem Euandri pertinet. *et sane paulo adrogantius videretur virtutem suam laudasse, nisi deorum oracula et fata coniungeret. deinde ut Euandro blandiretur, 'tua' inquit 'terris dedita fama'. et ut in audientis mente remaneret, in ultimo addidit 'et fatis egere volentem'. sed hic singula distinguenda, ut maior sit enumeratio.* SANCTA ORACVLA DIVVM Tiberini scilicet, *vel Apollinis, ut* ⟨VI 96⟩ *via prima salutis, quod minime reris, Graia pandetur ab urbe.*

132. DIDITA FAMA divulgata, ut ⟨VII 144⟩ diditur hic subito Troiana per agmina rumor.

133. FATIS EGERE VOLENTEM *id est,* quod voluntatis fuerat egit necessitas fati.

134. DARDANVS ILIACAE PRIMVS PATER VRBIS ET AVCTOR *Dardanus ex Iove et Electra, Atlantis filia, genitus de Italia sorte abire conpulsus, agros Troicos petit ibique Dardanum oppidum in regione Dardania conlocavit. sane hic* reddit quod ait supra 'cognatique patres'. sane sciendum Atlantes tres fuisse; unum Maurum, qui est maximus; alterum Italicum, patrem Electrae, unde natus est Dardanus; tertium Arcadicum, patrem Maiae, unde natus est Mercurius. sed nunc ex nominum similitudine facit errorem et dicit Electram et Maiam filias fuisse Atlantis maximi. nec praeter rationem ait et ⟨136⟩ 'maximus' et ⟨140⟩ 'Atlas idem Atlas generat': nam et ipse habuit etiam horum nominum filias, id est Electram et Maiam.

135. VT GRAI PERHIBENT *id est,* ut vestrae continent litterae: *firmius enim est quod ipsorum testimonio infertur.*

---

23 sane sciendum . . . Electram et Maiam] exscr. mythogr. III 13, 5

---

2 nicostratias *F* nicostratis *G, corr. Daniel* ‖ 3 genit *F* ‖ 4 autem] aut *G* ‖ alectra *G* ‖ 5 eret^{i}thonius *F* ‖ erithonius *G* ‖ assarachus *F* ‖ ex illa capis *F* ‖ 9 fata *scripsi*: facta *F* ‖ 10 *fort.* remanerent ‖ 12 tyberini *RH* tiberis *F* ‖ 15 DEDITA *libri, nisi quod* DIDITA *m* ‖ diditur *HM*: deditur *ASRm* dedi////tur *L* dic̄ *F* ‖ 18 pati *H* ‖ 20 adlantis *F* athlantis *G* ‖ 21 dardanium *G* ‖ 23 sane] sed *F* ‖ qui est] quem *F* ‖ 24 italum *F* ‖ 26 non *L* (nunc *l*) ‖ 27 nec praeter rationem ait et maximus *om. H* ‖ 28 maximi *ASL* ‖ generarat *H* ‖ 29 etiam *om. L* (*add. l*) ‖ 30 ut] et *M* ‖ 31 firmus *F, corr. Daniel*

136. ADVEHITVR TEVCROS *et homines et regionem significat. sane prolepsis est: nam post Dardanum Teucri appellati sunt.*

138. MERCVRIVS PATER EST *Mercurius Iovis et Maiae, quae est una de pleiadibus, filius, auctor eloquentiae et lyrae, internuntius deorum. iste etiam palaestrae inventor hoc modo esse narratur. Choricus, quidam rex Arcadiae, filios habuit Plexippum et Enetum et Palaestram filiam. sed iuvenes cum casu inter se haberent certamen, inpressione et nisu corporum invenere luctamina. qui cum hoc patre praesente facerent et ille re nova delectaretur, ex ea re ludus factus est, quam rem Palaestra, soror iuvenum, Mercurio amanti se prodidit. qui cum rem novam vidisset, pleniorem de industria artem homines docuit. hoc seni iuvenes a sorore proditum nuntiant. ille iratus est potius filiis, quod non tamquam furem Mercurium insequerentur. quem cum illi in monte dormientem invenissent, manus ei amputaverunt: unde et ipse Cyllenius et mons dicuntur; namque graece κυλλοὺς aliqua mutilatos parte corporis dicunt: unde etiam hermas vocamus quosdam stimulos in modum signorum sine manibus. Mercurius vero Iovi conquestus, Choricum evisceratum in folliculum redigi fecit, amatam vero suam Palaestram remuneratus omne luctamen, quod corpore conficitur, palaestram vocari fecit. alii Mercurium quasi Medicurrium a Latinis dictum volunt, quod inter caelum et inferos semper intercurrat. hic etiam mercimonii deus est. quidam hunc in petaso et in pedibus pinnas habere volunt propter orationis, cuius auctor est, velocitatem. caduceum illi ideo adsignatur, quod fide media hostes in amicitiam conducat: quae virga ideo serpentibus inligata est, ut sicut illi obliti veneni sui in se coeunt, ita hostes contemptis et depositis inimicitiis in amicitiam revertantur.* CANDIDA MAIA splendidior enim est Maia inter pliadas, quae est una de Atlantidibus, hoc est pliadibus. *non ergo 'candida' pulchra, ut* ⟨V 571⟩ *candida Dido. meminit autem Maiam Atlantidem esse, ut*

---

1 *scholium ad v.* 136 *hab. T* ‖ ADVEITVR *F* ‖ ad homines *F* ‖ sane] et est *T* ‖ 2 prolempsis *F* prolemsis *G T* ‖ est *om. T* ‖ nam] quia *T* ‖ fuerunt teucri appellati *T* ‖ 3 *schol. ad* MERCVRIVS P. E. *hab. T* ‖ 4 pliadibus *F* ‖ lirae *F* ‖ 6 arcadia filius *F* ‖ plexiplum *F* ‖ Enetum] anteum *T* ‖ phalaestram *F* ‖ 8 inuenere *T*: inuenera *F* invenerunt *Daniel* ‖ 9 ludos *F* ‖ palaestram *F* ‖ 10 amantis *F* ‖ 12 iuuenis *T* ‖ 15 dicuntur *T* dir̃ *F* ‖ cyllos *F T* ‖ 16 dicuntur *T* ‖ hermas *Commelinus*: hermos *F T* ‖ stimulos] mutilos *F. Schoellius, στυλίσκους ego* ‖ 17 Iovi] noui *T. idem edidit Daniel, ut dubitem satisne accurate legerim hoc loco Floriacensem. ceterum* Ioui *Commelinus* ‖ corycum *F* ‖ 19 palaestra *F* ‖ 20 ficit *F* ‖ a Latinis] adla *F* ‖ 21 incurrat *Daniel* ‖ 22 est *om. F* ‖ pennas *T* ‖ 23 ideo *Commelinus*: adeo *F, om. T.* a deo *Daniel* ‖ 25 inligata est ideo serpentibus *T* ‖ coeunt ita] coeuntia *F* ‖ hostis conteptis *F* ‖ 27 enim *om. L H* ‖ 28 atlantidis *R* atlantibus *H M F* ‖ hoc] id *F* ‖ est *om. R* ‖ non ergo *a plenioris commentarii auctore additum esse videtur ut alienum scholium cum Serviano conecteretur* ‖ 29 utlantidem *F*

ante tibi Eoae Atlantides abscondantur et multi ante occasum Maiae coepere, cum vellet per Maiam etiam ceteras Atlantis filias intellegi.

139. CYLLENAE mons *est* Arcadiae, ubi Maia Mercurium est enixa. FVDIT autem non iniuriose dictum est, ut in Pisonem quae te beluam ex utero, non hominem fudit, sed celeritatem parientis ostendit, quod infantibus dicitur omen felicitatis adferre. spectat etiam ad rationem physicam: nam celer est ubique Mercurius, ut diximus *supra* ⟨IV 239⟩, et ideo dicit eum etiam in ortu fuisse velocem.

142. *GENVS AMBORVM aut meum et tuum, aut Troianorum et Arcadum. ergo 'amborum' potest 'utrorumque' accipi.*

144. TEMPTAMENTA TVI PEPIGI cum nullo ante pactus sum, ut te aut per artem aliquam, aut per legatos probarem, sed intrepidum me tibi commisi. 'temptamenta pepigi' experimenta pactus sum: nam geminus est † hic praeteritus ab eo quod est paciscor: facit enim et 'pepigi' et 'pactus sum', sicut 'placeo' et placui et placitus sum. 'pago' enim, unde multi volunt venire 'pepigi', nusquam est lectum. *et altera est expositio: non temptavi te quibusdam pactionibus, quibus crederem tuto ad te venturum: ut haec fuerit ars temptantis. aut 'non legatos' tale est, quemadmodum in oratione ab alio in aliud initium transitur, ut* ⟨IX 425⟩ *me me adsum qui feci, et non respondetur propositis. ergo illud refertur 'non legatos misi', aut tale aliquid, quod sententiam compleat.*

146. GENS EADEM QVAE TE sic agit, ut et ipse praestare videatur; nam et supra ait ⟨120⟩ 'socia arma rogantes'. *et argute inseruit 'eadem', nec addidit 'nos'.* DAVNIA Rutula, a Dauno. CRVDELI BELLO supra ⟨118⟩ 'bello profugos egere superbo'.

147. NIHIL AFORE sibi offuturum nihil arbitrantur.

---

1 ante] georg. I 221 ‖ multi] georg. I 225 ‖ 5 in Pisonem] fragm. VI p. 1066 Halm.

---

2 etiam ceteras etiam adlantis filias *F* ‖ 6 beluam *LF* bellam *H* belua *ASRM* ‖ 7 om felicitatem *R* ‖ 8 etiam] enim *M* ‖ 9 et *R*: sed *ASLM, om. HF* ‖ etiam dicit eum *F* ‖ 11 *ad* GENVS A. *supr. vers.* aut dardani aut mercurii aut meum aut tuum aut arcadum aut troianorum *T* ‖ et tuum *Masvicius*: aut tuum *F* ‖ 13 ante] autem *M* ‖ 16 nam geminus est hic praeteriti usus *F. Schoellius. fort.* n. geminus e. hic praeteriti, *ut* geminus *substantivum sit.* nam geminum est hic praeteritum *Stephanus* ‖ 17 et pepigi *om. F* ‖ 18 pago] pango *ASM. cf. Prisc.* I *p.* 523, 23 *H.* ‖ 19 lectum est *RM* ‖ non temptavi . . . ars temptantis *hab. T* ‖ non] ne *G* ‖ 20 *malim* crederem me ‖ 21 aut] *fort.* et ‖ 22 me me] mene *G* ‖ 25 agit] ait *LHF* ‖ 28 supra bello *om. F* ‖ 29 AFORE *LF*: ADFORE *ASH* AFFORE *RM* ‖ abfuturum *M* ‖ *v.* 148 *ad* QVIN *supr. vers.* ut non, *ad* OMNEM *supr. vers.* bene omnem ne solum euandrum contemnere uiderentur *T*

148. QVIN OMNEM *ut non omnem. et bene 'omnem', ne solum Euandrum contemnere viderentur.* PENITVS SVA SVB IVGA *utrum 'penitus sub iuga mittant', an 'omnem penitus Hesperiam'?*

149. QVOD SVPRA TENEANT *Adriaticum dicit.* QVODQVE ADLVIT INFRA *Tyrrhenum dicit: omne enim mare, quod a Sicilia usque ad Hispaniam tendit, inferum appellatur ideo quod sol ibi ad inferiores caeli partes delapsus occidat.*

150. ACCIPE DAQVE FIDEM *ab utili agit. et* hoc est quod ait in decimo ⟨152⟩ humanis quae sit fiducia rebus. SVNT NOBIS FORTIA BELLO PECTORA *iterum sic laudat iuventutem suam, quasi praestet auxilium.*

151. REBVS SPECTATA IVVENTVS *experimentis probata,* decennali *scilicet* proelio. et bene promissionem rebus confirmat et testimoniis, quae est verbis invalida.

152. ILLE OS OCVLOSQVE LOQVENTIS *suffecerat ad recordationem Anchisae vultum agnovisse. addidit 'et totum lustrabat lumine corpus': quod sine dubio non vacat. nam quia Aeneas de virtute sua multa praedixerat, orationem eius voluit aestimare de corpore: et postquam fides facta est, inde coepit 'ut te fortissime Teucrum accipio'.*

153. TOTVM LVSTRABAT LVMINE CORPVS paterna in eo lineamenta cognoscens. *'lumine' autem pro luminibus, id est oculis.*

154. PAVCA REFERT non pauca, sed paucis, id est breviter. hoc vult dicere: multa eum dixisse, sed paucis. VT TE *quemadmodum.* VT TE FORTISSIME TEVCRVM *ad 'optime Graiugenum' reddidit 'fortissime Teucrum'.*

155. AGNOSCOQVE LIBENS postquam probavit ex habitu corporis vera esse quae dicebat Aeneas, per Anchisen eum laudat adulatione deposita. sane inter agnosco et cognosco superfluo quidam volunt facere discretionem, ut cognoscamus novos, agnoscamus antiquos. sed haec a poetis metri necessitate variantur; nam 'agnosco' propter synalipham dixit.

---

12 SPECTATA experimentis probata] cf. Non. p. 402, 23 M. ‖ 28 sane . . . antiquos] cf. Isid. diff. verb. 62 et 89

---

1 ne] non *F* ne non *Daniel* ‖ 2 uideretur *F* ‖ 3 ominem *F* ‖ 4 hadriaticum *G* ‖ 5 tyrrenum *F* ‖ 6 apellatur *F* ‖ 8 ab utili agit *edidit Stephanus* ‖ ait] est *S* ‖ 12 *ad* SPECTATA *supr. vers.* probata *T* ‖ 13 proelio] probata *add. Sa* ‖ ex testimoniis *R* ‖ 14 uerbis est *M* ‖ verbis] uerba *R, om. LH* (in uerbis *add. l*) ‖ 17 de] in *Daniel* ‖ 19 accipere *F* accipe *G* ‖ 20 lineamenta *F*: liniamenta *reliqui praeter H, qui* liam . c. menta *exhibet.* i. e. figuras *superscr. m* ‖ 21 recognoscens *R* ‖ *ad* LVMINE *supr. vers.* oculis *F* ‖ 23 hoc] et hoc *F* ‖ sed e paucis *H* ‖ 24 *ad* VT TE F. T. *supr. vers.* ad hoc respondit quod ille dixerat optume graiugenum *T* ‖ 28 cognosco et agnosco *SL* ‖ et cognosco *om. H* ‖ 29 et agnoscamus *AS* ‖ novos agnoscamus *om. L* (*add. l*)

156. *VOCEM ANCHISAE MAGNI mire quod non fecit Aenean dicentem qui sit, Euandrum cognoscentem.*

157. *HESIONAE VISENTEM REGNA SORORIS commemorationi necessitudinis reddit commemorationem hospitii. sane fabula de Hesione et nota est et aliquot locis exposita. quis enim nescit a Laomedonte mercedem Neptuno et Apollini ob muros Troiae fabricatos negatam; cumque incursu maris civitas vexaretur, coactum Laomedontem filiam Hesionam ceto obicere; eamque ab Hercule liberatam, eversa Troia et occiso Laomedonte propter negatum praemium, Telamoni suo comiti in matrimonium datam. quae causa fecit ut Priamus ad visenda sororis regna proficiscens, cum Salaminam tenderet, iter per Arcadiam faceret et tunc ab Euandro esset susceptus Anchises.* HESIONAE VISENTEM REGNA SORORIS ut diximus supra ⟨I 619⟩ Hercules eversa Troia Hesionam, Laomedontis filiam, Telamoni suo comiti dedit, ex qua natus est Teucer. Priamus postea cum Salamina tenderet ad visendum regnum sororis, per Arcadiam iter fecit, et tunc ab Euandro est susceptus Anchises. VISENTEM REGNA videre cupientem.

159. PROTINVS uno eodemque tempore, hoc est dum pergit, vidit Arcadiam; nam non possumus 'simul' intellegere, cum Salamina insula sit, Arcadia in continenti.

161. MIRABARQVE DVCES TEVCROS hos laudat, quo melior sit ille quem praefert.

162. *CVNCTIS ALTIOR non solum ad staturam, sed ad omnia.*

163. IVVENALI ARDEBAT AMORE inest enim *strenuis* iuvenibus studium adquirendarum amicitiarum: Horatius animusque virilis quaerit opes et amicitias.

165. *CVPIDVS ἐπιθυμῶν.* PHENEI oppidi Arcadiae: Homerus οἳ Φένεόν τ' ἐνέμοντο. nec nos debet movere quod, cum Euander de Pallanteo sit, dicit 'Phenei sub moenia', cum sciamus poetas vicinas omnes pro uno habere civitates, sicut de Didone facit, quam nonnumquam Tyriam, aliquotiens Sidoniam vocat.

166. ILLE MIHI INSIGNEM PHARETRAM ius hospitii habet inter

---

25 Horatius] a. p. 166 || 27 Homerus] Il. II 605

---

1 mirere *Schoellius.* quod *deleri malim* || 2 qui sit *F*: qui scit *Daniel* || 4 fabule *F* || 5 aliquod *F* || 6 apollino *F* || incursum *G* || 7 filiam ... Laomedonte *om. G* || 8 cito *F* || 11 Salamina tenderet et iter *Daniel* || 16 susceptus est *ASR* || 19 salania *H* || 20 insula *RLHF*: in insula *ASMl* || archadia autem *R* arcadium *H* arcadiae *F* || 23 *ad* CVNCTIS A. *supr. vers.* non solum ad staturam sed ad omnia referendum altior *T* || 26 opes et *om. AS* || 27 *ἐπιθυμῶν Commelinus*: en. emon *F* *ἔπι θυμων Daniel* || FINEI *AS* PHINEI *M* PHYNEI *F* || 28 OI ΦINEONTENEMONTE *libri praeter F, qui* OI ΦINEON tene amicitias NEMONTE *exhibet* || 29 phenei *S* fenei *L*: phinei *vel* finei *reliqui* || poetam *ASLM* || 30 una *l et vulgo* || 31 aliquando *L*

se remunerationem, sed verecunde tacet Euander de suis muneribus. *LYCIASQVE SAGITTAS enumerando singula efficit ne communia et ficta videantur.*

167. AVRO DEDIT INTERTEXTAM legitur et 'intertexto'. *et figurate dictum est, intertextum aurum habentem.*

168. FRENAQVE BINA poetice, nam 'duo' debuit dicere: 'bina' enim secundum Ciceronem non dicuntur nisi de his quae sunt numeri tantum pluralis. nam Cicero per epistolam culpat filium, dicens male eum dixisse 'direxi litteras duas', cum 'litterae', quotiens epistolam significant, numeri tantum pluralis sint. contra 'epistolas binas' non dicimus, sed 'duas'.

169. IVNCTA EST MIHI FOEDERE DEXTRA antiquis amicitiis per Anchisae hospitium.

171. *AVXILIO LAETOS DIMITTAM haec sunt pauca quibus auxilium pollicetur. OPIBVS id est militibus. 'opes' antiqui vocabant milites.*

172. QVANDO HVC VENISTIS AMICI siquidem amici iam venistis: extraneos enim ad sacra non licebat adhibere. hos autem adhibet ad sacra quasi antiquis iunctos amicitiis: unde infert 'et iam nunc sociorum adsuescite mensis'.

173. ANNVA QVAE DIFFERRE NEFAS anniversaria sacrificia, *id est sollemnia,* ideo non differuntur, quia nec iterari possunt. *sollemne autem hoc esse ipse ait* ⟨102⟩ *forte die sollemnem illo rex Arcas honorem.* nam kalendaria si qua fuerint ratione dilata, possunt repeti, nec piaculum eorum intermissione committitur. *sane hoc sacrum pollutum vocatur, quod populo annis singulis luitur. FAVENTES ut in sacris 'favete linguis', 'favete vocibus'.*

174. *ET IAM NVNC ordo est 'et iam sociorum'.*

175. DAPES epulae deorum propriae, ut Iovis cena. *SVBLATA REPONI POCVLA quoniam metu reliquerant mensas, ideo ait 'reponi'.*

---

6 bina enim e. q. s.] cf. Isid. diff. verb. 159 || 8 Cicero] fragm. p. 972, 33 Or.

---

2 *ad v.* 166 enumerando singula efficit ne uideantur communia et ficta sed propria et gentilicia troianorum *T* || 4 figurate *Daniel*: figura *F* || 5 *ad* INTERTEXTAM *supr. vers.* intertextum aurum habentem *T* || 7 Ciceronem . . . pluralis *om. H* || 8 numero tantum plurali *L* tantum numeri pluralis *A* tantum in numero plurali *S* || per epistolam] pepta *H* || 9 direxi tibi *L* direxit *H* || 10 sint] sunt *AS*, ciceronem non dicuntur . . . pluralis sint *add. H* || 15 *scholium ad* OPIBVS *edidit Daniel e Turonensi, in quo ab eo scriptum est qui Tironianis notis utebatur* || 16 iam amici *F* || 20 *e Floriacensis additamentis hoc scholium constituendum est* ANNVA i. e. sollemnia. sollemne autem . . . honorem. *ceterum* sollemne . . . honorem *edidit Stephanus* || 23 si *om. R* || 24 *ad v.* 173 *in marg.* hoc sacrum polluitum (*sic*) uocabatur apud antiquos quod singulis annis populo luitur i. e. persoluitur sacrificatur *T* || 25 polluctum *Dorvillius, ipsius interpretis errorem corrigens* || 28 caena *ARM* || 29 ait *addidit Daniel*

176. *GRAMINEO hic 'de gramine facto', alibi 'gramineo' pro graminoso, ut* ⟨VII 106⟩ *gramineo ripae religavit ab aggere classem.* SEDILI bene 'sedili': nam in templo Herculis lectisternium esse non licebat. *quamvis apud veteres omnes sedentes vescerentur.*

177. *PRAECIPVVM potest et 'praecipue' accipi.*

178. ACCIPIT aut suscipit ad sedendum: aut pascit, ut ⟨III 353⟩ illos porticibus rex accipiebat in amplis. torum autem herbarum super solium fuisse intellegamus, ne sit sedili contrarium. congrue autem de leonis pelle dicit coopertum, quasi in Herculis sacris. * *INVITAT et ACCIPIT verba hospitalia.* *

179. TVM LECTI IVVENES non vacat 'lecti': in sacris enim Herculis nec servi intererant nec liberti, adeo ut Appius, qui sacra haec transtulit in libertos *vel, ut quidam volunt, in servos publicos,* et caruerit oculis et intra annum omnem familiam perdiderit Pinariorum. CERTATIM id est studiose. ARAEQVE SACERDOS maximae scilicet: nondum enim templum Herculis fuerat, sed ara tantummodo, quam maximam dicit ⟨271⟩ ex magnitudine fabricae.

181. LABORATAE CERERIS quae eget laboris, ut mox et frumentis labor additus, ut mala culmos esset robigo: glandes enim sine ullo labore nascuntur.

183. PERPETVI TERGO BOVIS [aut] secundum Homerum intellegendum, qui dicit carnes dorsi apponi solitas honorabilioribus, ut sit sensus talis: posuit ante eos magni bovis carnes eas quae apud maiores in honore fuerunt. et re vera 'perpetui': nam de hoc bove immolato Herculi carnes carius vendebantur causa religionis, et inde alter redimebatur, qui ex illius pretio comparatus quasi perpetuus esse videbatur. 'tergo' autem potest a parte totum intellegi:

---

1 hic . . . graminoso] cf. Isid. diff. verb. 223 || 3 bene sedili . . . licebat] cf. Macrob. Sat. III 6, 16 || 16 nondum enim . . . fabricae] cf. schol. vet. in Iuven. VIII 14 || 18 mox] georg. I 150 || 21 Homerum] Il. VII 321

---

5 *ad* PRAECIPVVMQVE *supr. vers.* potest pro praecipue accipi *T* || 8 intellegimus *H* || 9 congrue autem sicut de leonis pelle sicut dictum est dicitur coopertum *F*. sicut *et* sicut dictum est *omisit Daniel. fortasse* sicut dictum est *post* intellegamus *addi voluit plenioris commentarii auctor, cum supra ad 'gramineo' adscriptum esset 'de gramine facto'.* || de] *fort.* sedile *vel* id || pelle leonis *R* || quasi . . . sacris] quia nihil oportunius in Herculis festo *Daniel* || 10 INVITAT . . . hospitalia *post* Pinariorum *hab. F* || 13 vel ut *Daniel*: uelit *F* || inserios *F* inferios *G, corr. Daniel* || 14 Pinariorum] *immo* Potitiorum. *cf. Macrob. Sat.* III 6, 13; *Liv.* I 7, 14; *Fest. s. v. 'Potitium'. ceterum* pinnariorum *LH* || 17 maxima *F* || dixit *AS* || fabricae] Viscera. uiscus uiscera (uisceri *ead. man. lege* uisceris) facit *add. F* || 19 robigo *AM* rubigo *reliqui* || 21 aut *seclusi et infra* (*lin.* 24) et re vera *scripsi pro* aut re vera: *nam* secundum . . . fuerunt *non ipsa quoque eo spectant ut 'perpetuus bos' qui sit intellegendus exponatur* || 26 alter] alter bos *M* vitulus alter *Fabricius* || qui . . . videbatur *om. R*

quamvis alii dicant ideo 'tergo bovis', quod ad aram maximam aliquid servari de tauro nefas est; nam et corium illius mandunt. LVSTRALIBVS aut pinguibus: moris enim fuerat completo lustro pingues victimas offerre censores: aut certe de quinquennali bove, id est perfectae aetatis: nam Homerus dicit *πίονα πενταέτηρον. aut quia per quinquennium ipsis victimis urbs lustrari solebat. alii proprie 'lustralia' dicunt quae duabus manibus accepta in aram pontifex vel censor inponit: quae non prosecantur.*

184. POSTQVAM EXEMPTA FAMES ET AMOR COMPRESSVS EDENDI postquam et necessitati satis factum est et voluptati.

185. *REX EVANDRVS aut non servavit nominis declinationem: nam 'Euander' facit, sicut ipse alibi* ⟨X 515⟩ *Pallas Euander in ipsis: aut graece declinavit ὁ Εὔανδρος.* NON HAEC variat in uno pronomine 'non haec sollemnia nobis, has ex more dapes, hanc tanti numinis aram'.

187. VANA SVPERSTITIO superstitio est timor superfluus et delirus. aut ab aniculis dicta superstitio, quia multae superstites per aetatem delirant et stultae sunt: aut secundum Lucretium ⟨I 66⟩ superstitio est superstantium rerum, id est caelestium et divinarum, quae super nos stant, inanis et superfluus timor. VETERVMQVE IGNARA DEORVM duo dicit: non ideo Herculem colimus, aut quia omnem religionem veram putamus, aut quia deos ignoramus antiquos. cautum enim fuerat et apud Athenienses et apud Romanos, ne quis novas introduceret religiones: unde et Socrates damnatus est et Chaldaei vel Iudaei sunt urbe depulsi. *sane quidam veteres*

---

3 aut pinguibus . . . censores] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 507

---

1 *ad* TERGO *supr. vers.* quidam dicunt tergo propterea quia ad aram maximam aliquid seruare de tauro nefas erat *T* ‖ bovis] iouis *F*. *'tergum' moneo 'corium' intellegi ab interprete* ‖ ad *om. F*. ara in maxima *Lion* ‖ 2 *ante* nam *lacunam indicavit Daniel* ‖ mandant *F, corr. Daniel* ‖ 5 ΠΙΟΝΑ ΠΕΝΤΑΕΤΗΡΟΝ *AS*: ΠΙΟΝ ΠΕΝΤΕΤΗΡΟΝ *R* ΜΟΝΑΝΕΝΤΛΕΝ *L* ΜΟΝΛΝΕΝΤΛ. en. pon. *H* ΠΤΟΝΠΕΝΤΑ ΕΤ ΗΡΟΝ *M* ΠΙΟΝΑ ΜΕΝΤΑ ΕΤΡΟΝ *F* *ἄρσενα πενταέτηρον Homerus Il.* VII 315 ‖ 6 lustrari *Daniel*: lustralim *F* ‖ *ad* LVSTRALIBVS *supr. vers.* quidam proprie dicunt lustralia quae manibus duabus uel censor uel pontifex ponit in aram *T* ‖ 10 postquam autem *L* ‖ necessitatis factum *F* ‖ satis *om. L* (*add. l*) ‖ 13 ΕΥΑΝΑΡΟΣ *F* ‖ 14 sollempnia *F* ‖ 16 delerus *R* dilisus *F* ‖ 17 superstitio est *R* ‖ quia] quae *ASF* ‖ multae *LH* multe *R*: multis *AS* multi *F* mulieres *M*. *cf. Isid. or.* VIII 3, 6 *'alii dicunt (scil. superstitionem dictam esse) a senibus, quia multis annis superstites per aetatem delirant' et mythogr.* III 5, 2 *'hoc autem vel ab aniculis ultra consuetudinem humanae vitae superstitibus, teste Servio, vocabulum sumptum est'. Don. ad. Ter. Andr.* III 2, 7 ‖ 18 dilirant *LF* ‖ 19 est et superstantium *H* ‖ VETERVMQVE *RM*: VETERVMVE *reliqui* ‖ 22 veram] ream *H* ‖ aut quia deos ignoramus apud (aput *A*) antiquos enim cautum fuerat *ASR* ‖ 23 cautum enim fuerat] nam statuntum fuerat *M* ‖ 25 vel] et *Stephanus* ‖ sane quidam *e. q. s.*] *cf. Arnob. adv. nat.* III 38 *sq. unde dubitandum esse videbis rectene veteres dei dicantur novensiles, si quis eos ex hominibus factos intellegat.*

deos novensiles dicunt, quibus merita virtutis dederint numinis dignitatem. ergo ideo 'vana', quia superstitio ignara deorum.

189. NOVAMVS HONORES detraxit 're', nam 'renovamus' debuit dicere: quam particulam alibi addidit, ut ⟨III 717⟩ fata renarrabat divum. *aliter in quarto* ⟨260⟩ *tecta novantem dixit. quidam intellegunt proprie esse 'novare' replicando vetera quandam facere novitatem ac per hoc excludere vetustatis iniuriam.*

190. SVSPENSAM HANC ASPICE RVPEM Cacus secundum fabulam Vulcani filius fuit, ore ignem ac fumum vomens, qui vicina omnia populabatur. veritas tamen secundum philologos et historicos hoc habet, hunc fuisse Euandri nequissimum servum ac furem. novimus autem malum a Graecis κακόν dici: quem ita illo tempore Arcades appellabant. postea translato accentu Cacus dictus est, ut Ἑλένη Helena. ignem autem dictus est vomere, quod agros igne populabatur. hunc soror sua eiusdem nominis prodidit: unde etiam sacellum meruit, in quo ei per virgines Vestae sacrificabatur. SVSPENSAM RVPEM quasi iam iamque lapsuram.

193. *RECESSV a vestigiis scilicet hominum.*

194. SEMIHOMINIS *hoc est* feritate corrupti. *FACIES pro 'universus visus'.*

195. INACCESSAM participium sine verbi origine, 'accedor' enim non dicimus; sed tale est, ut placita nupta triumphata regnata. *et quaeritur quis hoc ante Vergilium dixerit? ORA VIRVM hoc est capita.*

198. HVIC MONSTRO bene vitavit casum, in quo inerat turpis significatio *verbi, ne diceret 'huic Caco'.*

200. ET NOBIS sicut multis, quibus Hercules profuit monstra purgando. AETAS beneficium temporis, ut ⟨IX 7⟩ volvenda dies en attulit ultro.

201. *AVXILIVM ADVENTVMQVE DEI hysteroproteron; ante enim ad-*

---

8 Cacus e. q. s.] exscr. mythogr. I 66, II 153, III 13, 1 || 19 FACIES . . . visus] cf. Don. ad Ter. eun. II 3, 5 et Gell. XIII 30

---

2 ergo] *inepte hac particula usus est plenioris commentarii auctor, ut scholium ad* VANA *adscriptum cum superioribus coniungeret* || 4 addit *ASL* || 5 quidam . . . iniuriam *e Turonensi edidit Daniel* || 10 hoc *om. LH* (*add. l*) || 11 fuisse hunc *R* || fuisse *om. F* || 12 cacon *libri, nisi quod* cacom *F* || 13 helenus helena *ASR* helenae helena *L* aelene elena *H* helene helena *MF* || 14 igni *L* || 15 eius nominis *F* || 16 in quo ei peruigili igne sicut uestae sacrificabatur *F, quam scripturam vulgatae praestare vidit Prellerus Roem. Mythol. p.* 647 *adnot.* 4 || Vestae *om. R,* sicut Vestae *Masvicius* || 20 uisum *F, corr. Daniel* || 22 regnata *om. LH* (*add. l*) || 23 uergilium *F* || *ad* ORA *supr. vers.* i. e. capita *T* || 24 uitauit *ex* uitat *A* mutauit *F* || casum] causam *H* cacum *M* || in *om. S* || interearat *F* || 26 quibus *om. L* (*add. l*) || profuit hercules *R* || 27 uoluendo *AS* || 29 *ad* AVXILIVM A. D. *in marg.* histeroproteron est hoc loco quia primo fuit aduentus et postea auxilium *T* || aduentum *om. F, add. Daniel*

ventum, sic auxilium debuit dicere. MAXIMVS VLTOR non tantum noster, sed omnium terrarum.

202. TERGEMINI NECE GERYONAE hanc fabulam diximus illo loco ⟨VII 661⟩ postquam Laurentia victor Geryone extincto Tirynthius attigit arva. SPOLIISQVE SVPERBVS atqui boves abduxerat: sed spolium est quicquid de hostibus tollitur, ut ⟨XI 80⟩ addit equos et tela quibus spoliaverat hostem item ⟨VI 168⟩ postquam illum vita victor spoliavit Achilles. *sane aliter supra* ⟨196⟩ *foribusque superbis.*

203. *VICTOR perpetuo epitheto Herculis usus est, quia omnia animalia vicit: quod in sequentibus plenius dicetur. sane de Caco interempto ab Hercule tam Graeci quam Romani consentiunt, solus Verrius Flaccus dicit Garanum fuisse pastorem magnarum virium, qui Cacum adflixit, omnes autem magnarum virium apud veteres Hercules dictos.*

205. AT FVRIS CACI MENS pro ingenti scelere furis nomen posuit: capitale enim crimen apud maiores fuit ante poenam quadrupli. *sed hic quidam ab Euandro tamquam in degeneri fraude furem appellatum volunt.*

208. AVERTIT erat proprium 'abegit'; sed respexit ad praedam, quae averti dicitur, ut ⟨I 528⟩ raptas ad litora vertere praedas.

209. ATQVE HOS quotiens masculinum et femininum iunguntur, haec disciplina est, ut etiam si posterius est femininum, masculino respondeamus. *PEDIBVS RECTIS pro 'pedum rectorum', dativus pro genitivo.*

210. *VERSISQVE VIARVM INDICIIS] hoc est vestigiis, quod aversi trahebantur.* VERSISQVE VIARVM INDICIIS id est contra naturam inicientibus errorem indiciis. ipsa, inquit, decipiebant indicia, quae indicare consuerunt; nam 'indicium' ab indicando nomen accepit.

---

12 solus Verrius Flaccus . . . dictos] cf. Aurel. Vict. or. gent. Rom. VI ‖ 17 capitale . . . quadrupli] exscr. Isid. or. V 26, 18

---

2 sed] sed et *RM* ‖ terrarum *om. LH.* unde lucanus (IV 610) 'terras monstris aequorque leuantem magnanimum alciden libycas exciuit in oras' *add. D* ‖ 3 haec fabula dicta est illo loco *F* ‖ 6 adduxerat *L* (*corr. l*) ‖ 9 superbus *F* ‖ 10 ephteeto *F, corr. Daniel* ‖ 12 ab Hercule *Daniel*: alii hercule *F* ‖ 13 Caranum *Iordan Herm.* III *p.* 409 ‖ 16 FVRIIS *LFa* ‖ MENS EFFERA *M* ‖ 17 quadruplicem *R* ‖ 18 in degeneris frade (fraude *G*) *F, quod correxi. degenerem autem fraudem dixit interpres quae genus Caci dehonestaret, ut Tacitus ann.* XII 19 *degenerem precem. fortasse plenius scholium, quo monitum erat Euandrum, cum furem diceret Cacum, a fabula discessisse, neglegenter in brevius contractum est. cf. Serv. ad v.* 190 *et* 226 ‖ 19 apellatum *G* ‖ 20 refflexit *H* ‖ 22 quotiescumque *R* ‖ iungitur *L* ‖ 23 ut etiam ut si *F* ‖ est *om. L* (femininum sit *l*) ‖ 24 *ad* PEDIBVS R. *supr. vers.* pro pedum rectorum *T* ‖ 26 VERSISQVE V. I. hoc est . . . trahebantur id est contra *e. q. s. F.* hoc est . . . trahebantur *edidit Stephanus*

212. *SIGNA et hic 'signa' pro vestigiis.*

215. QVERELLIS IMPLERI NEMVS non, ut multi dicunt, quia consortes perdiderant, sed quia avellebantur a pascuis: insita enim est bubus aviditas edendi, unde est ite domum pasti, si quis pudor, ite iuvenci: *vel certe propter stabulorum mutationem. 'impleri nemus' pro 'impletur et relincuntur', infinitum pro indicativo.*

216. ET COLLES CLAMORE RELINQVI cum clamore, ut ⟨I 519⟩ *et templum clamore petebant et* atque Ixionii vento rota constitit orbis, id est cum vento. et hoc est melius. nam multi dicunt: relinquebantur colles etiam a clamore, hoc est tantum recesserant a collibus boves, ut nec echo resultaret, scilicet ad colles iam clamore non perveniente. quod non procedit, quia hoc sensu illud excluditur 'reddidit una boum vocem': si enim tam longe fuerunt, ut nulla ratione recedentium boum mugitus colles derelictos feriret, quemadmodum inclusi bovis est clamor auditus ab Hercule? *alii ita: linquit imago vocis evanescens, tamquam relictis collibus inaudita.*

217. *REDDIDIT quasi inclamata. VNA BOVM figura Graeca, μία τῶν βοῶν.*

218. MVGIIT more suo pro 'mugivit', ut ⟨VII 516⟩ audiit et Triviae longe lacus. *CVSTODITA FEFELLIT id est dum custodiretur fefellit.*

219. *EXARSERAT pro 'exarsit'.* ATRO FELLE DOLOR quo irascimur secundum physicos, ut splene ridemus: Persius ⟨I 12⟩ sed sum petulanti splene cachinno.

220. RAPIT ARMA MANV *NODISQVE GRAVATVM ROBVR duo dixit,* sagittas *et clavam.* et non vacat 'que': nam si armorum epexegesis est

---

4 ite] buc. VII 44 ‖ 8 atque] georg. IV 484 ‖ 23 quo irascimur . . . ridemus] cf. Isid. or. XI 1, 127

---

1 *ad* SIGNA FEREBANT *supr. vers.* uestigia ducebant *T* ‖ *schol. ad* SIGNA *edidit Stephanus* ‖ 2 non] nam *F* ‖ 3 uellebantur *M* ‖ 5 *ad* DISCESSV M. B. *in marg.* quidam dicunt propter stabulorum mutationem coeperunt mugire *T. in eodem* implebebantur (*sic*) *et* relinquebantur *ad* IMPLERI *et* RELINQVI *adscriptum est* ‖ 7 CLAMARE *L* ‖ RELIQVI *LM* (*corr. l*) ‖ 8 petebant] pote potebant *F* potebant *G* ‖ 9 id est] *om. ASLH,* hoc est *M* ‖ conuento *LH* (*corr. l*) ‖ melius . . . hoc est *om. LH* (*add. l*) ‖ 10 relinquibant *F* ‖ 11 resultarent *RM* (*corr. m*) ‖ 12 clamorem non peruenientem *RH* ‖ quia hunc sensum illud excludit *R* ‖ senso *H* ‖ 13 bouum *LH* ‖ 14 recedente *AS* ‖ relictos *AS* ‖ 15 feriret] non feriret et *F* ‖ 16 linquit (*scil. colles*) *scripsi*: inquid *F* ‖ evanescens *scripsi*: euandens *G* euadens *F* ‖ colibus *F* (collibus *G*) ‖ inaudita *scripsi*: inauditur *F. possis et* minus auditur ‖ 19 TωIN *F* ‖ 21 *ad* CVSTODITA *supr. vers.* dum custodiretur *T* ‖ 23 *ad* EXARSERAT *supr. vers.* pro exarsit *T* ‖ 25 sum] sub *RH* ‖ petulantis *R* ‖ plene *R* ‖ chachinno *A* chachinne *S* chacinno *H* cacinno *F* ‖ 26 duo dixit *et* et clauam *edidit Stephanus*

'nodis robur gravatum', vacat 'que'. 'gravatum' autem pro 'grave' posuit: nam grave est per naturam ponderosum, gravatum quod oneratur extrinsecus. *sed quidam melius 'gravatum', quam 'grave' dictum volunt, quasi extrinsecus nodi sint additi.*

222. *TVM PRIMVM id est primo Herculis beneficio.*

223. TVRBATVMQVE OCVLIS ea parte turbatum, quae proditrix mentis est. alii 'oculi' legunt et accipiunt a superioribus 'videre turbatum oculi'. *ILICET potest 'ilicet' accipi pro 'igitur' aut 'continuo'.*

226. ARTE PATERNA perseverat in fabula. *sane aliter ferro, aliter arte.*

227. *FVLTOSQVE* EMVNIIT *hysteroproteron: fulsit ut muniti essent. et 'emuniit'* sicut 'mugiit' et 'emuniit' pro emunivit. OBICE POSTES hanc obicem dicimus, ut ⟨X 377⟩ e c c e m a r i s m a g n a c l a u d i t n o s o b i c e p o n t u s. dubitant enim multi, utrum masculinum sit.

228. TIRYNTHIVS a Tiryntha, in qua nutritus est civitate, ut diximus supra ⟨VII 662⟩. *et est versus hypermetrus.*

230. *DENTIBVS INFRENDENS proprie 'infrendens' est inter se conprimens dentes: nam et frendere significat dentibus frangere, unde nefrendes infantes, quia nondum habent dentes. et Varro frenos hinc putat dictos. frendere ergo quoquo modo frangere, ut 'fresa faba' fracta.*

231. AVENTINI MONTEM ut ⟨I 244⟩ f o n t e m T i m a v i, ⟨III 293⟩ B u t h r o t i u r b e m.

232. TER FESSVS VALLE RESEDIT egens consilii: Sallustius

---

2 grave . . . extrinsecus] cf. Isid. diff. verb. 266 || 17 proprie e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. V 663 et IX 446. Isid. or. X 105 et 137; XVII 4, 4 et XX 16, 1. Isid. diff. verb. 226. Fest. Paul. s. v. frendere. Plac. gloss. p. 31, 16 Deuerl. || 23 Sallustius] hist. inc. 10 Dietsch. II 39 Kritz.

---

1 robur *om. R* || autem *om. R* || 3 oneratur] meratur *F* || *ad* NODISQVE G. *supr. vers.* quia extrinsecus fuerunt nodi additi *T* || 5 *ad* PRIMVM *supr. vers.* primo *T* || 7 et accipiunt . . . oculi *om. R* || a superioribus] nostri *add. M* || 8 oculis *As* || *ad* ILICET *supr. vers.* igitur aut continuo ilicet in hoc loco intellegitur *T* || 9 sane et alitur (*sic*) ferro et alitur (*sic*) arte *edidit Stephanus* || 11 *ad* FVLTOSQVE E. id est fulsit ut muniti essent. et est histeroproteron uel hypallage *T* || MVNIIT *LHM* || 12 sicut . . . emunivit] sicut muniit et mugiit pro emuniuit *ASH* (*corr. a*) pro emuniuit *R* sicut mugiit et muniit pro muniuit *L* sicut mugit et munit pro muniuit *M* sicut emuniit et mugiit pro emuniuit *F*. *post* mugiit *vulgo additur* pro mugiuit || 14 multi] non nulli *F* || sit *om. LH* || sit] an femininum *add. D* || 15 tirrintha *A* tyrrintha *S* tyrintha *RL* thyrintha *H* tirintha *M* tyrhinta *F* || in qua nutritus est] ubi natus est *F* || 17 *ad* DENTIBVS I. *in marg.* dentes inter se comprimens proprie. et frendere est dentibus frangere unde et infrendes dicuntur infantes qui non habent dentes. hinc quidam frenos dictos aestimant hinc et faba fresa *T* || infrendus *F*, *corr. Daniel* || 18 et *ante* frendere *delendum videtur* || unde et nefrendes *Daniel* || 20 quoquo modo *G. Becker mus. rhen.* XXIX *p.* 495: quo modo *F* || 22 botroti *R* bithroti *L* bitroti *M* butroti *F* || urbem] id est auentinum montem *add. D* || 23 egens] fessus egens *R*

fessus in Pamphyliam se receperat. nam corpore 'fatigatum' dicimus, animo vero 'fessum', quamvis hoc saepe confundat auctoritas. *sane quidam sic distinguunt 'ter saxea temptat limina', subiungunt 'nequiquam ter', ac post 'fessus valle resedit', ut semel sederit.*

233. STABAT ACVTA SILEX paene omnes hunc silicem dixerunt: nam et Varro et Lucretius ita dicunt. tanta tamen est Vergilii auctoritas, ut persuadeat nobis etiam hanc silicem dici. DIRARVM VOLVCRVM modo 'dirarum' non mali ominis dicit, ut sunt bubones, sed quae humanis cadaveribus vescebantur: dixit enim ⟨196⟩ foribusque adfixa superbis ora virum tristi pendebant pallida tabo.

237. *DEXTER hoc est a dextra parte consistens.* CONCVSSIT solvit, inpulit. satis signatis usus est verbis.

240. REFLVITQVE EXTERRITVS AMNIS rem naturae vertit in fabulam, cum ruina rupis in se recurrere necesse sit impetum fluminis.

242. INGENS REGIA regia, sicut Cacus putabat. sic est et illud dictum ⟨I 140⟩ illa se iactet in aula Aeolus. PENITVS PATVERE admissum lumen est usque ad secreta speluncae. cavernas autem speluncae per tapinosin dixit. *sane veteres loca concava, vel si quid incurvum fuisset, cavernas appellabant.*

243. SI QVA VI terrae hiatus non nisi ex terrae motu fit. qui quoniam aut motu aquae inferioris nascitur, aut crebris tonitribus, aut de concavis terris erumpentibus ventis, ideo ait 'si qua vi'. quod autem dicit 'infernas reseret sedes', notandum est etiam de inpossibilibus fieri posse comparationem.

245. DIS INVISA superis scilicet.

246. TREPIDENT INMISSO LVMINE MANES Lucanus ⟨VI 744⟩ et subito feriere die.

248. INSVETA RVDENTEM clamantem. et abusive dictum est, sicut supra de leonibus ⟨VII 16⟩ et sera sub nocte rudentum, nam rudere proprie asinorum est: Persius ⟨III 9⟩ findor ut Arcadiae pecuaria rudere dicas. *aut ideo 'rudentem', quia supra ait ⟨194⟩ semihominis Caci.*

---

1 nam . . . fessum] cf. Isid. diff. verb. 241 || 22 terrae hiatus . . . ventis] exscr. Isid. or. XIV 1, 3

---

2 confundit *F* || 3 distingunt *F* || 6 et *ante* Varro *om.* *AS* || Varro] de.^{e}o *add.* *L* || dicunt] dixerunt *F* || 12 *ad* DEXTER *supr. vers.* in dextera parte consistens *T* || 15 recurrere] recurrere faciat *ASRMl* || 17 regia *om.* *L* || 20 veteres . . . appellabant *hab.* *T* || 23 inferioris] de inferioribus *M* || nascuntur *AS* (*corr. a*) || 25 reserat *ASMF* || 26 posse fieri *R* || 28 TREPIDANT *AMl* || 29 ferire *A* periere *F* || 33 pectuaria *L* petuaria *H*

249. TELIS PREMIT omne quod iaci potest telum vocatur ἀπο τοῦ τηλόθεν, unde addidit 'omniaque arma advocat'.

250. MOLARIBVS asperrimis saxis, non unde molae fiunt. et secundum Homerum dixit, μυλοειδέϊ πέτρῳ. *aut certe magnis et molis convenientibus.*

252. *FAVCIBVS INGENTEM FVMVM MIRABILE DICTV consuetudine sua usus est, ut cum aliquid contra naturam factum infert, praedicat unde incredibile videatur, ut* ⟨565⟩ *cui tres animas Feronia mater, horrendum dictu, dederat. et 'mirabile dictu' parenthesis est.*

255. *FVMIFERAM NOCTEM non est noctis epitheton, sed quam Cacus fumum evomens faciebat. COMMIXTIS IGNE TENEBRIS utrumque enim evomebat.*

256. *NON TVLIT non sustinuit. ANIMIS pro ira: unde iracundos dicimus animosos.* PER IGNEM per eam rem, unde ille sperabat auxilium.

259. INCENDIA VANA 'vana' quantum ad Herculem pertinet.

260. ANGIT INHAERENS ELISOS OCVLOS ET SICCVM SANGVINE GVTTVR 'angit guttur' bene dicimus, 'angit oculos' non procedit. ergo 'angit' ad unam rem pertinet, ut ⟨XII 435⟩ disce, puer, virtutem ex me verumque laborem, fortunam ex aliis: nam fortuna non discitur. unde multi 'elidens' legunt, et integer sensus est: nam 'elisos' soloecophanes est, ut sit ita 'angit guttur et elisos oculos facit'.

261. SICCVM SANGVINE per hoc iam exanime cadaver ostendit.

263. ABIVRATAEQVE RAPINAE abiurare est rem creditam negare periurio. sed hoc isti loco non congruit: unde modo 'abiuratas rapinas' contra ius retentas intellegamus. *alii 'abiuratas' abductas atque alieni iuris factas, alii fraude et furto abductas tradunt.*

---

1 omne . . . τηλόθεν] cf. Isid. or. XVIII 7, 10 ‖ 4 Homerum] Il. VII 270

---

2 ΤΗΛΥΘΕΝ *AS* ΤΗΛΕΟΝ *R* ΤΙΔΟΟΕΝ *L* ΤΙΛΟΟΕΝ *H* ΠΔΟΟΕΝ *M* ΤΗΝΟΕΝ *F*. *ceterum* dictum ἀπὸ τοῦ τηλόθεν *vulgo* ‖ addit *L* ‖ et aduocat *L* (et *del. l*) ‖ 3 et] ut *ASR* (*corr. a*) ‖ 4 ΜΥΛΟΕΙΛΕΠΕΤΡΩ *AS* ΜΥΛΕΕΙΛΕ ΠΕΤΡΩ *R* ΜΥΔΕΕΙΔΕ ΠCΤΡΩ *L* ΜΥΔΟΕΙΔΕ ΠΕΤΡΩ *H* ΜΥΔΟΕΙΔΕΤΙΕΤΡΩ *M* ΜΥΟΝΔΕ ΕΤΡΩ *F* ‖ *ad* MOLARIBVS *supr. vers.* magnis et molis conuenientibus *T* ‖ 6 consuetudine . . . uideatur *hab. T* ‖ 7 factum *om. T* ‖ praedicet *Daniel* ‖ incredibili *F* ‖ 9 *ad* MIRABILE D. *supr. vers.* parentesis poetica *T* ‖ parthesis *F* ‖ 10 *ad* FVMIFERAM N. *in marg.* hoc non est epiteton noctis sed quam faciebat cacus euomens fumum *T* ‖ 11 *ad* COMMIXTIS I. T. *supr. vers.* quia utrumque euomebat ignem et fumum *T* ‖ utramque *G* ‖ 13 *ad* ANIMIS *supr. vers.* ira : inde animosi *T* ‖ 18 nam angit oculos *M* ‖ 22 soloecophanes . . . facit *om. L* (*in marg. add. l*) ‖ soloecopanes *AR* (*corr. a*) solecopanes *S* solicophanes *M* solos *H* foloecofuner *F* ‖ est *libri praeter H, qui* facit *exhibet* ‖ est] id est figura quae masculinum et neutrum uel accusatiuum cum nominatiuo iungit *add. D* ‖ angit] exclusos *add. M, del. m* ‖ 23 oculos solos facit *l* ‖ 24 ostenditur *F* ‖ 26 periurio] plautus in curculione (IV 2, 10) 'qui abiurant si quid creditum est' *add. D* ‖ isto *R* ‖ 27 intellegimus *R*

264. INFORME CADAVER '*informe*' magnum, *cuius formam non sit facile conplecti.* et cadaver est corpus nondum sepultum, dictum *cadaver* quod careat honore sepulturae.

265. NEQVEVNT EXPLERI CORDA TVENDO non poterant homines videndo cadaver sua corda satiare. '*tuendo*' *autem pro* '*intuendo*'.

267. *SEMIFERI bene* '*semiferi*', *cum supra* ⟨194⟩ '*semihominis*'.

268. LAETIQVE MINORES nove et satis licenter 'minores' dixit, cum ab ipso Euandro Herculem constet esse susceptum, et minores non dicamus, nisi quotiens graduum deficit nomen, ut puta 'filius nepos pronepos abnepos adnepos'. ubi isti gradus defecerint, merito iam dicimus minores, sicut etiam maiores dicimus post patris avi proavi abavi atavique vocabulum. *ergo* '*minores*' *accipimus pro deinceps. vel certe* '*minores*' *cum quibus vivit, quia ipsum constat esse longaevum: nam post ait* ⟨560⟩ *o mihi praeteritos referat si Iuppiter annos.*

269. PRIMVSQVE POTITIVS AVCTOR ET DOMVS HERCVLEI CVSTOS PINARIA SACRI apud maiores *nostros* raro advenae suscipiebantur, nisi haberent ius hospitii; incertum enim erat quo animo venirent. unde etiam Hercules primo non est ab Euandro susceptus; postea vero cum se et Iovis filium dixisset et morte Caci virtutem suam probasset, et susceptus et pro numine habitus est. denique ara est ei maxima constituta, quod Herculi Delphicus Apollo in Italia fore praedixerat. cum ergo de suo armento ad sua sacrificia boves dedisset, inventi sunt duo senes, *vel ut quidam tradunt ab Euandro dati*, Pinarius et Potitius, quibus qualiter se coli vellet ostendit, scilicet ut mane et vespere ei sacrificaretur. perfecto itaque matutino sacrificio cum circa solis occasum essent sacra repetenda, Potitius prior advenit, Pinarius postea, extis iam redditis. unde iratus Hercules statuit ut Pinariorum familia tantum ministra esset epulantibus Potitiis et conplentibus sacra: unde et Pinarii dicti sunt

---

1 informe . . . conplecti] cf. Isid. diff. verb. 162 || 8 et minores . . . vocabulum] exscr. Isid. or. IX 5, 31 || 19 Hercules primo e. q. s.] exscr. mythogr. I 69; II 153; III 13, 7. cf. Aurel. Vict. or. gent. Rom. VIII

---

1 cuius . . . conplecti *edidit Stephanus* || 2 dictum *om. LH* || 3 sepulturae honore *R* || 5 cadauer uidendo *L* || *ad* TVENDO *supr. vers.* intuendo *T* || 10 adnepos *M*: atnepos *LH*, *om. ASRF*, abneptis trinepos *D* || 12 abavi *om. ASR* || attauique *L* || uocabula *R* || *ad* MINORES *in marg.* minores pro deinceps accipiamus siue cum quibus uiuit quia constat ipsum fuisse longeuum *T* || 13 quia] qui *G* || 19 primum *ex* primus *F* || ab euandro non est susceptus *F* || postea . . . susceptus *om. H* || 20 diceret *R* || 21 probasset et *om. R* || et *ante* pro *om. L* (*add. l*) || 22 constituta] consecrata *F* || 25 et Potitius . . . Pinarius *om. F* || 26 uesperi *ASH* || ei *om. R* || 30 complenti *L* (*corr. l*)

ἀπὸ τῆς πείνας, id est a fame; nam senem illum Pinarium constat alio nomine nuncupatum. hinc est quod paulo post Potitii tantum facit commemorationem, ut 'primusque Potitius ibat'. quod autem dicit 'domus Herculei custos Pinaria sacri' non est contrarium; nam 'custos' est ministra, ut in undecimo ⟨836⟩ a t T r i v i a e c u s t o s i a m d u d u m i n m o n t i b u s O p i s a l t a s e d e t, id est ministra. *alii 'custos Pinaria sacri' dicunt, quod cum ara maxima vicino incendio conflagraret, a Pinariis liberata sit. et ideo 'custos sacri'. 'auctor' vero 'Potitius' quare? num quod sine familia Potitiorum sacra ista non fiebant, donec illos Appius Claudius corrupit pecunia, ut servos publicos hoc sacrum docerent, propter quod dicitur et ipse mox caecus factus et Potitiorum familia intra breve tempus extincta.*

270. CVSTOS PINARIA SACRI *quidam tradunt ideo 'custos', quod Potitii sacra publica servis publicis prodiderint. et quamvis tradatur eos ideo ad sacra Herculis non admitti, quod serius venerint, et ideo 'custos', quoniam nec prandendi habuerint facultatem, et id quasi irreligioso datum sit quod ignorantiae eventus attulerat, tamen habent Ciceronem auctorem, qui in de domo sua Pinarium Nattam appellans sic dicit* ⟨52, 134⟩ *q u e m e g o t a m e n c r e d o, s i e s t o r t u s a b i l l i s, q u o s m e m o r i a e p r o d i t u m e s t a b i p s o H e r c u l e, p e r f u n c t o i a m l a b o r i b u s, s a c r a d i d i c i s s e. quidam tradunt ideo Potitiis ab Hercule sacra commissa, quod cum ipse Hercules, rem divinam faciens, preces praecaneret, quas Potitius diceret, et pro eo deo, cui Hercules rem divinam faciebat, ipsum Herculem fortuitu invocasset Potitius, fertur tunc Herculem accepto omine divinitatis, reiecto Pinario, perpetuae*

---

6 alii e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 6, 12 sqq.

---

1 ΔΠΟ ΤΗϹ ΠΗΝΔϹ *A* ΔΠΟ ΤΕϹhϹ ΠΙΝΔϹ *L* ΑΠΟ ΤΝϹΗϹ ΙΤΙΝΛϹ *H* ΔΠΟ ΤΗϹ ΠΙΝΔϹ *M* ΔΠΟ ΤΕϹ ΠΙΝΔϹ *F* ΔΠΟ ΤΗϹ *R spatio relicto* (*πείνης add. P. Daniel*) ‖ a *om. M* ‖ 3 facit commemorationem tantum *AS* ‖ 4 Herculei *om. R* ‖ pinaria custos *R* ‖ Pinaria . . . nam *om. F* ‖ sacri] sacra *AS* (*corr. a*), *om. R* ‖ est] hoc est *F* ‖ 5 ut in .XI.[mo] ait *M* ‖ 7 *ad* CVSTOS P. S. *in marg.* quidam custos herculei sacri pinaria domus quia haec ara maxima cum uicino incendio conflagraret a pinariis est liberata *T* ‖ vicino] uino *F* ‖ 9 Potitius] potius *F* ‖ 13 *schol. ad* CVSTOS P. S. *hab. G* ‖ *lemma omisit Daniel* ‖ Potitii *Daniel*: potiti in *F* ‖ 14 publicis *Daniel*: suplicis *F* (sup[b]licis *G*) ‖ prodederint *F* ‖ quamvis] quia uis *G* ‖ eos] *i. e. Pinarios* ‖ 16 prandendi *scripsi* (*cf. Veranius ap. Macrob.* III 6, 14): prodendi *F* pro indendi *G* ‖ et id quasi irreligioso datum sit *scripsi*: et id quasi religioso dictum est *F* et id quasi religioso datum *G*. *Floriacensem secutus est Daniel, nisi quod* religiose *edidit.* et id quamuis religiosum dictum sit *proposui quaest. Serv. p.* 34 ‖ 18 indae *F* inde *G* ‖ Nattam] notam *G* ‖ apellans *F* (appellans *G*) ‖ sic *F* ‖ 19 ubi illis *F* ‖ 20 memoria *F* ‖ iam laboribus] iamboribus *F* laboribus *Daniel* ‖ 21 quidam etiam *Daniel* ‖ tradicunt ideo potitius *F*, *corr. Daniel* ‖ 22 diuinum *F* ‖ 23 quas potius diceret et pro *G*: quas potitius diceret pro *F* ‖ 24 diuinum *F* ‖ potius *G* ‖ 25 omne *F*

epulationis sacrum Potitio tradidisse, a quo videbatur consecratus, et Potitios dici, quod eorum auctor epulis sacris potitus sit, Pinarios, quod eis, sicut dictum est, fames epularum sacrarum indicta sit: hoc enim eis Hercules dixisse dicitur ὑμεῖς δὲ πεινάσετε.

271. LVCO templum enim nondum habuerat Hercules, sed aram tantummodo, ut diximus supra ⟨179⟩. MAXIMA ingens enim est ara Herculis, sicut videmus hodieque *post ianuas circi maximi. alii maximam ideo dicunt, quia illo tempore omnibus erat honore potior quam sibi Hercules, postquam se a matre Euandri Iovis filium esse et immortalem futurum cognovit, statuit.*

272. *ERIT QVAE MAXIMA repetitio verbi ad honorem et potestatem pertinet.*

273. *IN MVNERE non tam 'in officio', quam 'in honore' hic accipiendum.*

274. PORGITE DEXTRIS praebete invicem pocula. et est Homeri. *PORGITE DEXTRIS] id est 'propinate mutuo'. an divisae sunt personae, ut 'cingite fronde comas' ad convivas referatur, 'pocula porgite' ad ministros.*

275. COMMVNEMQVE VOCATE DEVM aut quia Argivus est Hercules et supra dixit Aeneas tam Graecos quam Troianos de uno sanguinis fonte descendere: aut communem deum dixit *inter deos atque homines: unde medius fidius dictus: aut* utriusque naturae medium, id est inter mortalitatem et divinitatem. sunt enim numina aliqua tantum caelestia, aliqua tantum terrestria, aliqua media: quos deos Apuleius medioximos vocat, hoc est qui ex hominibus dii fiunt. alii communem deum ideo dictum volunt, quia secundum pontificalem ritum idem est Hercules, qui et Mars: nam et stellam *Chaldaeis dicentibus* unam habere dicuntur, et novimus Martem com-

---

21 aut communem deum dixit e. q. s.] cf. mythogr. III 13, 8 || 25 Apuleius] de dogm. Plat. I 11

---

1 potiti *F, corr. Daniel* || uidebantur *G* || 2 potitius *F, correxi* || pinarius *F, correxi* || 3 eis . . . hoc *om. G* || 4 ὑμεῖς δὲ πεινάσετε *om. G* || ΠΕΙΝΑCΕΤΑΙ *F* || 7 hodie *L* (hodieque *l*) || 8 era *F* || 10 mortalem *F, corr. Commelinus* || 13 MVNERA *F* || *ad* IN M. *supr. vers.* in officio aut in honore *T* || in hore *F* || 15 Homeri] *τοὺς μὲν ἄρα χρυσέοισι κυπέλλοις υἷες Ἀχαιῶν δειδέχατ' ἄλλοθεν ἄλλος* (*Il.* IX 670) *add. Stephanus et Fabricius* || 16 *ad* PORGITE *supr. vers.* propinate mutuo, *in marg. ab alia manu* Diuisae sunt hoc loco personae. ad conuiuas pertinet cingite comas ad ministros porgite pocula *T* || muto *F* || 17 scingite *F* || conuiuias *F* || pocula porrige *F* || 21 inter deos . . . aut *edidit Stephanus* || 22 medius fidius *G* mediufi fidius *F. cf. Schoemann opusc.* I *p.* 30 || innaturae *H* || medius *F* || 25 sepuleius *H* || medioxymos *F* || qui] quia *H* || defiunt *AS* (dii fiunt *a* deficiunt *s*) || 27 hercules est *L* || et *ante* stellam *om. M* || 28 caldei *F* || nouimus martemque *Ml*

munem dici: Cicero Martemque communem, Vergilius ⟨XII 118⟩ et dis communibus aras. item paulo post dat salios Herculi, quos Martis esse non dubium est. *alii 'communem' humanum, beneficum, φιλάνθρωπον: unde et communes homines dicimus. Varro dicit deos alios esse qui ab initio certi et sempiterni sunt, alios qui inmortales ex hominibus facti sunt: et de his ipsis alios esse privatos, alios communes. privatos quos unaquaeque gens colit, ut nos Faunum, Thebani Amphiaraum, Lacedaemonii Tyndareum: communes quos universi, ut Castorem Pollucem Liberum Herculem.* DATE VINA *quia tantum diis superis vino libari decebat.*

276. HERCVLEA POPVLVS Herculi consecrata. qui cum ad inferos descendens fatigaretur labore, dicitur de hac arbore corona facta caput velasse: unde foliorum pars temporibus cohaerens et capiti albuit sudore, pars vero exterior propter inferorum colorem nigra permansit. et honeste ait 'pependit populus', id est corona de populo. *atqui lauro coronari solebant qui apud aram maximam sacra faciebant. sed hoc post urbem conditam coepit fieri, neque alia fronde circumdat caput praetor urbanus, qui Graeco ritu sacrificat. sed poeta ad illud tempus retulit, quo Euander apud aram maximam sacra celebravit. Varro enim rerum humanarum docet in Aventino institutum lauretum, de quo proximo monte decerpta laurus sumebatur ad sacra: quamvis ipse dixerit populus Alcidae gratissima.*

278. SACER IMPLEVIT DEXTRAM SCYPHVS legitur in libris anti-

---

1 Cicero] pro Mil. 21, 56 ‖ 16 atqui lauro e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 12, 1 sqq. ‖ 22 populus] buc. VII 61 ‖ 23 legitur in libris antiquis . . . scyphus] exscr. mythogr. III 13, 7

---

1 uergilius *F* ‖ Vergilius ipse inquit in medioque focos et dis communibus aras *Fabricius* ‖ 2 alios *H* ‖ 3 dubium est] est et alia ratio herculem deum communem uocari. nam constat herculem hominum commodis tutelaeque seruisse, unde lucanus (IV 610) 'terras monstris aequorque leuantem magnanimum alciden libycas exciuit in oras *add. D* ‖ *ad* COMMVNEMQVE V. D. *supr. vers.* quidam intellegunt communem deum beneficum inde communes id est beneficos homines dicimus, *in marg. ab alia manu* est etiam et alia causa uarro dicit . . . herculem *T* ‖ beneficium *F* ‖ 4 φλαnθροποn *F* φaanθροπn *G* ‖ 5 qui *om. F* ‖ 6 ex hominibus inmortales *T* ‖ et de his ipsis *F*: et deis ipsi *G* ex his *T* ‖ alios esse priuatos alios communes priuatos *T*: alios communes priuatos priuatos *F* alios communes priuatas *G* ‖ 7 quas *G* ‖ colit *T*: colitur *F* calitur *G* ‖ ut nos . . . Tyndareum *om. T* ‖ thebani amfiaracum *F* thebafiaracum *G* ‖ 8 lacedaemonia *F* ‖ indareu *F* ‖ quos *T*: quas *F* ‖ uniuersi ut] uniūſīc *G* ‖ 9 castorem *T*: pastorem *F* partorem *G* ‖ et pollucem *T* pollicem *F* ‖ liberum et herculem *T* ‖ 10 vina *Daniel* ‖ 13 temporibus] dunauuingan *superscr. a* ‖ et *del. as* ‖ 14 caput *L* ‖ abluit *SLMF* (*corr. m*) ‖ sudorem *AS*. ex capitis *vel* capitis albuit sudore *coni. Burmannus* ‖ 16 *ad v.* 276 *in marg.* quidam tradunt quod lauro solerent coronari qui apud aram . . . gratissima *T* ‖ atque *F* ‖ 17 cepit *F* ‖ 18 sacrificat *T*: significat *F* ‖ sed] *expectatur* et ‖ 21 lauretum *T*, *om. F* ‖ decerpta *T*: coepta *F* ‖ fumebatur *F* ‖ 22 quamvis ipse dixerit] *videtur interpres reprehendere Romanos quod lauro usi sint in Herculis sacris, quamvis ipse Vergilius docuerit populum Herculi gratissimam esse.*

quis Herculem ad Italiam ingens ligneum poculum adtulisse, quo utebantur in sacris. quod ne carie consumeretur pice oblitum servabatur, cuius magnitudinem *et religionem simul* significat dicendo 'implevit dextram *sacer* scyphus'. *scypho praetor in anno semel vino libabat, neque hoc sine sacra fiebant. possumus et illud accipere, quod inter munera deorum etiam pocula sunt: Sallustius historiarum secundo* pocula et alias res aureas, diis sacrata instrumenta, † convivo mereantur.

279. IN MENSAM LAETI LIBANT *hoc est* '*date vina volentes*'. *quaeritur sane, cur in mensam et non in aram libaverint? sed apud antiquos inter vasorum supellectilem etiam mensam cum aris mos erat consecrari quo die templum consecrabatur: unde bene ait* '*in mensam laeti libant*', *quam constabat cum ara maxima dedicatam, ut alibi* ⟨II 764⟩ *mensaeque deorum.*

280. DEVEXO OLYMPO inclinato in noctem caelo.

282. PELLIBVS IN MOREM CINCTI aut in morem Herculis: aut certe sacerdotum: *aut* '*ex more*', *quia Pan, deus Arcadiae, pellitus sit, unde Euander.*

283. ET MENSAE GRATA SECVNDAE DONA FERVNT quia, ut diximus ⟨I 216⟩ una carnis fuerat, altera pomorum. *mensae autem secundae † quae sunt alioquin gratae.*

284. CVMVLANTQVE ONERATIS LANCIBVS ARAS id est reddunt exta.

285. SALII *salii sunt,* qui tripudiantes aras circumibant. *salta-*

---

5 Sallustius] hist. inc. 88 Dietsch. 56 Kritz. || 9 quaeritur sane e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 12, 5 sqq.

---

2 utebatur *ASR et mythographus* || necarie] nefarie *F* || 3 dicendo *om. AS* || 4 scpho *F. fortasse* scypho hoc. *ceterum scholio quod exscripsit plenioris commentarii auctor cur sacer dictus esset scyphus expositum erat* || praeter *F, corr. Daniel. cf. Preller Roem. Mythol. p.* 651 *sq.* || bino *F* || 5 libauit *F, corr. Daniel* || posumus *F* || 6 historiarum secundo *F. Schoellius*: his sunt secundum *F,* hii sunt secundum *Daniel* hi sunt qui secundum *Masvicius* hi sunt qui sine verecundia *Dietschius* || 8 convivo] cum pino *Commelinus* convivio *Masvicius, receperunt Kritzius et Dietschius. malim* ad convivia || *post* mereantur *lacunam indicavit Daniel.* mercantur *edidit Commelinus. idem coniecit Kritzius, recepit Dietschius, recte ut opinor: quamquam incerta est horum verborum emendatio, cum nesciatur integramne Sallustii sententiam interpres exscripserit.* || 9 LAETI DABANT *F* || *ad v.* 279 *in marg.* quaeritur cur in mensa libauerint et non ad aram. sed apud antiquos . . . dedicatam *T* || 10 arum *F* || aput *F* || 11 supplectilem *F* || cum aris *om. T* || 12 consecrabitur *F* || laeti *om. T* || 13 dedicata *F* || 16 aut certe secundum nom̄ (morem *Daniel*) sacerdotum *F* || 17 pellitus *scripsi*: pelleus *F. possis et* pelle uti solet *vel* pelle uestitur || 19 dixi *F* diximus supra *vulgo* || 20 carnium *R* || *ad* SECVNDAE *supr. vers.* prosperae ut quidam intellegunt *T* || mensae autem secundae uvae sunt olivaeque gratae *F. Schoellius coniecit* || 23 alii sunt *F* || *ad v.* 285 *in marg.* Tum salii genus ministrorum erat quos a saltu quidam appellatos dicunt. saltabant autem more ueteri armati . . . ultimus fuit *T*

bant autem ritu veteri armati post victoriam Tiburtinorum de Volscis. sunt autem salii Martis et Herculis, quoniam Chaldaei stellam Martis Herculeam dicunt: quos Varro sequitur. et Tiburtes salios etiam dicaverant. quidam hos a saltu appellatos tradunt. quos alii a Numa institutos dicunt, ut arma ancilia portantes saltarent: ergo bene a saltu appellati. horum numerum Hostilius addidit; nam duo sunt genera saliorum, sicut in saliaribus carminibus invenitur: Collini et Quirinales, a Numa instituti, ab Hostilio vero pavorii et pallorii instituti. habuerunt sane et Tusculani salios ante Romanos. alii dicunt Salium quendam Arcadem fuisse, qui Troianis iunctus hunc ludum in sacris instituerit. non nulli tamen hos a Dardano institutos volunt, qui Samothracibus diis sacra persolverent. quidam etiam dicunt salios a Morrio, rege Veientanorum, institutos, ut Halesus, Neptuni filius, eorum carmine laudaretur, qui eiusdem regis familiae auctor ultimus fuit.

288. LAVDES HERCVLEAS ET FACTA FERVNT senes tantum voce laudes Herculis exsequebantur, iuvenes et gestu corporis eius facta monstrabant. *unde ibi inmorandum est 'hic iuvenum chorus', ut 'salii' iuvenibus conveniant, carmina ad senes pertineant. et bene senes facta Herculis canunt, quorum aetas scire et interesse gestis Herculis potuit, antequam is ab hominibus transiret ad deos. sane quaeritur cur huic deo aperto capite sacrum fiat. legitur enim in libris antiquioribus ipsius admonitio his verbis 'mihi detecto vertice cuncti sacrificanto'. et fuit observatio ne quis in aede Herculis eius habitum imitaretur: signum*

---

2 sunt autem e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 12, 5 sqq. || 20 sane quaeritur e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 6, 17

---

1 diuulscis *F* || 2 caldei *F* chaldei *T* || 3 Herculeam *F. Schoellius*: herculem *F* || quos uarro etiam sequitur *T* || alios *G* || 4 quidam . . . quos *om. T* || a Numa] anima *F* || 5 acilia *G* || a saltu bene *T* || 6 *fort.* horum numero XII. Hostilius addidit. *Dempsterus* auxit *pro* addidit *coniecit* || hostili *G* || 7 carminibus saliaribus *T* || 8 pauori et pallori *F. cf. Preller Roem. Mythol. p.* 612 *adnot.* 3, *Marquardt Roem. Staatsverw.* III *p.* 412 *adnot.* 4. *Livii verba quae sunt* (I 27, 7) '*Tullus in re trepida duodecim vovit Salios fanaque Pallori ac Pavori*' *scholiastae fraudi fuerunt* || 9 tuscalani *G* Tuscani *Dempsterus* || 11 hos] saos *quod Lobeckius Aglaoph. p.* 1292 *veteri scholiastae Aen.* II 325 *restituit hoc quoque loco scribendum esse censet Kettnerus Varron. Stud. p.* 9 *adnot.* || samotracibus *libri* || 12 dis *T* || etiam *om. F* || tradunt *T* || Mamorrio *Marquardt l. l. adnot.* 8 *dubitanter proponit* || 13 alesus *F* || 14 laudaret *T* || auctor *F, om. T,* auctae *Daniel* || 16 et *del. s* || gesto *A* gesta *S* (*corr. a s*) || 18 conveniant *Masvicius*: conueniunt *F* || pertineant *Masvicius*: pertinant *F* pertinent *Daniel. fort.* et s. i. conveniunt, c. a. s. pertinent || 20 is *scripsi*: his *F* hic *Daniel* || adeos *F, corr. Daniel* || qur *F, om. G* || 21 operto *F, correxi* || legitur enim . . . amictu *in dextro Floriacensis margine scripta sunt, itaque desunt in Autissiodorensi, qui superiorem scholii partem habet* || 22 ipsius admonitio *omisit Daniel* || detesto *F* || sacrificanto. et fuit *scripsi*: sacrificanti faut *F* sacrificant. id facit *Daniel* || 23 ne quis *Masvicius*: ne *F* || habitūſ mitaretur *F, corr. Daniel*

enim eius operto capite est. constat tamen ante adventum in Italia Aeneae aram Herculi consecratam, ab Aenea vero morem operiendorum capitum inductum, sicut ait ⟨III 405⟩ *purpureo adopertus amictu.*

PRIMA NOVERCAE MONSTRA bene 'prima'; nam et alia omnia Iunonis insidiis pertulit. fabula autem hoc habet. Hercules natus est cum Iphiclo, Amphitryonis filio. sed cum Iuno duos serpentes inmisisset Herculi, Iphiclus de cunis terrore lapsus suo vagitu excitavit parentes. qui cum surrexissent, viderunt Herculem angentem manibus angues inmissos ei novercalibus odiis.

289. ELISERIT praefocaverit. *et hunc versum iunge: unum est enim 'monstra' et 'angues'.*

291. TROIAMQVE ut supra diximus, Troiam Hercules evertit propter negatos sibi a Laomedonte equos divino semine procreatos et Hesionae nuptias, quam a ceto liberaverat, *necato patre eius Laomedonte.* sane critici frustra culpant Vergilium, quod praesentibus Troianis Troiae laudari introduxit excidium, non respicientes quia hoc ratio fecit hymnorum, quibus aliquid subtrahere sacrilegium est. *alii magis hoc in solacium Aeneae cantatum posse accipi tradunt: nam quod Herculi datur, Graecis aufertur. et potest oblitteratus dolor videri [praeteritus], quando ad fatalem terram perventum est, sicut alibi ait Aeneas.* ⟨I 206⟩ *illic fas regna resurgere Troiae, ut ibi iam dixerat* ⟨VII 120⟩ *salve fatis mihi debita tellus, quia expectatus venerat solo Laurenti arvisque Latinis.* OECHALIAMQVE *Oechalia civitas in Euboea insula fuit, cuius* Eurytus rex Iolen filiam denegavit Herculi, *victori certamine sagittarum* ante promissam, ideo quod eum fuerat filius dehortatus, dicens ab Hercule et Megaram uxorem et ex ea filios interemptos, quod factum fuerat Iunonis instinctu. unde iratus Hercules propter nuptias sibi denegatas,

---

5 Hercules . . . odiis] exscr. mythogr. I 50 ‖ 10 ELISERIT praefocaverit] cf. Non. p. 291, 33 M. ‖ 24 Eurytus rex e. q. s.] exscr. mythogr. II 159

---

1 tamen] autem *Daniel* ‖ in italiae eneae *F*: Aeneae in Italiam *Daniel* Aeneae in Italia *Gavius Bassus apud Macrobium* ‖ 4 *schol. ad* PRIMA NOVERCAE MONSTRA *om. F* ‖ 6 ifido *AR* ificho *H* ‖ 7 idus *A* (ifidus *a*) inficlus *H* ‖ 8 herculem angues tenentem manibus singulis inmissos *AS mythographus, nisi quod hic* singulis *omittit* ‖ angentem] tenentem *R* ‖ 10 praefocaverit *LHMFa*: pro focauerit *AS* pro suffocauerit *R* ‖ 12 euertendi *F* ‖ 15 creti *AS* cretici *RL* tritici *H* greci *M* (critici *m*) ‖ uergilium *F* ‖ 16 Troianis *om. R* ‖ laudari] *om. ASMl*, laudare *F* ‖ quia] quod *L* ‖ 19 hercula *F, corr. Daniel* ‖ obliteratus *F* oblyteratys *G* ‖ 20 praeteritus *seclusi* ‖ 22 telus debita *F*, et cẽt *add. G* ‖ 23 oethalia *F* ‖ 24 euritus (euritius *M*) rex oechaliae (oecaliae *L*) *libri Serviani* ‖ iolem *ASFl*: ionem *RLHM* ‖ 25 herculi uictori certamine sagittarum denegauit *F* ‖ ideo *et* fuerat *om. R* ‖ 26 megeram *libri, correxi* ‖ 28 instructu *L* (instinctu *l*)

eversa civitate, interemit Eurytum et Iolen sustulit. *MILLE pro multis.*

292. MILLE LABORES REGE SVB EVRYSTHEO cuius asperrima imperia sustinuerat Hercules voluntate Iunonis: nam hoc est quod dicit 'fatis Iunonis', id est voluntate: *vel certe responsis, quae Eurystheo in Herculem dederat. et quidam bono auspicio 'fatis Iunonis' positum volunt, hoc est quam etiam Troiani gravem sustinent, ut dei iuventur exemplo, qui tametsi multis eius instinctu subiacuerit aerumnis, virtute tamen ad divinitatem pervenerit.*

293. NVBIGENAS de Ixione et Nube procreatos Centauros, ut superius ⟨VI 286⟩ diximus. *Pindarus † opsum, cum equas pasceret, incestasse eas, inde Centauros natos dicit.*

294. HYLAEVMQVE PHOLVMQVE Hylaeum Theseus interemit, Pholus vero Herculem suscepit hospitio eo tempore, quo ad expugnandos Centauros esset profectus: Lucanus ⟨VI 391⟩ hospes et Alcidae magni, Phole. unde apparet per poeticam licentiam nomina esse pro nominibus posita. *alii Pholum non abhorrere a vera historia tradunt. Pholus enim dum miratur sagittas Herculis, quibus tot Centauros interfecerat, una ex illis in pedem eius decidit, cuius vulnere sanari non potuit.* CRESIA MACTAS PRODIGIA 'mactas' bene ad leonem, quem interemit, refertur: nam Cretensem taurum non mactavit, sed *cum eum* incolumem ad Eurystheum perduxisset, *ille eum licet flammas vomuisse dictus sit, inlectus pulchritudine, in Atticam regionem reliquit. qui cum Marathonem vastaret, a Theseo postea occisus est.* uno tamen verbo utrumque saepe concluditur, aliquotiens una pars, ut ⟨XII 435⟩ disce puer virtutem ex me verumque laborem, fortunam ex aliis. *alii 'mactas' ad Centauros sicut ad leonem referri volunt.*

---

18 Pholus enim . . . potuit] cf. comm. Luc. VI 391, Luct. Plac. ad Stat. Ach. I 238 ‖ 23 ille . . . occisus est] cf. mythogr. I 47 et II 120; Luct. Plac. ad Stat. Theb. V 441

---

1 iolen *F*: iolem *ASl* ionem *reliqui* ‖ 3 cuius] huius *F* ‖ 7 iuventur *scripsi*: iubentur *F* ‖ 8 tam et simul *F* tam multis *Daniel* ‖ 9 adiuinitatem *F* ‖ 10 creatos *R* ‖ 11 supra *AS* ‖ opsum] Ipsum *Daniel. fort.* Pindarus Centaurum, Ixione et nube ortum *e. q. s. cf. Pind. Pyth.* II 78 *sqq. et scholia* ‖ equos *F, corr. Daniel* ‖ 12 natus *F, corr. Daniel* ‖ 13 interemit] occidit *F* ‖ 15 est profectus *Lion* ‖ hospes et alchidae et magnis folus *F* ‖ 16 alcides *LH* ‖ 17 aborrere *F* ‖ a vera *Daniel*: uera *F* ‖ 18 Pholus *Daniel*: plus *F* ‖ 19 in pedem *Daniel*: in palem *F* ‖ 21 bene] sane *R* ‖ nam Cretensem . . . IPSE TYPHOEVS (*v.* 298) *om. H* ‖ 22 cum eum *e. q. s.*] *his additionibus Servianum scholium moleste interrumpitur. fabula ipsa neglegenter narrata est. cf. mythogr.* I 47, II 120 ‖ 23 uomuisset dictos sit inlectos pulcritudine *F, corr. Daniel* ‖ 24 reliquid *F* ‖ 25 saepe . . . laborem *om. L* (*in marg. add. l*) ‖ 27 uerumque saepe laborem *F* ‖ *ad* MACTAS *supr. vers.* quidam ad omnia superiora referunt mactas *T* ‖ centauro *F*

295. NEMEAE SVB RVPE Nemea silva est vicina Thebis, in qua Hercules interemit leonem, *qui Lunae filius et invulnerabilis dictus est.* 'Nemeae' autem anapaestus est: nam et 'ne' et 'me' breves sunt.

296. STYGII TREMVERE LACVS *id est* inferni, quo tempore descendit ad rapiendum Cerberum.

297. OSSA SVPER RECVBANS aut ad terrorem dictum est: aut certe illud est quod etiam supra ⟨VI 395⟩ diximus, Cerberum esse terram, quae corpora sepulta consumit; nam inde Cerberus dictus est quasi *κρεοβόρος*. alii pueriliter volunt a Cerbero Amphiarai ossa consumi, qui hiatu terrae secundum Statium descendit ad inferos. SEMESA 'semensum' non dicimus, sicut nec 'ensum': nam 'esum' facit et 'comesum'.

298. NEC TE VLLAE FACIES 'facies', id est species, more suo: *vel periculorum vices multae, ut* ⟨VI 104⟩ *nova mi facies et* ⟨VI 560⟩ *quae scelerum facies: subauditur tamen 'terruere'.* IPSE TYPHOEVS et hoc poetice; nam si interemit Centauros, quemadmodum etiam Gigantum interfuit proelio, qui ante innumeros annos fuisse dicuntur? *ergo 'non terruit' pro 'non terreret' vel 'terruisset', ut sit 'nec te Typhoeus ipse terreret'.*

299. NON TE RATIONIS EGENTEM litotes figura; nam minus dixit et plus intellegimus: hoc enim dicit: prudentissimum te non circumvenit Lernaeus anguis, id est hydra, turba capitum. et est talis figura, qualis ⟨VII 261⟩ munera nec sperno. *aliis amphibolia videtur.* (*nam*) *si ordinaveris 'non te Lernaeus turba capitum circumstetit anguis', remanet 'rationis egentem',* (*si 'non te rationis egentem'*) *ordinaveris, remanet 'Lernaeus t. c. c. a.' et est: non eguisti ratione cum te Lernaeus anguis circumstetit capitum turba. praeter haec quae Herculem hoc loco poeta fecisse memoravit, alia facta Herculis haec sunt. superatus aper Erymanthius; post cerva; item Stymphalides*

---

2 qui Lunae . . . dictus est] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. II 58 || 10 Statium] Theb. VII 809 sqq.

---

2 luine *G* || 3 ne et me] neme *F* || breves sunt] ae autem longa diphthongo. Interemit et alterum leonem apud cleonas graeciae urbem cuius pellem gestabat in tutamen et laudem unde lucanus (IV 612) 'ille cleonaei proiecit terga leonis' *add. D* || 4 descendit ad rapiendam proserpinam *M* || 8 nam et inde *L* || 9 alii *om. AS* || a *om. AS* || 10 Statium] fabulas *F* || vivus descendit *Fabricius* || 11 SEMESSA *F* || mensum *AS* || 13 facies *om. L* || 22 circumvenit. Et est . . . sperno. LERNAEVS A. . . . TVRBA CAPITVM aliis amphibolia *exemplaria impressa* || 23 aliis amphibolia . . . capitum turba] *sic locum constitui.* aliis amfybolia uidetur si ordinaueris (ordinaveris *om. Daniel*) non te lernaeus turba egentem capitum anguis remanet rationis egentem ordinaueris remanet lernaeus t. c. c. a. sed (si *Daniel*) est non eguisti ratione cum te lernaeus anguis circumstetit capitum turba *F* || 27 praeter haec . . . quo facto inter deos relatus est *hab. TD* || 29 superatos hec sunt superatos aper *F* || cerva] cerberus *D* || stynfalides *FT*

aves, quae alumnae Martis fuisse dicuntur, quae hoc periculum regionibus inrogabant, quod cum essent plurimae, volantes tantum plumarum de se emittebant, ut homines et animalia necarent, agros et semina omnia cooperirent. inde ovilia Elidensium regis, quae stercore animalium congesto pestilentiam tam suis quam vicinis regionibus creaverant, inmisso Alpheo flumine purgavit et regionibus salubritate reddita, ipsum regem negata sibi mercede interemit. inde equos Diomedis Thracis, qui humanis carnibus vescebantur, abduxit. inde ad Hippolytae cingulum petendum perrexit eamque ablato cingulo superavit. ad Geryonem autem, sicut iam supra ⟨VII 662⟩ *dictum est, navi aenea navigavit tergo leonis velificans, ibique primum canem, Echidnae filium, peremit, deinde Eurytiona pastorem, Martis filium, novissime Geryonem, cuius abduxit armenta. item ad Hesperidas perrexit, et Antaeum, filium Terrae, victum luctatione necavit. inde in Aegypto Busiridem necavit, qui advenientes hospites immolare consueverat. post Prometheum, Iovis imperio in Caucaso monte religatum, occisa sagittis aquila liberavit. Acheloum etiam fluvium, qui se propter Deianiram, Oenei filiam, certando cum Hercule in formas varias commutabat, mutatum in taurum, avulso ab illo cornu, victoria cedere conpulit. post Lycum regem, qui, se apud inferos constituto, Megaram uxorem eius temptaverat, reversus peremit: propter cuius necem Iuno ei insaniam misit, ut uxorem necaret ac filios. qui post, recepta sanitate, cum expiationem parricidii ab Apolline petisset nec ab eo responsa meruisset, ira concitus cortinam ipsam et tripodem Apollinis sustulit: ob quod iratus Iuppiter eum Omphalae servire praecepit. cuius finis humanitatis talis fuit. cum Deianiram coniugem per fluvium, in quo Nessus Centaurus commeantes transvehebat, etiam Hercules transvehere vellet, ausus est Nessus occulte Deianiram de stupro interpellare. quod cum Hercules agnovisset Nessum peremit. sed Nessus moriens Deianiram monuit, ut sanguinem suum exceptum servaret, et si quando advertisset Herculem altera fe-*

1 alumine *FT* ‖ 2 uolentes *F* ‖ plumarum] stercorumque *add. D* ‖ 3 necarentur *D* ‖ agro sed *F* ‖ 4 cooeperirent *F* ‖ inde . . . regis] inde ab augia eliensium rege rogatus ouilia *D* ‖ unde *F* ‖ bovilia *Masvicius* ‖ 5 quam et uicinis *F* ‖ creuerant *F* ‖ 6 repurgauit *F* ‖ 7 ande *F* ‖ diomedes *F* ‖ Thracis] trachis *FT, om. D* ‖ 8 unde *F* ‖ ad *D*: ab *FT* ‖ yppolite *FT* ‖ 9 eumque *T* ‖ gersonem *FT* ‖ 10 aeneas *T* ‖ 11 ergo *FT* ‖ cantem edi id ne filium *F* cante mechidne filium *T* caute mathonae filium *D, corr. Daniel.* Orthrum c. E. f. *Masvicius* ‖ 12 gerionem *FT* ‖ 13 ab *FT* ‖ hesperida *T* ‖ abantheum *F* ‖ 14 necavit *om. D* ‖ 15 promotheum *F* ‖ 16 occiso *T* ‖ liberauerit *T* ‖ 17 fluvium] fluuii deum *D* ‖ deseianiram *FT* ‖ filium *T* ‖ 20 Megaram *Masvicius*: megaeram *FT, om. D* ‖ 21 ut] et *FT* ‖ necauit *T* ‖ 22 sanitatem *F* (post receptam sanitatem *Daniel*) ‖ expiatione *FT* ‖ parricii *F* ‖ 25 onfale *F* onfali *T* ‖ 26 deianeram *T* ‖ nesus *FT, sic et infra semper* ‖ centauiros *F* centauros *TD, corr. Fabricius* ‖ 27 transuehere *D*: transfuere *F* transire *T* ‖ 28 deianeram *FT, sic et infra* ‖ cum *om. F* ‖ cognouisset *D*

mina delectari, sanguine ipso vestem inlitam marito daret, per quam vindicari posset. sed Deianira cum audisset maritum Iolen, Euryti Oechaliensis amare filiam, vestem tinctam Nessi sanguine Lichae servo dedit ad eum perferendam. qui cum Herculi in Oeta occurrisset, munus uxoris tradidit. quam cum ille Iovi sacrificaturus induisset, tanto corporis ardore correptus est, ut non invento remedio pyram construi iuberet donatisque Philoctetae sagittis peteret ab eo ut cremaretur. quo facto inter deos relatus est.

301. SALVE *hic 'salve' sic dictum est ut alibi* ⟨I 330⟩ *sis felix. hic Divus Fidius solus dicitur, quod solus fidem fecit* (*esse*) *se Iovis filium.* VERA IOVIS PROLES nullus enim humano sanguine procreatus tanta perficeret.

302. DEXTER ADI id est propitius. PEDE SECVNDO omine prospero.

303. SVPER OMNIA CACI id est hoc factum laudant ultra omnia. et sic est dictum, ut ⟨IX 281⟩ sed te super omnia dona unum oro. et bene, quantum ad ipsos pertinet, rem maiorem *et sibi utiliorem* servavere post omnia: *quia ita saepe fit, ut ea quae in praesente aguntur, fabulis omnibus postea addantur, et quae experti erant, potiora videantur ignotis, et fides habeatur illis quae audierant ex his quae viderant.*

307. OBSITVS AEVO aetate involutus, ut *Terentius ait* annis pannisque obsitus. *nonnulli 'obsitum' quasi insitum et obsessum et possessum tradunt.*

310. FACILESQVE OCVLOS FERT OMNIA CIRCVM physici dicunt ex vino mobiliores oculos fieri: Plautus faciles oculos habet, id est mobiles vino. *hoc etiam Maecenas in symposio, ubi Vergilius et Horatius interfuerunt, cum ex persona Messalae de vi vini loqueretur,*

---

13 DEXTER propitius] cf. Non. p. 290, 11 M. || 22 Terentius] eun. II 2, 5 || 23 obsitum . . . obsessum] cf. Isid. or. X 197

---

2 possit *F* || euritio etalensis *F* euryti et haliensis *T* euryti *D* || 3 lycae *D* || 4 in uota *T* || munus *Daniel*: manus *FT* || munus uxoris] manibus uxoris datam *D* || 5 induxisset *D* || 6 adore *F* || invento remedio *om. D* || 7 cremaretur] ne inueniretur *add. D* || 10 fecit esse se *Dorvillius*: fecis se *F* fecit se *Daniel* || 11 procreatus qui tanta *M* || 15 id est *om. AS* || 16 ut] ut est *LHM* || sed] et *libri praeter RF* || *malim* rem, quantum ad ipsos pertinet, maiorem || 17 et utiliorem *edidit Stephanus* || 18 seruare *L* seruant re *F* || 19 aguttur *F* || experti erant *scripsi*: experierant *F* expetierant *Commelinus* || 20 ignoturis *F, corr. Daniel* || ex *F* et *Daniel* || 22 ait] ait ut *F* || *ad* OBSITVS A. *supr. vers.* quasi insitum et obsessum *T* || 23 insitum] *fort.* indutum || 27 hoc etiam . . . reducit bona *hab. T* || mecenas *F* mecaenas *T* || simposio *F* || ubi] cui *Masvicius* || uergilius *F* || 28 ex personam ēē ledem uino *F* ex personam ēē lederi uino *T* ex persona Messalae *Danielis,* de vi vini *Hageni est coniectura* || loqueretur ita ut *T*: loqueretur it aut *F* loqueretur ait aut *Daniel* (aut *del. Heinsius, quem Masvicius et Burmannus secuti sunt*)

ita: ut idem umor ministrat faciles oculos, pulchriora reddit omnia et dulcis iuventae reducit bona.

311. CAPITVRQVE LOCIS delectatur. *CAPITVRQVE LOCIS*] *nam uno loco diutius retinetur.*

313. ROMANAE CONDITOR ARCIS conditor Pallantei, ubi nunc Palatium est: quod non est re vera arx, sed tenet rerum omnium principatum. *et hic subtiliter videtur significare Romam initium ab Euandro ducere.*

314. HAEC NEMORA INDIGENAE FAVNI 'indigenae', id est inde geniti, αὐτόχϑονες. et sciendum secundum Hesiodi theogoniam primo deos genitos, inde hemitheos, post heroas, inde homines innocentes, ultimos sceleratos: quem et hic nunc ordinem servat. *sane, sicut supra* ⟨VII 48⟩ *dictum est, Faunus Pici filius dicitur, qui a fando, quod futura praediceret, Faunus appellatus est: quorum etiam responsa ferebantur. hic Faunus habuisse filiam dicitur † omam castita et disciplinis omnibus eruditam, quam quidam, quod nomine dici prohibitum fuerat, Bonam Deam appellatam volunt. hos Faunos etiam Fatuos dicunt, quod per stuporem divina pronuntient. quidam Faunum appellatum volunt eum quem nos propitium dicimus.*

315. TRVNCIS ET DVRO ROBORE NATI hoc figmentum ortum est ex antiqua hominum habitatione, qui ante factas domos aut in cavis arboribus aut in speluncis manebant. qui cum exinde egrederentur aut suam educerent subolem, dicti sunt inde procreari.

316. NEQVE CVLTVS ERAT id est nullam sui curam habebant. *alii ad animum referunt, ut Sallustius indocti incultique. alii*

---

3 CAPITVR delectatur] cf. Non. p. 253, 12 M. || 9 indigenae . . . αὐτόχϑονες] cf. Isid. or. IX 4, 39 et X 147; comm. Luc. II 432 || 20 hoc figmentum e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 276 || 25 Sallustius] Cat. 2, 8

---

1 idem umor *Masvicius ex Ryckii, ut Burmannus opinatur, coniectura*: idem uinor *F* idem amori *T* (*sed* amori *moneo ab eadem manu supra vers. scriptum et* r *litterae formam eius similem esse qua hodie Galli scribentes utuntur*) vinum (*deleto* idem) *Heinsius* id et in vino est *Bentleius ad Hor. carm.* III 21, 13. *cf. Hertz anal. ad carm. Horat. hist.* III *p.* 11 *adnot.* 5 || pulcriora *F* || 3 *ad* CAPITVR *supr. vers.* delectatur diutius tenetur *T* || delectatur] locorum pulchritudine *add. Fabricius* || nam] id est nam *F* || 5 pallante *ASH* (*corr. a*) || 6 omnium rerum *F* || 10 theogoniam *F* teugoniam *L* theugoniam *H*: theologiam *ASRl* theologoniam *M* i. e. librum de genere deorum *superscr. l* || 11 emitheos *libri* || 12 ultimo *AS* || et hic] hinc *H* || *ad v.* 314 *in marg.* faunus a fando dictus quod scilicet futura praediceret cuius responsa ferebantur. et faunos inde genitos dictos uolunt quasi fatuos quod per stuporem mentis futura pronuntient *T* || 14 quorum] *i. e. Pici et Fauni* || 15 filium *F, corr. Daniel* || omã castita *F* Faunam castitate *Heinsius* bonam castitate *Burmannus* omnium castissimam *Masvicius* Romam, castitate *Bursianus Liter. Centralbl.* 1859 *p.* 609 *cf. ad Aen.* I 273 *et* 277. summa castitate *Iordanus* (*Preller Roem. Mythol. ed.* 3 *p.* 400 *adnot.* 1) || 17 bonum *F* || fauno *et* fatuo *F* || 20 DVRO] RVPTO *LH* || NATA *R* || figmentum] Homericum est et *add. Fabricius* || ortum] natus *F* || 21 domus *M* || 23 sobolem *ASRMF* || procreati *ASMF* || 24 sui *om. M* || 25 ferunt *G* || salustius *F*

(*'quis neque*) *mos* (*neque cultus erat'*) *hoc est qui neque legibus aut imperio cuiusquam regebantur, quia mos est lex quaedam vivendi nullo vinculo adstricta, hoc est lex non scripta. sed hic 'cultum' legem, imperium dictum volunt. alii mores pro legibus, ut* 〈I 264〉 *moresque viris et moenia ponet et* 〈VII 204〉 *veterisque dei se more tenentem.*

317. COMPONERE OPES reservare, ordinare. PARCERE PARTO de die, inquit, vivebant nec inventa servabant.

318. RAMI ATQVE ASPER VICTV VENATVS ALEBAT cognato quodammodo victu alebantur, aut venatu montium aut arborum ramis: *hinc enim ali debebant ex arboribus nati.*

319. *PRIMVS quasi et alius venerit e caelo; sed primus in Italiam venit.* AB AETHERIO VENIT SATVRNVS OLYMPO hoc dicit secundum poeticum morem; nam Saturnus rex fuit Cretae, quem Iuppiter filius bello pepulit. hic fugiens ab Iano *rege, qui urbem habuit, ubi nunc Ianiculum,* est susceptus, qui regnabat in Italia. quem cum docuisset usum vinearum et falcis *et humaniorem victum,* in partem est admissus imperii et sibi oppidum fecit *sub clivo Capitolino, ubi nunc eius aedes videtur. qui* postea suum repetivit imperium. *ex hoc et Saturnalia, ut essent memorialia vitae quam Saturnus docuerat: qua die simili et promiscuo victu utuntur servi et liberi. ideo autem in aede ipsius Saturni aerarium, quod ibi potissimum pecunia servaretur, eo quod illi maxime credatur.*

321. IS GENVS INDOCILE pro 'indoctum': nam 'indocile' est quod penitus non potest discere, 'indoctum' quod nondum didicit. hos autem dicit esse conpositos, unde apparet quia 'indocile' dixit pro 'indoctum'. hoc autem est quod dicit Cicero in primo rhetoricorum, feros adhuc homines magni cuiusdam viri oratione conpositos.

---

2 quia mos . . . scripta] cf. Isid. diff. verb. 339 ‖ 14 nam Saturnus e. q. s.] exscr. mythogr. III 1, 2 ‖ 24 nam indocile . . . didicit] cf. Isid. diff. verb. 292 ‖ 27 Cicero] cf. de inv. I 2, 2

---

1 mos *F* (mons *G*): ad morem *Daniel. sed apparet plen. comment. auctorem scholii quod exscripturus erat lemma mutilasse.* ‖ legimus *G* ‖ 3 sed hic] *fort.* et hi ‖ 4 ut *addidi*: veluti *Daniel* ‖ 5 moenia ponet] moenp. *F* ‖ 8 iuuenta *H* inuent *F* iumenta *Stephanus* ‖ 9 cognato . . . ramis *om. H* ‖ cognati *F* ‖ 11 hunc *G* ‖ debebant *scripsi*: debant *F* debent *Daniel* ‖ 12 ae celo *F* (e caelo *G*) ‖ 18 sub diuo capitulino *F, corr. Daniel* ‖ 20 esset *F, corr. Daniel. fort.* ut esset memoria illius vitae ‖ 21 simili *Commelinus*: simile *F* simul *Masvicius* ‖ 22 potissimum *F. ceterum* ideo autem in aede ipsius Saturni erat aerarium, quod ibi pro tutissimo populi pecunia servaretur, eo quod illi maxime credebatur *Schoellius,* ideo . . . aerarium quo *vel* in quo publica potissimum pecunia servabatur, quod illi maxime credebant *vel* credebatur *ego* ‖ 24 nam . . . indoctum *om. L* (*add. l*) ‖ nam *om. R* ‖ 25 discere] docere *F* doceri *Daniel* ‖ 26 incompositos *LM* ‖ 27 est quod *om. L* ‖ 28 adhuc *om. R* ‖ iurio rationis *H*

322. LEGESQVE DEDIT atqui dixit ⟨VII 203⟩ haud vinclo nec legibus aequam; sed intellegimus Saturnum dedisse leges, quibus adeo obtemperaverunt, ut iam ita per naturam sine legibus viverent. *hunc sane deum et leges recipere et legibus praeesse docet antiquitas; nam ideo et acceptae a populo leges in aerario claudebantur, quoniam aerarium Saturno dicatum erat, ut hodieque aerarium Saturni dicitur.* LATIVMQVE VOCARI MALVIT bene 'maluit': nam et Saturnia dicta est, ut ⟨329⟩ et nomen posuit Saturnia tellus. et Vergilius Latium vult dici, quod illic Saturnus latuit *fugiens Iovem. fabula nota est, quod Saturnus filios suos de Ope genitos voraverit, cum audisset a filio se regno esse pellendum, et quod ei uxor nato Iove lapidem pro infante obtulerit devorandum.* Varro autem Latium dici putat, quod latet Italia inter praecipitia Alpium et Apennini. *quidam ferunt a Latino dictum Latium, alii ipsum Latinum a Latio.*

325. SIC PLACIDA POPVLOS IN PACE REGEBAT ut merito aurea saecula crederentur.

326. DECOLOR AETAS vitiosa, *quae decoloraret veteres mores:* in omni enim vitioso corpore inest pessimus color. et adludit ad naturam metalli, quam cernimus discolorem: nec inmerito; supra enim dixerat 'aurea saecula', ideo nunc dixit 'aetas decolor', *id est aurea et ferrea, sicuti Hesiodus dicit. sane 'decolor aetas' quis ante hunc?*

328. TVNC MANVS AVSONIAE omnes terrae habitatores aut indigenae sunt aut advenae aut convenae. indigenae sunt inde geniti, ut ⟨314⟩ de Faunis dixit: advenae de uno loco venientes, ut Saturnus: convenae de diversis, ut Ausones et Sicani: *quamvis quidam Ausones cognominatos ab Ausone, Vlixis et Circes filio, dicant.* Sicani autem secundum non nullos populi sunt Hispaniae, a fluvio Sicori dicti: Lucanus ⟨IV 14⟩ Hesperios inter Sicoris non ultimus amnis. hi duce Siculo venerunt ad Italiam et eam tenuerunt ex-

---

7 nam et Saturnia . . . latuit] cf. Isid. or. XV 1, 50 ‖ 24 advenae . . . diversis] exscr. Isid. diff. verb. 34

---

4 hunc sane . . . dicitur *hab. T* ‖ legos *FT, corr. Daniel* ‖ recipere] *malim* praecipere ‖ 5 et ideo *T* ‖ 6 dicatum erat] dictum *G* ‖ 9 uergilius *F* ‖ fugiens Iovem *e. q. s.*] *fortasse scholium ad* ARMA I. F. (*v.* 320) *adscriptum huc translatum est* ‖ fabulā *F* ‖ 4 de Ope genitos *Masvicius*: deo progenitos *F* ‖ 11 esset *F* ‖ 12 dicitum putat *M* ‖ 13 praecipitia *H* precipicia *L*: praerupta *ASRM* loca *F, inde* iuga *Commelinus* ‖ 19 metallorum *F* ‖ 22 omnis *R* ‖ indigenae *ASRMl*: incolae *LHF* ‖ 23 sunt *om. ARMLH* ‖ advenae] abitatores *L* habitatores *H* ‖ convenae] cumuenae *R* aut incolae sunt *add. F, quae delevi* ‖ indigenae sunt] ut idē *add. F* ‖ geniti] quos uocant aborigines latine graece uero αὐτόχθονες *add. D* ‖ 24 de uno . . . convenae de *om. LH* (*add. l*) ‖ 25 ausonii *H* ‖ 26 ulixes et arte filio *F, corr. Daniel* ‖ 27 sicolori *L* (*corr. l*) ‖ 28 lucanus dicit *M* ‖ hisperio *AS* hesperio *Ra* ‖ 29 amnes *R* ‖ siculo *RL*: sicelo *AS* sicaelo *HMF*

clusis Aboriginibus. mox ipsi pulsi ab illis quos ante pepulerant, insulam vicinam Italiae occupaverunt et eam Sicaniam a gentis nomine, Siciliam vero a ducis nomine dixerunt: quamquam Thucydides dicat de Sicilia Italum regem venisse et ab eo esse Italiam appellatam. *alii sic distinguunt 'Sicanae' et subiungunt 'saepius et nomen posuit Saturnia tellus': semel enim Sicani ex Hispania in Italiam venisse dicuntur. at Italia plura nomina habuit, dicta est enim Hesperia, Ausonia, Saturnia, Italia.*

330. INMANI CORPORE THYBRIS hic Tuscorum rex fuit, qui iuxta hunc fluvium pugnans cecidit et ei nomen inposuit: *vel ut quidam volunt a Glauco, Minois regis filio, occisus est.* alii volunt istum ipsum regem latrocinatum esse circa huius fluminis ripas et transeuntibus crebras iniurias intulisse, unde Thybris quasi ὕβρις dictus est ἀπὸ τῆς ὕβρεως, id est ab iniuria: nam amabant maiores ubi aspiratio erat Θ ponere. *alii Tiberim, Iani et Camasenae filium, ibi in bello perisse tradunt. Varro Tiberim a Thebri quodam vel a * qui ibi perierit, dictum tradit.* alii, ut supra ⟨III 500⟩ diximus, volunt eos qui de Sicilia venerunt, Thybrin dixisse ad similitudinem fossae Syracusanae, quam fecerunt per iniuriam Afri et Athenienses iuxta civitatis murum: nam quod Livius ⟨I 3, 8⟩ dicit, ab Albano rege Tiberino Thybrin dictum, non procedit ideo, quia etiam ante Albam Thybris dictus invenitur. *sed hic Alexandrum sequitur, qui dicit Tiberinum, Capeti filium, venantem in hunc fluvium cecidisse et fluvio nomen dedisse: nam et a pontificibus indigitari solet.*

331. *POST ITALI etiam Euander se Italum dicit.*

332. ALBVLA NOMEN antiquum hoc nomen a colore habuit.

333. ME PVLSVM PATRIA aut, ut diximus supra ⟨51⟩, propter

---

3 Thucydides] VI 2 ‖ 9 hic Tuscorum rex fuit e. q. s.] exscr. mythogr. I 193, cf. Isid. or. XIII 21, 27; Aurel. Vict. or. gent. Rom. 18

---

4 italium *F* ‖ 5 alii . . . Italia *hab. T* ‖ distingunt *F* ‖ 8 Vitalia *Daniel* ‖ 10 ei *om. LH* (*add. l*) ‖ posuit *F* ‖ 11 monois *F* ‖ 13 ὕβρις] ubisp(r)ιc *L* ibpιc *H* ‖ 14 dictum est *F* ‖ ΥΒΡΕΑC *LH* ΥΒΡΕΟC *F* ‖ 15 θ ponere *LMF*: o ponere *ASR* (s *supra* o *in Regin. Daniel*) opponere *H* S ponere *vulgo.* ut ἑπτά septem uel f ut ἑλένα felena quod aeolicum digamma dicitur nunc pro s t ponitur ut tybris *add. D* ‖ thiberini *F* Tyberim *Commelinus* Tiberinum *Cluverius* ‖ Camesenae *Masvicius* ‖ 16 Tiberim . . . perierit *sic locum constituimus*: tiborinate bre quodā t a quibus perierit *F* Tyberin a Tyberino quodam rege Latinorum quod ibi interierit *Daniel. respicere videtur interpres ad Varr. d. l. l.* V 30, *ut inde lacuna explenda sit.* ‖ 18 a similitudine *ASRF* ‖ 20 Livius] lius *F* ‖ 21 thybrin *RHM*: thibrin *A* tyberin *L* tybrin *Fl* ‖ 22 thybris *RLM*: thibris *A* tybris *HF* ‖ 23 tyberinum *F* ‖ 24 *malim* ita indigitari. *cf. Serv. ad v.* 31 '*nam in sacris Tiberinus*' *et ad v.* 72 '*sic enim invocatur in precibus: adesto, Tiberine, cum tuis undis*' ‖ 26 a calore *AF* ‖ 27 supra *om. AS*

parricidium: aut certe oraculorum necessitate conpulsum. PELAGIQVE EXTREMA *id est aut* per extrema pelagi actum: aut, ut dicit Donatus, per pelagus extrema sequentem, ut 'pelagi' adverbium sit. *PELAGIQVE EXTREMA*] *pro 'in pelago', aut pelagi pericula.*

334. FORTVNA OMNIPOTENS ET INELVCTABILE FATVM secundum stoicos locutus est, qui nasci et mori fatis dant, media omnia fortunae: nam vitae humanae incerta sunt omnia. unde et miscuit, ut quasi plenum ostenderet dogma: nam nihil tam contrarium est fato quam casus; sed secundum stoicos dixit. *alii 'fortuna omnipotens' propter fugam et exilium, 'ineluctabile fatum' idcirco, ut se sceleris et parricidii crimine purgaret.*

335. EGERE coegerunt, ut quasi ostendat invitum.

336. CARMENTIS NYMPHAE MONITA matris eius, *quae Nicostrate dicta est, sed ideo Carmentis appellata a suis, quod divinatione fata caneret: nam antique vates carmentes dicebantur, unde etiam librarios qui eorum dicta perscriberent, carmentarios nuncupatos. alii huius comites Porrimam et Postvertam tradunt, quia vatibus et praeterita et futura sunt nota. alii etiam Tiburtem dictam.* 'nymphae' autem maritae dicit: nam graece sponsa νύμφη dicitur. haec autem non vere nympha fuit, sed vaticinatrix. *alii nympham ideo dictam, quoniam qui res Arcadum scripserunt, tradunt sex feminas ibi fuisse quae nymphae vocarentur, in quis et Carmentem: proprio ergo vocabulo, non epitheto poetico usus est.* AVCTOR scilicet oraculorum.

337. MONSTRAT ET ARAM *aut* quam *Euander* matri fecit extinctae: *aut 'aram' pro monumento: aut ideo aram, quia ibi sepulta est et post excessum dea credita.* est autem iuxta portam, quae primo

---

5 secundum stoicos e. q. s.] cf. Isid. diff. verb. 219 || 13 quae . . . caneret] cf. Isid. or. I 4, 1

---

1 patricidium *F* || 2 pelagi actum *om. LH* (*add. l*). *in Hamb. post* extrema *legitur* hoc nomen, *quod ex scholio ad v.* 332 *errore repetitum est* || ut dicit Donatus] ut dicunt quidam *F* || 3 extrema] ex pelagi *LH* (*corr. l*) || ut] ///u` *L* aut *M. in Hamb. inter* sequentem *et* ut *octo fere litterarum spatium relictum esse moneo* || 4 sit] est *HM et L, ut videtur; nam* sit *in ras. l* || 6 dant] dicant *R* || 7 et *ante* miscuit *om. F* || ut] et *LH* || 8 ostendere *LH* || 9 *ad* INELVCTABILE F. *in marg.* insuperabile ut se parricidii crimine purgaret ideo dicit ineluctabile fatum *T* || 10 excilium *F* || factum *F* || 11 paricidii *F* || 13 eius] euandri *F* || *ad v.* 336 *in marg.* haec carmentis proprio nomine nicostrata dicta est et a suis carmentis dicebatur quod diuinatione facta caneret quia omnis uates apud ueteres carmentes dicebantur et librarios qui eorum dicta perscriberent carmentarios nuncupabant *T* || quae] qui *F* || 14 apellata *G* || facta *F, corr. Daniel* || 16 nuncupatos *F, lege* nuncupabant *vel* nuncupatos esse dicunt || 17 porrimam *G* porramam *F cf. Ovid. fast* I 633. *Varro ap. Gell.* XVI 16 *Prorsam vocat* || posuetam *F* Postvotam *Daniel* Postvortam *Masvicius* || 22 queis *Daniel* || 24 extincta *R* || 25 munumento *F* || quia ibi extincta et sepulta est *Masvicius et Burmannus* || 26 est autem] haec ara *F*

a Carmente Carmentalis dicta est, post scelerata a Fabiis CCCVI, qui per ipsam in bellum profecti, non sunt reversi. VATIS FATIDICAE bene addidit 'fatidicae': nam vatem et poetam possumus intellegere, unde solum plenum non erat. ergo tale est ut illud in Sallustio in tugurio mulieris ancillae, non quia mulieris statim et ancillae, si autem ancillae statim et mulieris.

340. QVAE PRIMA quia postea etiam sibylla dixit.

341. NOBILE PALLANTEVM futurum scilicet, sicut et Aeneadas: *ad sequens enim Romanorum retulit tempus.*

342. ASYLVM RETVLIT postquam Hercules migravit e terris, nepotes eius timentes insidias eorum quos avus adflixerat, Athenis sibi primi asylum, hoc est templum misericordiae, collocarunt unde nullus posset abduci, quod etiam Statius dicit, ut Herculeos fama est fundasse nepotes. ideo ergo ait 'quod Romulus acer asylum retulit', hoc est fecit ad imitationem Atheniensis asyli: quod ideo Romulus fecit, ut haberet advenas plures cum quibus conderet Romam. *ergo 'retulit' aut restituit aut nominavit.* Iuvenalis ⟨VIII 272⟩ et tamen ut longe repetas longeque revolvas nomen, ab infami gentem deducis asylo. *sane hoc non ad Euandri personam adplicatur, quod ipse Aeneae retulerit.*

343. GELIDA MONSTRAT SVB RVPE LVPERCAL sub monte Palatino est quaedam spelunca, in qua de capro luebatur, id est sacrificabatur: unde et lupercal non nulli dictum putant. alii quod illic lupa Remum et Romulum nutrierit: alii, quod et Vergilius, locum esse hunc sacratum Pani, deo Arcadiae, cui etiam mons Lycaeus in Arcadia consecratus est. et dictus Lycaeus, quod lupos non sinat in oves saevire. ergo ideo et Euander deo gentis suae sacravit locum et nominavit lupercal, quod praesidio ipsius numinis lupi a pecudibus arcerentur. *sunt qui dicant hunc Πᾶνα ἐνυάλιον, deum*

---

4 in Sallustio] Iug. 12, 5. cf. Serv. ad Aen. I 409 ‖ 10 postquam Hercules ... deducis asylo] exscr. mythogr. I 60. cf. II 166 ‖ 13 Statius] Theb. XII 497 sqq.

---

1 celerata *F* ‖ CCCVII. *LH* trecentis viris *Stephanus* ‖ 3 intellegere] Lucanus (Lucill. *Fabricius* Lucilius *vulgo*) 'nec si te pectore uates accipiam' *add. D. vid. Phars.* I 63 ‖ 4 unde] ut *F* ‖ ut *om. ASMl* ‖ illud] illud est *LH* (est *del. l*) ‖ 7 sibillam *R* sibullam *H* ‖ 8 aeneades *LHM* ‖ 10 RETVLIT *libri, nisi quod* RETTVLIT *a* ‖ 12 sibi asilum primi *L* ‖ mage *L* (misericordiae *l*) maẽ *H* ‖ 13 hercules *F* ‖ 14 est] et *F* ‖ 15 hoc est templum fecit *M* ‖ 17 ergo ... nominavit *non edidit Daniel* ‖ 18 et] sed *L* ‖ ut] et *LH* ‖ longe repetas *om. F* ‖ reuoluam *F* ‖ 19 asilum *A* asylum *S* asilo *LF* ‖ 20 quod] *fort.* quasi ‖ 23 non nulli putant dictum *AS* ‖ 24 quod et uirgilius *RLH*: quod est uerius *ASFl* quod est ueri similius *M* ‖ 25 esse *om. R* ‖ 26 est *om. F* ‖ quod λύκους hoc est lupos *Fabricius* ‖ sinit *L* ‖ 29 sunt qui dicant ... februm vocabant *hab. T* ‖ sunt] in *F* ‖ *Πᾶνα ἐνυάλιον*] pana enyalion *T* panęny alii *F* (panaens̄ alii *G*) Panem alii *Daniel* ‖ deum fuisse bellicosum *T*

bellicosum: alii Liberum patrem, eo quod capro ei fit divina res, qui est hostia Liberi propria. in huius similitudinem intecti cultores eius: cui lupercalia instituta sunt, quia deus pastoralis est. nam Remum et Romulum ante urbem conditam lupercalia celebrasse eo quod quodam tempore nuntiatum illis sit latrones pecus illorum abigere: illos togis positis cucurrisse caesisque obviis pecus recuperasse: id in morem versum, ut hodieque nudi currant. non nulli propter sterilitatem hoc sacrum dicunt a Romulo constitutum, ideoque et puellae de loro capri caeduntur, ut careant sterilitate et fecundae sint: nam pellem ipsam capri veteres februm vocabant.

344. PARRHASIO DICTVM PANOS DE MORE LYCAEI ordo est: monstrat lupercal Panos Lycaei, dictum de more Parrhasio, id est ostendit lupercal Panos Lycaei, dicatum ex more Arcadico: nam Parrhasia Arcadia est. DICTVM dicatum, consecratum. PANOS LYCAEI 'huius Panos' genetivus est Graecus, et 'Panos Lycaei' sic dictum est, ut 'Iovis Olympi', 'Apollinis Delphorum'.

345. SACRI MONSTRAT NEMVS ARGILETI 'sacri' execrabilis. sane Argiletum, quasi argilletum, multi volunt a pingui terra; alii a fabula. nam Euander Argum quendam suscepit hospitio. qui cum de eius cogitaret interitu, ut ipse regnaret, Euandro hoc non sentiente socii intellexerunt et Argum necarunt: cui Euander et sepulchrum fecit et locum sacravit, non quod ille merebatur, sed hospitalitatis causa. bene autem in hac re Euander inmoratur et docet causas, ne apud hospitem veniat in suspitionem. ergo Argiletum ab Argo illic sacrato et sepulto. *alii Argum occisum dicunt ab ipso Euandro, auxiliante sibi Hercule, quod is ex hospite factus esset inimicus. alii Danaen cum duobus filiis Argo et Argeo, quos de Phineo habuit, venisse in Italiam et locum ubi nunc Roma est tenuisse, ibique Argum Aboriginum insidiis interfectum loco nomen dedisse. alii Argiletanam portam appellari, quod eam Cassius Argillus sive fecerit sive refecerit: (vel) quod ibi Cassius Argillus bello Punico primo sit inter-*

---

17 sane . . . terra] cf. Varro d. l. l. V 157

---

1 capra *T* ‖ res *om. libri, add. Daniel* ‖ quae *T* ‖ 4 eo *T*: ex *F* ‖ 5 illi *T* ‖ 6 obuiis *F*: obuius *G* obuios *T* ‖ 7 sterelitatem *F* ‖ 8 caprae *T* ‖ 9 sterelitate *F* ‖ fecundae *T*: feč duę *F* ‖ pallem *G* ‖ 10 februm *libri* februum *Masvicius* ‖ uocabunt *F* ‖ 12 dictum . . . Lycaei *om. LH (add. l)* ‖ de more dictum *R, in quo* Parrhasio . . . ex more *omissa sunt* ‖ 13 dicatum *ex* dictitum *H* ‖ 14 archadia dicta est *R* ‖ 16 olympici *F* ‖ delfos *M* Iovis Olympici Apollinis Delphici *vulgo* ‖ 18 argilletum *R*: argriletum *A* a///griletum *S* ag[r]iletum *L* argiletum *H* quasi argilletum *om. M* ‖ 20 de eius] dedis *H* de eius *ex* decius *M* ‖ consentiente *R* sciente *F* ‖ 22 locum] lacrum *F* ‖ non] nam *F* ‖ 25 sepulto et sacrato *Masvicius* ‖ 27 quos *Daniel*: quod *F* ‖ 30 Cassius post Argillus *Daniel*

fectus ob turbulentam et seditiosam naturam. alii quod Argillus senator post Cannense proelium suaserit a Poenis pacem postulari, ideo in senatu carptum domumque eius dirutam et locum Argiletum appellatum. quidam dicunt cum Capitolii, ubi nunc est, fundamenta iacerentur, caput humanum quod Oli diceretur, inventum: quo omine sollicitatos conditores misisse ad Tusciam ad aruspicem illius temporis nominatum, qui iam indicaverat Argo filio suo, tributum fataliter esse, ut is locus orbi imperitaret, in quo illud caput esset inventum. obvii igitur Argo hi qui missi erant ubinam esset pater interrogaverunt. qui cognita causa itineris eorum, omne responsum patris prodidit monuitque ut caverent, ne ab eo interrogatione deciperentur. sed cum legati ad eum pervenissent et de significatione inventi capitis quaererent, volens ille dominatum orbis patriae suae potius adscribere, interrogavit, anne hic, suum locum ostendens, invenissent. illis negantibus suspicatus proditum esse responsum, quaesivit an quemquam obvium habuissent. illis simpliciter confitentibus occurrisse sibi iuvenem, tunc aruspex conscenso equo secutus Argum occidit eo loco, ubi nunc Roma est, a cuius caede Argiletum. quamvis haec historia etiam de alio nomine saepe celebrata sit.

346. TESTATVR LOCVM iurat non sua culpa iura hospitii esse violata. *TESTATVRQVE LOCVM] vel in testimonium ducit nomen loci, vel detestatur.*

347. *TARPEIAM SEDEM prolepsis: duo haec enim nomina postea monti indita sunt.*

348. AVREA NVNC 'nunc' ad utrumque pertinet, et ad 'aurea' et ad 'Tarpeiam sedem': nam Tarpeia sedes dicta est a Tarpeia virgine. cum enim Romulus contra Sabinos bella tractaret et Tarpeio cuidam dedisset arcem tuendam, filia eius Tarpeia aquatum profecta in hostes incidit. quam cum hortarentur ad proditionem *arcis*, illa pro praemio poposcit ornatum manuum sinistrarum, id est armillas. facta itaque arcis proditione hostes ingeniosa morte promissa solverunt: nam scuta, id est sinistrarum ornatum, super illam iacientes eam luce privarunt. quae illic sepulta Tarpeiae sedi nomen inposuit.

---

4 quidam dicunt e. q. s.] cf. Arnob. adv. nat. VI 7 p. 219 Reiffersch. || 25 Tarpeia sedes . . . inposuit] exscr. mythogr. I 155

---

1 sediciosam *F* || senator post *Daniel*: senatorq: *F* || 5 cupud *F* || olli *F* || omine *Commelinus*: omnis *F* omnes *Daniel* || 7 is] his *F* || 8 imperatoret *F*, *correxi.* imperaret *Daniel* || 9 hii *F* || misi *F* || 12 illi *F* || 13 potius *F* potens *Daniel* || 15 habuissent *scripsi*: fuissent *F* fecissent *Daniel* || illi *F* || 18 istoria *F* || alio] *fort.* Capitolii || cebrata *F*, *corr. Daniel* || 19 TESTATVRQVE *Fa* || 20 *ad* TESTATVRQVE L. *supr. vers.* in testimonium deducit nomen loci *T* || 22 prolempsis *F* || 26 Romulus *om. ASR* || 30 ingeniose *S* || 31 sinistrarum manuum *F* || 32 luce] uitā *F* vita *Daniel*

349. RELIGIO id est metus, ab eo quod mentem religet dicta religio.

350. DIRA magna, *admirabilis*, ut ⟨IX 183⟩ an sua cuique deus fit dira cupido? *SAXVM sic appellatur Capitolium.*

351. HOC NEMVS bene ubique 'nemus' dixit: nam tunc aedificia non erant.

352. *QVIS DEVS dubitando 'quis deus' adfirmat deum esse.* IPSVM CREDVNT SE VIDISSE IOVEM in hoc scilicet nemore. sane ad illud adludit quod primi dicuntur Iovi templa *et rem divinam* fecisse — *Aeacus enim primus in Arcadia templum Iovi constituisse dicitur* — nec enim longe sunt a Iove Olympico: unde eos dicit Iovem vidisse, et quod ipsi sunt προσέληνοι, ut *ait* Statius Arcades astris lunaque priores: licet dicat Sallustius Cretenses primos invenisse religionem, unde apud eos natus fingitur Iuppiter.

354. AEGIDA CONCVTERET hic distinguendum: nam aegida, id est pellem Amaltheae caprae, a qua nutritus est, in sinistra Iuppiter tenet. *sane Graeci poetae turbines et procellas καταιγίδας appellant, quod haec mota faciat tempestates. ergo 'nigrantem' tempestatem commoventem.* DEXTRA NIMBOSQVE CIERET et de dextera fulmina commoveret: nam modo nimbos pro fulminibus posuit, quae de dextera iacit. aegidis autem concussio commovet pluvias. *ergo 'concuteret aegida atque per eam nimbos moveret'.*

355. DISIECTIS OPPIDA MVRIS unum Iani, aliud Saturni, iam tunc vetusta.

356. MONVMENTA VIRORVM hoc sermone ostendit etiam Saturnum virum fuisse.

357. *IANVS PATER Ianus in Ianiculo habitavit. qui quod una navi*

---

1 RELIGIO id est metus] cf. Non. p. 379, 14 M. ‖ 12 Statius] Theb. IV 275. cf. Luct. Plac. ad h. v. ‖ 13 Sallustius] hist. III 60 Dietsch., 63 Kritz. cf. mythogr. III 3, 9 ‖ 27 qui quod . . . signata est] cf. Macrob. Sat. I 7, 22

---

1 rediget *F* ‖ 7 *ad* QVIS D. *supr. vers.* dubitando quis deus affirmat esse deum *T* ‖ 9 allusit *L* ‖ 11 nec] non *L* ‖ a ioue olimpico *ASRFl* a longe olĩpho *L* a longe lympico *H* a monte olympico *M.* ‖ 12 προσέληνοι *vulgo*: ΠΡѠΤΟϹЄΛΝΝΟΙ *ASF* ΠΡѠΤΟϹЄΛΗΝΟΙ *RH* ΠѠΤΟϹЄΑΝΝΟΙ *L* ΤΙΡΑΤΟϹЄΑΝΝΟΙ *M* id est ante lunam creati *add. D* ‖ lunaeque *M* ‖ 13 licet et dicat *LH* ‖ primo *M* ‖ 14 unde et apud *R* ‖ 16 capraeę *S* capreae *F* ‖ 17 *ad v.* 354 *in marg.* greci poetae procellas et tempestates apellant aegidas quod haec scilicet mota faciat tempestates. ergo nigrantem tempestatem commouentem *T* ‖ categidas *F* ‖ apellant *F* ‖ 18 faciet *F* ‖ 19 et *om. ASR* ‖ commouit *R* commouet *LH. haud scio an Servius scripserit* in sinistra Iuppiter tenet et de dextera fulmina commouet, *ut lemma post interpositum sit* ‖ 20 nimbosque *F* ‖ 25 MONIMENTA *RM* ‖ 27 *ad v.* 357 hic ianus in ianiculo habitauit. et quia una naui exul uenit in eius pecunia ex altera parte figurabatur eius caput et ex altera parte signabatur nauis *T* ‖ in *om. F*

exul venit, in pecunia eius ex una parte Iani caput, ex altera navis signata est.

359. DICTIS *dubium est, nomen sit 'dictis', an participium.*

360. PASSIMQVE ARMENTA VIDEBANT quae post mortem Caci passim nullo timore vagabantur.

361. ROMANOQVE FORO Romanum forum est ubi nunc rostra sunt. *sed et hic prolepsin fecit: nam postea sic dictum est.* LAVTIS MVGIRE CARINIS carinae sunt aedificia facta in carinarum modum, quae erant circa templum Telluris. lautas autem dixit aut propter elegantiam aedificiorum, aut propter Augustum, qui natus est in curiis veteribus et nutritus in lautis carinis. *alii dicunt carinas montem nominatum, quod ager suburbanus ante portas carus erat. alii lauta loca legatorum, quae in ea regione instructa accipere consuerant. alii quod ibi Sabini nobiles habitaverint, quorum genus invidere et carinare solebat. carinare autem est obtrectare: Ennius contra carinantes verba atque obscena profatus, alibi neque me decet hanc carinantibus edere chartis. alii quod Romani Sabinis instantibus fugientes, eruptione aquae ferventis et ipsi liberati et hostes ab insequendo repressi (sint. aut) quia calida aqua lavandis vulneribus apta fuit, locus lautulus appellatus est.*

363. VICTOR ALCIDES SVBIIT *hic ius pontificale quibusdam videtur subtiliter tangere: domus enim, in qua pontifex habitat, regia dicitur, quod in ea rex sacrificulus habitare consuesset, sicut flaminia domus, in qua flamen habitat, dicebatur: quod hic ostendit ex persona Euandri, quem facit orantem ut Aeneas suam ingrederetur domum, non utique profanam, sed sacratam, scilicet quae fuerit hospitium Herculis, illis versibus 'haec, inquit, limina victor Alcides subiit, haec illum regia cepit'. quem etiam honore divinae dignationis sociat adiciens 'aude hospes contemnere opes et te quoque dignum finge deo': haec enim di-*

15 Ennius] ann. 181 et 229 Vahl.

1 ultera *F* (altera *G*) ‖ 2 ignata *F* (signata *G*) ‖ est *om. G* ‖ 3 an] a *G* ‖ 4 *schol. ad v.* 360 *om. F* ‖ 7 prolempsin *F* ‖ 9 quae circa templum telluris erant *AS* ‖ circa] intra *HM* inotra *L* (circa *l*) ‖ lautis *R* ‖ 10 est *om. H* ‖ in curiis veteribus] in cunis ueteribus *ASM* in cuniis ueteribus *R* cunis ueteribus *LH* in lautis in cunis ueteribus *F* ‖ 11 lautis *secluserim* ‖ alii . . . obtrectare *in marg. hab. T* ‖ alii] quidam *T* ‖ 12 subarbanus *F* ‖ carus *T*: cariis *F* ‖ alii . . . consuerant *om. T* ‖ 13 legatorium *F* ‖ 14 alii dicunt quod *T* ‖ sabinorum *T* ‖ quorum genus] qui inuicem *T* ‖ irridere *Masvicius* ‖ 15 solebat] *om. T*, solebant *G* ‖ carine *F* ‖ est autem obtrectare maledicere *T* ‖ obtrectere *G* ‖ 16 atque] atq;ue *G* ‖ neque me] nec me rem *Ilbergius* ‖ 17 cartis *G* ‖ 18 aquae *Daniel*: atque *F* ‖ 19 sint *addidi* ‖ aut *addidit Masvicius* ‖ callida *F* ‖ 21 hic] ihic *F* Virg. hic *Daniel* ‖ 22 angere *F* ‖ domum *Daniel* ‖ 23 consuisset *F* ‖ 25 ingrediretur *F* ‖ 28 quem] *i. e. Aenean* ‖ 29 contempnere *F*

*cendo quid aliud agit, quam ut sacratae religionis usum tribuat antisti *divina communia, utpote quem etiam pontificali honore nuncupaverat, dicens* ⟨470⟩ *'maxime Teucrorum ductor': neque enim quia ductor eo maximus, sed quia maximus eo* omnia. regiae autem verius meminit dicendo 'tecta subibant pauperis Euandri' (et) 'Romanoque foro': quis enim ignorat regiam, ubi Numa habitaverit, in radicibus Palatii finibusque Romani fori esse?* VICTOR ALCIDES SVBIIT εὐσυμβόλως, id est bonum Aeneae omen ostenditur: *Varro enim divinarum libro* IV. *Victorem Herculem putat dictum, quod omne genus animalium deinceps vicerit. sed Romae Victoris Herculis aedes duae sunt, una ad portam trigeminam, alia ad forum boarium: cuius commenti causa haec exponitur. Marcus Octavius Hersennus in prima adulescentia tibicen, postquam arti suae diffisus est, mercaturam instituit. bene re gesta decimam Herculi dicavit. postea cum navigans hoc idem ageret, a praedonibus circumventus fortissime pugnavit et victor recessit. quem in somnis Hercules docuit sua opera servatum. cui Octavius, impetrato a magistratibus loco, aedem cum signo sacravit et Victorem incisis litteris appellavit. ergo Vergilium non tantum ad victoriam praesentem victorem dixisse, sed occulte perpetuo eius epitheto usum debemus accipere, quippe quem Romae sub hoc nomine sacratum coli videbat; nam supra ait* ⟨203⟩ *taurosque hac victor agebat, cum de pugna eius alia loqueretur. sane hic 'subiit' iuxta usum praesentem accusativo iunxit, cum antiquo more alibi dativo iunxerit, ut* ⟨125⟩ *progressi subeunt luco.* CEPIT *mire dixit, ut alibi* ⟨IX 641⟩ *nec te Troia capit.*

364. AVDE HOSPES CONTEMNERE OPES bene 'aude', quasi rem arduam et difficilem. AVDE HOSPES CONTEMNERE OPES *ideo dixit 'aude', tamquam virtute opus sit animi et ad expellendum amorem divitiarum.*

---

8 Varro enim e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 6, 9 sqq.

---

1 antisti] *lacunam significavit Daniel.* antistiti et divina communia *Masvicius; sed versum potius quam verbum intercidisse puto: id quod facillime fieri potuit; nam tanti ambitus scholium dubitari non potest quin in eo quoque libro ex quo Floriacensis descriptus est minutissimis et litteris et linearum intervallis scriptum fuerit. cf. praef. p.* LX ‖ 4 eo oma *F. post* omnia *lacunam indicavit Daniel.* eo omnia regit *Masvicius. mihi hoc fere modo sententia supplenda videtur* sed quia maximus eo (ductor: maximus autem quia pontifex qui curat sacra) omnia. *cf. ad v.* 470 ‖ 7 uictor autem alcides subiit *F* ‖ eusymbolos *AHM* eusimbolos *R* eusymbolus *S* eusimbolus *L* ΕΥϹΙΜΒΟΛΟϹ *F* ‖ 8 libro V. *Merkelius praef. ad Ovid. fast. p.* CXVIII ‖ 9 deinceps *scripsi*: dicens *F* decies *Daniel* ‖ 10 aedes duae] aedesq: *F* ‖ 11 altera *Daniel* ‖ 12 octauus *F* ‖ Hersennus] Herrenus *Macrobii libri* Eserninus *Masvicius* ‖ tibicem *F* ‖ 13 difusus *F* ‖ 16 imperato *F* ‖ 17 incissis *F* ‖ 22 acusatiuo *F* ‖ 27 difficilem opes contempnere nam ideo dixit aude tamquam *F* (*lemma supplevi,* nam *delevi*) opes . . . aude *omisit Daniel*

DIGNVM FINGE DEO compone te *et forma* in similitudinem numinis: *quod iuxta sectam cynicam hospes Herculis suadet. sane quidam 'deo' pro inmortalitate dictum volunt.*

365. NON ASPER non aspernator, id est fastidiosus.

366. ANGVSTI SVPTER FASTIGIA TECTI INGENTEM AENEAN DVXIT ex contrarietate quaesitus ornatus, ait enim 'angusti tecti supter fastigia ingentem Aenean duxit'.

368. *EFFVLTVM sicut supra dictum est, apud veteres dicebatur, super quod unusquisque iacuisset.* PELLE LIBYSTIDIS VRSAE species pro genere: nam cuiuslibet ferae possumus accipere.

370. EXTERRITA MATER ideo territa, quia mater.

371. *TVMVLTV ut 'Gallicus tumultus'.*

373. *DICTIS DIVINVM ADSPIRAT AMOREM id est dictis suis addit venustatem, ut amabiliter eius audiatur oratio.* DICTIS DIVINVM INSPIRAT AMOREM petitura pro filio de adulterio procreato orationem suam ingenti arte conposuit: quod etiam Vulcanus ipse testatur, dicens ⟨395⟩ 'quid causas petis ex alto?' non enim aperta est eius petitio, sed longo prooemio perversam amore mariti circumvenit mentem. ergo quaestionem hanc quae nascitur ex petitione Veneris inpudica, solvimus his modis: primo quod Vulcanum amore circumvenit, *nam et post completam orationem statim eum complectitur et molli amplexu fovet:* deinde quod nacta est occasionem eius temporis quo Marti arma faciebat, quem fuisse sciebat adulterum: per quod datur intellegi Vulcanum iam omnem suspitionem et iram quam habuit circa Venerem, deposuisse, adeo ut arma etiam ipsi fabricaret adultero. praeterea Vulcanum uxorium fuisse testatur et ipse Vergilius dicens ⟨394⟩ t u m p a t e r a e t e r n o f a t u r d e v i n c t u s

---

1 compone] come *S* || 2 iuxtã *F* || cynica ospes *F*. *ceterum de Hercule Antisthenis cogitat interpres. cf. Brandis Gesch. der Griech.-Roem. Phil.* II *p.* 75 *sq.* || 5 SVPER *LH* || 6 ex] e *L* at *F* || augusti *LH* || supter] super *AHM* subter *reliqui* || 8 *ad* EFFVLTVM *in marg.* apud ueteres dicebatur effultum super quo unusquisque iacuisset *T* || sicut supra dictum est] *cf. ad buc.* VI 53 *'apud veteres unusquisque eo super quod iacebat fultus dicebatur'. ex his apparet* eo fultus *vel* eo fultum esse *post* iacuisset *addendum esse* || 10 *quae post* accipere *e Turonensi edidit Daniel* ideo dicit lybistidis ut ex pretio bestiae aliquid gratiae potuisset ipsis stratis accedere *seclusi: sunt enim Tiberii Donati* || 12 TVMVLTVM *F* TVMVLTV IN *G* TVMVLTV ut *Burmannus* || 13 dictis . . . oratio *hab. T* || 14 oratio sane uenus petitura *F* || 15 AMOREM] amoterraem *H* || mater petitura *L* || procreationem *LH* (procreato orationem *lh*) || 18 premio longo *A* proemio longo *Sa* || proemio *RLM* praemio *H* prohoemio *F* || perversam . . . mentem] peruersum amorem arte circumuenit praesentem *F* (praesentem *cum iis quae sequuntur coniunxit Daniel*) || peruersam *RM*: peruersa *ASH* peruerso *La* || amare *R* || 21 complectitus *F* || 22 deinde quod . . . adultero] *cf. v.* 433 *sqq.* || quod *om. F* || nacta est *om. R* || nancta *F* nata *H* || 25 arma] eius *add. L* (*del. l*) ei *add. H* || 26 propterea *L* || testantur *MF* (*corr. m*) testamur *H* || ipse *om. AS* || 27 uergillius *H* uergilius *F* || tunc *LHM*

amore, et Statius ubi Martem Venus adloquitur, ut at non eadem Vulcania nobis obsequia, et laesi servit tamen ira mariti. nam quod dicit Donatus potuisse fieri ut cum Anchisa concumberet Venus, ante quam Vulcano nuberet, non procedit: constat enim a principio Venerem uxorem fuisse Vulcani. *sane 'divinum' θεῖον debemus accipere.*

374. *DVM BELLO ARGOLICI 'dum' pro 'quam diu'. sane haec oratio rhetorica suasio est. nam principium a verecundia sumpsit; dicendo enim numquam se molestam antea fuisse, ostendit se inpetrare debere, praesertim ex eo quod non timuerit petere. 'nunc Iovis imperio Rutulorum constitit oris, ergo eadem supplex venio': haec non tantum rogandi, sed etiam inpetrandi vim habent. verso tamen ordine: nam primo arma petit, deinde adiuvat exemplo dicendo 'te filia Nerei' etc., deinde causam 'aspice qui coeant populi'; ipsum enim 'populi' multitudinem significat, et quasi non inpugnet, sed inpugnetur Aeneas, ita pathos fecit dicens 'in me excidiumque meorum': nam quod a principio arma petit haec ratio est, quod rem nec magnam nec difficilem Vulcano petebat. ideo et statim posuit; nam ubi maius aliquid est, ante causa dicenda est, ut praemollitis animis, tunc quod petitur suggeratur.*

375. DEBITA fataliter ad exitium destinata. *CASVRASQVE INIMICIS IGNIBVS ARCES causa cur non petierit.*

376. MISERIS atqui honestum est miseris subvenire; sed hoc dicit: cur te fatigarem pro hominibus fati necessitate perituris? *ARMA ROGAVI argute hic in principio arma nominat, ut iam intellegatur quid petitura sit.*

377. *ARTIS OPISQVE TVAE duo duobus reddit, (auxilium) 'opis', arma ('artis'): aut certe idem valet 'opis' quod 'artis'; hinc opifices.*

---

1 Statius] Theb. III 275 || 3 nam quod dicit Donatus e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VII 62

---

1 at] ad *HMF* || 2 serui *H* || 5 ΘΕΑΝ *F* τὸ θεῖον *Daniel. fort.* θεᾶς || 7 pro 'quam diu' *ego:* pro quam *F* postquam *Daniel* || *ad v.* 374 *in marg.* haec oratio rhetorica est suasio et principium a uerecundia sumitur quia dicendo numquam se molestam fuisse antea ostendit se impetrare debere praesertim ex eo quod non timuerit petere *T* || 8 rhetica *F* || sumsit *F* || 9 se *om. F* || 10 quod non timuerit petere] *fort.* quod non debita *vel* quod contra fata timuerit petere *vel* quod noluerit vetita petere. *cf. schol. Floriacense ad v.* 375 || 11 rogandis *F* || 12 *fort.* imperandi *propter* 'imperio' || *fort.* inverso tamen utitur ordine || 14 *fort.* deinde causam addit || coeant] anqd *F* || 15 significabat *F* || inpugne sed *F* || 19 dicendo *F* || 20 *schol. ad* DEBITA *om. F* || CASSVRASQVE *F* CONSVRASQVE *G* || 24 *ad* NON ARMA R. *in marg.* argute ponit arma in principio et haec ratio est quod arma petat in principio quod rem nec magnam nec difficilem uulcano petat. nam ubi maius est aliquid ante causa dicenda est ut praemollitis animis tunc id quod petitur suggeramus *T* || nomina *F* || intellegat *G* || 26 *ad* ARTIS O. T. *supr. vers.* duo duobus reddit.. artem referamus ad arma opem ad auxilium *T* || 27 idem *Daniel*: id ÷ (= *id est*) *F* || opices *F, corr. Daniel*

378. INCASSVMVE TVOS *ordo est: tuosve labores incassum exercere volui.*

379. PRIAMI DEBEREM PLVRIMA NATIS scimus quod Paridi tantum debuit, sed hoc velat aliarum commemoratione personarum, ne ex turpi causa Paridi debuisse videatur. *simul et, ut quidam tradunt, pulchritudinis suae Vulcanum admonet, hoc est 'formae iudicio Iovis coniugem vici'.*

380. AENEAE FLEVISSEM SAEPE LABOREM bene post Pergama, post Troianos, post Priami liberos cum excusatione fit Aeneae commemoratio; dicit enim se eius infelicitate commotam: *ut illud causas habeat, hoc miseratione consistat.*

381. NVNC] *id est 'nunc vero'. et subdistingue: nunc autem, Iovis imperio.* IOVIS IMPERIO ne videretur inpudens, si aliena regna deposceret. et hoc latenter dicere videtur: fave huic cui etiam Juppiter favet.

382. EADEM quae tunc scilicet silui, *quae nihil petii.* SANCTVM MIHI NVMEN *si 'sanctum' simpliciter accipiatur, leve est. 'numen' ergo 'sanctum' ut 'leges sanctas' dicimus, id est firmas, a sanciendo.*

383. ARMA ROGO hic distinguendum, ut cui petat, non dicat, sed relinquat intellegi, *ne foede apud maritum et amorem suum circa Anchisen memoret et susceptum de adulterio filium.* GENETRIX NATO. TE FILIA NERI *hoc est, soles hoc praestare matribus. et dicit* Thetidem, quae Achilli arma inpetravit. et bonis utitur comparationibus dicendo 'filia Neri', cum ipsa Iovis sit filia, item 'uxor Tithonia', cum sit ipsa Vulcani. 'Neri' autem pro 'Nerei': omnia enim quae in 'eus' exeunt hodie apud maiores in 'es' exibant, ut 'Nereus Neres, Tydeus Tydes', et genetivum in 'is' mittebant, 'Tydis Neris'. sed quia plerumque 's' *supra* in latinitate detrahitur, rema-

1 exerceri *Masvicius* ‖ 4 sed hoc velat . . . personarum *scripsi*: sed hoc uel ad aliarum commemoratione personarum *LH, consentiunt reliqui libri Serviani, nisi quod* ad *om. ASM* vel *om. R.* sed hoc honestius uel ad aliarum commemoratione personarum aduci (traduci *G*) potest *F.* traduci potest *post* personarum *in marg. add. m* ‖ 5 et *om. G* ‖ 6 pulcritudinis *G* ‖ admonet *G* admoneret *F* ‖ 7 vici] ci *G* ‖ 9 post *ante* Priami *om. LH* (*add. l*) ‖ 12 *ad v.* 381 haec non tantum uim rogandi habent sed etiam impetrandi uerso tamen ordine quia primo arma petit deinde adiuuat exemplo dicendo filia nerei et rtq. *T* ‖ IOVIS IMPERIO id est . . . imperio ne uideretur *e. q. s. F* ‖ et *om. G* ‖ 14 videtur] uideretur *L* ‖ 16 quae *om. M* ‖ scilicet tunc *L* ‖ peti *F* ‖ *ad* SANCTVM M. N. *supr. vers.* si sanctum simpliciter accipiamus leue est. ergo sanctum ut leges sanctas id est firmas dicimus a sanciendo. ergo sanctum sancitum intellege *T* ‖ 19 petit *ASM* ‖ 22 NEREI *ARF* ‖ *ad* TE F. N. *supr. vers.* etiam hoc soles praestare matribus quanto magis mihi *T* ‖ thetis *libri Serviani,* filia nerei *add. ASm* ‖ 24 nerei *ARF* ‖ thitonia *ALHF* ‖ 25 nerei *F* ‖ 26 eius *AS* (eus *as*) ‖ exibant ut] exibantur *F* ‖ exiebant *LM* ‖ 27 Tydeus . . . Neris *om. LH* (*add. l*) ‖ is *R*: eis *ASMF* ei *l* ‖ thideis nereis *AS* tidaeis nereis *R* tydeis nereis *Ml* tideis nereis *F* ‖ 's' suprema *F. Schoellius*

nebat 'i'. hinc est 'filia Neri', ⟨I 30⟩ inmitis Achilli, item in Sallustio ad bellum Persi Macedonicum. sic Asper.

384. TITHONIA CONIVNX Aurora pro Memnone.

385. *ASPICE QVI COEANT POPVLI τὸ αἴτιον, ut praesentem ostenderet necessitatem. dicendo autem 'populi' phantasiam fecit.* CLAVSIS FERRVM ACVANT PORTIS *ut ostenderet festinationem:* dixit enim superius ⟨VII 629⟩ quinque adeo magnae positis incudibus urbes tela novant. IN ME artificiose arma petit etiam sibi profutura; *nisi enim subvenis, iterum vulnerabor;* nam a Graecis fuerat vulnerata, unde est ⟨X 29⟩ equidem credo mea vulnera restant.

388. CVNCTANTEM scilicet de promissione, quam rem per amplexum suum inmisso amore persolvit.

389. ACCEPIT SOLITAM FLAMMAM *vel quasi maritus; vel* adludit ad rem naturalem: namque ideo Vulcanus maritus fingitur Veneris, quod Venerium officium non nisi calore consistit, unde est frigidus in Venerem senior.

390. LABEFACTA PER OSSA si ossa labefecit, quanto magis animum?

391. ATQVE OLIM fere, ut solet; nam non est adverbium temporis.

392. IGNEA RIMA MICANS id est fulmen, cuius naturam expressit; namque nubes vento coactae plerumque rumpuntur et ex se fulmen emittunt. *quamvis philosophi fulgura et tonitrua simul exprimi dicant, sed illud celerius videri, quia clarum est, tonitrua autem ad aures tardius pervenire. alii 'rima micans' fulgetram dicunt: et hoc ad velocitatem amoris, qui momento Vulcanum percussit.*

393. FORMAE CONSCIA CONIVNX intellexit se dolis et pulchritudine pervertisse mentem mariti. *alii duabus rebus Venerem volunt maritum adgressam, dolis et pulchritudine: et volunt melius 'dolis [et*

---

1 in Sallustio] hist. I 6 Dietsch., I 7 Kritz. || 14 namque . . . senior] exscr. Isid. or. VIII 11, 78; mythogr. III 10, 5 || 15 frigidus] georg. III 97 || 22 quamvis . . . peruenire] cf. Isid. or. XIII 8, 2

---

1 i] ei *libri* || nerei *libri* || atque inmitis *R* || achillei *M* || 2 persi *libri* || sic Asper *om. F* || 3 aurora petiuit pro memnone *D* || 4 ΤΟ ΑΙΤΙΟΝ *F*, *om. G ita ut spatium relictum sit* || 5 dicendo qui populi et quae moenia fantasiam fecit *hab. T Tiberii Donati ad h. v. scholio inserta* || 6 ut] at *G* || enim *moneo ad lemma referri* || 8 sibi] ubi *F* || 9 fuerit *F* || 10 credo quide mea *F* || 11 dubitantem scilicet *Fabricius. cf. Non. p.* 252, 18 *M.* || rem *om. F* || 17 labefecit *om. R. in eodem libro supra lemma ipse librarius haec adscripsit* uim amoris ostendit || 19 OLIM] olim hoc est *supr. vers. add. m* || non] nunc *L* hic non *m* || 21 nubes a uento *RL* || 22 emittant *F* || quamvis] quam *G* || fulgora *F* (fulgura *G*) || 23 videri *Masvicius*: uidetur *F* || 25 amoris *Daniel*: moris *F* || 26 dolis et] dolis in *H* sola *F. cf. praef. p.* XVI || 27 duabus rebus . . . genetiuo *hab. T* || 28 pulcritudinẽ *F* || et formae *secl. F. Schoellius*

formae] conscia', quam 'laeta', et 'formae' melius dativo casu quam genetivo.

394. DEVINCTVS hoc sermone ostendit eum posse cuncta concedere.

395. *EX ALTO † mirum et hoc libenter et olim de promittentis.* EX ALTO argumentatione longe repetita. *est autem de usu dictum: Cicero primo libro ad Brutum si Pompeius non ex alto peteret et multis verbis me iam hortaretur.*

397. *TVM QVOQVE sicut nunc. et 'tum quoque' bis audiendum. TEVCROS ARMARE FVISSET per 'Teucros' Aenean debemus accipere, quia Venus ante ait 'arma rogo' et subiungendo 'genetrix' et rel. per similitudinem significat Aenean. ergo poeta aliud dicendo aliud dedit intellegi. sane 'fuisset', in proximo repetitum, decorem addidit.*

398. *NEC PATER OMNIPOTENS notandum quod hic Iovem a fatis separat, cum alibi iungat, ut* ⟨III 375⟩ *sic fata deum rex sortitur. sed hanc imminentium malorum dilationem Etrusci libri primo loco a Iove dicunt posse impetrari, post a fatis: unde et hic ait 'nec pater omnipotens, nec fata vetabant'.* NEC FATA VETABANT STARE atqui supra ⟨375⟩ ait 'debita'. sed sciendum secundum aruspicinae libros et sacra Acheruntia, quae Tages conposuisse dicitur, fata decem annis quadam ratione differri: quod nunc dicit Vulcanus potuisse fieri. ergo non est contrarium; nam fata differuntur tantum, numquam penitus inmutantur: quod etiam Iuno dicit ⟨VII 314⟩ atque inmota manet fatis Lavinia coniunx; at trahere atque moras tantis licet addere rebus.

400. SI BELLARE PARAS quia dixerat 'in me excidiumque meo-

---

7 Cicero pr. l. ad Br.] fragm. p. 971, 17 Or.

---

3 DEVICTVS *RH* || procedere *LH* (*corr. l*) || 5 EX ALTO mirum . . . promittentis et utitur argumentatione l. r. *F. fortasse* QVID CAVSAS PETIS E. A. mirum ἦθος libenter et statim repromittentis. *ex his* mirum ἦθος *debetur F. Schoellio. Daniel post* promittentis *lacunam indicavit.* solide *pro* olim de *Masvicius coniecit.* et utitur *quod a plenioris commentarii auctore inepte additum est ut hoc scholium cum Serviano coniungeretur, delevi et Servianis suum lemma reddidi* || 6 de usu] deus *G* || 8 uerbis et me *F* (et *del. Daniel*) || 9 *ad* TVM Q. *supr. vers.* hoc est sicut nunc *T* || tunc quoque *F* || 10 ARMATE *F* || per] et per *G* || Aenean] enen *F* || 11 et rel. *F*: nato *Daniel* || per simplicitudinem *G* || 12 significant *F* || aliud dedit intellegi *om. G* || 13 in proximo *Commelinus*: in proximum *F fort.* in proximo uersu || decorum *Masvicius* || 14 *ad v.* 398 notandum est nobis hoc loco quod iouem separat a fatis cum alibi iungat quia etrusci libri primo loco a ioue dicunt posse impetrari post a fatis *T* || separet *F* || 15 eum alibi iungant et *F*, *corr. Daniel* || 16 malorum *Commelinus*: maiorem *F* || 17 post a *F* postea *Daniel* || 19 secundum *om. LH* (*add. l*) || aruspicinae libros *LHMF*: artem aruspicinae *R* artem aruspicine libros *AS* || 20 acheruntia *ASRMl*: eruntia *L* aeruncia *H* acherea *F* || anni *F* || 23 iuno etiam *AS* || dicit ut *vulgo* || 24 manet . . . moras *om. F* || moras *AS* moram *reliqui* || 26 BELLA REPARAS *M*

rum'. *quidam hunc sensum illi iungunt 'absiste precando viribus indubitare tuis': cetera enim per parenthesin dicta sunt.*

401. POSSVM PROMITTERE CVRAE quicquid *in me* curae est, id est officii et sollicitudinis.

402. LIQVIDO ELECTRO *aut liquefacto, aut* puro. et secundum Plinium in naturali historia ⟨XXXIII § 80⟩ tria sunt electri genera; unum ex arboribus, quod sucinum dicitur; aliud, quod naturaliter invenitur; tertium, quod fit de tribus partibus auri et una argenti: quas partes etiam si naturale solvas, invenies. unde errant qui dicunt melius esse naturale. electri autem natura probatur veneno, quo recepto et stridorem emittit et varios ad iridis similitudinem reddit colores. *et ad lumina in convivio clarius auro et argento lucet.*

403. *ANIMAEQVE VALENT fabrica Vulcani duobus constat, ventis et igne; hic ergo 'animae' pro spiritu, quo fabriles folles inflari solent.* ANIMAE venti, ἀπὸ τῶν ἀνέμων: Horatius inpellunt animae lintea Thraciae: unde et 'anima' dicitur, quae secundum aliquos ventus est, ut ⟨IV 705⟩ atque in ventos vita recessit. PRECANDO VIRIBVS INDVBITARE TVIS id est dubitare, nam 'in' vacat. et hoc dicit: precum nimietas postulationis significat dubitationem. *sane 'indubitare' quis ante hunc?*

404. *EA VERBA LOCVTVS quidam humiliter dictum accipiunt.*

406. CONIVGIS INFVSVS GREMIO hoc est ante concubuit et sic quievit. Probus vero et Carminius propter sensum cacenphaton 'infusum' legunt, ut sit sensus: dormiit cum coniuge dormiente, id est petiit soporem, infusum etiam coniugis gremio. *alii 'infusus'*

---

6 tria sunt electri genera . . . lucet] cf. Isid. or. XVI, 24 et XVI 8, 6 sq. || 14 hic ergo animae pro spiritu] cf. Macrob. comm. in somn. Scip. I 14, 14 || 15 ANIMAE venti] cf. Non. p. 233, 33 M. || Horatius] carm. IV 12, 2 || 22 hoc est e. q. s.] cf. Gellius IX, 10

---

2 parentesin *F* || 3 POSSVNT *ASM* || 7 sacinum *F* || 8 fit *om. F* || partibus] duabus *F* || auri et *om. F* || 9 naturale soluas *ASRF*: natura resoluas *LH* naturale resoluas *Ml* || inuenies manifestas *Masvicius* || 10 naturale melius esse *AS* || 11 quo] quod *H* q: (= *que*) *F* || ad iridis similitudinem, *quod Servium scripsisse conieceram (praef. p.* XLIII), *Monacensis praebet, cuius libri eam partem qua libri* VII—XII *continentur anno* 1882 *exeunte contuli*: ad dissimilitudinem *ASRL* ad similitudinem *H* ad similitudinem arcus caelestis *F* || 12 reddidit *H* || lucent *F* || 13 *ad v.* 403 (fabrica) uulcani duabus rebus constat (uentis) scilicet et igne hic ergo ani(mae pro sp)iritu accipiunt quo fabriles (folles s)olent inflari *T. quae inclusi umore deleta sunt* || 14 igne] flatu *F. fort.* ventis, id est flatu, et igne. *ceterum cf. Isid. or.* XIX 6, 4 *'fabrica duabus rebus constat, ventis et flammis'* || solent id est uenti *F* || 15 inpellant *F* || limea *F* || 16 et *om. F* || 18 TVIS id est dubitare *om. F* || 22 ante confessionem *L* ante confusionem *H* (ante concubuit *l*) || 23 sensum *om. A* || 24 dormit *ASL* || 25 soporem petiit *AS* || infusum etiam coniugis gremio *ASMl*: infusum in coniugis gremio *R* infusum in etiam coniugis con gremio *LH* infusum etiam coniugis e gremio *F*

legunt, ut significetur coisse illos et sic sopitos, et volunt esse emphasin coitus: nam 'infusum gremio soporem' nihil esse dicunt. multi autem cacenphaton accipiunt, ne duo epitheta videantur, 'placidum' et 'infusum'. alii figurate accipiunt 'placidum per membra' pro eo quod est placidum membris. PER MEMBRA *potest ambiguum videri, Vulcani an Veneris.*

408. CVRRICVLO tempore modo; alias loco, alias officio. *Cicero in Oratore* ⟨3, 12⟩ *pro loci spatio haec sunt curricula ac spatia multiplicium variorumque verborum. et multi sic distinguunt 'inde ubi prima quies — medio iam noctis abactae curriculo expulerat somnum — cum femina primum, cui tolerare colo vitam tenuique Minerva impositum'; nam 'quies curriculo expulerat somnum' aut paene nihil est — quid enim est quies nisi somnus? — aut ut sit aliquid, non est abstemia matrona illa, cum surgit quiete satiata maxime. 'cui tolerare colo vitam tenuique Minerva inpositum' et hic distinguitur; quid enim est 'inpositum cinerem'? cum illud sit pulchrius: cui castitas inposuit lanificio tolerare vitam, ut sequatur 'cinerem et sopitos suscitat ignes', ut alibi* ⟨542⟩ *et sopitas ignibus aras excitat.*

409. COLO hunc sequimur: nam 'huius coli' dicimus, non ut Statius 'huius colus'. TENVIQVE MINERVA non filo tenui, *id est subtili artificio;* sed parvo pretio lanificii, *id est tenuiter et exiliter victum praebente.* et alii hic distinguunt et subaudiunt 'mos est' aut 'placet', ut sit sensus 'cui tolerare colo vitam tenuique Minerva mos est' vel 'placet' et sic inferunt 'inpositum cinerem et sopitos suscitat ignes', ut e contra Horatius incedis per ignes suppositos cineri doloso. alii sic legunt 'tenuique Minerva inpositum', *quasi fato datum,* id est cui haec est necessitas fataliter data.

411. NOCTEM ADDENS OPERI per transitum ostendit noctem esse partem diei.

---

18 hunc sequimur . . . huius colus] cf. Prob. cath. p. 24, 6 K. ‖ 24 Horatius] carm. II 1, 7

---

1 coisse *Commelinus*: odisse *F* ‖ sepitos *F, corr. Daniel* ‖ enfasin *F* ‖ 3 epiteta *F* ‖ 5 et PER MEMBRA *Daniel* ‖ an *Daniel*: a *F* ‖ 7 haec] illa enim *Ciceronis libri* ‖ ac spatia *om. iidem* ‖ 8 distingunt *F* ‖ 9 inde ubi *e. q. s.*] *voluisse videtur interpres* medio . . . somnum *parenthesin esse et* expulerat *ad Vulcanum referri* ‖ nocti *F* ‖ 10 feminam *F* ‖ primam *F* ‖ 11 aut *scripsi*: cum *F* ‖ paene *Daniel*: pene *F. malim* plane ‖ 13 cum *F*: dum *Daniel* ‖ quiete satiata *scripsi*: quiet est tiata *F* (*possis et* nam *vel* quae cum surgit quiete est satiata) quia est tiata *Daniel* quia festinat *Masvicius* ‖ cui *scripsi*: aut *F* ‖ 18 hunc] hoc *L* ‖ 19 colus] colis *F*. in VI. thebaidos (380) 'extrema iam fila colu datur ordo senectae' et in quarto (III 241) 'nigraeque sororum iurauere colus' *add. D* ‖ 20 subtili *Daniel*: subtilio *F* sub stilio *G* ‖ *ad* tenuique *supr. vers.* tenuiter et exiliter uictum praebente *T* ‖ tenuter *F* tenuer *G* ‖ 21 distingunt *libri* ‖ 23 ut sic *ASH* it sic *M* (et sic *am*) ‖ 24 ignem *F* ‖ subpositos *ASLHM* inpositos *F* ‖ 26 hoc est *F* ‖ cuius *R*

412. EXERCET PENSO fatigat: Terentius primo haec vitam parce ac duriter agebat. hinc ergo traxit Vergilius ut diceret 'castum ut servare cubile coniugis', *id est ne cogatur propter paupertatem pudorem deserere.*

414. IGNIPOTENS Vulcanus, ut diximus ⟨I 171⟩, ignis est, et dictus Vulcanus quasi Volicanus, quod per aerem volet; ignis enim e nubibus nascitur. unde etiam Homerus dicit eum de aere praecipitatum in terras, quod omne fulmen de aere cadit. quod quia crebro in Lemnum insulam iacitur, ideo in eam dicitur cecidisse Vulcanus. claudus autem dicitur, quia per naturam numquam rectus est ignis. *NEC TEMPORE SEGNIOR ILLO bene comparationis similitudini duo reddidit, festinationem et industriam.*

415. AD FABRILIA dura. et ex contrariis epithetis fecit ornatum, dicens 'mollibus e stratis surrexit ad opera fabrilia'.

416. INSVLA SICANIVM IVXTA LATVS AEOLIAMQVE ERIGITVR LIPAREN physiologia est, cur Vulcanus in his locis officinam habere fingatur inter Aetnam et Liparen: scilicet propter ignem et ventos, quae apta sunt fabris. 'Aeoliam' autem 'Liparen' ideo, quia una est de illis septem insulis, in quibus Aeolus imperavit.

418. *EXESA CAMINIS 'exesa' ad usum caminorum, qui sunt Cyclopum: an 'caminis exesa' pro 'ignibus exesa'?*

419. ANTRA AETNAEA TONANT magnitudinem ictuum ostendit, quibus etiam vicini montes resultabant: aut certe 'Aetnaea' quasi Aetnae dixit.

420. AVDITI REFERVNT GEMITVS echo breviter significavit. *AVDITI R. G.] id est referentes gemitus audiuntur: non enim prius audiuntur et postea referunt gemitus. potest et bis intellegi audiri eos, primum*

---

1 Terentius] Andr. I 1, 47 ‖ 5 Vulcanus . . . ignis] exscr. mythogr. II 40; III 10, 4; Isid. or. VIII 11, 39 sqq. ‖ 16 physiologia est . . . imperavit] exscr. mythogr. III 10, 5

---

2 ac] hac *RF* ‖ uergilius *F* ‖ 3 *ad* CASTVM V. S. C. *supr. vers.* ne cogatur . . . deserere *T* ‖ 4 pudorēſ *F* ‖ 5 ut diximus supra *RH* ‖ 6 quasi volicanus *om. R* ‖ 7 e] *om. L* (*add. l*), ex *M* ‖ 8 fulmen *om. L* ‖ 9 in ea *LH* ‖ 10 Vulcanus] ubi eum Sinties nutriuerunt *add. Fabricius* ‖ rectus] repertus *H* ‖ 11 ignis] hoc enim ex Homero tractum ubi dicit (*Il.* I 590) ἤδη γάρ με . . . θυμὸς ἐνῆεν *add. Fabricius. ipsa Homeri verba D quoque habet* ‖ *ad* NEC T. S. I. *supr. vers.* pigrior. bene comparationi duo reddit festinationem et industriam *T* ‖ comparationi *F, corr. Daniel* ‖ 13 dura *om. H* ‖ facit *AS* ‖ 14 e *om. ASLH* ‖ 17 fingatur habere *R* ‖ 18 apta] accepta *H* ‖ idē *LH* ‖ quia] quae *L* qui *H* ‖ 20 *ad* EXESA C. *supr. vers.* ad usum caminorum exesa siue ignibus exesa *T* ‖ EXSESSA *F* ‖ exsesa *F* ‖ 23 quasi aenea *AS, om. F* ‖ 25 GEMITV̄ *A* ‖ echo *AS*: echo et *M* et hoc *RLF* (c *del. l*) haechoc *H* ‖ *ad* AVDITI R. G. *supr. vers.* id est audientes id est referentes gemitus audiuntur. non enim prius audiuntur et postea referuntur gemitus *T* ‖ 26 genitus *F* ‖ 27 genitus *F* ‖ audiri *scripsi*: audire *F*

cum eduntur, postea per echo, cum venerunt in ea loca, ex quibus repulsi vocis imaginem referunt.

421. STRICTVRAE CHALYBVM strictura est terra ferri in massam coacta. Chalybes autem proprie populi sunt, apud quos nascitur ferrum, ut ipse at Chalybes nudi ferrum virosaque Pontus castorea: unde modo 'Chalybum' posuit 'stricturas' pro ferri massis.

423. HOC TVNC id est huc tum. et 'hoc' pro 'huc' posuit secundum antiquum morem: nam antea 'hoc' adverbium loci fuit, quod nunc abolevit: nam crebro in antiquis lectionibus invenitur, sicut in epistulis probat Verrius Flaccus exemplis auctoritate ratione, dicens in adverbiis pro 'u' 'o' plerumque maiores ponere consuetos. et sic pro 'huc' 'hoc' veteres dicere solebant, sicut pro 'illuc' 'illo' dicimus: unde etiam 'hoc' o longum esse apparet, sicut 'illo', cum pro 'illuc' ponitur.

424. *FERRVM EXERCEBANT oeconomia.*

425. BRONTESQVE quid facturi sint ex nominibus docet: nam Brontes a tonitru dictus est, Steropes a fulgetra, ἀπὸ τῆς στεροπῆς. Pyragmon vero, qui numquam a calenti incude discedit, ἀπὸ τοῦ πυρὸς καὶ τοῦ ἄκμονος; nam πῦρ ignis est, ἄκμων incus. NVDVS MEMBRA per hunc etiam ceteros nudos fuisse significat.

426. INFORMATVM in quandam formam designatum et conpositum. dicit autem in fulmine partem non perfectam, partem iam politam fuisse. *MANIBVS deest 'in', ut sit 'in manibus'.*

427. TOTO GENITOR QVAE PLVRIMA CAELO 'toto caelo', id est ab omni parte caeli: nam dicunt physici de sedecim partibus caeli

3 strictura e. q. s.] cf. Non. p. 21, 14; p. 524, 3 M. Plin. nat. hist. XXXIV § 142 sqq. || 5 at] georg. I 58 || 8 HOC i. e. huc] cf. Prisc. XV 6 (II p. 64, 7 H.) || 17 quid facturi sint e. q. s.] exscr. mythogr. III 10, 5 || 25 toto caelo . . . fulmina] exscr. mythogr. III 10, 5

1 edūntur *F* || cum] eum *G* || in eā loco *F* in eā locū *G, correxi.* in eos locos *Daniel* || 4 autem *om. AS* || 5 ferrum nascitur *AS* || ut *om. AS* || at] ait at *R* ait ad *F, om. AS* || 6 chalibes posuit stricturas *RH* || 7 massis ferri *L* || 8 HOC TVM *libri praeter R, qui* HOC TVNC *exhibet* || tum] tunc *H* || 9 fuit] posuit *R* || 10 abolebit *F* || 11 epistulis *M*: epistolis *reliqui, nisi quod* epistolas *F* || uerius *SHF* || auctoritatem *AS* || 12 aduerbio *LHM* || pro u o] probo *AS* prouo *F* || 13 pro illuc] pro huc *AS* || illo *om. H* || 14 sicut illo] dicimus *add. LHM* (*del. l*) || cum *M*: quod *F, om. reliqui* || 16 *ad* FERRVM E. *in marg.* oeconomia est in hoc loco quia exercetur primo et postea praeparatur ad aliquod opus *T* || 17 quod *R* || facturus *RH* || sit *R* sit *ex* sint *H* || 18 dictus est] quod graeci βροντήν dicunt *add. D*, ἀπὸ τῆς βροντῆς *additur vulgo* || a fulgetra *RLH*: a fulgoratione *ASM* (fulguratione *am*) ad fulgeratione *F* || ᴀcᴘᴀπнc *AL* ᴀcᴛᴘᴀ(τ)πнc *S* cᴛєᴘʌπнc *R* (*corr. Daniel*) ʌcᴘᴀπнc *H* cᴀєᴛᴘᴀππc *M* ᴀcᴛᴘᴀπнc *F* || 19 incudine *F* || descendit *R* discedat *L* || 20 ᴀκмωɴoc *ASRHM* ᴀκmonoc *L* ᴀκʌʌωɴoc *F* || pyr *ALHM* pir *R* || agmon *RLHMF* || incus] ɪɴos *A* || 25 toto caelo *om. L* (*add. l*) || caelo] caelo caelo *R* eccaelo *H* || 26 de *om. L* (*add. l*)

iaci fulmina. 'quae' autem qualia, ut ⟨IX 479⟩ hunc ego te, Euryale, aspicio, id est talem. ergo hoc dicit: faciebant fulmen in eorum similitudinem, quae Iuppiter iacit toto caelo, hoc est de diversis partibus caeli, scilicet sedecim.

428. DEICIT *quibusdam videtur humiliter dictum. alii 'de' pro 'valde' accipiunt, sicut dicimus 'deamo' pro 'valde amo'.*

429. TRIS IMBRIS TORTI RADIOS constricti et coacti in grandinem: Statius sicco quos asper hiatu praesolidat Boreas. et sciendum hoc eum velle ostendere, toto anno iaci fulmen: nam per has periphrasis tempora ostendit anni totius, quae et quattuor esse et ternos menses habere manifestum est: unde dicit 'tris imbris torti radios', hoc est grandinis, quae abundat per hiemem; 'tris nubis aquosae', hoc est veris, quo tempore nimiae sunt pluviae, ut et ruit imbriferum ver; 'rutili tris ignis', hoc est aestatis; 'et alitis austri', id est autumni, quo ventorum crebra sunt flamina. et prudenter his omnibus naturam exprimit fulminis, quod necesse est ut per nubes nascatur et ventos: *nam alibi ait* ⟨II 649⟩ *fulminis adflavit ventis et contigit igni. et bene in materiam fulminis vertit ea ex quibus fulmen nascitur, nubem imbrem ventum: nam ut physici volunt, cum nubes ventis vehementer agitatae sunt, sic incalescunt, ut accendantur. sane fulmen triplici praeditum potestate est: est ostentatorium, peremptorium, praesagum. ostentatorium est quo terror incutitur, ut 'fulgores nunc terrificos sonitumque metumque'. at cum dicit 'flammisque sequacibus iras' peremptorium docet. praesagi autem sic meminit* ⟨X 175⟩ *tertius ille hominum divumque interpres Asilas, cui pecudum fibrae, caeli cui sidera parent et linguae volucrum et praesagi fulminis ignes. non nulli vero manubias fulminis his numinibus, id est Iovi, Iunoni, Marti et Austro*

---

8 Statius] Theb. I 352 ‖ 9 et sciendum . . . et ventos] exscr. mythogr. III 10, 5 ‖ 14 et ruit] georg. I 313 ‖ 18 et bene . . . ut accendantur] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. III 321

---

1 pro qualia *F* ‖ 2 fiabant *F* ‖ 5 *schol. ad* DEICIT *e Turonensi edidit Daniel* ‖ 8 sicco *F*: siccos *ASRLH* sic eos *M* ‖ hasper *AS* per *L* ‖ hiatu *RHF*: hiatus *ASLM* ‖ 9 fulmina *R* ‖ 11 unde dicit] undec̄ *F* (unde est *Daniel*) ‖ 12 torti . . . nubis *om. H* ‖ 12 habundat *libri* ‖ 14 et] cum *Vergilius* ‖ fuit *F* ‖ rutuli *ASLHM* (*corr. a*) ‖ 15 fulmina *RL* flumina *H* ‖ 18 uentus *F* ‖ 20 fisici *F* ‖ 21 *ad v.* 429 *in marg. sup.* prudenter his omnibus naturam fulminis exprimit quod necesse est nascatur per nubes et uentos. et triplici potestate est praeditum fulmen. est enim ostentatorium . . . findit *T* ‖ 22 et praesagum *T* ‖ 23 horrificos *F* ‖ at . . . docet] peremptorium docet cum dicit flammisque sequacibus iras *T* ‖ 24 peremptorum *F* ‖ praesagum sic meminit in tertio ille *T* ‖ 25 interpres . . . ignes *om. T* ‖ 28 nominibus *FT, corr. Daniel* ‖ id est . . . attributas] asserunt attributas ioui marti iunoni simulque austro uento *T*

vento, adserunt attributas, quod hoc loco ostendunt. nam cum dicit 'tris imbris torti radios', Iovem significasse intellegitur; cum vero 'tris nubis aquosae', Iunonem intellegit; cum autem 'rutili tris ignis', Martem; et sic adiectum 'alitis Austri', scilicet venti. alii ideo ternorum radiorum volunt mentionem factam, quia fulmen trisulcum est: aut enim terebrat aut incendit aut † disclina. et 'imbris torti radios' pro 'tortos radios', 'torti' autem vehementis. et hoc verbo frequenter utitur quotiens vim aliquam vult exprimere, ut ⟨IX 668⟩ *torquet aquosam hiemem et* ⟨IV 208⟩ *an te genitor, cum fulmina torques.*

431. FVLGORES NVNC TERRIFICOS quas fulgetras dicunt. SONITVMQVE METVMQVE *non quem habeant, sed quem inferant. et* per sonitum tonitrua ostendit, per metum fulgetras. et hunc ordinem sic posuit, ut hominibus videtur: nam re vera prior est conlisio nubium, unde ignis emicat: nos autem ideo prius fulgetras videmus, quam tonitrua audiamus, quia velocior oculorum, quam aurium sensus est.

432. SEQVACIBVS persecutricibus: *quoniam rapax natura ignis est. et ordo est 'irasque flammis sequacibus'.*

433. *CVRRVMQVE ROTASQVE nova elocutio 'currum et rotas instabant'. nec nos moveat quod in domo Vulcani Marti currus fabricatur; eo enim absente fabricabatur.*

435. AEGIDAQVE HORRIFERAM aegis proprie est munimentum pectoris aereum, habens in medio Gorgonis caput: quod munimentum si in pectore numinis fuerit, aegis vocatur: si in pectore ho-

---

1 ettributas *F* ‖ quod hoc loco ostendunt *om. T* ‖ dicunt *F* ‖ 3 intellegi *F* ‖ cum autem *om. T* ‖ 4 et sic adiectum *om. T* ‖ alitis austri scilicet uenti] alitis aliis uentis *F* alitis austri uentum austri significasse uidetur *T* alitis austri ventis *Commelinus* alitis austri venti *Masvicius.* scilicet *ego addidi,* id est venti *Heinsius* ‖ ideo *om. T* ‖ 5 factum *F* ‖ fulmen m̄trisulcum *F* (ni*trisulcum *Daniel*) ‖ trisulctum *T* ‖ 6 terebrat *scripsi* (*cf. Festus s. v. 'trisulcum', Serv. ad Aen.* II 649): gerebat *F* afflat *Masvicius* ‖ aut incendit *Masvicius*: incenditur *F* ‖ aut disclina *F*: aut dissipat *Masvicius.* afflat *intercidisse Festi et Servii testimoniis modo commemoratis ostenditur. cf. etiam ad georg.* I 332. disclina *natum videtur ex* disciplina, *ut his fere lacuna explenda sit* ut testatur Etruscorum de fulguratura disciplina. *cf. ad Aen.* I 42. afflat enim terebrat incendit ut ait Caecina de Etrusca disciplina *coni. F. Schoellius. ceterum pro* aut enim ... disclina *haec exhibet T* fulgus quod tangit fulgur quod incendit et urit fulmen quod cuneat id est findit ‖ 7 vehementis *scripsi*: ehimentis *F* elementis *Daniel* ‖ 10 TERRIFICOS *om. libri praeter M, qui* T. *habet* ‖ quas] quae *L* (quas *l*) quos *M* ‖ fulgora *LH* (fulgetras *l*) fulgestras *F* fulgoras *m* ‖ 12 ordinem non sic *M. sed pertinet haec adnotatio non ad* sonitumque metumque, *sed ad* fulgores n. t. sonitumque ‖ 14 emicat *ASM*: emanat *reliqui* ‖ 15 audiantur *M* audimus *F* ‖ 16 est *om. F* ‖ 17 *ad* SEQVACIBVS *supr. vers.* persecutricibus quoniam natura ignis rapax est *T* ‖ 19 *ad* INSTABANT *supr. vers.* instant (*lege* instanter) efficiebant. et est noua elocutio *T* ‖ noue locutio *F* ‖ curruum *F* ‖ 22 proprie ... aegis *om. LH* (*add. l*) ‖ indumentum *R* nunimentum *F* ‖ 23 aerum *M* (aereum *m*) uerum *F* ‖ 24 uocatur] quid sit aegis *add. A* (*del. a*). *idem in marg. exhibet S* ‖ si in pectore hominis *om. R*

minis, sicut in antiquis imperatorum statuis videmus, lorica dicitur. TVRBATAE *vel concitatae et iratae: vel* pro 'turbantis': nam timuit homoeoteleuton, et fecit supinam significationem. alii ad fabulam referunt, quia dicitur in bello Gigantum arma perdidisse turbata, ut quasi ipsa nunc reparet: cuius dicti nullus auctor invenitur idoneus.

436. SQVAMIS SERPENTVM AVROQVE POLIBANT aegida horriferam aureis squamis serpentum certatim polibant. alii volunt re vera de corio serpentum dicere eum arma esse levigata.

437. CONEXOSQVE ANGVES Gorgonis scilicet capiti. *IPSAMQVE IN PECTORE DIVAE hoc est quae in pectore ponatur.*

438. DESECTO VERTENTEM LVMINA COLLO aut sua lumina circumferentem et mortis indignatione quaerentem, quorum se interitu posset ulcisci: aut certe intuentum lumina in saxa vertentem: *aut horrore suo aliorum oculos avertentem, ne cum periculo videretur.* hoc autem caput ideo Minerva fingitur habere in pectore, quod illic est omnis prudentia, quae confundit alios et inperitos ac saxeos conprobat. *DESECTO VERTENTEM quomodo 'vertentem'? id est secto collo non sua lumina vertentem, sed immutantem eorum faciem qui hanc vidissent: aut 'vertentem' dixit 'lumina' aversa habentem, ut habuit cum secaretur ei collum, et quaereret aspectibus vindicari.*

439. TOLLITE CVNCTA INQVIT vile est quod plerique dicunt, propter arma Martis iratum esse Vulcanum, praesertim cum et arment Minervam et fabricent fulmina Cyclopes, et Vulcanus dixerit 'cuncta tollite'. ergo 'tollite' aut differte est, aut celerius terminate. COEPTOSQVE AVFERTE LABORES quia dixerat ⟨424⟩ 'his informatum manibus iam parte polita fulmen erat'.

440. AETNAEI CYCLOPES ut ⟨III 678⟩ Aetnaeos fratres.

441. NVNC VIRIBVS VSVS *hoc est* nunc est vestrarum virium exercitium, id est tempus est exercendae virtutis circa arma viri

---

15 hoc autem caput . . . conprobat] exscr. Isid. or. VIII 11, 73 et mythogr. III 10, 2

---

2 *ad* TVRBATAE *supr. vers.* concitatae iratae *T* ‖ pro] per *L* (*corr. l*), *om. F* ‖ 3 suponam *L*, *sed* su *in ras. l*, *item* o *in* i *mutavit l* ‖ fulam *AS* (fabulam *s*) ‖ 4 turbata aut *L* turbat anti *H* ‖ 5 *forte* reparentur ‖ dictis *RH* ‖ 8 aureis] cum aureis *ASMl* ‖ certatim . . . serpentum *om. L* (*add. l*) ‖ de corio] dō. orior *H* ‖ 12 DISECTO *L* DEXSECTO *H* ‖ *schol. ad* IPSAMQVE I. P. D. *post* conprobat *hab. F* ‖ 16 fingitur habere minerua *R* ‖ Minerva] amiuersia *F* ‖ 17 confudit *F* ‖ impeditos *R* inpeditos *H* ‖ 19 immutantem *Daniel*: minutantem *F* ‖ 20 *ad* VERTENTEM L. C. *supr. vers.* auersa lumina habentem ut habuit cum secaretur ei collum *T* ‖ 20 uerentem *F* ‖ lumina uersa *F* lumina adversa *Daniel* ‖ 21 et quaereret] *forte* aut quaerentem ‖ 22 plerumque *F* ‖ 23 praesertim cum et arma mineruae fabricent et fulmina ciclopes *R* ‖ 24 arment//// *L* armentū *H* ‖ 25 ergo tollite *om. F*

fortis. *et sic dictum est, ut dicimus 'opus est viribus': et hoc quidam non ad difficultatem operis, sed ad celeritatem referunt.*

442. *RAPIDIS paratis.* ARTE MAGISTRA ambitiosius quam si 'magistri' diceret: *et* rem personae in artem transtulit, ut si dicas 'opus est peritia medicinae', non 'medici'.

443. PRAECIPITATE MORAS praecipitanter, id est festinanter abicite. NEC PLVRA EFFATVS sicut festinantem decebat.

444. OCIVS INCVBVERE quam ille praeceperat. PARITER pari modo. *dicitur et pro 'similiter' et pro 'simul'.*

445. SORTITI diviserunt inter se laboris officium, ut ⟨III 510⟩ sortiti remos.

446. VVLNIFICVSQVE CHALYPS populum, apud quos nascitur, pro ferro posuit. et 'liquescit' dixit proprie: nam ferrum non *semper* solvitur, sed mollescit.

447. INFORMANT designant. INGENTEM autem et magnitudine et soliditate: nam et clipeum dixit, qui magnitudine corpus furatur, unde et clipeus dictus est ἀπὸ τοῦ κλέψαι: et dicturus est 'septenosque orbibus orbes inpediunt', id est veluti septem scuta facta in unitatem conectunt.

449. *VENTOSIS ventos gignentibus: aliter ventosa per aequora vectis, quae ventis turbentur.*

450. ACCIPIVNT REDDVNTQVE iungendum: uno enim eodemque tempore parte reddunt, parte ventos accipiunt. STRIDENTIA TINGVNT tingendo stridere faciunt.

451. *AERA LACV amat lacum pro aqua ponere.*

452. *ILLI quidam pro 'alii' accipiunt.* IN NVMERVM in ordinem, ut tunc vero in numerum Faunosque ferasque videres ludere.

453. FORCIPE forfices sunt quibus incidimus, forcipes quibus

1 et sic ... opus est viribus] cf. Non. p. 419, 23 M. ‖ 12 populum ... posuit] cf. Isid. or. XVI 21, 1 ‖ 16 nam et ... κλέψαι] cf. Isid. or. XVIII 12, 1 ‖ 20 ventosa] georg. I 206 ‖ 27 tunc vero] buc. VI 27 ‖ 29 forfices e. q. s.] cf. Non. p. 531, 30; exscr. Isid. or. XIX 7, 3. cf. or. X 99 et XX 13, 3 et diff. verb. 262

1 quidem *F*, *corr. Daniel* ‖ 2 dificultatem *G* ‖ 3 paratis *scripsi*: satis *F* latis *Daniel* ‖ quam si dixisset magistri *F* ‖ 5 peritia *om. R* ‖ 6 praecipitantes *LH* (*corr. l*) ‖ festinantes *L* (*corr. l*) ‖ 7 abice *H* ‖ festinantes *L* (*corr. l*) festinanẽ *H* ‖ 8 OTIVS *ARMl* ‖ 12 CHALYPS *F* CALIPS *R* CALYPS *L* CALIBS *A* CHALIBS *H* CHALYBS *M* ‖ nascitur ferrum pro ipso ferro posuit *R* ‖ 13 pro ferro posuit] superbo posuit *H* ferrum pro posuit *F* ‖ et *om. ASM* ‖ dixit ... mollescit *om. L* (*add. l*) ‖ improprie *R* inproprie *Ma* ‖ 17 est *om. RH* ‖ ΚΛΕΥΑΙ *S* ΚΛΕΨΛ *R* ΚΛΕΠΤΙΝ *L* ΚΛΕΥΑ *H* ΚΑΕΥΑ *M* ‖ 18 inpediuit *F* ‖ 19 unitate *HM* ‖ 20 *ad* VENTOSIS *supr. vers.* uentos gignentibus alibi uentosa per aequora quae uentis turbantur *T* ‖ uentis *G* ‖ 21 uecte *F* ‖ que *F* qui *Daniel* ‖ tubentur *G* ‖ 22 enim *om. L* ‖ 24 tinguendo *libri*

aliquid forvum tenemus, quasi forvicapes; nam forvum est calidum: unde et formosos dicimus quibus calor sanguinis ex rubore pulchritudinem creat. *has tamen forcipes in medicinalibus Graeci ardiotheres appellant, quibus solent in bello vulneratis spicula extrahi.*

454. DVM HAEC PROPERAT *hoc est* properanter facit: et est honesta elocutio. AEOLIIS nam, ut diximus ⟨416⟩, Vulcania una est de septem Aeoliis, *in quibus Aeolus regnaverat.* LEMNIVS quia in Lemnum insulam, ut diximus ⟨414⟩, cecidit, *a Iove praecipitatus vel* a Iunone propter deformitatem deiectus, quam aerem esse constat, ex quo fulmina procreantur. ideo autem Vulcanus de femore Iunonis fingitur natus, quod fulmina de imo aere nascuntur: quod etiam Lucanus dicit ⟨II 269⟩ fulminibus terrae propior succenditur aer, pacem summa tenent.

456. VOLVCRVM SVB CVLMINE potest et generaliter accipi volucrum quarumvis, *quae matutinae sonant;* potest et specialiter, ut hirundinum; *potest et gallorum: quae omnia propter sermonis humilitatem vitavit.*

458. TYRRHENA VINCVLA Tusca calciamenta. et dicit crepidas, quas primo habuere senatores, post equites Romani, nunc milites. *alii calceos senatorios volunt, quia hoc genus calciamenti a Tuscis sumptum est.*

459. TEGEAEVM ENSEM Arcadicum gladium.

460. DEMISSA AB LAEVA PANTHERAE TERGA RETORQVENS a sinistro humero pellem demissam habuit, quam retorquens et in dexteram revocans partem se amiciebat.

461. GEMINI CVSTODES hoc et in Homero lectum est et in historia Romana, quae ait Syphax inter duos canes stans Scipionem appellavit.

464. SERMONVM MEMOR scilicet promissi auxilii, ut ⟨171⟩ auxi-

---

7 LEMNIVS quia . . . summa tenent] exscr. mythogr. III 10, 4

---

1 furuum *H* forbum *F* ‖ foruicāpes *H* foruicapiens *M* forbicapes *F* ‖ furuum *H* ‖ 2 color *F* ‖ robore *F* ‖ 3 *ἀρδιοθῆρες* *Daniel* ‖ 5 properantes *H* properantis *F* ‖ 6 honesta locutio *R* honeste locutio *F* ‖ uulcani *H* ‖ 7 in quibus *Daniel*: in *om. F* ‖ aeoliis *F, corr. Daniel* ‖ regnavit *Daniel* ‖ 10 flumina *AS* (*corr. s*) ‖ lucanus *H* ‖ 11 natus est *H* ‖ 12 uulcanus *F* ‖ dicit] dicit ut *ASRF* dixit *M* ‖ proprior *ASH* (*corr. s*) ‖ succiditur *R* succeditur *MH* ‖ 13 summam *F* ‖ 15 matutine *Daniel* matutino *Lion* ‖ 16 humilitatem *Daniel*: humitatem *F* humanitatem *G* ‖ 22 gladium] totum hoc legitur in homero de agamemnone (*Il.* II 42) *ἕζετο δ' ὀρθωθείς . . . ξίφος ἀργυρόηλον add. D,* totum hoc ex Homero (*Od.* II 2—4) *add. Fabricius* ‖ 23 DIMISSA *ASHM* ‖ 24 sinistris *L* (*corr. l*) ‖ umero *H* ‖ dimissam *ASHM* ‖ qui *L* (quam *l*) ‖ 26 lectum est] de telemacho ulixis filio (*Od.* II 10) *βῆ ῥ' ἴμεν . . . ἀργοὶ ἕποντο add. D* ‖ 27 syfax *ASMF* sifax *RLH* ‖ duas *M* duo *F* ‖ canens *L* ‖ 28 apellauit *LH* ‖ 29 ut . . . dimittam *om. F*

lio tutos dimittam opibusque iuvabo. HEROS hoc nomen non tantum praesentis est virtutis, sed et praeteritae: unde est quod Euandrum heroem dicit, cum sit virtutis emeritae. plerumque heros et generis est.

465. MATVTINVS AGEBAT rem temporis ad personam transtulit.

467. *IVNGVNT DEXTRAS sic enim se antiqui salutabant.*

468. LICITO TANDEM SERMONE 'tandem', quia amborum desiderio nox fecerat moram: *vel 'tandem' dato secreto.*

470. *MAXIME TEVCRORVM dicendo 'maxime' subtiliter ostendit eum pontificis maximi et scientiam et potestatem habere.*

471. NVMQVAM RES EQVIDEM TROIAE VICTAS satis mature 'equidem' dixit, id est ego quidem Troiam te vivo victam non arbitror, quantum est in opinione mea.

472. PRO NOMINE TANTO pro tui nominis gloria.

474. *HINC RVTVLVS PREMIT hoc est* ⟨146⟩ *gens eadem, quae te crudeli Daunia bello insequitur.* ET MVRVM CIRCVMSONAT ARMIS et brevitatem sui ostendit imperii et hostilem necessitatem, ob quam se penitus exarmare non poterat. 'amni' autem 'claudimur Tusco' ideo dixit, quia ipse fuit Romani finis imperii: Iuvenalis ⟨VIII 264⟩ et quae imperii fines Tiberinum virgo natavit.

475. SED TIBI EGO artificiose agit, ut etiam quae monstrantur auxilia, ipsius esse videantur. 'ingentes' autem 'populos' non sine causa dixit: nam Tuscia duodecim lucumones habuit, id est reges, quibus unus praeerat: unde est ⟨X 202⟩ gens illi triplex, populi sub gente quaterni.

476. QVAM FORS INOPINA hoc beneficium casus praestat, qui efficit ut eo tempore quaeras auxilium, quo Tyrrheni ducem requirunt.

477. FATIS HVC TE POSCENTIBVS ADFER perge illuc poscentibus fatis; nam talis est sensus, si legeris 'adfer'. et similiter iungit fortunam fato, ut supra, ubi ait ⟨334⟩ fortuna omnipotens et ineluctabile fatum. si autem legeris 'adfers', sensus erit talis:

---

1 totis *H* laetos *Vergilius. cf. Aen.* I 571 ‖ 2 praesentis est] praesentem *R* ‖ 3 herodem *F* ‖ *ad* emeritae *haec in marg. adscr. l* id est iam non poterat militari. et unde dicit emerite. quasi sine meritis id est sine militia ‖ 6 *ad* IVNGVNT D. *supr. vers.* sic se salutabant antiqui *T* ‖ se antiqui se *F* ‖ 7 quia maiori amborum desiderio *ASl* ‖ 8 *ad* TANDEM *supr. vers.* dato secreto *T* ‖ 9 dicendo ... habere *hab. T* ‖ suptiliter *T* ‖ 10 maximi honorem et prudentiam habere *T* ‖ 11 ego equidem *F* ‖ 13 quantum ... TANTO *om. L* (*add. l*) ‖ 15 *schol. ad* HINC R. P. *post* natavit *hab. F* ‖ 18 ob quam] ob quam rem *F* ‖ 21 agit] ait *RHF* ‖ ut *om. H* ‖ 22 ipse *RH* ‖ ingentis *R* ‖ 28 ADFER] A. *libri praeter F qui* ADFERS *exhibet* ‖ 29 adfer et *ASHF*: affer et *Ra* affer//// (et supr.) *L* (et *supr. scr. l*) adfert et *M* ‖ iunxit *F* ‖ 30 ubi *om. AS* ‖ 31 si autem ... factum est *om. L* (*add. l*) ‖ affers *Rl*

fati necessitate factum est ut venires; fortunae beneficium ut illi ducem requirant. legimus ergo et 'adfer' et 'adfers'.

478. *HAVD PROCVL HINC ut ire ei facile persuadeat.* SAXO COLITVR FVNDATA VETVSTO antiquo opere, ut ⟨III 84⟩ templa dei saxo venerabar structa vetusto.

479. VRBIS AGYLLINAE SEDES quae nunc Caere dicitur. LYDIA QVONDAM GENS 'quondam insedit', non 'quondam bello praeclara': nam etiam tunc florebat. sane etiam supra ⟨II 781⟩ diximus, Maeoniam provinciam esse. cuius dum brevitas duos fratres, Lydum et Tyrrhenum, ferre non posset, ex sorte Tyrrhenus cum ingenti multitudine profectus *est et* partem Italiae tenuit et Tyrrheniam nominavit. hi diu piraticam exercuerunt, ut etiam Cicero in Hortensio docet, cum captivos novis poenis adfligerent, occisorum eos religantes cadaveribus. quod Vergilius dat Mezentio, sciens lectum esse de gente Tyrrhenorum. sane illo tempore Tyrrheni dicti sunt, post Tusci ἀπὸ τοῦ θύειν. Lydi autem a Lydo, regis fratre, qui in provincia remanserat. *et 'Lydia' provincia positivum, 'Lydia' gens derivativum pro 'Lydica'. sane hanc Agyllam quidam a Pelasgo conditam dicunt, alii a Telegono, alii a Tyrrheno, Telephi filio. 'insedit' autem secundum Sallustium montem sacrum atque Aventinum insedit.*

482. *SAEVIS TENVIT MEZENTIVS ARMIS unde illi magis indigni iniuriis, quorum persona laudata. et hoc positum est, ut ostendatur an utile illis sit iungi Aeneae.*

483. QVID MEMOREM INFANDAS CAEDES figura oratoria, quae paralipsis vocatur: Cicero nam illa nimis antiqua praetereo.

484. EFFERA cruenta. DI CAPITI IPSIVS ut ⟨II 190⟩ quod di prius omen in ipsum convertant. *quando enim volumus ex-*

8 sane etiam . . . nominavit] cf. Isid. or. XIV 3, 43 || 12 Cicero in Hortensio] fragm. 92 p. 987 Or. || 19 a Tyrrheno Telephi filio] cf. comm. Luc. II 210 || 20 secundum Sallustium] hist. I 9 Dietsch., I 10 Kritz. || 26 Cicero] in Cat. I 1, 3

1 fata *F* || necessitatem *A* || uenire *F* || benefitio *L* || 2 adfer *ASH*: affer *Ra* afferat *L* (afferaet *l*) adfert *M* adferes *F* || affers *RLa* || 6 quae . . . dicitur] quae nuncreditur *F* || cere *libri praeter F* || 7 bello] in bello *LH* || 9 cuiusdam breuitas cum duos *F* || 11 tyrrhenam *F* || 13 hensio *A* ortensio *LF* || novis *om. H* || adfligeret *M* || 14 uergilius *F* || 15 de tirrhenorum gente *AS* de tyrrhenorum agente *F* || Tyrrhenorum *om. LH* (*add. l*) || 16 post Tusci *om. L* (*add. l*) || tuscia *AS* (*corr. a*) || ΕΥΕΥΝ *A* ΘΥΡΕΝ *R* (*corr. Daniel*) ΘΥΙΝ *H* ΟΥΕΙΝ *M* ΟΥCΙΗ *F* || lidii *R* || rege (regis *l*) fratre *LH* rege fratre tyrreni *M, fort. recte* || 17 lidia *F* || 18 lidia *F* || diriuatiuum *F* || Lydica *Masvicius*: lidia *F* || agillam *F* Agyllinam *Daniel* || 19 pellasgo *F* || telogono *F* || telesi *F, correxi* || 22 unde] *fort.* videntur *vel* sunt enim || 26 paralipsis *AS*: paralempsis *reliqui* || praeterreo *M* || 27 ut est *F* || 28 *ad* DI C. I. *supr. vers.* quando uolumus indignitatem rei exprimere quasi commoti auertimus orationem *T*

primere indignitatem rei, quasi commoti avertimus orationem, ut ⟨VI 529⟩ *di talia Grais.*

485. *MORTVA QVIN ETIAM quod supra dictum est: quod Cicero etiam in Hortensio de Tuscis dixit.*

487. TORMENTI GENVS exclamatio est inventi supplicii, *et etiam detestatio.* SANIE TABOQVE sanies mortui est. 'tabo' viventis scilicet sanguinis.

489. *AT FESSI cum essent fessi, tandem circumsistunt.*

493. CONFVGERE confugiebat: et ut diximus ⟨II 132⟩, historicus stilus est. DEFENDIER defendi, id est defendebatur. et vertit historiam; nam, ut diximus ⟨IV 620⟩, Turnus magis confugit ad Mezentium.

495. *AD SVPPLICIVM bene, non ad bellum.* PRAESENTI MARTE sine aliqua dilatione.

496. *HIS EGO TE AENEA DVCTOREM quasi grande incrementum.* ADDAM aut dabo; aut re vera addam habentibus Tarchonem. *TOTO NAMQVE FREMVNT vel praeterita narrat; vel coniectura est, utrum velint qui cessant.*

498. LONGAEVVS ARVSPEX argumento aetatis vult doctum videri. *quibusdam sane displicet, quod aruspicis nomen* ⟨*non*⟩ *addiderit, cuius aetatem auctoritatemque designat.*

500. *FLOS VETERVM Ennianum.*

502. *SVBIVNGERE coniungendo subiungere.*

503. OPTATE DVCES votis scilicet: *vel certe expectate vel legite.*

504. HOC ACIES CAMPO quasi iam in bellum parati.

505. REGNIQVE CORONAM insigne, non re vera coronam, quam Tusci reges numquam habuerunt. ergo species est pro genere.

506. MANDATQVE INSIGNIA aut mittit insignia, id est omnia ornamenta regalia, aut re vera 'mandat insignia', id est magna,

---

6 sanies . . . sanguinis] cf. Isid. or. IV 8, 22 et diff. verb. 234 || 22 Ennianum] cf. ann. v. 309 Vahl.

---

2 grecis *G* || 5 exclamatio . . . detestatio *hab. T* || etiam *om. F.* et detestatio *edidit Stephanus* || 8 *ad* TANDEM *supr. vers.* istud tandem ad armati circumsistunt refertur *T* || circumsistant *F* || 10 defendi *om. F* || euertit *l* || 14 dubitatione *F* || 15 DOCTOREM *F* || 16 tarchontem *M* || 17 vel praeterita . . . cessant *hab. T* || aut coniectura est *T* || 20 quibusdam *Daniel*: quibus *F* || nomen non *Masvicius*: nomen *F* || 23 *ad* SVBIVNGERE *supr. vers.* subiugando coniungere *T. ceterum hoc scholium Servianis ad v.* 504 *adiecit Daniel* || 24 *ad* OPTATE *supr. vers.* expectate legite *T* || et expectate uel *F*, et *cum Daniele delevi* || 25 iam *om. R* || bello *LM* (*corr. l*) || 26 coronam omeonia lidia tusci reges nū habuerunt *L* (*corr. l*) || 29 re vera] ipse tharchon oratores ad me misit coronamqui (coronamque *Daniel*) cum sceptro regni *add. F*: *quae huc relegavi. nam ab ipso plenioris commentarii auctore videntur addita esse: quem Serviana non intellexisse inde apparet quod a verbis quae sunt* mandat insignia *novum scholium*

ut castris succedam, capessam regna Tyrrhena. *alii 'insignia' pro fascibus accipiunt, qui ad Romanos a Tuscis translati sunt; aliud est enim 'insigne' singulari numero, aliud 'insignia', in quibus vestis et sella regia accipi potest. vel 'mandat' tradit, ut dicimus mandari magistratum: Sallustius ad consulatum mandandum M. Tullio Ciceroni.*

508. SED MIHI TARDA GELV occurrit tacitis quaestionibus, dicens se non isse propter aetatem senilem, filium vero propter mixtum genus per originem matris: unde Aenean dicit ire debere, cui et aetas et origo regna concedunt. SAECLISQVE EFFETA SENECTVS notandum dicta 'saecula' etiam in uno homine secundum eos qui dicunt saeculum triginta annos habere: nam alii volunt centum et decem, alii mille annis putant saeculum contineri.

509. INVIDET IMPERIVM bona elocutio *est*, ut Liber pampineas invidit collibus umbras.

510. *MIXTVS MATRE SABELLA pro 'duplici genere natus'.*

511. *PARTEM PATRIAE TRAHERET sic dixit 'traheret' quomodo dicitur originem ducere.* *ET ANNIS ad se retulit.*

512. *GENERI FATVM INDVLGET ad Pallanta retulit.* QVEM NVMINA POSCVNT ut ⟨503⟩ 'externos optate duces'.

513. ITALVM FORTISSIME DVCTOR εὐσυμβόλως iam ductorem Italiae vocat Aenean.

514. SPES ET SOLACIA 'spes' quia multa sibi de eius virtute promittebat pater, 'solacium' quia amissa coniuge unici filii utebatur solacio.

515. TOLERARE quasi rem asperam et difficilem. *et per hoc significat nondum eum sufficere, ut intellegatur quid nolit: nam et paternam sollicitudinem servat et heroicam virtutem, et ideo non vult simpliciter dicere nondum debere puerum pugnare, sed verecunde 'sub te tolerare magistro'.*

5 Sallustius] Cat. 23, 5 || 14 Liber] buc. VII 58

incipere putavit, quod Floriacensis, cum ea quae antecedunt in sinistro margine scripta sint, in dextro exhibet, omittit Autissiodorensis, quamquam superiora habet. || 1 *ad v.* 506 *in marg.* quidam insignia accipiunt pro fascibus qui a tuscis ad romanos translati sunt. aliud est enim insigne singulari numero et aliud numero plurali in quibus potest intellegi mandat tradit (*sic*) *T* || 3 insigna *F* || 6 *ad v.* 507 *ex Autissiodorensi hoc scholium exscripsi* SVCCEDAM CASTRIS pro in castra veniam ut (*Aen.* IV 10) 'quis novus hic nostris successit sedibus hospes'. || 8 senilem aetatem *RF* || propter *om. M* || 9 et *ante* aetas *om. LR* || 10 EFFAETA *ASm* EFFATA *M* || 12 nam] non *F* || volunt *om. F* || CXX. *LM* || 16 *ad* MIXTVS M. S. *supr. vers.* duplici genere natus *T* || genere natus] generatus *G* || 18 *ad* CVIVS E. A. *supr. vers.* cum dixit annis ad se retulit et generi ad pallantem *T* || 19 GENERIS *G* || 21 eusimbolos *vel* eusymbolos *libri* || 24 solatia *F* || 25 solacio] est autem solatium praesentis diminutio tristitiae *add. D* || 29 sub tetto lerare *G*

517. MIRETVR imitetur: Lucanus 〈IX 807〉 miratoremque Catonis, *id est imitatorem*: optima enim ingenia necesse est ut ea quae mirantur, imitentur.

519. SVO NOMINE bene in omnibus filii gratiam facit: nam dicit: dat tibi Pallas milites ducentos suo nomine, ipse vero a me accipiet ducentos. *SVO NOMINE*] **maluit enim munus suum cum persona eius dividere, quam suo nomine totum dare.**

520. *DEFIXIQVE ORA TENEBANT aut tacebant, ut tenuitque inhians tria Cerberus ora: aut stupebant.*

522. TRISTI CVM CORDE propter brevitatem auxiliorum. *PVTABANT figura per tempora: 'putabant' quasi putassent, nisi signum dedisset. aut certe 'putabant' cogitabant: unde et arbores putari dicuntur, quia diu deliberatur, quid eis adimi debeat, quid relinqui. putare est et discernere et in partes redigere, inde disputare.*

523. CAELO APERTO sereno, ut et aperta serena prospicere. *† in eo est enim quod aperti.*

524. INPROVISO nullum enim indicium praecesserat nubium. *VIBRATVS proprium telorum ad fulgorem transtulit.* FVLGOR *id est* fulgetra. *et tria genera fulgoris esse dicuntur: unum consiliarium, ubi quid cogitantibus nobis accidit, quod vetat aut hortatur; alterum auctoritatis, quod evenit re gesta, quod probet; tertium statum est, ubi nec novi quicquam gessimus nec cogitamus, sed quietis nostris rebus*

---

8 tenuitque] georg. IV 483 || 12 aut certe . . . relinqui] cf. Don. ad Ter. ad. V 3, 10 et eun. IV 7, 43. Non. p. 369, 17 M. || 15 et aperta] georg. I 393 || 19 et tria genera e. q. s.] cf. Sen. quaest. nat. II 39

---

1 Lucanus . . . imitentur *om. R* || miratoremque] imitatoremque *H* miratorique *Lucanus* || 2 optim (optimo *l*) enim ingenio *L* || 3 mirentur *F* || 4 faciat maluit enim . . . dare namque dicit *F*. *ad v.* 519 maluit suum munus cum persona (*adde* filii) diuidere quam sibi totum arroganter dare *T* || nam] nam hoc *a* || 5 ducentes *H* || 6 accipiet *ASRLM*: accipient *H* accipiat *F* accipies *Vossianus Burmanni* || 9 cerberus] cerus *F* || au stupebant *F* || 11 *ad* PVTABANT *in marg.* figura est per tempora quasi putassent aut certe putabant cogitabant. unde putari arbores dicuntur quia diu deliberatur quid eis adimi quid relinqui debeat. item putare discernere et in partes redigere inde discernere *T* || 14 impartes *F* || 15 aspicere *R* || 16 *post* aperti *lacunam indicavit Daniel.* in eo est enim quid aperti *Masvicius. fort.* et in eo est omen quod aperto caelo fulgur mittitur. *cf. Serv. ad georg.* I 487 || 19 fulgori *F, correxi.* fulgora *Daniel* fulgura *Commelinus* || *ad v.* 524 *in marg.* (vibrare) est proprie commouere (et tor)quere. interdum fulgere (et) splendere significat. et quod (pro)prium est telorum transtulit ad fulgor *T*. *quae inclusi umore deleta sunt* || *ad v.* 524 *in marg. super.* tria genera esse dicuntur fulguris: unum consiliarium ubi quid cogitantibus nobis accidit quod aut uetat aut hortatur. alterum auctoritatis quod euenit re gesta et quod probat. tertium est statum ubi nec quicquam noui gerimus aut cogitamus sed quietis nostris rebus utimur. sed haec duo non pertinent ad praesentem locum primum uero congrue adiungitur quia et aeneas de breuitate auxilii cogitat et sic fulgur factum (*sic ex* factus) est quod eum hortetur ne de inbecillis subsidiis desperet *T* || 20 accedit *F*

fruimur. sed duo haec, quae sequuntur, ad locum hunc non pertinent. primum sane apte videtur adiungi, ubi quid cogitantibus nobis accidit, quod vetat aut hortatur, quod consiliarium dicitur: nam et hic modo Aeneas de brevitate auxilii cogitat, quia ait 'multaque dura suo tristi cum corde putabant' et sic fulgur factum est, quod eum hortetur, ne de bellicis subsidiis desperet.

525. CVM SONITV tonitrus scilicet. et, ut diximus supra ⟨431⟩, ordinem tenuit qui nobis apparet, ut fulgetras dicat priores, cum sint ante tonitrua. RVERE OMNIA sic enim sonat, ut videatur ruina: alibi ⟨I 129⟩ c a e l i q u e r u i n a. bene autem temperavit dicens 'visa', *id est ad opinionem animi.*

526. TYRRHENVSQVE TVBAE MVGIRE PER AETHERA CLANGOR Tyrrhenum clangorem dixit tubae ideo, quia apud Tuscos tubam constat inventam. ergo 'Tyrrhenus clangor' sonus Tyrrhenarum tubarum. et bene congruis ominibus arma nuntiantur, per sonum tubarum. *et figurate per epitheti inmutationem Tyrrhenae tubae. Varro de saeculis a u d i t u m s o n u m t u b a e d e c a e l o dicit. videtur autem hic oportune Tyrrhenae tubae facta mentio, ut iam* ⟨*ad*⟩ *Tyrrhenorum castra vocari videatur Aeneas.*

527. FRAGOR INTONAT 'fragor' est proprie armorum sonus. quod autem dicit 'intonat', illuc spectat ⟨XII 654⟩ f u l m i n a t A e n e a s a r m i s, quae vult fragore tonitrua, splendore fulgetram imitari. non autem mirum est a Venere allatis armis inesse fulgorem: nam et Homerus dicit a Thetide oblata arma habere motum quendam et spiritum, quae duo in aqua esse manifestum est. Thetidem autem novimus nympham *esse.*

528. INTER NVBEM per nubem, more suo. et dicit in serena parte caeli fuisse nubem, per quam arma portata sunt.

---

13 Tyrrhenum . . . inventam] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VI 404 et Isid. or. XVIII 4, 2 ‖ 16 Varro de saeculis] p. 258 Ries.

---

1 secuntur *F* ‖ 2 adiuncti uerbi quod *F* adnecti ubi quod *Commelinus* adnecti ubi quid *Masvicius* ‖ 4 quia *Daniel*: q: *F* ‖ 5 fulgor *F* ‖ eum] cum *F* ‖ 6 subdiis *F* ‖ disperet *F* ‖ 7 tonitrum *F* ‖ 8 ut] et *F* ‖ dicit *H* ‖ 10 alibi caelique ruina *om. AS* ‖ alibi] alibi ait *F* ‖ 14 constat esse inuentam *l* ‖ 15 tubarum . . . nuntiantur *om. F* ‖ omnibus *libri* ominibus *vulgo* ‖ per sonum *ASMFl*: per sonos *R* per sono *L* per sonis *H*. *fort.* ut per sonum ‖ 16 *malim* Varro . . . dicit . et figurate . . . tubae ‖ *expectatur* 'Tyrrhenus tubae clangor' pro 'Tyrrhenae tubae' ‖ 18 ad *addidi* ‖ 19 vocare *Daniel*, ut iam Tyrrhenorum castra vocare videantur Aenean *Burmannus* ‖ 21 illud *L* ‖ 22 quia uult fragorem tonitrua splendorem fulgetram imitari *R* ‖ 23 adlatis *F* ‖ armis *om. F* ‖ 25 esse *om. F* ‖ 26 nympham] Homerus autem sic (*Il.* XIX 12) ὣς ἄρα φωνήσασα . . . ὥς μιν μᾶλλον ἔδυ χόλος *add. Fabricius. quinque versuum spatium relictum est in D.*

529. PER SVDVM 'sudum' est quasi sub udum, serenum post pluvias, ut ver sudum. *alii 'sudum' semiudum volunt dici, cum per nubes ad nos perveniat solis ictus non integer.* *PVLSA TONARE recte arma, quae iisdem ignibus, quibus fulmina, facta sunt, ait tonare pulsa. et hic magis proprie, quam Homerus: ille enim spirare ait et moveri, hic vero armis Aeneae caelestem sonitum dedit, unde veniebant.*

531. AGNOVIT SONITVM hoc est quid sonitus significaret. DIVAE PROMISSA PARENTIS κατὰ τὸ σιωπώμενον intellegamus Venerem ei promisisse.

532. HOSPES et qui suscipit et qui suscipitur 'hospes' vocatur, ut hoc loco Euander, item supra ⟨463⟩ hospitis Aeneae sedem. *NE QVAERE PROFECTO hic 'profecto' vetuste pro expletiva coniunctione positum.* NE VERO HOSPES NE QVAERE PROFECTO ambae particulae ad ornatum pertinent tantum.

533. PORTENTA modo bona omina. EGO POSCOR OLYMPO aut de Olympo poscor, id est haec signa mei causa fiunt: aut certe in Olympum poscor. *alii 'Olympo poscor', alii 'Olympo' sequentibus iungunt.*

534. DIVA CREATRIX rerum omnium generaliter.

537. HEV adeo de victoria fretus est, ut etiam hostium misereatur. et hinc nascitur ille sensus ⟨XI 152⟩ non haec o Palla dederas promissa parenti. item Aeneas ⟨XI 54⟩ hi nostri reditus expectatique triumphi? haec mea magna fides!

540. *POSCANT ACIES quasi eant nunc et flagitent bellum.* FOEDERA RVMPANT quae se facturum Latinus promiserat; non enim erant facta: *aut certe 'foedera', quod in septimo ⟨243⟩ legati cum muneribus missi.*

---

1 sudum . . . non integer] cf. Non. p. 31, 14 M. ‖ 2 ver] georg. IV 77 ‖ 10 HOSPES . . . vocatur] cf. Isid. diff. verb. 160

---

2 pluuiam *R* ‖ ver nactae sudum *D* ‖ *ad* PER SVDVM *in marg.* quidam intellegunt sudum quasi semiudum quod ad nos solis ictus per nubes non integer perueniat. et ideo pulsa tonare dicit quia hisdem ignibus facta sunt quibus fulmina. et pulsa significat collisa *T* ‖ sūmiudum *F*. *cf. Philarg. ad georg.* IV 77 ‖ 4 hisdem *F* ‖ 7 quod *SMl* ‖ 8 intellegimus *ASMl* ‖ 9 ei *MF*: et *H* haec *RL*, *om. AS* ‖ promisse *A* promissae *S* ‖ 11 ut *om. LH* (*add. l*) ‖ in hoc loco *M* ‖ Euander *om. AS* ‖ sedem] sic et uector qui uehit et qui uehitur et alumnus qui alit et qui alitur *add. D* ‖ 13 positum ambae particulae *e. q. s. F* ‖ VERO PROFECTO *ASM* QVAERE PROFECTO *RLH* ‖ 15 bona modo *L* ‖ 17 in olympo *H* ‖ poscor] dempta praepositione ut (V 451) 'it clamor caelo' *add. D* ‖ olymposcor *F*, *corr. Daniel.* in olympo poscor *Masvicius* ‖ olympos sequentibus *F* ‖ 20 ideo *F* ‖ misereatur] quod aeneae κατὰ τὸ πρέπον recte tribuitur qui pius ubique inducitur *add. D* ‖ 21 dederam o palla *R* ‖ opallean *AS* (*corr. a*) ‖ 22 dederam *LH* ‖ 24 *ad* POSCANT A. *supr. vers.* flagitent bellum *T* ‖ 26 *ad* FOEDERA R. *supr. vers.* quia in septimo missi sunt legati cum muneribus *T*

542. HERCVLEIS SOPITAS IGNIBVS ARAS hypallage est, id est suscitavit aras Herculeas, in quibus erant ignes sopiti.

543. HESTERNVM autem LAREM cui pridie sacrificaverat. et est iteratio: nam male quidam 'externum' legunt, id est extraneum.

544. *MACTAT LECTAS de more lectas, an de more mactat?*

545. *EVANDRVS pro 'Euander', sed vitavit ὁμοιοτέλευτον sequentis verbi.*

546. POST HINC AD NAVES GRADITVR unum vacat, aut 'post', aut 'hinc', ut post hinc digrediens iubeo frondentia capris arbuta: tale est et illud ⟨II 40⟩ primus ibi ante omnes.

547. QVI SESE IN BELLA SEQVANTVR in expeditionem et bellicam praeparationem: nam, ut supra diximus, 'bellum' est tempus omne quo vel praeparatur aliquid pugnae necessarium, vel quo pugna geritur, 'proelium' autem dicitur conflictus ipse bellorum: unde modo bene dixit 'qui sese in bella sequantur', non 'in proelium'; nam ad auxilia petenda vadit, non ad pugnam. quamquam etiam si *sic* diceret 'qui se in proelium sequantur', non valde ab re esse videbatur: hi enim equites, cum a Tarchone accepisset Aeneas auxilia, cum aliis Etruscis equitibus per terram missi, obvios statim habuere bellantes, et quasi iam hinc recte pergere videntur in proelium: unde etiam a Cymodocea naviganti Aeneae dicitur ⟨X 238⟩ iam loca iussa tenent forti permixtus Etrusco Arcas eques.

549. SEGNIS sine remigio, *id est cessans, nihil administrans.* et respexit ad descendentes, de quibus ait ⟨94⟩ remigio noctemque diemque fatigant, licet fuerit lenissimus fluvius. *epitheton ergo ad tempus, non enim ignavos dixit: aut 'segnis' certe, quia meliores elegerat.* *DEFLVIT defertur.*

550. RERVM quas gesserat. PATRIS ubi esset.

552. EXORTEM AENEAE per id quod non est factum, quod factum est indicatur. per 'exortem' autem optimum et praecipuum

3 cui . . . extraneum] cf. Isid. diff. verb. 178 || 9 post] georg. III 300

2 suscitabat *F* || sopiti ignes *R* || 3 EXTERNVM *F* || autem *om. RH* || quo *R* || sacrificabatur *ASM* || 5 *ad* DE MORE BIDENTES *supr. vers.* siue mactat de more siue lectas de more id est secundum ritum *T* || 6 omoeteuluton sequentib: uerbi *F, corr. Daniel* || 10 et *om. AS* || 11 et in bellicam *AS* || 12 diximus] dictum est *F* || 13 quo] quod *AF* q; *H* || uel quod *A* uel co *H* || 15 non ad proelium *F* || 18 tharchonte *R* tharconte *M* thachonte *F* || 19 auxilium *F* || 20 recta *F* rectae *M* || uiderentur *M* || 21 ad praelium *F* || 22 tenent *ASLH*: tenet *reliqui* || 30 EXORTEM . . . non est factum *om. AS* per id quod non est factum *om. M. dicit autem Servius, quod Aeneae non sortito equus adductus sit, ea re indicari ceteris sorte equos datos esse.*

significat. 'exortem' autem, ut 'exlegem'. *et multi hoc loco reprehendunt Vergilium, quod, cum Aeneam ubique pontificem ostendat, et pontificibus non liceat equo vehi, sed curru, sicut et in septimo* ⟨280⟩ *a Latino ei currum missum dicit, cur hic equo eum usum faciat, dicens 'ducunt exortem Aeneae, quem fulva leonis pellis obit totum praefulgens unguibus aureis' item* ⟨585⟩ *'iamque adeo exierat portis equitatus apertis Aeneas inter primos'. cuius rei haec redditur ratio: Aeneam non tantum pontificii iuris, sed omnium sacrorum et peritum et primum fuisse, Vergilium autem inventa occasione ritum Romanarum caerimoniarum exponere. etenim veteri sacrorum ritu neque Martialis neque Quirinalis flamen omnibus caerimoniis tenebatur, quibus flamen Dialis: neque diurnis sacrificiis destinabantur, et abesse eis a finibus Italiae licebat, neque semper praetextam, neque apicem nisi tempore sacrificii gestare soliti erant. ergo si ire eis in provinciam licebat, et equo sine religione vehi licuit: quod hic ostendit, velut in provinciam misso Aeneae equum datum: nam Euander hoc ait* ⟨475⟩ *'sed tibi ego ingentes populos opulentaque regnis iungere castra paro', deinde infra de potestate obtinendae provinciae subtexuit 'ipse oratores ad me regnique coronam cum sceptro misit', et excusatione interposita hortatur Aeneam, ut Etruscis, regem et ducem desiderantibus, praesit: ait enim* ⟨511⟩ *'tu, cuius et annis et generi fatum indulget, ingredere'. ergo et equo merito uti potuit, si ei ire in provinciam fas erat. sciendum tamen poetam contentum esse universum ius pontificale, dum aliud narrat, attingere.*

553. PELLIS OBIT TOTVM pellis ostenditur magnitudo in hoc, quod dicit 'totum obit', *id est circumdat.* VNGVIBVS AVREIS aut

---

1 multi hoc loco reprehendunt . . . dum aliud narrat attingere *in marg. sup. hab. T* ‖ 2 Vergilium *om. F* ‖ quod] qui *T* cur *Schoellius* ‖ Aeneam] eam *F* ‖ 3 curru] tyrru *F* ‖ et *om. F* ‖ 4 hic equo] haequo *F* ‖ usum faciat *Commelinus*: ipsum faciat *F evanuerunt haec verba in Turonensi* ‖ dicens ducunt] ducunt inquid *T* ‖ 5 exsortem *T* ‖ pellib; *F* ‖ otum *F* ‖ 6 inquibus *F* ‖ itemque iamque *T*, et iterumque *F*, *correxi* ‖ 7 apertis *om. F* ‖ 8 pontificium *T* ‖ sed etiam omnium *T* ‖ 9 uergilium *F* ‖ ta occasione *evanuerunt in T* ‖ romanorum *F* romanarum (o *supra* a) *T* ‖ 10 etenim . . . ritu *T*: more etenim ueteri sacrorum *F* ‖ 11 flaminum *T* ‖ tenebantur *Masvicius* ‖ 12 neque] que *F* ‖ diurnis . . . praetextam neque *om. F* ‖ destinabantur] distinebantur *Masvicius. cf. Gellius* X 15, 16 '*Dialis cotidie feriatus est*' ‖ 14 gestare] cessare *T* ‖ prouintiam *F* ‖ 15 relegione *F* ‖ dit velut in pro *evanuerunt in T* ‖ uelud *F* ‖ 16 aenea *T* ‖ namque *T* ‖ ho *F* ‖ 18 de potestate] debita potestate *T. fort.* de oblata *vel* de delata ‖ obtinente *F* ‖ subtexuit *om. T* ‖ 19 et *T*: tum *F* ‖ terposita horta *evanuerunt in T* ‖ 20 desiderare *T* ‖ ait enim tu *om. T* ‖ enim] ens *F* ‖ 21 cuius inquid et annis *T* ‖ generis factum *F* ‖ ingredere *reposui*: incredere *F* (incedere *Daniel*), *om. T* ‖ 22 merito] ei *T. fortasse voluerat interpres* ei uti licuit ‖ si] quia *T* ‖ in prouinciam ire *T* ‖ 24 poetam . . . esse] poetam con *evanuerunt in T, extat* temptum esse ‖ uniuersum *scripsi*: diuersum *FT* ‖ 25 pellis *MF*: obit pellis *AS, om. RLH* ‖ hoc] eo *ASF* ‖ 26 obit *om. AS* ‖ *ad* OBIT *supr. vers.* circumdat *T*

quia ungues ipsi cum aruerint, auri imitantur colorem; aut quia solebant deaurari: Statius auro mansueverat ungues.

554. SVBITO VVLGATA cur 'subito'? ipse dicit: quasi 'per parvam urbem'.

555. OCIVS positivus antiquus est, id est 'celeriter'; nec enim potest esse comparativus ubi nulla est comparatio. *tractum ex Graeco ὠκέως.*

556. VOTA METV DVPLICANT MATRES bene 'duplicant metu', nam inest semper in matribus votum. PROPIVSQVE PERICLO IT TIMOR 'it timor propius periclo', id est ad periculum vicinius: aut certe 'it timor propius periclo' pro 'propior'; nam matres quod timent, hoc putant liberis posse contingere. *aut certe 'aequatur periculo timor', et per dativum extulit, ut propius stabulis armenta tenerent: aut poetice dixit timorem periculo comitem.*

557. IAM APPARET adhuc illis pergentibus iam proelium cogitabatur a matribus. *ergo ut solet, imaginem τὴν φαντασίαν, ut est* ⟨II 369⟩ *et plurima mortis imago: hanc Sallustius speciem dicit: speciem captae urbis efficere.*

558. *PATER EVANDRVS cum dicit 'pater', ostendit cuius.* DEXTRAM COMPLEXVS EVNTIS filii scilicet, quia dixerat 'pater'.

559. HAERET INEXPLETVS multi hic distinguunt, ut sit 'inexpletus haesit et talia locutus est lacrimans'. alii legunt 'inexpletus lacrimis'. honestius tamen est 'inexpletum lacrimans', ut sit nomen pro adverbio, id est inexplebiliter.

560. O MIHI PRAETERITOS REFERAT SI IVPPITER ANNOS et 'o' et 'si' optantis sunt, *id est utinam:* quae nunc iunguntur; nam singula ante ponebantur, ut ⟨VI 187⟩ si nunc se nobis ille aureus

2 Statius] Theb. VI 724 ‖ 13 propius] georg. I 355 ‖ 17 Sallustius] hist. fragm. inc. 38 Dietsch., 4 Kritz.

1 auri inmittantur *L* aurum mittantur *F* ‖ 2 solebat *R* solent *F* ‖ mansueuere *R* mansuerat *F* ‖ unguis *F* ‖ 6 comparatio] aut comparatiuum pro positiuo ponitur ut senior pro senex. est autem ab graeco nomine comparatiuus ὠκύς *add. D* ‖ 8 bene modo duplicant metum *L* (metu *l*) ‖ 9 votum *om. F* ‖ 10 it timor *om. libri praeter LHM* ‖ propius *om. libri praeter ASm* ‖ uicinius *AHMl*: uicinus *SLRF* ‖ 11 proprius *LM* ‖ pro propior] pro proprior *HM* propius propior *F* ‖ 12 *ad* PROPIVSQVE P. *supr. vers.* uicinus ad periculum uel aequatur periculo timor *T* ‖ 16 *ad* IMAGO *in marg.* fantasia poetica est hoc loco . et hanc imaginem sallustius speciem dicit sicut ipse dicit speciem captae urbis *T. post* urbis *una vox evanuit.* discedentes *quod Daniel Sallustii verbis addidit in Turonensi ad* EVNTIS (*v.* 558) *supr. vers. adscriptum est* ‖ 17 dicũt *F* ‖ 21 INEXPLETVM *R* ‖ multi . . . inexplebiliter] lacrimis honestius tamen est inexpletum lacrimans multi hic distingunt ut sit inexpletus hesit et alialcutus est lacrimans ut sit nomen pro aduerbio id est inexplebiliter *F* ‖ distingunt *libri* ‖ inexpletus] inexplebiliter *R* ‖ 22 alia *R* ‖ exinpletus *H* ‖ 23 lacrimans . . . inexplebiliter *om. LH* (*add. l*) ‖ ut non sit nomen *R* ‖ 25 et *ante* o *om. R* ‖ 27 ponebantur ante *AS*

arbore ramus: ergo unum vacat, quantum ad antiquitatem. et notandum votum de praeterito fieri.

561. QVALIS ERAM aut ut sim talis, qualis tunc eram, quando ista perfeci: aut certe laudantis est 'qualis eram cum primam aciem Praeneste sub ipsa stravi'. *et bonum principium parentis, qui filium ad bella mittens cohortatur: ab aetate enim iuvenum coepit, cui facile esse debet hostem prosternere. simul et filium paternis exemplis admonuit, ut* <III 343> *et pater Aeneas et avunculus excitat Hector.*

PRAENESTE SVB IPSA *in septimo neutro genere dixit* <682> *quique altum Praeneste viri.*

562. SCVTORVMQVE INCENDI VICTOR ACERVOS hoc traxit de historia: Tarquinius enim Priscus victis Sabinis in honorem Vulcani eorum arma succendit: quem postea secuti sunt ceteri.

564. CVI TRES ANIMAS per transitum ostendit illam Platonis et Aristotelis contentionem, qui dubitant, utrum quattuor, an tres animae sint in homine, φυσικὴ αἰσθητικὴ νοητικὴ, remota κινητική. hoc autem loco per 'tres animas' magnum et perfectum indicat virum; nam quantum ad fabulam pertinet, tres animas propter tria habuit corpora. attendendum sane, hoc sibi Euandrum vindicare quod fuit in Hercule; nam ut ille Geryonem extinxit, ita hic Erylum occidit. inde est quod paulo post dicit 'neque finitimo Mezentius umquam huic capiti insultans'. Herculis enim mos fuit, ut etiam non rogatus laborantibus subveniret. tunc enim, sicut et Varro dicit, omnes qui fecerant fortiter, Hercules vocabantur: licet eos primo XLIII. enumeraverit. hinc est quod legimus Herculem Tirynthium, Argivum, Thebanum, Libym. FERONIA MATER nympha Campaniae, quam etiam supra <VII 799> diximus. haec etiam libertorum dea est, in cuius templo raso capite pilleum accipiebant. cuius rei etiam Plautus in Amphitryone <I 1, 305> facit mentionem quod utinam ille faxit Iuppiter, ut raso capite portem

3 ut *om.* *ASLF* ‖ 5 sub ista *M* ‖ bonum principium . . . Hector *in marg. hab.* *T* ‖ qui] quo *T* ‖ 6 cohortatur *T*: cohortetur *F* cohertetur *G* ‖ 7 pronernere *G* ‖ 8 excitet *T* ‖ 12 priscus] primus *add.* *ASM* ‖ honore *R* ‖ 13 ceteri] VICTOR Euandrum in Italiam uenientem Herilus, rex Praenestinus, auxilio suorum ciuium uoluit expellere: quos uicit Euander et Herilum interfecit et interfectorum clypeos combussit *add. Fabricius* ‖ 14 TRIS *RF* ‖ 16 physice ēheticeno etice remota cinetice *A* siticae. hethicae. noiticae remota ceneticae *R* pisicae est haeticae notice remota cecinetice *L* sytice ēhaetice noaetice remota cinetice *H* fysice est et hetice Noetice remota cinetice *M* fysice est etethice noetice remota cinite *F* ‖ 17 tris *RF* ‖ 18 propter] per *F* ‖ 20 extincxit *LHM* ‖ 21 herilum *A* erilum *SRLF* ycerilum *H* eryculum *M* ‖ dicit] ait *F* ‖ 23 sicut *om.* *L* (ut *add.* *l*) ‖ et *om.* *F* ‖ 25 eos qui primo *AS* ‖ enumerauerint *RHM* ‖ Herculem *om.* *F* ‖ 26 libym *MF*: lybyn *AS* libium *R* libim *L* lybim *H* ‖ 28 in *om.* *F* ‖ roso *F* ‖ 30 ut ego hodie raso capite caluus capiam pilleum *D* ‖ portet *R*

pilleum. *in huius templo Tarracinae sedile lapideum fuit, in quo hic versus incisus erat bene meriti servi sedeant, surgant liberi. quam Varro Libertatem deam dicit, Feroniam quasi Fidoniam.*

565. HORRENDVM DICTV *dictum est e persona poetae, qui his quibus fides difficilior est, interponit adfectum, ut alibi ⟨II 204⟩ horresco referens et ⟨IV 454⟩ horrendum dictu, latices nigrescere sacros: et hoc facit, ut probabilitas credendi nascatur.* TERNA ARMA MOVENDA figura poetica, nam 'trina' debuit dicere: 'arma' enim numeri sunt tantum pluralis. 'movenda' autem vel contra ipsum, vel ab ipso.

569. FINITIMO aut in finitimo: aut finitimo capiti, *id est vicino.*

570. HVIC CAPITI INSVLTANS *ad curam enim viri fortis et viri boni pertinet, ne quid iniuriose fiat alicui homini: ergo et hinc contumeliam ducit, quod finitimos a tyranni iniuria non defenderit.*

571. VIDVASSET CIVIBVS VRBEM scilicet viris fortibus peremptis. et proprie 'viduasset' dixit, quia urbs generis est feminini: Horatius abusive et satis incongrue in genere masculino posuit, dicens viduus pharetra risit Apollo.

572. AT VOS O SVPERI iam hinc quasi pater loquitur. divisa enim est haec adlocutio, et ultima pars eius habet parentis adfectum, quod et ipse ostendit dicens 'et patrias audite preces'; prima vero viri fortis est, ut 'qualis eram, cum primam aciem Praeneste sub ipsa stravi'.

574. PATRIAS AVDITE PRECES *poterat videri idem dixisse, nisi libenter voto suo immoraretur.*

577. DVRARE LABOREM ipsius scilicet senectutis: Terentius senectus ipsa morbus est. 'durare' autem est sustinere: Horatius ac sine funibus vix durare carinae possunt imperiosius aequor.

---

15 Horatius] carm. I 10, 11 ‖ 25 Terentius] Phorm. IV 1, 9 ‖ 26 Horatius] carm. I 14, 6

---

1 templae arracinae sedille *F, corr. Daniel* ‖ 2 surgant *Masvicius*: surgunt *F* surgent *Daniel* ‖ 3 libertatem *F* libertorum *Masvicius* ‖ 4 dictus *F, corr. Daniel* ‖ e persona poetae qui his *scripsi*: per poeta (poetam *Daniel*) his *F. possis et* est parenthesis. poeta his *ut* dictus *tamquam falso iteratum secludatur.* dicit Asper: poeta his *F. Schoellius* ‖ 5 difficilior est *scripsi*: difficiliorem *F* ‖ 6 orrendum *F* ‖ 7 *schol. ad* TERNA A. M. *om. F* ‖ 9 pluralis] cui non iunguntur nomina numeralia ut supra diximus. non enim dicimus tria arma *add. Fabricius* ‖ 10 aut finitimo *om. F* ‖ *ad* FINITIMO *supr. vers.* uicino sibi *T* ‖ 11 ad auram *G* ‖ 12 pertinet ne *Daniel*: pertinere *F* ‖ hinc *Daniel*: huic *F* ‖ 13 tyrrã *F* ‖ iniuriam *G* ‖ 16 satis] pro tis *H* ‖ posuit] non posuit *L* (non *del. l*) ‖ uidus *F* ‖ 17 fisit *F* ‖ 18 iam] nam *AS* ‖ 19 haec *om. L* ‖ adfectum parentis *F* ‖ 20 et *om. L* ‖ 22 stravi] NVMINA VESTRA vestra, mihi faventia *add. Fabricius* ‖ 26 senectus . . . memorare *om. F* ‖ 27 possint *L* ‖ 28 aequor] et Vergilius (I 207) 'durate et vosmet rebus servate secundis' *add. Fabricius*

578. INFANDVM CASVM parentis est quod formidat nolle memorare.

579. CRVDELEM VITAM quae filio est superstes.

581. SOLA ET SERA quia et unus erat, et serius susceptus, *id est a seniore. vel propter hoc vitam optat longiorem, quod brevem ex illo fructum consecutus sit, vel quod sera ex filiis voluptas est.*

583. *SVPREMO hoc ex persona poetae, quia periturus erat Pallas.*

585. IAMQVE ADEO EXIERAT 'adeo' ad ornatum pertinet tantum.

587. *INDE hic 'deinde' significat: et est polysemus sermo.* IPSE AGMINE PALLAS IN MEDIO hic enim mos fuit, ut tirones ponerentur in medio, ambirent viri fortes exercitum. aut certe honoris est medium locum in exercitu tenere, ut ipse alibi ⟨IX 28⟩ medio dux agmine Turnus.

588. CONSPECTVS conspicuus, conspicabilis, nam pro nomine participium posuit. *sic est ⟨XI 93⟩ et versis Arcades armis.*

589. *QVALIS OCEANI Homericum est.*

590. ANTE ALIOS ASTRORVM DILIGIT IGNES Venus in caelo habet unam propriam stellam, quae oriens luciferum, occidens vesperum facit: inde Statius et alterno deprenditur unus in ortu. habet etiam duas alias, unam in signo tauri et unam in septentrione, unde etiam taurus domus esse dicitur Veneris: ideo dixit 'quem Venus ante alios astrorum diligit ignis'.

591. SACRVM venerabile. TENEBRAS autem RESOLVIT propter iubar, quod sola possidens aliquod efficit lumen.

592. *OCVLISQVE SEQVVNTVR mira brevitate hoc explicuit, id est quam longissime possunt prospiciunt.*

593. *PVLVEREAM NVBEM hysteroproteron.*

594. *QVA PROXIMA META VIARVM qua proximus circuitus est.*

595. AGMINE FACTO agmen est proprie exercitus ambulans: quicquid fuerit aliud abusive dicitur.

16 Homericum est] Il. XXII 317. cf. Macrob. Sat. V 8, 10 ‖ 19 Statius] Theb. VI 241. cf. Luct. Plac. ad h. v. et Isid. or. III 70, 19 et V 31, 5 ‖ 29 agmen . . . dicitur] exscr. Isid. or. IX 3, 64

4 serus *F* ‖ *ad* MEA SOLA E. S. V. *supr. vers.* quia serius erat susceptus id est a seniore patre uel . . . uel quod sera uoluptas est ex filiis *T* ‖ 7 *ad* DIGRESSV D. S. *supr. vers.* ex persona poetae hoc accipe quia periturus erat pallas *T* ‖ 9 *ad* INDE *supr. vers.* deinde *T* ‖ 10 AGMINE ET PALLAS *LH* (ET *del. l*) ‖ mos] haec *LH* (*corr. l*) ‖ fuit mos *M* ‖ 11 medio] medio et *ASRMl* ‖ habirent *LH* hambirent *l* ‖ 12 ipse] et ipse *R*, *om. AS* ‖ 15 posuit] est *R* ‖ sic *Daniel*: hic *F* ‖ 16 *ad* QVALIS V. O. *supr. vers.* haec comparatio homerica est *T* ‖ 19 dependitur *RL* deprehenditur *M* depreditur *F* ‖ uenus *M* ‖ 20 hortu *M* ortum *F* ‖ 21 septemtrionem *HF* ‖ 24 iurar *F* ‖ efficiat *LH* (*corr. l*) affert *M* adfert *F* ‖ 25 *ad* OCVLISQVE S. *supr. vers.* mira . . . prospiciunt *T* ‖ 26 posunt *F*, *om. Daniel* ‖ 27 ysterio proteron *F* ‖ 28 *schol. ad v.* 594 *hab. T* ‖ 30 aliud fuerit *R* ‖

597. PROPE CAERITIS AMNEM Agylla civitas est Tusciae, a conditore *Agella* appellata, cui ex inscitia Romana aliud est inditum nomen. nam cum Romani euntes per Tusciam interrogarent Agyllinos quae diceretur civitas, illi, utpote Graeci, quid audirent ignorantes et optimum ducentes si prius eos salutarent, dixerunt χαῖρε: quam salutationem Romani nomen civitatis esse putaverunt, et detracta aspiratione eam Caere nominarunt, ut dicit Hyginus in urbibus Italicis. 'amnis' autem *aut tacuit nomen, aut, ut quidam volunt,* Minio dicitur, ut ⟨X 183⟩ qui Caerete domo qui sunt Minionis in arvis. *alii Caere montem putabant, ab hoc oppidum dictum.*

598. LATE SACER hoc est non solum colebatur a civibus, sed etiam ab accolis. *VNDIQVE deest 'quem', vel 'eum'.*

599. NIGRA umbrosa, more suo.

600. VETERES SACRASSE PELASGOS de his varia est opinio; nam alii eos ab Atheniensibus, alii a Laconibus, alii a Thessalis dicunt originem ducere, quod est propensius: nam multas in Thessalia Pelasgorum constat esse civitates. hi primi Italiam tenuisse perhibentur. *Philochorus ait ideo nominatos Pelasgos, quod velis et verno tempore advenire visi sunt, ut aves. Hyginus dicit Pelasgos esse qui Tyrrheni sunt: hoc etiam Varro commemorat.*

601. ARVORVM PECORISQVE DEO publica caerimoniarum opinio hoc habet, pecorum et agrorum deum esse Silvanum. prudentiores tamen dicunt, esse eum ὑλικὸν θεὸν, hoc est deum ὕλης. ὕλη autem est faex omnium elementorum, id est ignis sordidior et aer, item aqua et terra sordidior, unde cuncta procreantur: quam ὕλην Latini materiam appellaverunt; nec incongrue, cum materiae silvarum sint. ergo quod Graeci a toto, hoc Latini a parte dixerunt. LVCVMQVE DIEMQVE hoc a Romanis traxit, apud quos nihil fuit tam

14 de his e. q. s.] cf. Isid. or. IX 2, 74 ‖ 25 quam ὕλην . . . silvarum sint] exscr. Isid. or. XIII 3, 1 et mythogr. III 8, 2

ad v. 596 *is qui Tironianis notis utebatur in Turonensi haec adscripsit* quadrupedante sonitu . nouum uerbum est quadrupedante sonitu id est sonitu equi quattuor pedes habentis ‖ 1 CERETIS *ALMF* ‖ agilla *libri praeter R, qui* agillina *exhibet* ‖ 2 ex *om. R* ‖ inscitia *Rm*: inscithia *A* (inscitcia *a*) inscia *S* inscicia *L* iustitia *H* inscientia *MF* ‖ 4 audieř *R* audierant *L* audierint *ex* audierent *M* ‖ 5 eos *om. AS* ‖ salutauerint *L* ‖ ΚΑΙΡΕ *R* (ł chere id est salue *superscr. al. man.*) ΧΗΡΕ *L* Χ☰ΗΡΕ *M* ‖ 6 Romani *om. R* ‖ 7 cere *libri* ‖ hyginus *AS* ign̄ *R* iginus *LH* yginus *MF* ‖ in] de *F* ‖ 8 autem] ipsius ciuitatis *add. M* ‖ 9 Minio] ///////o *R* (*quattuor litterae deletae sunt*) ‖ ut] quia alibi dicit *F* ‖ cerete *libri praeter R qui* certe *exhibet* ‖ domos q̄ *F* ‖ 10 Caere *Burmannus*: certe *F* ‖ ab hoc *Masvicius*: ob hoc *F* ‖ 12 *ad* VNDIQVE *supr. vers.* deest quem lucum *T* ‖ 18 Philochorus *Masvicius*: filiocorus *F* filocorus *Commelinus* ‖ 19 yginas *F* ‖ 20 tyrreni *F* ‖ 24 ignis *ASF*: igni *RH* igne *Lm* ignes *M* ‖ sordidior et] subduceret *AS* ‖ et] ut *L* ‖ aere *RMl* ‖ 25 aque terrae *L* aque terra *H* aquae et terrae *F* ‖ sordidiora *RHF* ‖ 26 materia *LH* (*corr. l*) ‖ 27 hoc *om. RL*

sollemne quam dies consecrationis: hinc est illud ⟨I 733⟩ nostrosque huius meminisse minores. *ecce et hic luco et numen et consecrationem dedit.*

603. TARCHO ET TYRRHENI Tarcho, *sic legitur, et* Latinus nominativus est de Graeco veniens, ab eo quod est Tarchon, perdito 'n' et 'ω' in 'o' mutata, ut Apollo Ἀπόλλων: aliter versus non stat. TVTA TENEBANT CASTRA LOCIS hoc est et industria et natura munitissima. sed novimus castra per naturam munita esse non posse, nisi in collibus fuerint: quod si in montibus sunt, quomodo procedit 'latis tendebat in arvis'? ne sit ergo contrarium, intellegamus quod hodieque videmus et legimus, hanc collium fuisse naturam, ut planities esset in summo, in qua inerant castra Tarchonis. quamquam multi velint 'celsoque omnis de colle videri iam poterat legio' ad Aenean referre, ut intellegamus venientes in collibus fuisse Troianos, castra vero Etrusca in campis. quod si velimus accipere, quemadmodum procedit 'tuta tenebant castra locis'? *tuta,* id est per naturam locorum.

604. *DE COLLE VIDERI incertum, utrum ipsa in colle agens, an ab his qui de colle prospiciunt.*

605. TENDEBAT IN ARVIS ut ⟨II 29⟩ hic saevus tendebat Achilles, *hoc est tentoria habebat.*

606. ET BELLO LECTA quia ait supra ⟨547⟩ 'qui sese in bella sequantur, praestantes virtute legit': aut 'lecta' proprie, quia dilectus militum est.

607. EQVOS ET CORPORA CVRANT ingenti arte quod sequebatur omisit, redditurus in decimo: namque si vellet dicere venisse Aenean, vidisse Tarchonem, petisse auxilia, satis longum fuerat et peribat illud quod ait supra ⟨497⟩ toto namque fremunt condensae litore puppes, cum Etruscorum festinationi dicentis brevitas congruat. verum hoc quod in isto loco praetermisit, reddit in decimo ⟨148⟩ dicens namque ut ab Euandro castris ingressus Etruscis, regem adit et regi memorat nomenque genusque.

---

4 TARCO *L,* ET TYRRHENI Tarcho *omittens* || tarco *H* || sic *Daniel*: sit *F* || et] et est *F* || 5 ab eo *om. R* || quod] qui *R* || perdita littera n *F* || 6 Apollo *om. LH* || apollon apollo *Rl* || Ἀπόλλων] plato πλάτων *add. D* || 7 natura erant munitissima *R* || 10 tenebant *AS* (tendebat *a*) || 12 tarcontis *M* torchonis *F* || 13 velint] uolunt *F, om. LH* (*add. l*) || 16 nam tuta *Daniel* || 18 *ad* DE COLLE V. *supr. vers.* siue ipsa legio in colle agens siue ab his qui de colle prospiciebant *T* || 21 habebat *Masvicius*: habet *F* || 26 rediturus *L* || 27 tharthontem *L* tarchontem *M* || 29 cum] cum et *LH* ut cum *M* || festinationis edicentis *AS* (et dicentis *a*) || 30 reddidit *HM* || 32 adiit *H* || *ad* DONA FERENS ADERAT (*v.* 609) *hoc scholium hab. D* homerus ait (*Il.* XXI 3) ἣ δ' ἐς νῆας ἵκανε θεοῦ πάρα δῶρα φέρουσα

608. AETHERIOS NIMBOS per aerem numinum, scilicet purgatiorem, qui circa deos est.

609. REDVCTA secreta.

610. EGELIDO SECRETVM FLVMINE VIDIT 'egelido', id est nimium gelido: et est una pars orationis, ut eduramque pirum, id est valde duram. et sic dixit 'secretum flumine egelido', hoc est praesidio fluminis, ut dicimus 'secretus est monte' vel silvis. latenter autem ostendit, Aenean non nisi flumine ablutum, numen videre potuisse.

611. OBTVLIT VLTRO id est deam confessa, ut in secundo ⟨591⟩ dixit. *est autem hysteroproteron*, et est ordo 'obtulit se et locuta est'.

612. PROMISSA κατὰ τὸ σιωπώμενον, ut supra ⟨534⟩ hoc signum cecinit missuram diva creatrix.

613. LAVRENTES SVPERBOS ut ⟨118⟩ quos illi bello profugos egere superbo.

614. ACREM TVRNVM fortem. et proprie apud nos acer est qui apud Graecos δεινός dicitur: nam fortem et vehementem et asperum et amarum potest significare. POSCERE provocare, Cicero poscunt maioribus poculis, id est provocant.

617. DEAE DONIS propter arma. TANTO LAETVS HONORE munere divae: quod manifestam viderat matrem et plenam numinis sui.

619. INTERQVE MANVS ET BRACCHIA VERSAT iungendum est, ut intellegas Aenean manibus minora, bracchiis maiora arma considerasse, ut puta loricam et scutum: haec enim sunt arma maiora: minora vero galeam gladium ocreas. VERSAT considerat, ut ⟨V 408⟩ huc illuc vinclorum inmensa volumina versat.

621. *FATIFERVMQVE ENSEM fatum saepe pro morte positum legitur, 'fatiferum' ergo letiferum.* RIGENTEM, SANGVINEAM, INGENTEM

---

5 eduramque] georg. IV 145 || 17 ACREM fortem] cf. Non. p. 241, 8 M. || 19 POSCERE provocare] cf. Non. p. 374, 15 M. || Cicero] in Verr. act. II 1, 26, 66

---

4 id est nimium gelido et *om.* *R* || id *om.* *H* || 7 vel silvis] uel egelido *RLH* (siluis *superscr.* *l*) || 10 ut ipse in *R* ut inisse *L* (isse *del.* *l*) inesse *H* || 11 et est autem yproteron nant (*lege* nam) ordo est *F* || *ad v.* 611 *in marg.* histeroproteron *T* || 18 dinos dicitur *ASMFl*: dicitur *R* noscitur *LH* || vehementem] dinos *add.* *F* || 21 LAETVS HONORE *om.* *ASRLH* (munere divae *grandibus litteris scriptum in ASR*) || 22 manifestum *LH* (*corr.* *l*) manifeste *F* || 24 VERSAT] et hoc ex homero (*Il.* XIX 18) τέρπετο δ' ἐν χείρεσσιν ἔχων θεοῦ ἀγλαὰ δῶρα *add.* *D* || iungendum] distinguendum *Masvicius* seiungendum *F. Schoellius* || 25 intellegas] manu aeneae *add.* *F* || 26 et *AR* uel *reliqui* || sunt *om.* *RLH* || 29 *ad* FATIFERVM *supr. vers.* loetiferum *T* || factum *F*

distinguendum propter plura epitheta. *'sanguineam' autem velut cruentam, terribilem.*

623. SOLIS INARDESCIT RADIIS Irin physica ratione describit, quae fit cum aquosam nubem solis ardor inradiat. nec est incongrua haec comparatio, cum lorica de diversis metallis fieri plerumque consueverit.

624. LEVES OCREAS *id est* nitida tibialia. RECOCTO saepe purgato, *quia quanto plus coquitur, melius fit: ergo ad qualitatem et ad commendationem refertur.*

625. NON ENARRABILE TEXTVM bene 'non enarrabile': cum enim in clipeo omnem Romanam historiam velit esse descriptam dicendo 'illic genus omne futurae stirpis ab Ascanio pugnataque in ordine bella', carptim tamen pauca commemorat, sicut in primo ⟨456⟩ ait videt Iliacas ex ordine pugnas, nec tamen universa descripsit. *sane interest inter hunc et Homeri clipeum: illic enim singula dum fiunt narrantur, hic vero pro perfecto opere noscuntur: nam et hic arma prius accipit Aeneas quam spectaret, ibi postquam omnia narrata sunt, sic a Thetide deferuntur ad Achillem. oportune ergo fecit Vergilius, quia non videtur simul et narrationis celeritas potuisse conecti et opus tam velociter expediri, ut ad verbum posset occurrere.*

627. HAVD VATVM IGNARVS *litotes figura, id est* futurorum non inscius. *et quibusdam videtur, hunc versum omitti potuisse.* VENTVRIQVE INSCIVS AEVI non 'aevi', sed quae in aevo erant futura.

629. STIRPIS AB ASCANIO usque ad Augustum Caesarem. *PVGNATAQVE IN ORDINE BELLA et hic subaudiri potest 'ab Ascanio'; et bella Albanorum, † quae a Romanorum in clipeo dicit.*

630. MAVORTIS IN ANTRO potest accipi et 'fecerat lupam Mavortis' et 'Mavortis in antro'. *Fabius spelunca Martis dixit.*

28 Fabius] I fragm. 4 ap. Pet. p. 109

1 *ad* SANGVINEAM *supr. vers.* cruentam terribilem *T* ‖ 4 ardor solis *F* ‖ 5 de *om. L* (*add. l*) ‖ 6 consuerit *L* consueuerat *F* ‖ 7 saepe purgato] sic Homerus (*Il.* XVIII 608 *sqq.*) αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ . . . ἑανοῦ κασσιτέροιο *add. D* ‖ 11 historiam romanam *F* ‖ velit] uel *R* uellet *F* ‖ 12 figurae *F* ‖ 15 describit *AL* (describsit *a* descripsit *l*) discribit *F* ‖ *ad v.* 625 *in marg.* hoc interest inter homeri clipeum et uirgilii quia ibi singula dum fiunt narrantur . . . occurrere *T* ‖ 16 pro perfecto *T*: profecto *F* perfecto *Daniel* ‖ 17 ibi] et ibi *T* ‖ postquam *T*: potestquam *F* ‖ 18 a tetide *T* ad hedide *F* ‖ 19 fecit *om. F* ‖ uergilius *F* ‖ videtur] auditur *Daniel* ‖ 20 *post* conecti *lacunam indicavit Daniel* ‖ 21 *ad* HAVD V. I. *supr. vers.* quibusdam uidetur hunc uersum emitti potuisse *T* ‖ 22 versum] casum *G* ‖ emitti *F, corr. Daniel* ‖ 23 non aevi *om. F* ‖ 25 *ad v.* 629 *in marg.* subaudiri potest ab ascanio usque ad augustum bella romanorum et albanorum *T* ‖ de Ascanio *Daniel* ‖ 26 Albanorum *Masvicius*: bonorum *F* ‖ quae a] quae *Daniel. fortasse* atque *vel* post ea ‖ dicit] *lacunam indicavit Daniel. fort.* fuisse *vel* depicta fuisse *addendum.* et bella Romanorum et Albanorum in clipeo fecit *F. Schoellius* ‖ 28 speluncam *Daniel*

dicendo autem 'et' ostendit multa alia fuisse depicta. *est autem elegans figura 'fecerat procubuisse'. sane laus est operis, ut talis videretur. 'fetam' vero quae peperit et nutrire potuisset.*

631. PROCVBVISSE id est prima parte se inclinasse, quod Graeci προκύπτειν dicunt, ut inclinatione corporis ubera praeberet infantibus: nam si 'procubuisse' iacuisse accipias, contrarium est quod dicit 'ludere pendentes pueros'. *quod si 'procubuisse' ut* ⟨82⟩ *cum fetu concolor albo procubuit accipiamus, intellegere debemus 'pendentes' desiderio alimoniae suspensos vel intentos, ut* ⟨IV 79⟩ *pendetque iterum narrantis ab ore. alii 'pendentes' cessantes, ut* ⟨IV 88⟩ *pendent opera interrupta.* sciendum tamen, voluisse eum gestum proprie exprimere, quem in ipsius lupae cernimus statuis. GEMINOS HVIC re vera geminos modo, alias similes. sane totus hic locus Ennianus est.

632. LVDERE moveri: Terentius congrum istum maximum *paulisper* in aqua sinito ludere. MATREM quasi matrem, cuius adfectum pueris exhibebat. *sane veteres etiam nutrices matres vocabant, ut ait Plautus in Menaechmis et mater non possit dignoscere, quae mammam dabat.*

633. TERETI CERVICE rotunda, cum longitudine, ut incumbens tereti Damon sic coepit olivae.

634. MVLCERE ALTERNOS non quod in pictura erat dicit, sed id quod intellegimus factum fuisse, ut ⟨I 483⟩ ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros. CORPORA FINGERE LINGVA id est

---

13 modo . . . similes] cf. Non. p. 316, 17 M. || 14 Ennianus] ann. I fragm. L ap. Vahl. p. 13 || 15 Terentius] ad. III 3, 23 || 17 sane . . . vocabant] cf. Non. p. 343, 32; 423, 23 M. || 18 in Menaechmis] prol. 19 || 20 incumbens] buc. VIII 16 || 24 id est . . . tergebatur] cf. Isid. or. XII 6, 60

---

1 fuisse] esse *F* || picta *RL* dicta *H* (depicta *l*) || *ad v.* 630 *in marg.* est autem . . . potuisset *T* || 2 eligans *FT* || facerat *F* || est *om. F* || talis (*i. e. lupa*) *T*: tale *F* || 3 fetas *F* || 5 ΠΡΟΚΥΠΤΙΝ *R* ΠΡΟΚΥΠΤΙn *LH* ΠΡΟΚΥΝΤΙΝ *M* ρcytin *F* || 6 accipies *L* || 7 *supr. vers.* 631 si procubuisse iacuisse accipiamus debemus tunc intellegere pendentes suspensos alimoniae desiderio uel intentos ut pendetque iterum narrantis ab ore *T* || quodi *F, corr. Daniel* || 10 narrantes *F* || alii . . . interrupta] *cf. adnot. crit. ad lin.* 16 || 11 tamen est *M* || gestum] habitum *add. M* || 12 *de scholio ad* GEMINOS H. *in sinistro marg. haec tantum hab. F* sane hic totus locus ennius est. *in dextro margine scripta sunt* Geminos huic modo re uera geminos modo alias similes sane totus hic locus inmanis est || 15 congruum *ASLH* (*corr. s*) gongrum *M* || maxima ////// *L* (*duae vel tres litterae deletae.* maximum *l*) maximaim *H* || 16 ludere] alii pendentes cessantes ut pendent opera interrupta *add. MF et Vossianus Burmanni, nisi quod* operam interruptam *F* id est moveri. PENDENTES cessantes ut pendent opera interrupta minaeque *add. Stephanus* || 17 *ad v.* 632 *in marg.* nutricem quasi matrem cuius affectum prebebat pueris sane ueteres . . . dabat *T* || 18 plaustus *F* || menecmis *T* menedimis *F* || matrem *T* || posci *F* || dinoscere *T* || 23 id] hic *H, om. R*

tergere: Cicero in Sestiana ⟨35, 77⟩ spongiis sanguis effingebatur, id est tergebatur. *fingere tamen et formare aliquid et ad integram faciem arte producere significat; inde fictores dicuntur qui imagines vel signa ex aere vel cera faciunt.*

635. NEC PROCVL HINC ROMAM congrue, iuxta proprios conditores. RAPTAS SINE MORE SABINAS raptas spectaculo sine ullo exemplo, *aut sine ullo bono more: vel 'raptas' stupratas, id est per vim. historia autem talis est. Romulus cum turbam civium non haberet, asylum condidit, ad quem locum si quis confugisset, eum exinde non liceret auferri. hic cum videret virorum multitudinem sine conubiis posse deperire, a vicinis civitatibus matrimonia postulavit, sed ab eis contemptus celetes se Neptuno, equestri deo, qui et Consus dicitur, editurum proposuit. ad quos celetes cum de vicinis civitatibus maxima multitudo cum omnibus feminis convenisset, Romulus eas signo dato rapi de spectaculo fecit: ob quam rem a Sabinis bellum ei indictum est. in quo cum iam capto a Sabinis Capitolio in foro Romano pugnaretur et eius milites fugerent, Iovi Statori templum se facturum esse promisit, si eius stetisset exercitus. quo voto restituta pugna cum anceps esset, intervenientibus mulieribus Sabinorum, quae iam Romanis nuptae erant, pugna sedata est et icto foedere Tatius rex Sabinorum in partem urbis acceptus est: unde Romani a Curibus Quirites appellati sunt.*

636. CONSESSV CAVEAE cavea est ubi populus spectat. *vallis autem ipsa ubi circenses editi sunt, ideo Murcia dicta est, quia quidam vicinum montem Murcum appellatum volunt; alii, quod fanum Veneris Verticordiae ibi fuerit, circa quod nemus e murtetis fuisset, inmutata littera Murciam appellatam; alii Murciam a Murcido, quod est marcidum, dictam volunt; pars a dea Murcia, quae cum ibi Bacchanalia essent, furorem sacri ipsius murcidum faceret.* MAGNIS CIRCENSIBVS

22 vallis autem ipsa . . . faceret] cf. Becker Handb. d. roem. Alterth. I p. 467 adn. 972

1 e foro spongiis effingi sanguinem *Cicero* || 2 *ad* FINGERE L. *in marg.* tergere. fingere tamen est proprie formare aliquid . . . faciunt *T* || ingram *F* || 3 perducere *Daniel* || fectores *F* || 4 faciunt] item fingere *add.* *F* || 6 raptae *F* || e spectaculo *AF* || Raptas sine more id est sine ullo exemplo aut sine bono more. historia autem talis est . . . Quirites appellati sunt *in marg. inf.* *T* || 7 ullo aut bono *F* || 13 uitinis *F* || 14 annibus *F* || 15 spectaclo *F* || 18 quo] duo *F* || 19 sapinorum *F* || naptae *F* || 20 pugnas *F* || hicto *F* || 22 exspectat *F* || spectat] Plautus in Amphitryone (*prol.* 65) 'ut conquisitores singuli in subsellia eant per totam caueam spectatoribus *add Fabricius* || 23 murgia *F* || quidem *F* || 24 uicinum emontem *F* || aliquod *F* || 25 ubi *F* || inde mutata *Daniel* || 26 litera *F* || murtiam *F* || Murciam *Commelinus*: murcidam *F* || murcido] murco *Commelinus* || martidum *F, correxi.* murcidum *Daniel* || 27 Bacchanalia *Commelinus*: baci canali *F* || 28 murcidum *Commelinus*: martidum *F* marcidum *Daniel. cf. August. de civ. dei* IV 16 *'deam Murciam, quae praeter modum non moveret ac faceret hominem, ut ait Pomponius, murcidum, id est nimis desidiosum et inactuosum'.* || faceret *Commelinus*: facerent *F. lacunam indicavit Daniel*

ACTIS 'magnis' quantum ad paupertatem pristinam pertinet: nam legimus propter equorum inopiam diversis eos tunc usos animalibus. raptae autem sunt Sabinae Consualibus, hoc est mense Martio. Consus autem deus est consiliorum, qui ideo templum sub circo habet, ut ostendatur tectum esse debere consilium: inde est quod et Fidei panno velata manu sacrificabatur, quia fides tecta esse debet et velata. ideo autem dicato Consi simulacro rapuerunt Sabinas, ut tegeretur initum de rapto consilium. iste Consus et eques Neptunus dicitur, unde etiam in eius honorem circenses celebrantur. errant ergo qui dicunt 'magnis circensibus' aut Megalesiacis, aut Romanis, quos constat fieri ante KAL. IAN. 'actis' autem cum agerentur, quia non erat praesens a passivo participium, ut ⟨I 121⟩ et qua vectus Abas. CIRCENSIBVS circenses dicti vel a circuitu, vel quod ubi nunc metae sunt, olim gladii ponebantur, quos circumibant. dicti autem circenses ab ensibus, circa quos currebant. sane notandum positos circenses sine adiectione ludorum, cum ita dicamus ludos theatrales, ludos gladiatorios, ludos circenses.

638. ROMVLIDIS hic dativus pluralis venit ab eo, quod est 'hic Romulida'. CVRIBVSQVE SEVERIS mire *et merito* dixit 'severis': cum enim filias perdiderint Caeninenses, Antemnates, Crustumini et Sabini, ceteris quiescentibus Sabini soli bella sumpserunt. intervenientibus postea triginta feminis, iam enixis, de illis quae raptae erant, pax facta est: ex quarum nominibus curiae appellatae sunt. in communem etiam mulierum honorem kalendae eis dicatae sunt Martiae: Horatius Martiis caelebs quid agam kalendis? Iuve-

---

4 Consus autem e. q. s.] exscr. mythogr. I 191. cf. Pseudo-Asconius p. 142, 19 sqq. Or. || 13 circenses . . . currebant] exscr. Isid. or. XVIII 27, 3 || 24 in communem e. q. s.] cf. schol. vet. in Iuv. IX 53 || 25 Horatius] carm. III 8, 1

---

1 magnum *R* || quantum] tantum quantum *H* || ad *om. H* || 4 sub circo *RLHF*: sub tecto circo *ASD* sub tecto *Ml et mythogr.* sub tecto in circo *Fabricius. fort.* sub terra in circo. *cf. Tertull. de spect.* 5 '*et nunc ara Conso illi in circo defossa est ad primas metas sub terra*' || 5 debere esse *F* || 6 et *om. F* || 8 egeretur *L* (tegeretur *l*) egrederetur *H* || inito *AS* (*corr. a*) initium *H* inicium *F* || rapta *F* raptu *Masvicius* || consilio *AS* (*corr. a*) || equestris *Masvicius* || 9 Neptuni *mythogr.* || circum *LH* (circenses *l*) || celebrabantur *M* || 10 ergo] enim *L* || megalensiacis *AS* megalenacis *F* || 13 *schol. ad* CIRCENSIBVS *om. F* || 14 monetae *AS* (metae *a*) mometae *L* (mo *del. l*) metetae *H* || olim *om. L* (*add. l*) || gradus *L* (gladii *l*) gaudii *H* || circumibant . . . circenses *om. L* (circumibant . . . ludorum *add. l*) ibant . . . ludorum cum *om. H* || 15 autem *M, om. ASRl,* inde *vulgo* || circenses *om. l* || currebant] circumibant *vulgo* || 16 ludos circenses ludos theatrales ludos gladiatores *R* || 17 gladitores *H* || 18 ROMOLIDIS *F* || 19 romolida *LH* || miro *F* || emerito *F, corr. Daniel* || 20 ceninenses *H*: cenienses *AS* cerinenses *RL* cetinenses *M* cenienses *F* || antemnate *AH* (*corr. a*) autemnate *S* autemnates *L* (*corr. l*) autaut natei *F* || cristămini *F* || 21 sumpserunt] sicut dictum est *add. F* || qui interuenientibus *ASH. ante* interuenientibus *tres litterae deletae in L* || 23 quorum *ASM* (*corr. m*) || 24 dictae *RF* || 25 martius *M* || caelebs] calior *F*

nalis ⟨IX 53⟩ munera femineis tractat secreta kalendis. nec enim aliter congruit Martias kalendas esse feminarum, nisi quia, ut diximus, feminae bella sedarunt. sane sciendum omnes virgines raptas excepta Hersilia, quam sublatam a marito sibi Romulus fecit uxorem. *aut 'severis' disciplina: aut rem hoc verbo reconditam dixit, quia Sabini a Lacedaemoniis originem ducunt, ut Hyginus ait de origine urbium Italicarum, a Sabo, qui de Perside Lacedaemonios transiens ad Italiam venit et expulsis Siculis tenuit loca quae Sabini habent: nam et partem Persarum nomine Caspiros appellare coepisse, qui post corrupte Casperuli dicti sunt. Cato autem et Gellius a Sabo Lacedaemonio trahere eos originem referunt. porro Lacedaemonios durissimos fuisse omnis lectio docet. Sabinorum etiam mores populum Romanum secutum idem Cato dicit: merito ergo 'severis', qui et a duris parentibus orti sunt, et quorum disciplinam victores Romani in multis secuti sunt.*

639. POSITO CERTAMINE finito, ut ⟨I 374⟩ ante diem clauso componet Vesper Olympo.

640. IOVIS ANTE ARAM ante templum Iovis Statoris, quod fecerat Romulus, postquam orans elatis armis meruit ne suus exercitus fugeret.

641. IVNGEBANT FOEDERA PORCA foedera, ut diximus supra ⟨I 62⟩, dicta sunt a porca foede et crudeliter occisa; *nam cum ante gladiis configeretur, a fetialibus inventum ut silice feriretur ea causa, quod antiqui Iovis signum lapidem silicem putaverunt esse. Cicero foedera a fide putat dicta. sed huius porcae* mors optabatur ei, qui a pace resilisset. falso autem ait 'porca': nam ad hoc genus sacrificii porcus adhibebatur. ergo aut usurpavit genus pro genere, ut timidi venient ad pocula dammae, cum has dammas dicamus,

---

10 Cato] or. I 7 p. 5 Iord.; 51 p. 66 Pet. ‖ Gellius] fragm. 10 p. 168 Pet. ‖ 21 foedera . . . resilisset] exscr. Isid. or. XVIII 1, 11 ‖ 28 timidi] buc. VIII 28

---

3 a feminis bella sedate (*sic*) sunt *F* ‖ 4 aersilia *L* ‖ qua *R* ‖ 5 *ad v.* 638 *in marg.* quidam seueris disciplina intellegunt au (*lege* aut) duris parentibus hortos (*i. e.* ortos) id est a lacedaemonibus quos durissimos fuisse omnis lectio docet *T* ‖ seuiris *F* ‖ 6 laiedaemoniis *F* ‖ dicunt *F* ‖ de origine in orbium italascim *F* ‖ 7 Sabo *Daniel*: sabone *F* ‖ 10 Casperuli *Daniel*: casperin *F* ‖ uicti sunt *F, corr. Daniel* ‖ gelius *F* ‖ a Sabo *Daniel*: asco *F* ‖ 12 mores *Daniel*: maiores *F* ‖ 13 siuiris *F* ‖ 14 uictoris *F* ‖ 16 id est finito *F* ‖ 19 elatis] datis *A* ‖ emeruit *Ml* ‖ ne suus exertius fugeretur *F* (exercitus fugaretur *Daniel*) ‖ 22 cum] eum *F* ‖ 23 confugeretur *F* ‖ iuuentum *F* ‖ sicile *F* ‖ 24 antiqui *ego*: antiq: *F* antiquum *Daniel* ‖ lapidem silicem *Masvicius*: lapidis silicem *F* lapidis siliceni *Daniel* ‖ 25 sed huius porcae *F*: cuius *libri Serviani* ‖ 26 resillissed *F* resiluisset *Burmannus. cf. Neue Formenl.* II² *p.* 482 *sqq.* ‖ 27 aut ergo *F* ‖ 28 damnae *AS* (*corr. a*) ‖ damnas *SF*

item supra <631> 'lupam', cum artis sit 'hic' et 'haec lupus': aut certe illud ostendit, quia in omnibus sacris feminini generis plus valent victimae. denique si per marem litare non possent, succidanea dabatur femina; si autem per feminam non litassent, succidanea adhiberi non poterat. *quidam 'porcam' euphoniae gratia dictam volunt. huius autem facti in sacra via signa stant, Romulus a parte Palatii, Tatius venientibus a rostris.*

642. CITAE METTVM IN DIVERSA QVADRIGAE Donatus hoc loco contra metrum sentit, dicens 'citae' divisae, ut est in iure 'ercto non cito', id est patrimonio vel haereditate non divisa; nam 'citus' cum divisus significat, 'ci' longa est. ergo 'citae' veloces intellegamus. quem autem dicit Vergilius Mettum Mettius Fufetius dictus est, quod nomen mutilavit causa metri. novimus autem nominum vel mutationem vel mutilationem concessam poetis: sic pro Polluce Castorem, pro Cytheride Lycoridem posuit, ut sed quae legat ipsa Lycoris. hic autem Mettius Fufetius cum apud Albanos summam rerum teneret, a Romanis in auxilium contra Fidenates vocatus, iure societatis venit quidem, sed in ipso proelio ad hostes defecit. quod cernens Tullus Hostilius ait voce maxima militibus suis, ita ut etiam hostis audiret 'ne trepidetis: meo consilio factum est, ut factiose Mettius Fufetius ad hostes transiret': quo consilio et suis paene iam amissas reddidit vires et effecit ne hostes crederent Mettio. quem post victoriam captum Tullus Hostilius religavit ad binas quadrigas, ita ut ab unis quadrigis traherentur manus, pedes vero ab alteris: quibus agitatis velociter eum crudeli morte discerpsit. videns itaque poeta Romano nomini incongruam esse vindictam, culpam in criminis retorquet auctorem, dicens ex sua persona ad ipsum Mettium 'at tu dictis Albane maneres'. ideo etiam 'mendacis' infert, ut tacitae quaestioni et invidiae crudelitatis

9 'citae' divisae] cf. Non. p. 265, 24 M. || 15 sed quae] buc. X 2

1 lupam *om.* *LH* (*add.* *l*) || lupus] commuā genus esse *add.* *M*, *del.* *m* || 2 in *om.* *LH* || feminini *RLHm* feminei *ASF* femini *M* || 3 succedanea *ASM* (*corr.* *a*) sucedanea *F* || 4 feminina *L* || litasset *LHM* (*corr.* *l*) || succedanea *ASMF* (*corr.* *a*). uictima *supr. vers. add.* *l* || 5 adhibere *F* || gratiam *F* || 6 pacti *coni. Burmannus* || a parte *Daniel*: aperte *F* || palati *F* || 7 rostros *F* || 9 erecto *AS* eroto *R* recto *F* || 11 intellegimus *F* || 12 Mettum] mettus *AS* || metius *S* metcius *L* || fufecius *AS* fuffecius *L* sufetius *HM* || 14 mutilationem uel mutationem *L* || Polluce] pulliae *F* || 15 sed] sit *R* || 17 summum *HM* || 19 tullius *AR* || uoce magna *L* || 20 ita *om.* *F* || 22 ammissis (*sic*) iam *F* || reddit *LH* || 23 postquam *Lm* (*corr.* *l*) post quem *HM* || captam *L* (*corr.* *l*) || tullius *RLF* || 24 aduas (ad duas *Daniel*) quadrigas *F* || ita . . . quadrigis *om.* *L* (*add.* *l*) || abinis *AS* (ab unis *a*) || 26 romani nominis (ominis *H*) *RLH* || 27 in *om.* *F* || retorquetur *F* retorquet in *Daniel* || 29 credulitatis *H*

occurrat. *sane constat post victoriam de Albanis Romanorum, quam per conditionem Horatiorum et Curiatiorum adepti sunt, hoc factum esse quod hoc loco poeta narravit: nam quemadmodum Mettius vel ad auxilium facile nisi iussus venisset? vel post cognitam fraudem acciri tam facile potuisset, nisi tamquam subiectus congratulatum victoriam ad Tullum Hostilium venisset?*

646. NEC NON TARQVINIVM EIECTVM PORSENNA IVBEBAT Tarquinius Superbus habuit perditos filios, inter quos Arruntem. qui dum in castris esset, patre suo Ardeam obsidente, et ortus esset inter eum et Collatinum, maritum Lucretiae, de uxoribus sermo, eo usque processit contentio, ut ad probandos earum mores arreptis equis statim domos suas simul proficiscerentur. ingressi itaque civitatem Collatiam, ubi fuit Lucretiae domus, invenerunt eam lanificio operam dantem et tristem propter mariti absentiam. inde ad Arruntis domum profecti cum uxorem eius invenissent cantilenis et saltationibus indulgentem, reversi ad castra sunt. quod Arruns dolens cum de expugnanda Lucretiae castitate cogitaret, mariti eius nomine epistulam finxit et dedit Lucretiae, in qua hoc continebatur, ut Arruns susciperetur hospitio. quo facto per noctem stricto gladio eius ingressus cubiculum cum Aethiope, hac arte egit ut secum coiret, dicens 'nisi mecum concubueris, Aethiopem tecum interimo, tamquam in adulterio deprehenderim'. timens itaque Lucretia ne castitatis amore famam deperderet, quippe quam sine purgatione futuram esse cernebat, invita turpibus imperiis paruit. et altero die convocatis propinquis, marito Collatino, patre Tricipitino, Bruto avunculo, qui tribunus equitum celerum fuerat, rem indicans, petiit ne violatus pudor, neve inultus eius esset interitus, et coniecto

7 Tarquinius Superbus e. q. s.] exscr. mythogr. I 74

1 uictoariam *F* || 2 curatiorum *F* || factum est *F* || 3 Metius *Commelinus*: dii metius *F* dum et ius *Daniel* || ad auxilium *Masvicius*: ad *om. F* || 4 nisi *Commelinus*: misi *F* || venisset *Commelinus*: uenisse *F* || acciri tam *Commelinus*: attirenitã *F* atciremtam *Daniel* || 8 filios perditos *LH* || 9 erat *L* (esset *l*) || 10 Lucretiae] et arruntem filium tarquinii superbi et bruto magistro equitum *add. M* || 13 collatinam *L* collaetiam *H* colletiam *M* || 14 ad *om. ASM* || 15 adruntis *M* || 16 quod] ad (*pro* at) *F* || 18 in quo *LM* in co *H* || 20 Aethiope . . . concubueris *om. F* || ut secum *om. L* (*add. l*) || 21 coire *L* (*corr. l*) || 22 timens itaque Lucretia . . . uirgatis ergo ac si diceret purpuratis (*v.* 660) *om. H* || ne castitatis amore famam *ego*: ne famam castitatis amorem *A* ne famam castitatis amore *Sa* ne castitatis famam amore *RLM* ne castitatis famam castitatis amore *F* ne castitatis famam morte *Fabricius* || 23 quippe quam deine dubitatione futura esse cernebat *F* || 24 altera *F* || 25 tripicitino *AS* || 26 equitum *om. F* || scelerum *F* || 27 uiolatus ei pudor *A* uiolatus eius pudor *R* || esset . . . Brutus de *om. L* (*add. l*) || indultus *F* || coniecto *mythographus*: eiecto *ASRF* accepto *Ml* erecto *Fabricius* detecto *Burmannus.* exerto *F. Schoellius. fort.* arrepto

gladio se interemit. quem Brutus de eius corpore extractum tenens processit ad populum, et multa conquestus de Tarquinii superbia et filiorum eius turpitudine, egit ne in urbem reciperentur, auctoritate qua plurimum poterat: nam ut diximus, Brutus tribunus equitum fuerat. sed cum non susciperetur Tarquinius contulit se ad Porsennam, regem Tusciae. qui pro Tarquinio cum ingentibus copiis capto Ianiculo et illic castris positis, Romam vehementer obsedit. et cum per sublicium pontem, hoc est ligneum, *qui modo lapideus dicitur*, transire conaretur, solus Cocles hostilem impetum sustinuit, donec a tergo pons solveretur a sociis: quo soluto se cum armis praecipitavit in Tiberim, et licet laesus *esset* in coxa, tamen eius fluenta superavit: unde est illud ab eo dictum, cum ei in comitiis coxae vitium obiceretur 'per singulos gradus admoneor triumphi mei'. in tantam autem obsidionis necessitatem populus venerat, ut etiam obsides daret. ex quibus Cloelia inventa occasione transnatavit fluvium et Romam reversa est, redditaque rursus est, pacis lege eam Porsenna repetente. qui admiratus virtutem puellae dedit ei optionem, ut cum quibus vellet rediret. illa elegit virgines, *quae iniuriae poterant esse obnoxiae*, unde Porsenna hoc quoque miratus concessit, et rogavit per litteras populum Romanum, ut ei aliquid virile decerneretur: cui data est statua equestris, quam in sacra via hodieque conspicimus. EIECTVM facile poterat suscipi et occidi. sed ideo non est susceptus, quia occidi non poterat religione impediente: rex enim etiam sacrorum fuerat. unde postea alii facti sunt consules, alii reges sacrorum. PORSENNA unum 'n' addidit metri causa: unde et paenultimae datus accentus est: nam Porsena dictus est: Martialis ⟨I 21, 6⟩ hanc spectare manum Porsena non potuit.

648. AENEADAE satis longe petitum epitheton. *et potest hoc loco historia de Mucio accipi.*

---

8 qui modo lapideus dicitur] cf. Becker Handb. der roem. Alterth. I p. 695 sqq. || 15 ex quibus Cloelia e. q. s.] cf. schol. vet. in Iuv. VIII 265

---

1 de eius abstulit corpore *R* || extractum *LF mythogr.* exertum *AMs* exercitum *S* exertumque *R* || 6 porsenam *R* || cum *om. L* (*add. l*) || 7 ianiculo capto *R* || 8 supplicium *ASl* subulbium *La* sublitium *R* suplicium *s* || 11 licet] scilicet *S* || inlaesus esset coxam *F* || 12 eius *om. AS* || fluentam uexauit *F* || cum ei *om. F* || cometiis *L* (comitiis *l*) commitias *M* comicis *a* || 15 codia *R* || transmutauit tyberim *F* || 16 redigitaque est *F* || 17 lege eam *om. F* || repente *LF* (*corr. l*) || 19 obnoxiae *Daniel*: obnixe *F* || 22 eiectum autem quare aut qui facile *F* || 24 etiam *om. ASl* || postea] praeterea *L* (*corr. l*) etiam *F* || 25 sane porsena *F* || addit *L* (*corr. l*) || 26 causa metri *R* || 27 marcialis *SL* || exspectare manu *F* || porsenam *R* porsenna *LF* (*corr. l*) || 28 no *F* || 29 repetitum *R*

649. ILLVM Coclitem *scilicet.* et modo 'Cocles' in hoc homine, de quo dicit, proprium est nomen, in aliis appellativum, nam luscos 'coclites' dixerunt antiqui: unde et Cyclopas 'coclites' legimus dictos, quod unum oculum habuisse perhibentur: *quasi στρογγυλῶπας a rotunditate.*

651. VINCLIS INNARET CLOELIA RVPTIS atqui obsides non ligantur; sed vincla pro custodiis accipiamus, *aut certe pro foederibus*: aut certe 'ruptis vinclis pontis', id est ponte resoluto.

652. IN SVMMO CVSTOS TARPEIAE MANLIVS ARCIS in summa clipei parte; *nam postea ait* ⟨675⟩ '*in medio classes aeratas*'. et bona ratione utitur in pictura apta unicuique rei loca distribuens. ideo enim in summa clipei parte dicit factum esse Capitolium, quia hoc arcem urbis esse manifestum est. *haec* historia *autem* talis est: Brenno duce Senones Galli venerunt ad urbem et circa Alliam fluvium occurrentem sibi deleverunt exercitum omnem populi Romani. aliaque die cum vellent ingredi civitatem, primo cunctati sunt timentes insidias, quia et patentes portas et nullum in muris videbant. postea paulatim ingressi cuncta vastarunt octo integris mensibus, adeo ut quae incendere non poterant, militari manu diruerent, solo remanente Capitolio, ad quod cum utensilibus reliqui confugerant cives: qui tamen a Gallis obsidebantur etiam id penetrare cupientibus, quos alii per dumeta et saxa aspera, alii per cuniculos dicunt conatos ascendere. tunc Manlius, custos Capitolii, Gallos detrusit ex arce, clangore anseris excitatus, quem privatus quidam dono Iunoni dederat: namque secundum Plinium nullum animal ita odorem hominis sentit. *qua causa postea eo die quo hoc factum est, canes qui tunc dormientes non senserant, cruci suffigebantur, anseres auro et purpura exornati in lecticis gestabantur. sane hic Manlius*

---

2 nam luscos . . . perhibentur] exscr. Isid. or. X 163. cf. Varro d. l. l. VII 71 || 25 nullum . . . sentit] exscr. Isid. or. XII 7, 72

---

1 coclitem *RF*: cocletem *AS* id est cocletem *L* porsennam *M* id est porsennam *l*. || coclis *F* || in hoc loco de co dicit *F* || 2 lucos *ex* locus *F* || 3 colitas *F* || coclites *Masvicius*: coclitas *ASMFl* coclias *RL* || 4 perhibentur] Plautus in curculione (*v.* 393 *Fl.*) 'de Coclitum prosapia te esse arbitror nam ii sunt unoculi' *add. D* || strangylo opas *F* strangilo opas *G* || 5 runditate *G* || 7 accipimus *F* || 8 id est etiam ponte *AS* id est iam ponte *RM* || 12 esse factum *F* || 14 et *om. F* || aliam *R* allum *L* (allium *l*) alium *F* || 15 omnem deleberunt exercitum *F* || 17 insidias timentes *F* || 18 uastantes *L* (uastarunt *l*) || 19 quae] ea quae *M* || potuerant *R* || delerent *R* diruerunt *LF* diruerant *l* || 20 confugierunt *F* || 21 id *ex* ad *L* || 22 *prius* alii *om. AS* || 23 manilius *R* mallius *LMFa* || 24 de arce *AS* || privatus] princeps *superscr. s* || 26 sentire dicitur *F* || sentit] quod ouidius in metamorph. (II 538) intelligens dixit 'nec seruaturis uigili Capitolia uoce crederet anseribus' *add. D* || 28 purpora *F* || Manlius *Daniel*: manibus *F*

post defensum Capitolium pro praemio singulis libris farris ob virtutem a populo donatus est. in tantam autem cibi penuriam redacti erant in obsidione, ut coriis madefactis et postea frictis vescerentur: cuius rei argumentum est quod hodieque ara in Capitolio est Iovis Tutoris, in qua liberati obsidione coria et sola vetera concremaverunt. hic tamen Manlius, postmodum adductus in suspitionem regni appetiti vel inimicorum oppressus factione, a populo damnatus est.

653. PRO TEMPLO pro defensione templi, *hoc est* '*in templo*'; nam 'ante templum' non procedit, cum obsessus intra templum esset. sic in nono ⟨674⟩ ipsi intus dextra ac laeva pro turribus adstant, Terentius nam ni haec ita essent, pro illo haud stares Phaedria. TENEBAT defendebat: et est militare verbum, ut etiam Sallustius dicit. unde e contra victos 'loco motos' dicimus: Cicero loco ille motus est.

654. HORREBAT REGIA CVLMO Curiam Calabram dicit, quam Romulus texerat culmis. *ideo autem* '*Calabra*', *quod cum incertae essent kalendae aut idus, a Romulo constitutum est, ut ibi patres vel populus calarentur, id est vocarentur, et scirent, qua die kalendae essent vel etiam idus. a rege sacrificulo idem fiebat ut, quoniam adhuc fasti non erant, ludorum et sacrificiorum praenoscerent dies.*

655. ATQVE HIC '*hic*', in Capitolio *scilicet.* et satis prudenter argenteum anserem dixit: nam quasi *et* epitheton est coloris et significavit rem veram. nam in Capitolio in honorem illius anseris, qui Gallorum nuntiarat adventum, positus fuerat anser argenteus. AVRATIS PORTICIBVS hoc ad tempus retulit florentis Romanae reipublicae: nam illo loco ubi dixit 'horrebat regia culmo', ideo addidit 'Romuleo', ut incipientis et pauperis adhuc imperii tempora designaret.

656. *GALLOS Senones, qui Senones dicti sunt, quod Liberum patrem*

---

9 nam . . . procedit] cf. Non. p. 523, 7 M. || 11 Terentius] Phorm. II 1, 39 || 14 Cicero] in Cat. II 1, 1 || 29 Senones . . . recepissent] cf. Isid. or. IX 2, 106

---

1 libius farris ub *F, corr. Daniel* || 2 in tantum aut ubi *F, corr. Daniel* || 3 corus *F* || uascerentur *F* || 4 odioque *F* || capitonio *F* || tutoris *ego*: sutoris *F* soteris *Daniel* || 5 obsidioni *F* || 6 inimicorum *Daniel*: muiediorum *F*. invidorum *ego* malevolorum *F. Schoellius* || 9 namque *F* || 11 ni *Fm*: nisi *SRL* nihil *A* ni//// (*duae vel tres litterae deletae*) *M* || 12 aut *RF* || fedria *libri* || et est] id est *F* || 13 et contra *R* e contrario *F* || 14 est *om. M* || 15 calebram *F* calabriam *reliqui* || 18 populos *F* || 19 pidus *F* || 20 praenoscerent dies *om. F* || ideo autem . . . praenoscerent dies] *dedi quae Floriacensis exhibet. Servii haec sunt* ad quam calabatur id est uocabatur senatus uocabatur (*om. LM*) et populus a rege sacrificulo ut quoniam adhuc fasti non erant ludorum et sacrificiorum praenoscerent dies || 21 hinc *F* || et *om. F* || 22 dixerat *A* dixerit *S* || quaesa *F* || 24 argenteus anser *R*

hospitio recepissent. CANEBAT quasi praedivinabat: nam 'canere' et dicere et divinare significat.

657. ARCEMQVE TENEBANT deest 'paene': nam prope tenuerunt.

658. DEFENSI TENEBRIS ET DONO NOCTIS OPACAE multi iterationem volunt, alii dicunt 'tenebris' propter cuniculos, 'dono noctis' somno *Manlii*; nam somnus noctis est donum.

659. *CAESARIES coma, ab eo quod caedi potest.* AVREA VESTIS hoc est barba: unde contra investes dicimus inberbes: unde est ⟨166⟩ tunc mihi prima genas vestibat flore iuventas.

660. VIRGATIS LVCENT SAGVLIS quae habebant in virgarum modum deductas vias. et bene adlusit ad Gallicam linguam, per quam virga purpura dicitur. 'virgatis' ergo, ac si diceret virga tinctis, id est purpuratis. GAESA hastas viriles: nam etiam viros fortes Galli gaesos vocant.

662. SCVTIS LONGIS per hoc corporum ostenditur magnitudo, ut supra ⟨VII 275⟩ stabant ter centum nitidi in praesepibus altis, per quod equorum magnitudinem expressit.

663. HIC in eodem scuto. et congrue sacerdotes statim post templa commemorat. SALIOS qui sunt in tutela Iovis, Martis, Quirini. dicti Salii ideo quod circa aras saliunt et tripudiant. *alii a Salio, Aeneae comite, dictos volunt.* NVDOSQVE LVPERCOS cum in honorem Panos Lupercaliorum sollemnitas celebraretur, pecora Romanorum subito a latronibus rapta sunt. illi proiectis vestibus persecuti sunt latrones: quibus oppressis et receptis animalibus, propter rem a nudis prospere gestam consuetudo permansit ut nudi Lupercalia celebrarent.

664. LANIGEROSQVE APICES flamines in capite habebant pilleum, in quo erat brevis virga desuper habens lanae aliquid. quod

---

1 nam canere . . . significat] cf. Isid. diff. verb. 98 ‖ 8 unde . . . inberbes] cf. Non. p. 45, 27 M. ‖ 13 GAESA . . . vocant] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 64; Non. p. 555, 10 M. ‖ 27 flamines . . . sunt reperta] exscr. Isid. or. VII 12, 18 sq. cf. Varro d. l. l. V 84

---

1 hospicium *F* (*corr. Daniel*) ‖ recipissent *F* ‖ q̄in p̄conabat *F* (quasi praecanebat *Daniel*) ‖ perdiuinabat *L* (*corr. l*) ‖ 5 dicunt *om. R* ‖ 7 *ad* CAESARIES *supr. vers.* coma a cedendo dicta *T* ‖ ab eo *ego*: adō *F* adeo *G* ideo *Daniel* ‖ 8 e contra *L* ‖ 11 vias] strias *Masvicius*: *cf. Marklandus ad Stat. silv.* V, 2, 152 ‖ 12 uirga// *A* (uirgae *fuisse videtur*) uirgae *SMF* uirge *RL* (uirga *l*) ‖ virga tinctis *scripsi*: uircatis *As* uirgatis *reliqui. ceterum* uirgatis id est *omnes quod sciam Serviani commentarii editores abiecerunt* ‖ 13 CESA *SG* CAESA *R* ‖ hasta est uirilis *F* ‖ viros fortes *om. F* ‖ 14 gaesos *Ha* caesos *reliqui.* gaesatos *coni. Vossius de vit. serm. lib.* I 2 *p.* 12 ‖ 15 per hoc *LMF*: per haec *ASRHm* ‖ 16 ut *om. LH* ‖ 20 saliant *R* ‖ tripudient *R* tripudiunt *F* ‖ 22 honore *R* ‖ solemne *R* sollemne *F* ‖ 24 insecuti *F* ‖ latrones quibus] is (his *Daniel*) latronibus *F* ‖ 25 prospere] propere bene *F*

cum per aestus ferre non possent, filo tantum capita religare coeperunt; nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas fuerat: unde a filo quo utebantur, flamines dicti sunt, quasi filamines. verum festis diebus filo deposito pillea necesse erat accipere, quae secundum alios ad ostendendam sacerdotii eminentiam sunt reperta, sicut columnae mortuis nobilibus superponuntur ad ostendendum eorum columen. alii dicunt non propter eminentiam dignitatis hoc factum, sed quia cum sacrificarent apud Laurolavinium et eis exta frequenter aves de vicinis venientes lucis abriperent, eminentia virgarum eas terrere voluerunt. exinde etiam consuetudo permansit, ut apud Laurolavinium ingentes haberentur virgae, non breves ut in urbe. LAPSA ANCILIA CAELO regnante Numa Pompilio scutum breve et rotundum caelo lapsum est. et cum aruspices respondissent illic fore orbis imperium, ubi illud fuisset, diligentia Numae, ne quandoque ab hostibus posset auferri, adhibito Mamurio fabro multa similia facta sunt et in templo Martis locata. quod autem dicit ancilia, plurali utitur numero pro singulari: nam unum lapsum est. ancile autem dicitur aut quasi undique circumcisum, aut quasi ἀμφίχειλον, id est undique labrum habens.

665. EXTVDERAT studiose fecerat. DVCEBANT deducebant: haec enim fuerat consuetudo.

666. PILENTIS MATRES IN MOLLIBVS pilenta sunt vehicula, sicut nunc basternas videmus. erant autem tunc veneti coloris, non ut nunc *sunt*, russati, quibus nisi castae non utebantur. 'mollibus' autem pensilibus, *ut* ⟨XI 64⟩ *molle feretrum et oscilla mollia:* ut contra 'plumas pensiles' dicimus et molles significamus. *aut 'mollibus' molliter stratis: quidam pilenta † laeta occisia sed vulgo*

17 ancile . . . labrum] cf. Varro d. l. l. VII 43; Isid. or. XVIII 27, 3; comm. Luc. IX 477 || 22 pilenta e. q. s.] cf. Isid. or. XX 12, 4 || 25 oscilla mollia] georg. II 389

1 ferre] portare *F* || 2 eos penitus *AS* || 3 sunt dicti *F* || filiamines *AS* (*corr. as*) flamines *R* || 5 sunt reperta . . . propter eminentiam *om. L, add. l* || 7 propter] populo *AS* (propter *a*), *om. l* || eminentia *l* || 8 ei *ASH* || 9 lucis uenientes *R* || 10 etinde *F* || 11 haberent uirgas *LF* || urbe] sunt et qui flamines ab gestamine pilei dicti sint (dictos aiunt *Fabricius*) quasi pilaminis (pilamines *Fabricius*) *add. D* || 14 orbis *SLF*: urbis *reliqui* || illud suis fuisset *H* || numae] inuniae*F* || 15 manurio *L* mario *F* || 17 nam . . . circumcisum *om. F* || 18 ΑΜΦΙΧΙΛΟΝ *ASRLH* ΑΜΦΙΧΙΑΝ *M* ΑΜΦΙΧΙΑΟΝ *F* || 20 deducebant *om. ASF* || 23 uideamus *F* || 24 rusati *ASL* russaci *M* || quibus nisi castae non utebantur *ASL*: quibus nisi castae *HM* (non utebantur sicut nec uittis unde adidit castae *in marg. add. m*) *spatium relictum est in Reginensi in quo* quibus nisi castae utebantur *scripsit Daniel* quibus nisi castae matronae utin poterant *F* quibus nisi castae matronae uti non poterant sicut nec uittis *Isidorus* || 26 ut *ante* contra *omisit Daniel* || *ad* MOLLIBVS *supr. vers.* pensilibus siue molliter stratis *T* || aut] ut *Daniel* et *Masvicius* || quidam pilenta tecta cisia vulgo dicta tradunt *Schef-*

dicta tradunt. HINC PROCVL bene longe a templis inferos facit. *et bene Tartareas sedes, ut nihil praetermissum videretur.*

668. SCELERVM POENAS pro 'sceleratorum'. et bene ait 'scelerum poenas'; in crimina enim personae incidunt, non ipsarum sunt proprie crimina: unde et sceleribus sunt statuta supplicia, quae in se incidentes homines obnoxios faciunt. ET TE CATILINA MINACI PENDENTEM SCOPVLO hoc quasi in Ciceronis gratiam dictum videtur.

670. *SECRETOSQVE PIOS aut in secreto morantes; aut participialiter, ab illis secretos.* HIS DANTEM IVRA CATONEM ut supra ⟨VI 841⟩ diximus, Censorium significat, non Vticensem, qui contra Caesarem bella suscepit. *quomodo enim piis iura redderet, qui in se impius fuit?* et supergressus est hoc loco Homeri dispositionem, siquidem ille Minoem, Rhadamanthyn, Aeacum de impiis iudicare dicit, hic Romanum ducem innocentibus dare iura commemorat.

671. HAEC INTER bene inter inferos et superos mare factum dicit, quod, ut supra ⟨VII 226⟩ diximus, nos ab antipodis dividit, qui inferi sunt nostri comparatione.

672. IMAGO AVREA non est contrarium quod et caerulam et auream et argenteam maris esse dicit imaginem, quam scimus pro ventorum qualitate mutari et colores varios reddere: quod expressum in scuto fuisse significat. *IBAT autem quidam pro 'erat' accipiunt, ut ⟨I 46⟩ a s t e g o q u a e d i v u m i n c e d o r e g i n a. sane ubique propositum est poetae Augusti gloriam praedicare; itaque maiorem partem operis in hoc clipeo Augusto adsignat.* CAERVLA id est maria. FLVCTV CANO omnis enim spuma alba est.

673. IN ORBEM in circuitu.

674. AESTVMQVE SECABANT naturalem rem ostendit: nam semper mare turbatur, quando delphini apparuerint.

12 Homeri] Od. XI 568 ‖ 27 naturalem ... apparuerint] cf. Isid. or. XII 6, 11

ferus de re vehic. I 25 *coniecit, quam coniecturam receperunt Masvicius et Burmannus. sed cum cisia duabus, pilenta quattuor rotis instructa fuisse constet, non puto Schefferi sententiam probari posse. fortasse interpres pilentis* 'laeta' *i. e. festa* 'occasione' *matronas uti solitas esse dixerat et magis frequentatum pilenti nomen, veluti petorritum, commemoraverat. cf. Isid. orig.* XX 12, 4. quidam pilenta redas ac cisia esseda vulgo dicta tradunt *F. Schoellius. cf. Marquardt Privatl. d. R. p.* 712 ‖ 1 ad templis longe *F* ‖ 2 *ad* TARTAREAS *s. supr. vers.* ideo tartareas dicit ut nihil uideatur esse praetermissum *T* ‖ 5 propria *F* ‖ unde sceleribus *AS* ‖ 6 obnocios *F* ‖ 8 *ad* SECRETOS P. *supr. vers.* aut in secreto morantes aut separatos ab illos (*sic*) *T* ‖ participaliter *F* ‖ 9 ut] ut et *ASm* et *H* et ut *F* ‖ 11 quomo *F* ‖ 13 radamantin *ASH* radamantum *RF* radamantem *LM* (*sed* e *in ras. l*) ‖ ab inpiis *M* ‖ 16 antipodibus *m* ‖ 17 inferiores *H* ‖ 18 IMAGO AVREA] Inmago autem est aurea *F* ‖ ceruleam *ASRMl* ‖ 20 immutari *L* ‖ 21 *ad* IBAT *supr. vers.* ibat pro erat quidam intellegunt *T* ‖ 22 regine *F* ‖ 24 Augusto *Masvicius*: augustum *F. post* adsignat *lacunam indicavit Daniel* ‖ 25 est] quae e fluctibus nascitur *add. D* ‖ 26 ORBE *ASLHM* ‖ 28 quando *ASr*: quo *RM* quod cum *L* (quo tempore *l*) quod *H* cum *F*

675. IN MEDIO *utrum clipeo an mari?*

676. CERNERE ERAT Graeca figura est.

677. FERVERE *ab eo quod est 'fervo' facit: nam ab eo, quod est 'ferveo' 'fervere' facit 've' producta: sic 'effulgere'. alii dicunt antique per tertiam coniugationem correpta media syllaba positum, ut lavit ater corpora sanguis pro 'lavat'; de eo in tertio georgicorum ⟨221⟩ in ipso loco plenius dictum est.* LEVCATEN in promontorio Epiri est mons Leucata: *quod quia saxa nuda in cacumine habuit, ex horum candore Leucates appellatus est.* AVROQVE EFFVLGERE FLVCTVS *non quod hic ex auro fluctus esse dicat, quos supra canos dixit, sed cum mare ex auro expressum sit, fluctus per aurum effulgent.*

678. HINC AVGVSTVS AGENS ITALOS cum de statu reipublicae esset longa contentio inter Augustum, Antonium et Lepidum, placuit ut totum Orientem teneret Antonius, Augustus Gallias et Hispanias cum Italia, Lepidus Africam Siciliam Sardiniam. ad causam maioris fidei Antonius sororem Augusti duxit uxorem. profecti itaque sunt in provincias suas. sed Antonius in Aegypto captus est amore Cleopatrae, non usque quaque adeo, ut ea dimissa contra Parthos proficisceretur. quibus victis dum Cleopatrae cupiditate festinat, exercitum omnem frigore in Armenia perdidit, ipse tamen animalium cadaveribus pastus cum paucis ad Aegyptum est reversus. ubi ei coepit suadere Cleopatra ut se sortiretur uxorem, derelicta sorore Augusti. quo facto Augustus vehementer accensus contra eum coepit bella moliri. Antonius re comperta, collectis Orientis viribus, prior cum uxore Cleopatra venit ad bellum. conflictum est

---

5 lavit] georg. III 221. cf. Philarg. ad h. v.

---

1 *schol. ad* IN MEDIO *post* circuitu *hab. F. ad* MEDIO *supr. vers.* scilicet scuti *T* || 2 est] sicut graece dicitur ὁρᾶν ἔνεστι *add. D* || 3 habeo *F* || facit *Daniel*: fac *F* || habeo *F* || 4 ecfulgere *F* || ali *F* || 5 sillaba *F* || 6 atur *F* || 7 promunturio *H*: promontorio *AS* promunctorio *RM* promuntorio *LF* || 8 *ad vers.* 677 *in marg.* hic mons saxa habet nuda in cacumine ex quorum candore leucates est apellatus quia leucon dicunt graeci album *T* || quia] q: *F* || ex orum *F* || 10 sed cum *scripsi*: cum *om. F,* sed quod *Masvicius* || mare et ex auro *Daniel* || 11 effulgeant *F, correxi* || 12 dum *L* (cum *l*) || 13 Lepidum *F*: catulum *ASLH* catullum *RMal* || 14 spanias *ASH* (hispanias *a*) || 15 Lepidus *F*: catulus *ASLH* catullus *RMal* || et ad causam *F* || 17 sed Antonius in Aegypto] sed antonius hic in prima aetate cťe (creatus *Daniel, fort.* contra legem) tribunus plebi caesareanas partes cum curione defendens bellum ciule (ciuile *Daniel*) inter caesarem pompeiumque commouit. quaestor fuit idemque augur quo consule in senatu caesar occisus est. hic sicut dictum est cum diuisa rei publice (re publica *Daniel*) ad orientem isset in aegypto *F*. *quae huic scholio addidit plenioris commentarii auctor non recepi: nam non solum nullius sunt pretii sed etiam Serviana corrumpunt.* || 19 quibus victis] quibus cum ante uictor esset post repulsus *F* || festinaret *La* (*corr. l*) || 20 frigore] et famae *add. R* || 24 moliri . . . cum impetu CON (*v.* 689 *et* 692) *om. H* || re comperta] reperta *R*

navali certamine circa Actium Epiri promunturium: ubi victi sunt Antonius et Cleopatra et in fugam coacti. postea occiso Antonio illa sibi serpentes adhibuit. sed quia belli civilis triumphus turpis videtur, laborat poeta ut probet iustum bellum fuisse, dicens Augustum esse 'cum patribus populoque penatibus et magnis dis', contra cum Antonio auxilia peregrina et monstruosa Aegypti numina. et re vera in exercitu Antonii omnes barbari fuerunt: quod et Vergilius dicit 'Aegyptum viresque Orientis atque ultima secum Bactra vehit'. unde etiam de hoc bello egit triumphum: nec enim civile putatum est, quod tantummodo Romano duce gestum est, qui et ipse barbarae serviebat uxori, adeo ut praetoria ei castra concederet, quorum qui potiebatur imperio, ipse vocabat exercitum: unde est illo loco de Cleopatra 'patrio vocat agmina sistro': nam Antonius consulare sibi tantum detinuit imperium, in quo sola est potestas iubendi. ille enim ducit exercitum qui habet in potestate castra praetoria.

679. PENATIBVS ET MAGNIS DIS alii unum volunt esse, alii separant, ut magnos deos accipias Iovem Minervam Mercurium, quos Aeneas de Samothracia sustulit.

680. TEMPORA FLAMMAS LAETA VOMVNT naturaliter enim Augustus igneos oculos habuisse dicitur, adeo ut *obtutum eius nemo contra aspectare posset, denique* quidam eques Romanus, interrogatus ab eo, cur se viso verteret faciem, dixerit 'quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum', sicut ait Suetonius.

681. APERITVR VERTICE SIDVS *apparet* sidus in vertice, hoc est super galeam. nam ex quo tempore per diem stella visa est, dum sacrificaretur Veneri Genetrici et ludi funebres Caesari exhiberentur, *per triduum stella apparuit in septentrione.* quod sidus *Caesaris* putatum est Augusto persuadente: *nam ideo Augustus omnibus statuis, quas divinitati Caesaris statuit, hanc stellam adiecit. ipse vero Augustus* in honorem patris stellam in galea coepit habere depictam.

---

24 Suetonius] cf. vit. Aug. 79

---

1 promontorium *AS* promunctorium *Rm* promutorium *L* promoncturium *M* promunurium *F* ‖ 2 in *om. ASL* (*add. al*) ‖ fuga *s* ‖ coecti *A* (*corr. a*) coeptã *S* (coepta est *s*) ‖ 3 adhibuit] sed antonius cum alexandriam obsideret (obsideri *Daniel*) uideret et in eo esse ut capi posset se ipsum occidit cleopatra uero cum ad augustum esset adducta et in custodia esse iussa esset admotis sibi ut putatur serpentibus uitam finiuit *add. F* ‖ 5 esse] fuisse *L* ‖ 6 monstrosa *LMF* (monstruosa *m*) ‖ 15 iubentis *R* uiuendi *F* ‖ 17 alii id unum *F* ‖ 22 espectare *F, corr. Daniel* ‖ 24 possumus *F* ‖ sutonius *AS* (suetonius *a*) ‖ 28 septemtrione *F* ‖ quod] cuius *Serviani libri* ‖ 30 statius *F* ‖ divinitati *scripsi*: diuinitate *F* ob diuinitatem *Daniel* ‖ 31 in honorem patris augustus stellam *libri ne Floriacensi quidem excepto: quamquam is qui pleniorem*

honorifice autem poeta unam stellam 'sidus' dixit, cum sidus ex multis stellis constet.

682. PARTE ALIA non e contra, sed in alia parte aciei. VENTIS ET DIS AGRIPPA SECVNDIS *Agrippa dicitur ab aegro partu, id est qui pedibus nascitur. sed hic Agrippa non adeo claro genere ortus, viribus et societate Augusti ad summos honores pervenit: nam et tribunus plebi quietissimus fuit, et post tertium consul, et in multis bellis cum Augusto gestis victoriam Augusto sua virtute confecit: nam et Sextum Pompeium apud Mylas ipse devicit, et apud Actium Antonium et Cleopatram navali certamine prope ipse superavit: ob quod meruit etiam gener esse Augusto.* 'secundis' *ergo* dixit Augusti comparatione: nam hoc dicit: Augustus nimio ventorum et numinum utebatur favore, Agrippa sequenti, hoc est, ille habuit primum favorem, hic secundum. *Hadrianus scribit Agrippam solitum tempestate orta milites cogere naves in fluctus urgere, ut consuetudine discriminis dempto metu redderet eos adversum pericula fortiores: ergo* πρὸς ἀντιδιαστολήν *saevi maris, quod exercitationi militibus erat, ait 'diis et ventis secundis' esse pugnatum, ut tempestatem quidem Agrippa non timuerit, sed favor divinus maria constraverit. nam et ipsa Actiaca pugna cum aquilo ei esset adversus, eo exercitio, quo milites adsueverat adversum fluctus naves agere, ad portum se fugere finxisse: qua re cum hostes decepti insequi conati essent, conversis subito navigiis suis Alexandrinas naves incurrisse et telis ac flammis in eas missis, refragante hostibus flatu, cum nihil ipsi tale facere possent, victoriam consecutum. merito ergo 'ventis secundis'.*

683. *INSIGNE SVPERBVM quasi principale decus.*

684. NAVALI FVLGENT ROSTRATA CORONA Sextus Pompeius, Pompei filius, in Sicilia piraticam exercuit. contra quem primo

---

4 Agrippa . . . nascitur] cf. Loewe prodromus p. 19 et p. 396 sq.

---

commentarium composuit Augustus *delere debuit* ‖ habere in galea coepit depictam *L* ‖ in galileam *R* in galilea *F* ‖ 1 *ad v.* 681 *in marg.* honorifice poeta unam stellam sidus appellauit cum sidus ex multis stellis constet *T* ‖ 3 non haec contra *F* ‖ 4 ab aegro partu *Daniel* (*cf. Plin. nat. hist.* VII § 45, *Gellius* XVI 16, *Nonius p.* 558): ab egypto partu *F* ‖ 5 qui pedibus *Masvicius*: qui odieb; *F* qui hodie bis *Daniel* ‖ 8 conficit *F* ‖ 9 moelas *F* ‖ 10 nauari *F* ‖ ob quo *F* ‖ 11 generis se *F* ‖ 13 sequentibus *F*. AGRIPPA SECVNDIS *vulgo* ‖ 14 Hadrianus] *fort.* Haterianus ‖ agryppam *F* ‖ 15 urguere *F* ‖ 16 demtū mecu *F, corr. Daniel* ‖ psantidiastollens aevi *F, corr. Daniel* ‖ 17 exercitationi *Masvicius*: exercitatione *F*. *post* erat *lacunam indicavit Daniel. fort.* quod exercitatione militibus notum erat ‖ *ad* DIS A. S. *supr. vers.* quia diuinus fauor ei maria constrauerit non quod non timuerit tempestatem *T* ‖ 20 exerticio *F* ‖ adsuauerat *F* ‖ 21 finxit *Masvicius* ‖ qua re *Daniel*: queri *F* ‖ 22 conuersi *F* ‖ suisi *F* ‖ 23 incurrit *Masvicius* ‖ talis *F* ‖ refraglante *F* ‖ 24 flatu *F*: fluctu *Daniel* ‖ ipse *F* ‖ consecutus est *Masvicius* ‖ 25 *ad* INSIGNE S. *supr. vers.* id est principale decus belli *T* ‖ decus] deus *G* ‖ 27 siciliam *ARL* (sicilia *a*)

cum Agrippa dimicavit Augustus; postea Agrippae cura data est, qui eum delevit. ob quod ei Augustus rostratam dedit coronam, quia vicerat navali certamine.

685. HINC a parte contraria. *OPE BARBARICA crimen Antonii, quod ope barbarica Romanus pugnet.*

686. VICTOR AB AVRORAE POPVLIS quia *primo* vicerat Parthos, ut diximus. *atqui Antonium Parthi postea pepulerunt; sed videtur hoc ideo tacuisse, ne Augustus inbellem superasse videatur. ideo addidit victorem Orientis Antonium, ut maiorem hostem Augustus vicisse videatur.* LITORE RVBRO Erythraeo mari, quod est inter Aegyptum et Indiam.

687. VLTIMA SECVM BACTRA VEHIT 'ultima' non quantum ad fines spectat orbis terrarum, sed 'ultima' in imperio Antoniano: constat enim Bactrianos post se habere gentes innumeras.

688. NEFAS exclamatio est, *quasi 'pro nefas'! aut per parenthesin dictum est. et nefas* non in eo tantum quod Aegyptiam Romanus duxerat, sed etiam quod mulier castra sequebatur, quod in ingenti turpitudine apud maiores fuit: unde bellaturus Pompeius in Lesbo reliquit uxorem.

689. RVERE ruebant, id est veniebant cum impetu. *et hoc verbo more suo ostendit velocitatem.*

691. *CREDAS pro 'credat quis'.*

692. CONCVRRERE MONTIBVS ALTOS alii 'altis' legunt, unum tamen est.

693. TVRRITIS PVPPIBVS INSTANT hoc de historia traxit: nam Agrippa primus hoc genus turrium invenit, ut de tabulatis subito erigerentur, simul ac ventum esset in proelium, turres hostibus inprovisae, *in navigando essent occultae.*

694. *TELISQVE VOLATILE Cato sub tela volantia.*

695. ARVA NOVA NEPTVNIA CAEDE 'nova caede' magna, nimia:

---

28 Cato] incert. libror. fragm. 12 p. 86 Iord.

---

7 *ad v.* 686 *in marg.* atqui idem parthi postea pepulerunt antonium sed ... uideatur *T* ‖ atqui] aut qui *F* aut quia *Daniel* ‖ parchi *G* ‖ 8 auigustus *G* ‖ uideretur *T* ‖ ideo ... Antonium] merito ergo uictorem dicit *T* ‖ 9 Augustus *om. T* ‖ vicisse] superasse *T* ‖ 13 spectat] pertinet *F* ‖ 15 aut ... nefas *edidit Daniel, non inveni in Floriacensi* ‖ 16 quod] quam *L* ‖ 17 dixerat *F* ‖ 20 ruebant *om. F* ‖ *ad* RVERE *supr. vers.* hoc uerbo ... uelocitatem *T* ‖ 21 *ad v.* 690 *in marg.* conuolsus proprie dicitur cui ui aliqua sua adimuntur. unde nauis conuolsa cui eminentia ui tempestatis auferuntur et conuolsum dicitur disruptum dissipatum euersum *T* ‖ 22 *ad* CREDAS *supr. vers.* credat quis *T* ‖ 27 erigentur *ASLH* (*corr. a*) ‖ 28 nauigendo *F* ‖ 30 magna *om. F*

nam non dicit re vera 'nova'. (*non*) '*nova arva*', *sed* '*nova caede*': *Homerus* ἐρυθαίνετο δ' αἵματι γαῖα. *sed non est hoc* '*rubescunt*'.

696. PATRIO VOCAT AGMINA SISTRO Cleopatra sibi tantum adsumpserat, ut se Isin vellet videri. Isis autem est genius Aegypti, qui per sistri motum, quod gerit in dextra, Nili accessus recessusque significat: per situlam, quam sinistra *manu* retinet, ostendit fluentiam omnium lacunarum. Isis autem lingua Aegyptiorum est terra, quam Isin volunt esse. *hanc Isim et alios deos ideo Aegyptii colunt, quia deos reges habuisse dicuntur; ergo in obprobrium Alexandrini exercitus pro classico sistrum posuit. quod autem ait* '*vocat agmina*', *hoc est quod superius dictum est* ⟨678⟩ *et Augustus in commemoratione vitae suae refert, Antonium iussisse ut legiones suae apud Cleopatram excubarent eiusque nutu et iussu parerent. bene ergo* '*vocat agmina*' *quae signum dabat.*

697. A TERGO RESPICIT ANGVES hoc est, nondum videbat mortem futuram. *traditur enim ne ad triumphum Augusti reservaretur, admota sibi aspide defecisse. tum* '*geminos*', *cum. unum sibi admoverit.*

698. DEVM MONSTRA ideo 'monstra' dixit, quia sub Augusto necdum Romani Aegyptia sacra susceperant. *et admittebat locus pro laude Augusti aliquid etiam in deos inclementius dici. Varro indignatur Alexandrinos deos Romae coli.* LATRATOR ANVBIS quia capite canino pingitur, hunc volunt esse Mercurium, ideo quia nihil est cane sagacius. *bello autem Gigantum plures deos ferarum formas accepisse traditur.*

699. CONTRA NEPTVNVM Homerum sequitur, qui deos dicit contra se pro diversis partibus habere certamen. *et quidam latenter*

2 Homerus] Il. X 484 ‖ 4 Isis autem . . . volunt esse] exscr. mythogr. II 90; III 7, 4 ‖ 21 quia . . . sagacius] exscr. mythogr. II 42 ‖ 26 et quidam e. q. s.] cf. Isid. or. XII 6, 34; Don. ad Ter. Andr. IV 3, 24; comm. Luc. VI 675

1 nam non *Rl*: nam *ASLHM* anon *F* non *a* ‖ nova] naua *F*. cum alia fuerint bella civilia et caedes aliae in ipsis *add. Fabricius* ‖ non noua arva *scripsi*: noua arua *G*, noua *om. F* ‖ sed nova . . . γαῖα *om. G* ‖ *malim* sed 'noua caede rubescunt' ‖ 2 ερυταυθοαλιmαττιταια *F* ‖ sed hoc est nunc rubescunt *coni. Burmannus.* sed . . . rubescunt *secludenda videntur* ‖ 6 per sistollam *H* (*alterum* s *ead. man. del.*) per sitellam *F* ‖ 7 adfluentiam *F* ‖ lacunarum] lacrimarum *AS*. i. e. fossarum in quas nilus stagnans recipiebatur *add. D* ‖ Isis] Sis *AS* ‖ 8 terra *om. A* ‖ alio *F* (*corr. Daniel*) ‖ aegypti *F* aegiptii *G* ‖ 9 quia] q: *F* q̄ *G* ‖ 10 sistorum *F* ‖ 12 legione *G* ‖ suas *F* ‖ 13 Cleopatram *Daniel*: decoratum *F* decorarum *G* ‖ excuberant *F* ‖ iussus *F* ‖ 16 triumfum *F* ‖ aeseruaretur *F*, *correxi.* adservaretur *Daniel* ‖ 17 admota *Burmannus*: admoto *F* ‖ defecisse:tum *Daniel*: defecisset cum *F* ‖ *ad* GEMINOS A. T. R. A. *supr. vers.* pluralem numerum posuit pro singulari quia unum non duos sibi admouit *T* ‖ admouerit *Masvicius*: admoueretur *F*. cum unus sibi admoueretur *Lion* ‖ 18 *ad* MONSTRA E. L. A. *supr. vers.* admittebat locus pro laude augusti aliquid in deos inclementius dicere et ideo uituperat sacra quae postea susceperunt romani *T* ‖ 19 atmitebat *F* ‖ 20 inclimentius *F* ‖ dici] cidi *F* ‖ 21 coli] lico *F* ‖ 23 ferrarum *F*

illud tetigisse Vergilium volunt, quod Plinius Secundus in historia naturali ⟨IX 79, XXXII 2⟩ *dicit, quod Antonii navem piscis echeneis retinuerit, qui piscis latine remora dicitur.*

701. CAELATVS FERRO aut in armis locatus: aut de ferro sculptus, scilicet metallo sibi congruo: *aut 'saevit ferro'.* DIRAE Dirae proprie sunt ultrices deae. et bene has interesse dicit proelio, *aut a Iove missas ad terrorem Aegyptiis inferendum, aut* ad puniendum Antonium, qui matrimonii laeserat foedus.

702. *SCISSA* DISCORDIA PALLA *utrum 'scissa palla gaudens', an 'scissa palla vadit' et seorsum 'gaudens'?* ideo *autem* Discordia, quia unius civitatis *et cives principes* erant. et bene Diras Discordia sequitur, quam Bellona comitatur: nam per Discordiam venitur ad bellum, *in quo necesse est sanguinem fundi, ideo ait 'sanguineo flagello':* Horatius ira truces inimicitias et funebre bellum.

704. ACTIVS HAEC CERNENS quem postea Actium nominavit Augustus.

706. VERTEBANT TERGA SABAEI omnes isti populi Orientis sunt.

707. *IPSA VIDEBATVR VENTIS apud plures (legitur) Cleopatram priorem fugisse, post insecutum Antonium.*

708. IAM IAMQVE INMITTERE F. scilicet aviditate fugiendi. *et bene 'iam iamque' addidit, quia tempus operis in pictura declarari non poterat.*

709. INTER CAEDES inter suorum cadavera. MORTE FVTVRA omine mortis futurae.

710. IAPYGE FERRI vento, qui de Apulia flans optime ad Orientem ducit; *Iapygia enim Apulia dicta est:* Horatius obstrictis aliis praeter Iapyga. *quem Varro de ora maritima argesten dicit, qui de Occidente aestivo flat. hic in Apulia pestilens est.*

711. MAGNO CORPORE *aut ita eum, tamquam deum, magno cor-*

---

13 Horatius] ep. I 19, 49 || 26 Horatius] carm. I 3, 4 || 27 quem . . . flat] cf. Isid. or. XIII 11, 10

---

1 tegisse *F* || uergilium *F* || 2 echeneis *Masvicius*: echen *F* || 5 scuptus *L* scultus *HF* || DIVAE diuae *ASH* || sunt proprie *RL* || 7 ad *ante* puniendum *om. F* || 8 foedus] fidem *F* || 9 *ad v.* 702 siue scissa palla gaudens siue scissa palla uadit gaudet seorsum *T* || 10 uidit *F* || 11 diras *R*: dira *ASLH* diram *M* diri *F* || 15 anum *AS* (actium *a*) actiuum *LH* || 16 augt̄ *F* || *ad* ARCVM I. A. *supr. vers.* cum dicit intendebat perpetuam operam pugnantis ostendit *T* || 18 legitur *addidi* || 20 *ad v.* 708 *in marg.* ideo dicit iam iamque quia . . . poterat *T* || 21 declarare *F* || 25 qui de Apulia] *om. L* (*add. l*), quod capulia *H* || ad orientem *Fas*: ad horientem *L* adherentem *ASRH* ad tarentum *Ml* || 26 dicit *R* || obstriciis *ASRH* || 27 ore *F* || argestem *F* || 28 in *Daniel*: an *F* || 29 *ad* MAGNO M. C. *supr. vers.* magno corpore id est tamquam deum ingenti forma *T*

pore formatum accipiendum est: aut 'magno', septemfluo. *et non 'corpore maerentem', sed 'magno corpore pandentem sinus'.*

713. VOCANTEM CAERVLEVM IN GREMIVM hoc de historia est; nam legitur Cleopatram praesagio mortis futurae oblitam esse recessus Aegypti petere, in quibus facile poterat bella reparare. de qua re se moriens dicitur increpasse. *bene ergo poeta adicit hortatum fuisse Nilum ut interitus fugeret, ideo 'tota veste vocantem caeruleum in gremium'.* LATEBROSAQVE FLVMINA quia Nili origo nescitur, licet Plinius ⟨V 51⟩ dicat haud longe ab Aethiopia Maurorum, post maiorem Atlantem, lacum esse, ex quo *Nilus* erumpit. quod videtur esse veri simile ex beluarum similitudine.

714. TRIPLICI TRIVMPHO tres enim Augustus habuit triumphos: nam primo die triumphavit exercitus qui Antonium vicerat *navali bello*, secundo qui Dalmatas vicerat, tertio ipse cum Alexandrino est ingressus triumpho.

715. *DIS ITALIS VOTVM INMORTALE SACRABAT videtur aedem Apollinis dixisse, quae est in Palatio.*

716. *TERCENTVM hoc est pro multis.*

717. LVDISQVE VIAE PLAVSVQVE FREMEBANT hoc est, compitalicii ludi celebrati sunt. *et est zeugma: nam et delubra fremebant.*

720. CANDENTIS LIMINE PHOEBI in templo *Apollinis in Palatio* de solido marmore effecto, quod adlatum fuerat de portu Lunae, qui est in *confinio Tusciae et* Liguriae*: ideo ait 'candentis'.*

721. DONA RECOGNOSCIT POPVLORVM aurum coronarium dicit, quod *triumphantibus* hodieque a victis gentibus datur. inponebant autem hoc imperatores propter concessam immunitatem. ideo ergo dixit 'dona': nam si hoc non esset, spolia diceret. *APTATQVE SVPERBIS POSTIBVS porticum enim Augustus fecerat in qua simulacra omnium gentium conlocaverat: quae porticus appellabatur 'ad nationes'.*

724. HIC NOMADVM GENVS atqui Antonius Orientis habuit populos; sed intellegamus has gentes Africae operas suas locasse et simul cum Antonio ab Augusto esse superatas. DISCINCTOS vel habitum eorum ostendit, qui usque in talos fluebat: quod Plautus ridet in

---

2 pendentem *F* || 4 nam] non *F* || esse *om. F* || receptus *R* || 6 *ad* VOCANTEM *supr. vers.* ut scilicet interius fugeret *T* || ortatum *F* || 8 quia . . . nescitur] de quorum nil origine scitur *R* quam loriginae scitur *H* || 10 post maiorem *om. RLH* (*add. l*) || 15 ingressus est *RM* || 16 *schol. ad v.* 715 *post* Augustus (*v.* 704) *exhibet F, huc collocavit Daniel* || aedem Apollinis *Daniel*: eadem opollonis *F* || 18 *ad* TERCENTVM *supr vers.* finitus pro infinito *T* || multos *F* || 19 compitalici *RL* conpitalicium *F* || 20 zeumu *G* || frenebant *F* || 21 apollonis *F* || 24 POPVLI *F* || 26 autem *om. R* || immunitatem *Masvicius*: emunitatem *RM* monetam *L* (t emunitatem t uitam *superscr. l*) unitam *H* uitam *ASF* || 27 dicit *F* || nam *om. F* || 30 NVMADVM *ASRLM* || 33 fluebat *Fa*: fluebant *reliqui*

Poenulo ⟨V 2, 15⟩ dicens quae est illa avis? cum Afrum vidisset vestem dimissam trahentem; *neque enim utuntur hodieque zonis:* aut 'discinctos' dixit inhabiles militiae; omnes enim qui militant cincti sunt: aut certe inefficaces, ut contra 'praecinctos' strenuos dicimus: Horatius altius ac nos praecinctis unum. unde et Graece εὔζωνος appellatur non qui bonam zonam habet, sed qui est strenuus. MVLCIBER Vulcanus, ab eo quod totum ignis permulcet: *aut quod ipse mulcatus pedes sit, sicut quibusdam videtur: aut quod igni mulceatur.*

725. LELEGAS Thessalos: Lucanus de Thessalia ⟨VI 383⟩ mox Lelegum dextra pressum descendit aratrum. CARASQVE Carae insulani populi fuerunt piratica famosi, victi a Minoe, ut et Thucydides et Sallustius dicunt. GELONOS populus Scythiae.

726. EVPHRATES IBAT IAM MOLLIOR VNDIS sentiens quasi se esse superatum: Horatius minores volvere vertices.

727. MORINI populi Galliae in finibus, qui Britanniam spectant, *proximi oceano.* RHENVS fluvius Galliae, *qui Germanos a Gallia dividit.* 'bicornis' autem *aut commune est omnibus fluviis, aut proprie de Rheno,* quia per duos alveos fluit: per unum qua Romanum imperium est, per alterum qua *interluit barbaros, ubi iam Vahal dicitur et facit insulam Batavorum.*

728. DAHAE populi Scythiae, *a parte septemtrionali iuncti Persidi: unde Davi dicti.* ARAXES *hic* fluvius Armeniae, quem pontibus nisus est Xerxes conscendere. *cui Alexander Magnus pontem fecit, quem fluminis incrementa ruperunt. postea Augustus firmiore ponte eum ligavit, unde ad Augusti gloriam dixit 'pontem indignatus Araxes'.*

5 Horatius] sat. I 5, 5 ‖ 7 Vulcanus . . . permulcet] cf. Macrob. Sat. VI 5, 2. Don. ad Ter. ad. I 2, 10; hec. I 1, 8 ‖ 12 Thucydides] I 4 ‖ Sallustius] hist. inc. 8 Dietsch., I 78 Kritz. ‖ 14 Horatius] carm. II 9, 22 ‖ 22 Araxes . . . ruperunt] cf. Isid. or. XIII 21, 16

2 demissam *H* ‖ odieque sonis *F* ‖ 4 certe] cetera *F* ‖ strenuos . . . unum *om. F* ‖ 5 praecinctis unum] praecincti sunt unum *ASRLM* (*corr. m*) praecincti sunt *H* ‖ euzonos *LM* euzona *AS* UZONO *R* euzono *H* euzonus *F* ‖ 6 qui est *om. F* ‖ qui *om. ASHL* ‖ est] et *L* es *H* ‖ strenicus *F* ‖ 7 MVLCIFER *ASRHM* ‖ 8 ipso *F* ‖ mulctatus *Masvicius* ‖ mulceatur *F*: mulcatur *Daniel* mulctatur *Masvicius. fort.* igni ferrum mulceatur ‖ 9 *schol. ad* LELEGAS *om. F* ‖ 11 cara *H* ‖ insulam *SF* (insularum *s*) insulai *L* (*corr. l*) ‖ et *om. F* ‖ 12 tuchidides *ARL* tucydides *SH* duchydides *M* tuchidides *F* ‖ dicit *H* ‖ populos *F* ‖ 15 in galliae finibus *F* ‖ 18 alveos *om. H* ‖ qua] quo *M* ‖ 19 *post* per alterum *in Reginensi spatium relictum est in quo* qua interluit barbaros *scripsit Daniel.* interluit Barbaros *edidit Stephanus: quae puto Servii esse, cui nolim tribui* per alterum qua Dahae populi Scythiae ‖ 21 DAHAE *A* DANAE *S* INDAE *L* (Indomiti dae *l*) INDA *H* INDOMITI DAHAE *M* INDOMITI DACHAE *R* INDOMITE DAHAE *F* ‖ seythiae populi *F* ‖ 22 daui *F*: Dani *Daniel* ‖ armeniae fluuius *F* ‖ quem . . . conscendere *om. MFl* ‖ quem] quae *AH* ‖ 23 xerses *AS* exerses *L* serxes *H* ‖ cui] vel cui *Masvicius.* cui Alexander . . . Araxes *in marg. inf. scrips. l* ‖ 24 ruperant *l* ‖ 25 ad] et *l* ‖ dicit *l*

729. *PER CLIPEVM VVLCANI hic distinguendum: nam 'Vulcani parentis' non procedit.* PARENTIS nunc honoris.

730. RERVM futurarum, quae nondum fuerunt. *IMAGINE GAVDET ignarus erat veritatis, sed triumphorum imagine delectabatur.*

731. *ATTOLLENS VMERO FAMAMQVE ET FACTA NEPOTVM si 'fata' legeris, hoc est, quae nepotes fataliter fecerunt. hunc versum notant critici quasi superfluo et humiliter additum nec convenientem gravitati eius: namque est [eius] magis neotericus.* FAMAMQVE gloriam. NEPOTVM posterorum.

---

2 PARENTIS . . . fuerunt *om. F* || nunc honoris] in aliquibus autem libris ita habetur, Per clypeum Vulcani: hic distinguendum est, nam Vulcani parentis non procedit: nam dona parentis, id est matris accipiendum est *add. Fabricius.* nunc Veneris *pro* nunc honoris *coni. Burmannus. sed nihil mutandum: Servius enim* parentis *ad* Volcani *refert, ideo dicit honoris esse, non cognationis* || 5 legeris *Daniel*: legiri *F* || 6 quae *F*: quod *Daniel* || fatualiter *F* || cretici *F* || 7 superfluo *Daniel*: profluo *F* || humiliter *F*: inutiliter *Daniel* || 8 eius *seclusit Masvicius* || neutericus *F* netutericus *G* || FAMAMQVE . . . posterorum *om. F*

SERVII GRAMMATICI

IN VERGILII AENEIDOS LIBRVM NONVM COMMENTARIVS.

1. ATQVE EA DIVERSA PENITVS DVM P. G. in hoc libro mutatio est rerum omnium: nam et personae et loca alia sunt et aliud negotium incipitur; ab Aenea enim transit ad Turnum, a Tuscia ad Ardeam, a petitione auxiliorum ad bellum. quem transitum quidam culpant, nescientes Vergilium prudenter iunxisse superioribus negotiis sequentia per illam particulam 'atque ea d. p. dum parte geruntur', scilicet dum offeruntur arma, dum dantur auxilia. *'dum' enim cum sit coniunctio, hic tamen adverbii vim obtinet: Terentius mea nihil refert, dum patiar modo.* sane formatus est iste liber ad illud Homeri, ubi dicit per noctem egressos esse Diomeden et Vlixen, cum capto Dolone castra penetrarunt: nam partem maximam et oeconomiae et negotiorum exinde habet. DIVERSA PENITVS valde diversa, id est longius remota, *vel apud Pallanteum vel in Etruria*: unde paulo post ⟨10⟩ dicit 'nec satis, extremas Corythi penetravit ad urbes Lydorumque manum'.

2. IRIM Iris quasi ἔρις dicta est: numquam enim ad conciliationem mittitur, sicut Mercurius, sed ad disturbationem. et est ministra non tantum dearum, sed et deorum: nam praeter Homerum et Vergilius hoc probat, dicens ⟨800⟩ aeriam caelo nam Iuppiter Irim dimisit, germanae haud mollia iussa ferentem.

---

8 Terentius] Eun. II 3, 29 || 16 Iris . . . dimisit] exscr. mythogr. II 6 et Luct. Plac. ad Stat. Ach. I 220. cf. mythogr. III 4, 2 et 6

---

2 nam et aliae personae *vulgo* || 3 incipit *L* || transit *RMF et in ras. l*: traxit *ASH* || tusciam *H* || ad *om. LH* (*add. l*) || 4 peticione *ALM* | 5 uergilium *F* || superioribus negotiis iunxisse *R* || 6 sequentia *om. R* || illam] eam *R* || 8 aduerbis obtinet *F, corr. Daniel. possis et* adverbii locum tenet || 9 ad illa *RF* || 11 penetrarent *ASM* || 13 id est] et *H* || 16 IRIN *ALHM, om. R* || Iris *om. M* || eris *ARLF* || enim *om. AS* || 18 nam praeter homerum *F*: nam praeter deorum *ASRL* (praeter *in ras. l*) nam pater deorum *H* nam praeter dearum *Ml, om. mythogr. II et Stephanus* || 20 irin *L* || dimittit *S* (*corr. s*) demisit *F*

3. AVDACEM AD TVRNVM fortem sine felicitate, sicut de Pallante diximus ⟨VIII 110⟩. *et modo audaciae laus oportuna, quia ad audendum exhortandus est.*

4. PARENTIS PILVMNI Pilumnus et Pitumnus fratres fuerunt dii. horum Pitumnus usum stercorandorum invenit agrorum — unde et Sterculinius dictus est — Pilumnus vero pinsendi frumenti: unde et a pistoribus deus colitur. ab ipso et pilum dictum est. *quidam Pilumnum et Pitumnum Castorem et Pollucem accipiunt: non nulli laudum deos: Varro coniugales deos suspicatur.* SACRATA VALLE ideo 'sacrata', quia, ut diximus ⟨I 441⟩, numquam est lucus sine religione. SEDEBAT ut Asper dicit 'erat', quae clausula antiqua est et de usu remota. secundum Plautum *autem* 'sedere' est consilium capere, qui inducit *in Mostellaria* ⟨V 1, 54⟩ servum dicentem sine iuxta aram sedeam, et dabo meliora consilia. sed secundum augures 'sedere' est augurium captare; namque post designatas caeli partes a sedentibus captantur auguria: quod et supra ipse ostendit latenter, inducens Picum solum sedentem, ut ⟨VII 187⟩ parvaque sedebat succinctus trabea, quod est augurum, cum alios stantes induxerit. ergo 'sedebat' aut erat aut consilia capiebat aut augurabatur. *unde et hic lucus vice aedis sacratae accipi debet: quod plenius illo loco dictum est* ⟨VII 174⟩ *hoc illis curia templum. aut quia in locis sacris sedentes* ⟨*qui*⟩ *consilia habituri erant, curiam in templo haberent: quod Numa cum sciret, Vestae aediculam, non templum statuit, ne ibi senatus haberi posset et ipsa necessitate vir*

---

4 Pilumnus et Pitumnus . . . dictum est] exscr. mythogr. II 183. cf. Isid. or. XVII 1, 3

---

1 de] et *F* ‖ *ad v.* 3 *in marg.* oportuna est hoc loco laus audaciae que ad audendum exhortatur *T* ‖ 2 audaciae] aut latio *F* ‖ 3 audiendum *F* ‖ exortandus *G* ‖ 4 PARENTIS . . . dictum est *om. F* ‖ pitumnus *RLHM* bitumnus *AS*. *ab aliis scriptoribus* Picumnus *vocatur. cf. Preller Roem. Mythol.* I³ *p.* 376 ‖ fuerunt et dii *Masvicius* ‖ 5 bitumnus *Sa* piturum *H* ‖ 6 sterculinius *ASL* sterquilinius *RM* stericulinius *H* ‖ Pilumnus . . . dictum est *post* sacrata *hab. H* ‖ pensende *ASH* (pensendi *a* pinsendi *s*) pensendi *L* ‖ 7 quidam . . . suspicatur *e Turonensi edidit Daniel* ‖ 9 laudum] infantium *Burmannus e scholio ad Aen.* X 76 *adscripto. sed e Varronis* (*d. v. p. R. lib.* II) *verbis a Nonio* (*p.* 528 *M.*) *laudatis* '*infantium*' *deos parum accurate dictos esse apparet quos Varro ipse* '*coniugales*' *appellari docuerit. quod interpres dicit laudum deos a non nullis putatos esse Pilumnum et Pitumnum inde videtur explicandum esse quod veteres a Castoribus, quibuscum illi comparantur, equites in re fortiter gerenda adiuvari crediderunt. cf. Preller Roem. Mythol.* II³ *p.* 300 *sqq.* ‖ 10 ut diximus supra *LF* ‖ 13 monte laria *F, corr. Daniel* ‖ 16 captantur *LM*: captare namque *ASH* optabantur *R* captabantur *F* ‖ 18 succinctus] *om. AH*, sede *M* sua intus *F* ‖ 20 uicae aedis se sacratae accipi debat *F, quocum consentit G, nisi quod* accipiebant *exhibet pro* accipi debat, *quod ipsum Daniel correxit* ‖ 22 qui *add. Masvicius* ‖ abituri *G* ‖ 23 stiret ueste ediculam *G* ‖ 24 templum *om. G* ‖ senatos habere *F, corr. Daniel*

introiret locum. nam et ipsa consilia a sedendo quasi considia dicta sunt; sedentium enim animi tranquilliores fiunt.

5. THAVMANTIAS secundum poeticam Thaumantis filia. ceterum ex admiratione hoc nomen accepit, quae admiratio de eius coloribus nascitur.

6. DIVVM PROMITTERE NEMO 'nemo' pro 'nullus' posuit. et est acyrologia: nam 'divum nemo' non possumus dicere, cum proprie 'nemo' sit 'ne homo'.

7. AVDERET docet per transitum multa interdum temporum ratione provenire, quae numina praestare non possunt: quod etiam paulo post in matris deum petitione Iuppiter probat, dicens ⟨96⟩ cui tanta deo permissa potestas. VOLVENDA pro 'volubilis'.

8. *AENEAS VRBE ET SOCIIS ab occasione. et ostendit quid illi expugnandum sit, quia caret defensore. VRBE urbs ista, quae est † tutam* ⟨VII 157⟩ *ipse humili designat moenia fossa. hanc castrum Laurens ait dici Varro, oppidum tacet. sed ubi primum Aeneas egressus sit, eum locum Troiam nuncupari traditur.*

9. *PALATINI prolepsis est.*

10. NEC SATIS quia occurrebat ab Euandro eum facile posse remeare. CORYTHI PENETRAVIT *ut totam [in] Etruriam peragrasse videatur. Corythi autem* montis Tusciae, qui, ut diximus ⟨VII 209⟩, nomen accepit a Corytho rege, cum cuius uxore concubuit Iuppiter, unde natus est Dardanus. *'penetravit' autem bene, quia supra dixerat 'penitus'.*

---

1 nam . . . dicta sunt] cf. Isid. or. VI 16, 12 ‖ 3 THAVMANTIAS . . . nascitur] exscr. mythogr. II 6 et Luct. Plac. l. l. ‖ 6 nemo . . . ne homo] cf. Charis. p. 96, 15 K. et Isid. or. X 184

---

1 considia] consilia *F* ‖ 2 animi *om. G* ‖ tranquiliores *F. ex verbis quae sunt* unde et hic . . . tranquilliores fiunt *eum qui pleniorem commentarium composuit nihil ab auctoribus suis accepisse puto nisi haec* hic lucus . . . curia templum *et* quia in locis sacris sedentes consilia habere solebant: nam et ipsa consilia . . . tranquilliores fiunt: *illa ad* LVCO (*v.* 3), *haec ad* SACRATA VALLE SEDENTES (*v.* 4) *adscripta fuisse videntur. reliqua ipse e Servianis ad* VII 153 *et* 174 *scholiis addidit · singulae scholii sententiae quam non sint apte inter se conexae nemo non videt.* ‖ 3 poetam *R* poetica *Stephanus* ‖ 4 quae] quia *Burmannus* ‖ 5 nascitur] et Graece θαῦμα dicitur *add. Fabricius* ‖ 8 ne homo *F*: nec homo *reliqui* ‖ 10 peruenire *L* (*corr. l*) ‖ quae . . . possunt] quae numquam praestare possunt *H* ‖ praestare non possunt *om. L* (*add. l*) ‖ 11 improbat *R* ‖ 13 *ad v.* 8 *in marg.* agit ab occasione *T* ‖ 14 quae est tutam] quae est dicta Troia ut *Burmannus. fort.* quae est tutamentis ab Aenea firmata *vel* saepta, ut ipse *e. q. s.* urbs ista, quia est tuta, ut *F. Schoellius* ‖ 15 castrim *F* ‖ 17 traditur *F* traditus* *Daniel* tradit *Masvicius* ‖ 18 prolempsis *F* prolemsis *G* ‖ 20 remeare] ad troiam scilicet quam fecerat in morem castrorum *in marg. add. l* ‖ in *secl. Daniel.* totam ille Etruriam *F. Schoellius* ‖ 21 qui] quia *F* ‖ 23 *ad* PENETRAVIT *supr. vers.* bene dicit penetravit quia supra dixerat penitus diversa parte *T*

11. *LYDORVMQVE MANVM omnia haec ad occasionem faciendi pertinent ex longinquitate, ut dictum est, regionis.*

12. *NVNC TEMPVS a metu.* ARMAT AGRESTES ne ei formidinem iniciat, agrestes esse commemorat.

13. TVRBATA ARRIPE CASTRA aut 'arripe et turba': aut turbata invade per absentiam Aeneae. *'turbata' autem inordinata: aut certe 'turba et arripe'.*

14. *PARIBVS ALIS id est aequalibus. et ostendit aequalem volatum.*

15. *FVGA pro 'veloci reditu'; neque enim fugit.* SECVIT SVB NVBIBVS ARCVM hoc est duxit, ut ⟨VI 899⟩ ille viam secat ad naves. et re vera arcus ipse variis coloribus sectus est. bene autem 'sub nubibus', quia sine nubis beneficio arcus non videtur.

16. AGNOVIT IVVENIS *deest 'eam'. et* Irim tantum agnovit, non et a quo missa esset, utrum a Iove, an a Iunone. hinc est quod dicit 'quis te mihi nubibus actam *detulit in terras'? unde apparet eum scisse nuntiam illam et Iovis et Iunonis esse.*

19. REPENTE item aliud augurium: namque cum Iris sine nubibus non possit videri, post eius abscessum statim est secuta serenitas. CLARA autem bene addidit, quia tempestas τῶν μέσων est.

20. DISCEDERE CAELVM chasma dicit factum, id est subitam aeris disruptionem et quendam recessum: per quod vult videri chasma Irim se recepisse. MEDIVM autem bene dixit; nam est et summum, unde est ⟨I 225⟩ sic vertice caeli constitit. nubes autem in medio sunt, ubi omnia *ista* sunt signa quae dicit, id est Iris, serenitas, chasma: nam si in summo fierent, nullus videre potuisset. humani enim oculi altiorem et nimium splendorem ferre non possunt. sane chasma est, ita enim Plinius vocat, disruptio et quidam caeli recessus. *in auguralibus libris inter ostenta etiam caelum discessisse dicitur. et quidam hic 'caelum' pro aere accipiunt, ut Lucretius* ⟨IV 134⟩ *in hoc caelo qui dicitur aer.*

---

27 Plinius] nat. hist. II § 96

---

4 *supr. vers.* 11 omnia ista ad occasionem faciendi ex longinquitate regionis pertinent *T* ‖ hoccasionem *F* ‖ pertinet *F* ‖ 3 *ad* NVNC T. *supr. vers.* agit a metu *T* ‖ a *om. G* ‖ nei formidini none iniceat *L* (*corr. l*) ‖ 6 invade *om. R* ‖ *ad* TVRBATA *supr. vers.* inordinata *T* ‖ inordinata autem aut certe *F, correxi* ‖ 8 ALIIS *F* ‖ 9 *ad* FVGA *supr. vers.* ueloci reditu *T* ‖ 12 quia] quasi *M* ‖ 13 IVVENIS ... dicit *om. H* ‖ 14 esset] sit *F* ‖ 15 apperet eam *F, corr. Daniel* ‖ 17 Iris] ipsis *F* | 18 post cuius abscissum *F* ‖ 19 addit *H* ‖ 20 DISCENDERE *L* (*corr. l*) DISCINDERE *H* DISCERE *F* ‖ chasma autem *A* ‖ 21 disruptionem] distinctione *H* ‖ secessu *F* ‖ per *om. L* (*add. l*) ‖ uidere *F* ‖ casma irim *A* casmatrim *S* casmatri *H* inter chas marim *F*, Irim *om. R* ‖ 22 nam] irim *a* ‖ 25 fierent *R*: fieret *reliqui* ‖ 26 humani autem *AS* ‖ splendorem *F et exemplaria*: altiorem *ASRHMl* alciora *L*. aetherem et nimbum altiorem *F. Schoellius* ‖ 28 discessus *exemplaria non nulla* ‖ in fulguralibus libris *coni. P. Regell* ‖ ostenta *Daniel*: est emta *F* ‖ discisse *F, correxi*

21. PALANTESQVE POLO STELLAS bene 'palantes', quasi in alienum tempus errore venientes: *aut 'palantes' quae sunt palantes, epitheton stellarum perpetuum.* OMINA TANTA scilicet caelestia. *et haec omina pro signis vel auspiciis posuit.*

22. QVISQVIS IN ARMA VOCAS vel Iuno vel Iuppiter.

24. ONERAVITQVE AETHERA VOTIS iterum atque iterum, *aut alia atque alia* est vota pollicitus. locus autem iste dictus est secundum augurum morem, apud quos fuerat consuetudo, ut si post acceptum augurium ad aquam venissent, inclinati *aquas* haurirent exinde *et* manibus et fusis precibus vota promitterent, ut visum perseveraret augurium, quod aquae intercessu disrumpitur: unde etiam in duodecimo visum augurium non procedit neque sortitur exitum firmum, quia cycnus, dimissus ab aquila, in fluvium cecidit, ut ⟨XII 255⟩ praedamque ex unguibus ales proiecit fluvio. hinc videtur etiam Turnus minime potuisse liberari.

25. IAMQVE OMNIS CAMPIS EXERCITVS IBAT APERTIS intellegamus hunc exercitum primo confuse in campos ruisse, post digestum in ordines, ut sit sequentium fluminum congrua comparatio: quae flumina dicit post camporum inundationem in alveos suos reverti. nam hoc vult dicere: ut de campis flumina in alveos redeunt, sic digesta est in acies militum multitudo, quae fuerat ante diffusa.

26. DIVES EQVVM per genetivum frequentius utimur hac figura, quam per ablativum. *sane hic secutus veteres cuius rei dives addidit, cum alibi subtraxerit, ut* ⟨IV 263⟩ *dives quae munera Dido et* ⟨VII 11⟩ *dives inaccessos ubi Solis filia lucos.*

27. COERCENT cogunt, colligunt, *alias 'continent', alias 'conpescunt'. non nulli 'postrema' pro 'postremas partes' accipiunt.*

29. *SEDATIS AMNIBVS quia Nilus exundat aestate, cum cetera flumina inminutione quieta sunt.*

---

1 in alienum errorem uenientes *AS* (*corr. a*) ‖ 3 perpetum *F* (perpetuum *G*) ‖ OMNIA *ASF* (*corr. a*) ‖ *ad* OMINA T. *in marg.* quasi diceret in campo (*sic*) uocor sequor prouocantem. omina autem hoc loco signa et auspicia debemus intellegere *T* ‖ 4 haec] hic *Masvicius* ‖ 10 et fusis] effusis *F* ‖ vota *om. R* ‖ mitterent . . . aquae *om. RLH* (*in marg. add. l*) ‖ 11 intercessum *F* ‖ 12 in .XI. *M* ‖ non procedit nec sortitur exitum firmum *F*: quod aquae intercessu disrumpitur firmum *Serviani libri, nisi quod* firmum est *RM* firmum non est *l* ‖ 15 hic *M* ‖ turno *H* turnum *F* ‖ liberare *H* ‖ 18 sequentium in fluminum *ASH* (in *del. a*) ‖ 19 suos . . . alveos *om. F* ‖ 20 alveos suos *vulgo* ‖ 26 diues incesso rubi solis et rtq. *G* ‖ 27 colligunt *om. H* ‖ *ad* COERCENT *supr. vers.* cogunt colligunt interdum significant (*sic*) continent et interdum compescunt *T* ‖ 28 *ad* POSTREMA *supr. vers.* id est postremas *T* ‖ 29 *ad* SEDATIS A. *supr. vers.* quietis quia nilus aestate exundat cum . . . sunt *T*

30. ALTVS PER TACITVM GANGES fluvius Indiae est, qui secundum Senecam in situ Indiae novem alveis fluit, secundum Melonem septem: qui tamen et ipse commemorat non nullos dicere, quod tribus alveis fluat. Vergilius tamen, Nilo eum iungens, septem alveos habere significat. hanc varietatem Donatus fugiens longum hyperbaton facit, dicens 'ceu surgens septem amnibus Nilus aut Ganges'. ALTVS PER TACITVM sane bene addidit 'per tacitum altus', hoc est per profundam altitudinem; nam licet crescat, intra ripas tamen est, nec, *ut Nilus*, superfunditur campis; unde Asper distinxit 'altus per tacitum'. *et bene agmen exercitus flumini conparavit, quia et fluviorum agmina ipse dicit* ⟨II 782⟩ *leni fluit agmine Thybris.* PINGVI FLVMINE NILVS Nilus dictus est quasi νέαν ἰλύν, hoc est novum limum trahens: quod volens exprimere dixit 'pingui flumine', id est fluore, quae res fecundam efficit terram: quod et ipse in georgicis ⟨II 187⟩ ostendit dicens liquuntur montibus amnes felicemque trahunt limum item et viridem Aegyptum nigra fecundat harena.

31. *CVM REFLVIT CAMPIS hoc est a campis rediit; tunc enim omnia ora eius apparent: alias, cum abundat, una eius facies est.*

34. *AB ADVERSA castris opposita, an venienti agmini?* QVIS GLOBVS id est quantus: admirantis enim est, non interrogantis; nec enim interrogat qui nuntiat.

37. HOSTIS ADEST hic distinguendum, ut 'heia' militum sit properantium clamor. et est Ennianum, qui ait heia machaeras. ergo 'heia' ingenti clamore dicentes ad portas ruebant. alii 'hostis adest, heia' legunt. *alii 'heia' non a persona ad personam dictum putant, sed ipsum poetam quasi actu rei et imaginatione exclamasse.*

1 secundum Senecam in situ Indiae] fragm. 11 ap. Has. III p. 420 ‖ 12 Nilus . . . fecundam efficit terram] cf. Isid. or. XIII 21, 7 ‖ 16 et] georg. IV 291 ‖ 24 Ennianum] ann. v. 585 ap. Vahl. p. 85

2 fluit . . . alveis *om. R* ‖ Melam *Masvicius. cf. Mel.* III 7, 68 ‖ 3 quod tantum tribus alveis *Fabricius* quod tribus tantum alveis *Masvicius* ‖ 4 uergilius *F* ‖ 7 addit *H* ‖ 8 per *ante* profundam *om. F* ‖ crescant *RH* ‖ 9 nec ut nilus *F*: nec iussu *A* nec ius *S* nec tacitum ius *RLH* (*del. l*), *om. M. fortasse* intra ripas tamen est taciturnus nec superfunditur campis ‖ distinxit] dixit *R* ‖ 10 et *om. G* ‖ exitus *G* ‖ 11 agmina thyibris *F* ‖ 12 neanei aʏɴ *AS* nean ᴇʏʟᴀɪɴ *R* neaneylin *L* neane iacin *H* ɴᴇᴀɴᴇɪʟᴀʏɴ *M* ɴᴇᴀɴᴇɪʟᴀʏɴ *F* ‖ 15 linquuntur *L* lincuntur *H* ‖ 19 aparent *F* ‖ habundat *F* ‖ 20 *ad* ADVERSA *supr. vers.* castris opposita siue ab agmine ueniente *T* ‖ agmini *G* agmmine *F, sed* ne *add. man. rec.* ‖ 23 eia *Rl* ea *L* ‖ 24 annianum *R* enniarum *H* iniarum *F* ‖ ait] it *AS* arc *H* ‖ eia *ASRHl, om. L* ‖ macheras *libri, nisi quod* machera *F* ‖ 25 eia *RF* ‖ portam *R* ‖ *ad* HEIA *supr. vers.* quidam heia non a persona ad personam dictum uolunt sed ipsum poetam sub imaginatione actae rei exclamasse *T* ‖ a] ad *F* ‖ a persona *om. G* ‖ 27 quasi hactu rei et maginatione (magnatione *G*) et clamasse *F*. quasi tactum rei imaginatione *F. Schoellius* quasi in actu rei et imaginatione *vel* quasi in actae rei imaginatione *ego*

39. NAMQVE ITA DISCEDENS PRAECEPERAT excusatio Troianorum, ne portas clausisse timore viderentur. OPTIMVS ARMIS peritus armorum, dux egregius, qui et futura provideret.

40. SI QVA INTEREA FORTVNA FVISSET scilicet bellicus casus.

42. *TVTOS SERVARENT AGGERE MVROS id est tutos beneficio aggeris muros.*

43. PVDOR IRAQVE MONSTRAT licet eos hortaretur ira et pudor.

44. *OBICIVNT obices ponunt, vel obicibus muniunt, et per hoc claudunt. FACESSVNT hic 'faciunt', alias 'discedunt', ut illa hinc facessat.*

45. *TVRRIBVS pro 'in turribus'.*

46. TARDVM AGMEN peditum dicit, qui equitum comparatione tardi sunt.

47. VRBI Troiae, quam fecerat Aeneas castrorum in morem.

48. MACVLIS QVEM THRACIVS ALBIS *figura: maculas albas habens. et* nove albas maculas dixit, cum proprie macularum haec sit natura, ut obscuritate sua album aliquid infuscent.

49. CRISTAQVE TEGIT GALEA AVREA RVBRA *pro 'galea cristas habens rubras'. sed* duo ablativi sunt et duo nominativi, quos metrica ratione discernimus; nam 'rubra crista' longae sunt ultimae, quia ablativi sunt casus. sane huius modi versus pessimi sunt.

51. *EN AIT eclipsis festinationis exprimendae gratia: quidquid enim addideris sensus admittet.*

52. PRINCIPIVM PVGNAE hoc de Romana sollemnitate tractum est. cum enim volebant bellum indicere, pater patratus, hoc est princeps fetialium, proficiscebatur ad hostium fines, et praefatus quaedam sollemnia, clara voce dicebat se bellum indicere propter certas causas, aut quia socios laeserant, aut quia nec abrepta animalia nec obnoxios redderent. et haec clarigatio dicebatur a claritate vocis. post quam clarigationem hasta in eorum fines missa indicabatur iam pugnae principium. *post tertium autem et tricesimum*

9 illa] Ter. Phorm. IV 3, 30. cf. Serv. ad Aen. IV 295

1 DESCEDENS *L* DESCENDENS *H* || 2 uideantur *H* || 4 *schol. ad v.* 40 *om. F* || scilicet et bellicus casus *AS* || 5 *ad* TVTOS S. A. M. *supr. vers.* beneficio aggeris seruarent tutos muros *T* || AGGE *G* || aggeres *F* || 6 muros *om. G* || 8 *ad* OBICIVNT *supr. vers.* obices ponunt vel obicibus muniunt *et ab alia manu* claudunt obstruunt *T* || claudunt] ludunt *F* || 9 *ad* FACESSVNT *supr. vers.* faciunt implent *T* || 14 *ad* MACVLIS Q. T. A. *supr. vers.* id est maculas albas habens *T* || figura (figuras *Daniel*) maculis albas habens *F*, *correxi* || 15 hoc sit macularum *R* haec sit macularum *L* || natura] *om. RL* (*add. l*), macularum *H* || 17 *ad* CRISTAQVE T. G. A. R. *supr. vers.* tegit illum galea cristras rubreas (*sic*) habens *T* || 18 rubans *F* || 19 crista rubra *R* || 21 *ad* EN A. *supr. vers.* eclipsis est festinationis exprimendae gratia facta *T* || 28 reddiderant *Stephanus primus* || a claritate vocis *om. R* || 30 principium pugnae. hasta in hostium fines missa indicabatur principium pugnae post tertium autem et tricesimum diem . . . primamque deorum tellurem *hab. T* || tricisimum *F* (*corr. man. rec.*)

diem quam res repetissent ab hostibus, fetiales hastam mittebant. denique cum Pyrrhi temporibus adversum transmarinum hostem bellum Romani gesturi essent nec invenirent locum, ubi hanc sollemnitatem per fetiales indicendi belli celebrarent, dederunt operam, ut unus de Pyrrhi militibus caperetur, quem fecerunt in circo Flaminio locum emere, ut quasi in hostili loco ius belli indicendi implerent. denique in eo loco ante aedem Bellonae consecrata est columna. Varro in Caleno ita ait duces cum primum hostilem agrum introituri erant, ominis causa prius hastam in eum agrum mittebant, ut castris locum caperent. ergo bene hoc poeta de more Romano tractum Turno utpote duci dedit. sed in hac consuetudine fetialis, qui bellum indicebat, antequam hastam iaceret, etiam terram hostium contestabatur: unde quidam volunt Aenean scientem quod bellum gesturus esset, sicut a sibylla cognoverat, ubi ad Italiae partem debitam venit, primum adorasse terram, ut ⟨VII 136⟩ *geniumque loci primamque deorum Tellurem.*

53. CLAMOREM EXCIPIVNT SOCII legitur et 'clamore'. si 'clamore', sensus erit talis: hastae iactum socii clamore comitantur; si 'clamorem', intellegimus Turni eos clamorem excepisse *et cum fremitu eum secutos esse, id est excipiunt clamorem Turni* et cum fremitu eum sequuntur.

54. INERTIA CORDA non re vera, sed sicut hostibus videbatur.

56. *ARMA VIROS vehementius 'viros' pronuntiandum. CASTRA FOVERE veteres 'fovere' pro 'diu incolere' vel 'habitare' dicebant.*

57. ADITVMQVE PER AVIA QVAERIT etiam per avia. sane exprimitur Turni violentia; nam viam per avia nullus requirit.

59. AD CAVLAS munimenta et saepta ovium. est enim Graecum nomen 'c' detracto: nam Graeci *αὐλάς* vocant animalium receptacula.

---

7 Varro in Caleno] Riese p. 247 || 26 munimenta . . . receptacula] exscr. Isid. or. XV 9, 6

---

1 feciales *F* || 2 pyrri *F* || 3 hubi *F* || sollēnitate itatem *F* || fitiales *F* (*corr. man. rec.*) || 4 celebrent *F* || pyrri *F* || 5 flāminio *T* flumineo *F* (*corr. man. rec.*) || ut] āt *F* || 6 ante edem *T*: antea dem *F* ante pedem *Daniel* || 7 columna] bellone *add. T* || in calencita ait *F* || 8 introituri erant *T*: introitum rerant *F* introitum ierant *Daniel* || omnis *F* || 9 mitebant *F* || 10 bene] be *F* || duce *FT*, *corr. Commelinus* || 11 hoc *F* || 12 unde quidam uolunt scienter aeneam fecisse qui cum bellum gesturus esset . . . primum adorauerit terram . . . tellurem *T* || 13 sybilla *F* || 17 actum *H* || 19 eum *ego*: eos *F* || secutos *Daniel*: secutus *F* || 20 sequuntur] secutos *l. ceterum verba quae sunt* et cum fremitu . . . Turni *Servii esse videntur et a librario aliquo a priore* et cum fremitu *ad alterum aberrante omissa* || 21 non] nam *R* || 22 *ad* VIROS *supr. vers.* uehementer in hoc loco pronuntiandum est uiros, *ad* FOVERE *in marg.* fouere ueteres pro incolere et . . habitare ponebant sicut . . . *T* (*ante* habitare *duae litterae evanuerunt. post* sicut *quid olim scriptum fuerit hodie non potest cognosci*) || 23 inicolere *F* || vel] et *Daniel* || ducebant *F*, *corr. Commelinus* || 25 per avia] peruiam *H* || querit *L* || 26 enim] autem *F* || nomen *om. AS* || detracto] adiecto *R* tracto *L* (*corr. l*) nātracto *H* || aulas *libri*

unde in sacris aedibus et in tribunalibus saepta, quae turbas prohibent, caulas vocamus.

60. NOCTE SVPER MEDIA ultra mediam noctem, id est *plus quam media, vel* maiore eius parte. et est bona elocutio, facta per syllepsin, ut si dicas 'legi nocte super media', id est ultra mediam noctem; nulla enim syllepsis est, quae non et casum mutet, et egeat subauditione, ut ⟨285⟩ hanc ego nunc ignaram huius quodcumque pericli.

61. *INPROBVS IRA non 'ira inprobus', sed 'ira saevit': totum autem summa brevitate narratum.*

62. SAEVIT IN ABSENTES fantasiam saevitiae expressit, qua lupi sic circa caulas fremunt, ut in ipsis animalibus solent.

63. EX LONGO RABIES absoluta elocutio, ut si dicas 'ille fame fatigatur ex longo'. *SANGVINE pro 'a sanguine'.*

66. ET QVA VIA CLAVSOS 'qua' adverbium loci est, non pronomen: nam non stat versus, si 'via' septimus sit, non nominativus. ergo 'qua via' per quam partem via vallo Troianos excutiat. legitur tamen 'et quae via', et est sensus absolutior.

67. *EFFVNDAT IN AEQVVM in planum, in campum.*

70. *INVADIT SOCIOSQVE INCENDIA POSCIT OVANTES hysteroproteron, ut aviditatem iuvenis ostenderet. 'incendia' autem pro materia, ex qua incendia sequuntur: et videtur eventum posuisse.*

72. *TVM VERO ut signum incendendarum navium datum est.*

73. FACIBVS PVBES ACCINGITVR ATRIS *pro 'ad faces accingitur', ut sit dativus, ut* ⟨II 235⟩ *accingunt omnes operi: aut 'accingitur'* armatur, instruitur *facibus.*

74. *DIRIPVERE FOCOS quaeritur, quid ibi faciant foci. sed in carminibus quaedam nec ad subtilitatem nec ad veritatem exigenda sunt.*

---

1 tibunalibus *F* ‖ 2 caulas *Salmasius exercit. Plin. p.* 647: clausas *F* aulas *Daniel. sciens videtur monachus aliquis* clausas *pro* caulas *posuisse* ‖ 3 *ad* NOCTE S. M. *supr. vers.* plus media nocte *T* ‖ 4 parte] transacta *additur vulgo* ‖ facta *om. LH* ‖ 5 sinlempsin *A* sinlemosin *S* silempsin *R* silensin *L* syllempsin *H* sylempsin *M* sillempsin *F* ‖ 9 irāꝑbus *F* ‖ 11 fantasiā n̄rę saeuitiae *R* fantasia nr̄a euitae *H* ‖ qua] quia *RF* ‖ 12 solet *RF* ‖ *ad* solent *in marg. haec add. l*: hoc dicit: sicut lupus ueniens ad caulas ouium fremit et audiens agnos exercere balatum, seuit in ipsos absentes, tamquam inter illos sit, non aliter infiammantur irae in turno lustranti et muros et castra. ‖ *ad* FATIGAT *supr. vers.* instigat cogit *T. cf. Non. p.* 304, 8 *M.* ‖ 13 soluta *R* ‖ 15 est loci *AS* ‖ 17 per quam partem uia *F*: p. q. p. uiam *ASH* p. q. p. uiae *RLMa* ‖ extiat *F* ‖ 18 quae] qua *H* ‖ 19 EFFVDAT *F* ‖ *ad* IN AEQVOR *supr. vers.* in planum campum ‖ 21 *ad* INCENDIA *supr. vers.* non re uera incendia sed materiam *T* ‖ 22 sequitur *F, corr. Daniel* ‖ etentum *G* ‖ 23 *ad* TVM V. *supr. vers.* ut signum datum est incendendarum nauium *T* ‖ 24 FACIBVSQVE ACCINGITVR ATRIS *libri Serviani* ‖ *ad* FACIBVS *supr. vers.* pro ad faces *T* ‖ accigitur *F* ‖ 25 dauus *F* ‖ 26 instruitur] Atris quasi letiferis: nam faces ardentes sunt *add. Fabricius* ‖ 27 faci *F, corr. Daniel*

aut certe 'focos', quos ibi habere potuerunt. PICEVM FERT FVMIDA LVMEN sordidior enim *in* taedis et ignis et fumus est.

76. QVIS DEVS O MVSAE quia res deorum est et ardua, ideo per se eam non potest dicere. hic autem gloria Turni latenter ostenditur, cuius vis nisi a numinibus repelli non potuit. *TEVCRIS aut detraxit praepositionem 'ab', ut sit 'ab Teucris'; aut 'Teucris' in honorem salutemque Teucrorum incendia classibus avertit.*

78. PRISCA FIDES FACTO SED FAMA PERENNIS omnis antiquitas difficile pura et incorrupta manat in posteros. hoc enim dicit: factum hoc licet priscum sit, id est antiquum, tamen fama eius non est oblitterata temporis vetustate. *alii sic intellegunt: fabulosum est quidem, sed fides eius rei penes priscos est: eius enim rei, cuius auctorem facere noluit, sic ordinem protulit. alii: iam quidem evanuit fides, hoc est nemo credit factum, adhuc tamen fama vivit et dicitur. 'prisca' autem 'fides' ἀξιοπιστία, quasi non sit facta historia.*

79. QVO PRIMVM hoc est 'in initio'; non enim secundo factae sunt naves apud Idam ab Aenea. FORMABAT id est formare cogitabat; non enim in Ida, sed apud Antandrum factae sunt. *et bene PHRYGIA IN IDA, quia et in Creta est alia Ida, ut* ⟨III 105⟩ *mons Idaeus ubi et gentis cunabula nostrae.*

80. ALTA PELAGI absolutum est, ut 'lata camporum'.

81. IPSA DEVM FERTVR GENETRIX figmentum hoc licet poeticum sit, tamen quia exemplo caret, notatur a criticis: unde longo prooemio excusatur. nam ideo et prisca ratione religionis et Iovis beneficio dicit esse perfectum, ut naves mutarentur in nymphas, quo vel aliqua ex parte possit esse verisimile. *sane quidam 'fertur' reprehendunt, quod dicendo auctoritatem rei detraxerit. alii laudant, quod dicendo 'fertur' incredibili rei auctoritatem dare noluerit.* BERECYNTIA mater deum a monte Phrygiae Berecynto, cuius ultima

---

1 hibi *F* ‖ 2 ex tedis *Ml* ‖ 3 et *om. Fa* ‖ 4 tanta *L* (t latenter *superscr. l*) litante *H* ‖ 6 *ad* INCENDIA T. *supr. vers.* aut a teucris auertit aut in honorem et salutem teucrorum de classibus auertit incendia *T* ‖ ut si *F* ‖ 9 manet *S* manuaut *R* ‖ postera *F* ‖ hoc . . . dicit] ergo hoch (*sic*) dicit *F* ‖ 10 non est fama eius *AS* ‖ 11 temporum *F* ‖ *ad v.* 78 *in marg.* quidam hoc sic intellegunt fabulosum est quidem sed eius rei fides penes priscos est non nulli autem euanuit quidem fides id est nemo credit factum sed adhuc fama uiuit *T* ‖ 12 rei] ei *F* ‖ *an* cuius se auctorem? ‖ 13 iam] tam *F* ‖ 15 axiopistia *F* ‖ ficta *Bentleius apud Hedicke Varia p.* 7 facta historica (*scil.* fides) *F. Schoellius* ‖ 16 in *om. LF* ‖ secundae *R* ‖ 17 formare cupiebat t cogitabat *L* forma t recogitabat *H* ‖ 19 frigia *F* ‖ 20 nostra *F* ‖ 23 creticis *RLF* priscis *Masvicius e Regio codice* ‖ 26 *ad v.* 81 quidam reprehendunt cur dixit fertur quod auctoritatem rei detraxit. alii laudant quod in re incredibili noluit auctoritatem dare *T* ‖ 27 repdunt *G* ‖ 28 incredibi *F* incredibile *G* ‖ 29 BERECYNTHIA *AS* BERECHINTIA *R* BERECINTIA *Lm* BERECINTHIA *HM* VERECYNTHIA *F* ‖ berecyntho *A* berechinto *R* berecinto *L* uerecincto *F* ‖ cuius *F*: quibus *Serviani libri*

syllaba caret aspiratione, quam addimus quotiens montem Deli Cynthum dicimus. est autem tenuis ista discretio, quibus nominibus subtrahi debet aspiratio: nam ecce Ripaei, montes Arcadiae, non scribuntur cum aspiratione: quam addimus cum Riphaeos, montes Scythiae, significamus.

82. DA NATE PETENTI ac si diceret, ei quae iubere debuerat. *et dicendo 'nate' et 'parens' iteratione auxit adfectum.*

83. DOMITO TE POSCIT OLYMPO videtur hoc dicere: praesta ei, cuius beneficio servatus ad Olympi regna venisti. Saturnus enim cum omnes consumeret filios, Iovem solum esse non potuit, celatum matris auxilio. 'domito' ergo 'Olympo' in tuas scilicet leges per beneficium meum mundo redacto. *sane haec narratio tertii libri erat, sed dilata est, ut hic oportunius redderetur, aut ne bis idem diceretur: potest ergo aut κατὰ τὸ σιωπώμενον videri, aut hysteroproteron.*

84. PINEA SILVA MIHI congrue: nam pinus in tutela est matris deum.

85. IN ARCE FVIT SVMMA hoc est apud Gargara, quae dicta sunt quasi cara caros, id est caput capitis, altitudinis altitudo: cara est enim κεφαλή. Gargara autem sunt montis Idae cacumina, propter quod dixit 'in arce summa'. *sane et hic locum sacratum ostendit. et 'pinea silva lucus fuit' tale schema est ut nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes feminino plurali femininum singulare iungitur, item neutrum singulare, ut ite meae, quondam felix pecus, ite capellae, aut duobus femininis pluralibus masculinum singulare, ut* ⟨XII 336⟩ *Iraeque Insidiaeque, dei comitatus.* QVO SACRA

17 Gargara . . . *κεφαλή*] cf. Luct. Plac. in Stat. Theb. I 549 ‖ 21 nec tamen] buc. I 57 ‖ 23 ite meae] buc. I 74

1 quotienscumque *F* ‖ 2 cinthum *ALH* chinthum *R* canthum *F* ‖ 3 debeat *MF* ‖ riphei *ASH* ripei *RLM* rifei *F* ‖ non] montes *ASH* ‖ 4 cum] quam *F* ‖ quam] quod *M* ‖ rephaeos *F* ‖ 7 *ad* TVA CARA PARENS *supr. vers.* cum dixit nate et cara parens auxit affectum *T* ‖ 9 cuius *om. ASH* (*add. a*) ‖ beneficia *AS* (*corr. a*) beneficiis *L* beneficios *H* ‖ 10 filios] suo (*lege* suos) *add. F* ‖ Iovem . . . auxilio] iouis solus esse potuit celatus matris auxilio *H* ‖ esse] absumere *add. F* ‖ 11 in tuasilicet lege *L* (*corr. l*) ‖ 12 tertii *scripsi Burmannum secutus qui haec adnotavit 'puto respici ad initium lib.* III *ut pro* II *legendum est':* tunc II *F* tunc hɪɪ *G* ‖ erant *G* ‖ 14 cata to siopomenon *F* ‖ 15 matris deum est *F* ‖ 18 cara caras *S* *κάρα κρατός vulgo* ‖ cara] caric *R* ‖ 19 ΚΕΦΑΑΗ *M* ΚΕΦΛΗ *F* ‖ 20 dicit *R* duxit *H* ‖ *ad* LVCVS *supr. vers.* id est consecratus locus id est in summa religione *T* ‖ 21 ut *om. Daniel* ‖ 22 palumbes] ubi *add. Daniel* ‖ feminium *F* ‖ singulare iungitur . . . comitatus] *sic locum constitui* singiṝ aeneae quodam felix pecus aut duobus feminis pluralibus masculinum singulare que deico mitatus *F* singulare iungit. Et Ite meae quondam felix pecus, ubi duobus foemininis pluralibus neutrum singulare que dei comitatus* *Daniel, quem Masvicius secutus est, nisi quod* ite capellae *post* pecus *addidit et* que dei comitatus *omissis* neutrum singulare respondet *scripsit* ‖ 25 *scholium ad* QVO S. F. *post* quod est prius (*v.* 87) *hab. F* ‖ *ad* QVO S. F. *supr. vers.* scilicet friges *T*

ferebant non addit qui, sed intellegimus Phrygas: item ⟨III 106⟩ *centum urbes habitant magnas, id est Cretes. et bene arbores consecravit quibus inmortalitatem petitura est.*

86. NIGRANTI PICEA 'nigranti' umbrosa. et 'picea' arboris genus est, unde pix desudat. harum autem secundum Plinium quinque sunt species, sicut etiam supra ⟨VI 180⟩ diximus.

87. HAS EGO non 'trabes', nam de acere naves non fiunt: unde melius arbores intellegimus, referentes ad piceas vel pinos. sane notandum trabes *eum dixisse de arboribus, cum non dicantur trabes,* nisi iam caesae et compositae. *abutitur ergo eo quod posterius est pro eo quod est prius.* CLASSIS EGERET *pro 'classe', genetivus pro ablativo. et* iusta Aeneae petitio, et concedentis benignitas numinis exclusit piaculum: nam his remotis sacrilegium committeretur. *ideo addidit 'laeta dedi'.*

88. TIMOR ANXIVS aut perpetuum est timoris epitheton: aut certe verum timorem voluit significare, ut separaret ab eo qui ex cupiditate nascitur prosperorum, ut ⟨V 137⟩ exultantiaque haurit corda pavor pulsans.

89. *SOLVE METVS id est meos.*

91. PROSIT NOSTRIS IN MONTIBVS ORTAS bona brevitate detraxit et 'his' et 'esse'; nam plenum est 'prosit his ortas esse in montibus nostris': quod fecit elocutionis causa. *sane hic ostendit quod supra arcem dixit pro monte. et bene 'ortas', ut sensum quendam navibus daret, verbum de origine commoda.*

92. TORQVET QVI S. M. *aut* sustinet, *aut nutu suo* regit.

93. QVO FATA TRAHIS ostendit fata posse aliquatenus trahi, non tamen usquequaque. hinc enim dicit 'quo', id est ad quam rem. PETIS ISTIS id est pro istis; nam sic dicimus 'peto tibi', id est pro te. *aut 'istis' utrum precibus, an navibus?*

95. FAS HABEANT ius; nec enim possunt aeterna esse quae ab hominibus facta sunt: Horatius debemur morti nos nostraque. nam sicut animi facta inmortalia sunt, ita corporis pereunt: Sallu-

---

5 Plinium] nat. hist. XVI § 38 sqq. || 31 Horatius] a. p. 63 || 32 Sallustius] cf. Iug. 2, 2

---

1 addi *F* || 3 petura *F* || 7 acerte *H* || 8 pinus *F cf. Neue Formenl.* I² *p.* 515 || 9 eum . . . trabes *Servii sunt* || trabes] non dici *add. M,* non *add. l* || 10 caesae] sint *vulgo additur* || et diu compositae *l* || 11 genitivus *Daniel*: sed datiuus *F* || 17 prosperitate *L* prosperitatis *l* || 19 *ad* METVS *supr. vers.* scilicet meos *T* || 24 dare *F* || commodi *G. fort.* verbum de origine animantium commodavit || 25 regit *om. L* || 26 TRIHIS *H* VOCAS TRAHIS *F* || 29 istis utrum *Daniel*: sistis utrumque *F* || 31 nos *om. ARLH* (*add. l*) || 32 animae *LM* || ita . . . inmortalia sunt *om. LH* (*add. l*)

stius ceterum studia omnia nostra, sicuti anima, inmortalia sunt. CERTVSQVE INCERTA PERICVLA LVSTRET AENEAS *securus dubia temptet. et* hoc dicit: casibus licentiam haec petitio vult adimere. nam Aeneas sorte qua homo est, navigationis debet timere periculum: quod perit, si eius navibus aeternitas detur.

96. CVI TANTA DEO PERMISSA POTESTAS 'cui' ac si diceret 'ne regi quidem deorum'. *'permissa' autem data, ut hoc possit praestare.*

97. DEFVNCTAE liberatae, ut ⟨VI 83⟩ o tandem magnis pelagi defuncte periclis. PORTVSQVE TENEBVNT nautico usus est verbo, cum de navibus diceret.

98. QVAECVMQVE hic ostendit aliquas esse perituras. EVASERIT VNDIS de undis exierit, cum venerit ad eum locum, de quo navigatura iam non sit. alii legunt 'evaserit *undas'; quod si est, intellegimus 'quaecumque evaserit* undarum periculum'.

100. MORTALEM ERIPIAM FORMAM bene dixit 'mortalem': nec enim potest fieri ut eadem res et mortalis sit et inmortalis; *sed ut sit inmortalis,* ante est ut desinat esse mortalis.

101. QVALIS NEREIA DOTO non dixit 'tales erunt': sic supra ⟨II 223⟩ qualis mugitus, fugit cum saucius aram taurus.

104. PER PICE TORRENTES ardentes: et est figmentum poeticum.

105. *TOTVM NVTV TREMEFECIT OLYMPVM Homericum est μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.*

106. ADERAT PROMISSA DIES promissum tempus advenerat.

107. TVRNI INIVRIA scilicet, quam inferebat. et modo 'iniuria' est *ἀδίκημα,* id est iniustitia. hinc est apud comicos iniurius qui audet aliquid contra ordinem iuris. et bene 'iniuria', quia et contra necessitatem fati, *quod Troianos ad Italiam venire conpulerat,* et contra rationem foederis bella commoverat. *alii 'iniuria' violentia accipiunt.*

109. NOVA LVX *hoc est repentina,* id est nimbus deorum: quod

---

22 Homericum] Il. I 530. cf. Macrob. Sat. V 13, 22 || 25 iniuria est iniustitia . . . iuris] exscr. Isid. or. V 26, 10

---

1 inmortalia sunt sicuti anima *R* || 2 *ad* CERTVS securus, *ad* INCERTA dubia *supr. vers. T* || 3 licentia *F* || 4 qua] quia *H* || 7 ne regi *H*: nec regi *ASRMl* ne egi *L* nerigi *F* || permisso *F* || 13 cum venerit *om. F* || 14 nauigandum *R* nauigatur *H* || undas . . . evaserit *Servii sunt* || 17 sed ut sit inmortatis *Servii sunt* || 19 DOTA *F* CLOTO *l* || talis *F* || erunt] sed intellegendum est scilicet *add. l* || 23 ΕΛΕΛΙΖΕΝ ΟΛΙΜΙΤΟΝ *F* || 24 *schol. ad* ADERAT P. D. *om. F* || 26 ΔΑΙΚΗΜΑ *A* ΑΔΙΚΝΜΛ *H* ΑΔΙΚΗΜΑ *M* || 27 quia] *om. ASRLH,* nam *Stephanus* || 28 fati *RM*: faci *ASLH* || fati quod Troianos *Commelinus*: factque troianos *F* fas ēē q; troianos *G* fati Troianos *Daniel* || conpulerant *F* || 29 rectionem *F*

ipse paulo post dicit. *in secundo* ⟨616⟩ *nimbo effulgens. et hic 'lux' proprie, aliter postea* ⟨728⟩ *continuo nova lux oculis effulsit.*

110. *NIMBVS lumen, quod capita deorum ambit.*

113. NE TREPIDATE pro 'ne festinetis'. et per hoc significatur ideo ad navium defensionem egressos non esse Troianos, quia numen vetavit.

115. *QVAM SACRAS DABITVR PINVS fabula talis est: Attis, puer speciosus, cum matris magnae praeesset sacris, a rege civitatis suae adamatus est; sed cum intellegeret vim sibi a rege instare, clam in silvas profugit. cum ergo inventus vim sibi videret inferri, verenda stupratoris abscidit, qui moriens eandem ipsam partem corporis puero abscidit. quem semianimem sub pinu latentem cum invenissent antistites matris magnae, perlatum in templum deae frustra conati reficere, defunctum sepelierunt. cuius ut perpetua maneret memoria, mater magna instituit, ut quotannis in sacris suis plangeretur, pinumque arborem, sub qua iacuerat, tutelae suae adscripsit, et effecit ut cultores sui viriles sibi partes amputarent, qui archigalli appellantur.*

116. ITE DEAE PELAGI alii hucusque volunt matrem deum locutam: *prope enim videtur absurdum ipsam indicare quae sit, cum iam nymphis et audientibus utique et videntibus dicat.* alii iungunt 'genetrix iubet': *et putatur melius, quia postea ait* ⟨X 220⟩ *quas alma Cybebe numen habere maris nymphasque e navibus esse iusserat.*

121. *OBSTIPVERE ANIMI RVTVLIS hoc est Rutulorum; dativus pro genetivo.* OBSTIPVERE RVTVLI timuerunt *ergo* Rutuli, timuit Messapus, numinis *marini* filius, *qui utique fiducia patris et sui nihil ex mari timere debuerit, vel certe* ⟨VII 692⟩ *quem neque fas igni cuiquam nec sternere ferro;* timuit Tiberis. per hos autem gradus, *id est Rutuli, Messapus, amnis,* maior Turni designatur audacia. tale est et in quarto ⟨529⟩ at non infelix animi Phoenissa.

122. ET AMNIS RAVCA SONANS licet antiquitas habuerit 'hic' et 'haec amnis', melius tamen est accipere 'rauca sonans' pro 'rauce', quam 'rauca amnis'.

---

4 NE TREPIDATE pro ne festinetis] cf. Non. p. 408, 5 M.

---

1 effulgens] . . . . legens *F* (*quinque fere litterarum spatio relicto*) legen *G* || 3 abyt *F*, ambit *Daniel, qui addidit* ut saepe dixi: *quod nescio unde petitum sit* || 6 uetuit *RF* || 8 a rege *Daniel*: a gere *F* || 9 a rege . . . vim sibi *om. G* || clam] quasdam *Daniel* || 11 ipsa paritem *G* || 12 semanimem *G* || antistes *F*, *corr. Daniel* || 15 quodannis *F* || 17 ampotarent *F* || apellantur *G* || 19 eum iam nemphus *F, corr. Daniel* || 21 quia *Daniel*: que *F* || 26 fidutia *F* || et *haud scio an secludendum sit* || nihil et mari *F, corr. Daniel* || 27 fas] stas *F* || 28 timuit] etiam *add. Daniel* || 29 Messapi *Daniel* || amius *F* || talis *F*

123. REVOCATQVE PEDEM TIBERINVS AB ALTO nunc ipsum deum territum dixit: supra, undas fuisse perterritas et in se repressas.

124. *AVDACI TVRNO ecce ubi confirmat epitheton, quod Turno semper inponit. et hoc colore futuram orationem ostendit.*

125. ANIMOS TOLLIT DICTIS magnanimitatem suam, *quia ipse non terreatur,* conprobat dictis. tale est *et* illud e contrario ⟨VIII 223⟩ turbatumque oculis. *potest tamen accipi, eorum animos tollit, qui erant territi: et hinc 'increpat'.*

126. TROIANOS HAEC MONSTRA PETVNT *id est* appetunt, *hoc est ad Troianorum pertinet damnum,* ut ⟨I 717⟩ reginam petit. IVPPITER IPSE scilicet qui omnibus praestare consuevit: unde et Iuppiter dictus est, quasi iuvans pater. ergo 'auxilium solitum' non circa Troianos accipimus, sed quod ipse *omnibus* praestare consuevit. *alii 'auxilium solitum' auxilium fugae accipiunt.*

127. NON TELA NEQVE IGNES EXSPECTANT RVTVLOS non expectant Troiani ut Rutulorum telis aut ignibus pereant, qui iam navium amissione perierunt.

128. MARIA INVIA TEVCRIS color est: nam rem quam pro se Troiani putabant, in contrarium vertit, dicens navigationis et fugae auxilium perdidisse Troianos, quos constat pro felicitate habuisse navigationis vitare discrimina.

129. *RERVM PARS ALTERA ADEMPTA id est naturae rerum.* RERVM PARS ALTERA DEMPTA humanae enim naturae duo elementa concessa sunt, mare et terra.

131. NIL ME FATALIA TERRENT *nihil pro 'non'. et* tacitis occurrit quaestionibus, dicens: si fataliter se ad Italiam venisse dicunt, iam venerunt, completa sunt fata. et callide tacuit quod erat fatale: Troiani enim dicebant Italiae sibi regna deberi. et est oratorium quaestiones ita proponere, ut facile solutionis sortiantur eventum.

---

11 scilicet . . . iuvans pater] cf. Gell. V 12, 4; Isid. or. VIII 11, 34 || 25 Nihil pro non] cf. Don. ad Ter. Eun. IV 5, 9

---

1 *ad* REVOCATQVE P. *supr. vers.* cum proprie animantium sit reuocare pedem notandum est quod sua auctoritate fluuiorum posse dici ostendit uirgilius *T* || deum territum] tieum eritum *F* || 2 supra] *cf.* VIII 240 || 4 et hoc loco refuturam *F, corr. Commelinus* || 6 dictum *R* || de contrario *ASF* || 7 *ad* VLTRO ANIMOS T. *supr. vers.* potest accipi quod eorum attollat animos qui erant territi *T* || 8 hinc *Daniel*: ins *F* || 9 appetunt] contra troianos *supr. vers. add. l* || hoc est . . . damnum *non debuerunt cum Servianis coniungi* || 10 ut reginam petit *om. F,* reginam petit *post* adpetunt *hab. G* || 13 quod *om. L* || 14 *ad* AVXILIVM S. *supr. vers.* quidam intellegunt auxilium solitum auxilium fugae *T* || 16 ignibus aut telis *F* || quia nauium *L* (*corr. l*) || 17 perierunt *om. LH* (*add. l*) || 20 habuisse] quod iam habebant finem uagandi *supr. vers. add. l* || 23 naturae] vecturae *Buherius* || 25 et *Daniel*: ut *F* || 27 sunt *om. AS* (*add. s*) || 28 dicunt *LH* (dicebant *l*) || oratorum *AM* || 29 facilem *F*

132. SI QVA PHRYGES PRAE SE IACTANT '*iactant*', quasi et ista confingant. *aut 'prae se iactant' prae se ferunt.*

133. *TETIGERE QVOD ARVA quaestio est, an superare possint qui sorte venerint. et, sicut supra dictum est, per concessionem argumentatur: etiam si vera sint quae iactant, tamen iam completa sunt 'tetigere quod arva fertilis Ausoniae Troes'.*

134. SVNT ET MEA CONTRA FATA MIHI hoc falsum est quod dicit Turnus. sed in arte rhetorica tunc nobis conceditur uti mendacio, cum redarguere nullus potest, ut hoc loco est: quis enim vere potest scire, Turno data sint, necne, responsa? *sane* quia scit falsum esse quod dixit, argumentis probare dicta contendit, dicens esse sceleratam gentem, raptam sibi coniugem: in quo facto utitur Graecorum exemplo, qui rapta Helena gentem delevere Troianam.

136. CONIVGE PRAEREPTA invidiose sponsam coniugem vocat.

NEC SOLOS TANGIT ATRIDAS ISTE DOLOR cur non in similitudine criminis sit poenae similitudo? si culpa repetitur, supplicia quoque geminentur.

138. *PERIISSE SEMEL SATIS EST quasi obiectio est, ut si dicatur: sed periisse semel satis est, immo vero semel satis fuit eos peccasse: ex quo colligitur quotiens peccaverunt, totiens eos perire debere.*

139. PENITVS MODO NON GENVS OMNE PEROSOS FEMINEVM modo omne genus femineum non eos penitus perosos decebat, *propter quod ante perierunt.* locutus est autem figurate.

140. *MEDII FIDVCIA VALLI quod inter Troianos Rutulosque sit medium. et bene de muris nihil dixit.*

141. FOSSARVMQVE MORAE non tutela, sed mortis dilatio.

142. AN NON VIDERVNT legitur et 'at non *viderunt*': si 'an non', absolutum est; si 'at non', inceptiva est particula, ad ornatum pertinens: Horatius at o deorum quidquid in caelo regit. tale

---

29 Horatius] epod. V 1. cf. Don. ad Ter. Andr. IV 1, 42

---

2 fingant *RH* fingunt *L* (confingunt *l*) confringant *F* || aut *Daniel*: eam *F* || prae se ferunt *Masvicius*: praeferunt *F* || 3 *ad v.* 133 *in marg.* per concessionem argumentatur hoc loco quasi dicat etiamsi uera sint quae iactant iam completa sunt *T* || possent *F, correxi* || 5 sunt *F* || 9 in hoc loco *Fl* || est *om. F* || 10 vere *om. F* || Turno data sint] si turno uere data sint *F* || Turno] cur non *H* || sunt *AL* (sint *al*) || 11 dixit] loquitur *F* || 12 sceleratam esse *R* || ob raptam *Fabricius* || ucitur *H* iacī *F* || 13 ob raptam helenam *F* || 14 vocat] dixit *R* || 15 similitudinem *HF* || 18 *ad* PERISSE *supr. vers.* quasi obiectio est haec *T* || 19 et quo *F, corr. Daniel* || 21 modo] ita inquit sunt mulieris causa uexati ut detestari deberent etiam nomen femineum *supr. vers. add. l* || 22 perosos esse *vulgo* || dicebat *ASL* (*corr. l*) oportebat *F* || 24 *ad* MEDII F. V. *supr. vers.* quod inter troianos et rutulos erat medium *T* || intra *F* || 26 quasi non tutela *Fabricius* || 27 VIDEBVNT *A* || ad non *F* || 29 caelo est regit *M*

est ⟨VII 363⟩ at non sic Phrygius penetrat Lacedaemona pastor. *et est exemplum a maiore ad minus, hoc est: at, credo, non viderunt Neptuni manu fabricata moenia conflagrasse, ut fiduciam vitae in exiguo (vallo) et parva fossa habeant.*

144. *LECTI FERRO utrum 'ad ferrum lecti', an potius 'acie lecti', ut si dixisset 'virtute lecti'.* VALLVM *historice locutus est.* vallum *autem* dicitur ipsa munitio; nam valli fustes sunt, quibus vallum munitur: ipse de sustentaculis vitium primus vallos sub tecta referto.

145. *TREPIDANTIA CASTRA ut* ⟨13⟩ *turbata arripe castra.*

146. NON ARMIS MIHI VVLCANI bene arma generaliter dixit: nam *et* ipse habuit a Vulcano, sed solum gladium, ut ⟨XII 90⟩ ensem, quem Dauno ignipotens deus ipse parenti fecerat et Stygia candentem tinxerat unda. per hoc autem quasi latenter dicit se Achille esse meliorem, qui se Troianos etiam sine divinis armis superare posse confidit.

147. ADDANT SE PROTINVS OMNES ne timere videatur auxiliorum multitudinem, dicit incrementa esse victoriae. *quidam 'protinus' hic pro 'licet' accipiunt.*

151. LVCE PALAM propter tenebras et furta inertia. *vel 'luce', quod Ilium nocte captum est: 'palam', quia insidiis.*

153. QVOS DISTVLIT HECTOR bene solius Hectoris facta est commemoratio, ut ostendatur perisse *eum*, qui potuit esse terrori: per quod vult Aenean nihil fortiter in bello fecisse Troiano. *et satis Hectori dedit, quasi plus esset differre, quam vincere.*

154. MELIOR QVONIAM PARS ACTA DIEI id est maior et prima. *an quoniam diei hoc optimum, quod matutinum?*

155. BENE GESTIS CORPORA REBVS in eo tantum, quod hostes

---

6 vallum . . . munitur] cf. Isid. or. XV 9, 2 || 8 primus] georg. II 409 || 27 an quoniam . . . matutinum] cf. Non. p. 2, 14 M.

---

2 *supr. v.* 142 argumentum a maiore ad minus siue a specie quia quod semel potuerunt ipsi greci facere possunt et alii *T* || 3 nectuni *G* || conflagrasset *F*, *corr. Daniel* || 4 vallo *add. Masvicius.* in exigua et parva f. h. *Commelinus* || 5 acie lecti *Daniel*: ac relicti *F malim* 'a me lecti' || 7 autem *Daniel*: aut *F* || 10 arripere *F* || 14 haec *F* || 17 *ad* ADDANT S. P. O. *supr. vers.* pro qualitate materiae deprimit omnia. et in hoc loco protinus quidam intellegunt pro licet *T* (pro . . . omnia *Tiberii Donati sunt*) || 20 inertia] quia noctu captum est ilium *supr. vers. add. l* || *ad* LVCE P. *supr. vers.* quia nocte ilium captum est propterea dicit luce et palam quia per insidias captum est *T* || 23 perisse *RLHF*: ipse *ASMl* || 24 et satis . . . vincere *post* Troiano *collocavi*, *post* terrori *habet F* || 27 diei *F. Schoellius*: dici *F* dicit *Daniel* an quoniam dicitur hoc *e. q. s. ego*

non ausi sunt egredi: *nam nihil egerant. ergo hortativa est oratio ad socios, ut audaciores esse debeant, cum videant se timeri.*

156. *PROCVRATE verbum conpositum, id est curate.* PVGNAM SPERATE PARARI scilicet contra Troianos, non a Troianis, ne videatur contra supra dicta omnia nunc sociis inferre terrorem. *ergo a me parari sperate, id est pugnaturos vos scitote, licet hostes muris se teneant, ut* ⟨XI 18⟩ *arma parate animis et spe praesumite bellum.*

157. VIGILVM EXCVBIIS excubiae diurnae sunt, vigiliae nocturnae.

160. CENTENI QVEMQVE SECVTI centurionum scilicet, ex more Romanae militiae: nam ex numero militum qui eos sequuntur, gradus dignitatis apparet.

161. *PVRPVREIS CRISTIS IVVENES hic versus per figuratum ablativum prolatus est.*

162. *VARIANTQVE VICES ut invicem potent.*

163. *INDVLGENT VINO ablativus casus est, et deest 'sibi', ni figuratum est. INDVLGENT VINO] ex fiducia scilicet: sequitur* ⟨186⟩ *cernis quae Rutulos habeat fiducia.* VERTVNT CRATERAS AENOS potant*es exhauriunt.* et est hemistichium Ennianum.

164. *CVSTODIA nomen ambiguum, sed modo 'quae custodit'.*

166. *E VALLO pro muro. ARMIS ALTA TENENT bona elocutio, id est armati tenent alta, hoc est muros. 'tenent' autem custodiunt.*

167. TREPIDI FORMIDINE festini per formidinem: nam non est iteratio.

168. *EXPLORANT confirmant.* PONTESQVE qui fiunt in muris angustioribus, *ut sit facilior transitus ad divisas muri partes.* PROPVGNACVLA pilas *murorum.*

---

9 excubiae . . . nocturnae] cf. Isid. or. IX 3, 42 ‖ 19 Ennianum] ann. v. 502 Vahl.

---

1 egredi] Homeri est (*Il.* II 381) *νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον ἵνα ξυνάγωμεν ἄρηα add. D* ‖ egerent *F* ‖ ortatiua *F* ‖ 2 sotios *G* ‖ audatiores *F* ‖ timere *G* ‖ 4 PARATI *ASL* ‖ 5 omina *Masvicius* ‖ sociis (sotiis *M*) inferre terrorem *MF*: socios inferuorem *ASH* sotios putare inferiores *R* sotios inferre terrorem *L, sed* re terrorem *in ras. l* ‖ terrorem] sperate autem dixit quia cupidos eos ostendit pugnae et uictoriae, ut uiros fortes *add. D* ‖ 6 a me pararis parat *F, corr. Daniel* ‖ 9 nocturnae sunt *M* ‖ 10 more *om. RLH* (*in ras. scr. l*) ‖ 11 romana militia *R* ‖ 12 apparet] unde et milites dicti a mille et tribuni militum dicti sunt *χιλίαρχοι add. D* ‖ 13 PVRPVREI *Daniel* ‖ 15 ut . . . potent] vices stationum *Commelinus, quem Masvicius et Burmannus secuti sunt.* ‖ 17 cernis] *om. Daniel,* enim *Masvicius* ‖ 19 emisthium *L* emisthicium *H* emistichium *reliqui* ‖ 20 *ad* CVSTODIA *s. v.* quae custodiebat *T* ‖ 21 *ad* E VALLO *s. v.* de muro, *ad* ET ARMIS *s. v.* bona est elocutio id est armati custodiebant alta id est muros, *ad* TENENT *s. v.* custodiunt *T* ‖ pro] e *Daniel* ‖ bone locutio (lucutio *G*) *F* ‖ 22 tenent *om. G* ‖ aut *G* ‖ 25 *ad* EXPLORANT *s. v.* attentius obseruant *T* ‖ 27 pilas] *om. L* (*add. l*), pinnas *F*

171. RECTORES IVVENVM legitur et 'iuveni': si 'iuveni', Ascanio; si 'iuvenum', magistros militum accipe.

172. SORTITA PERICLVM *aut* sorte divisa ad defensionem pericli: *aut par timens periculum, quod quisque experiretur.*

173. QVOD CVIQVE TVENDVM EST exercet unusquisque vices ad id quod accipit tuendum.

175. IDA VENATRIX a plerisque Ida mater Nisi accipitur, quia dixit 'venatrix': nam si montem volueris accipere, abusive Idam venatricem dictam intellege, pro 'venationibus abundantem': nam 'venatrix' est proprie quae venatur, non quae venationibus abundat. *aut 'venatrix' pro his qui in ea venantur, ut domitrixque Epidaurus equorum.*

176. IACVLO CELEREM bene inducit Nisum optimum esse iaculatorem, et hanc praemittit armorum peritiam, qua plurimum poterit in Euryali defensione.

178. TROIANA NEQVE INDVIT ARMA hoc est qui nondum bellicosa arma induerat, id est acceperat. et hoc dicit: pulcher quidem erat, sed nondum bellandi peritus.

179. *PRIMA IVVENTA num prima lanugine? INTONSA hoc ad sua tempora rettulit; alioquin heroes non tondebantur.*

180. *AMOR VNVS ERAT id est eodem studio flagrabant. PARITERQVE IN BELLA RVEBANT aut simul, aut similiter et pari virtute, id est aeque fortes erant.*

182. DINE HVNC ARDOREM MENTIBVS ADDVNT EVRYALE AN S. C. D. F. D. C. apud Plotinum philosophum et alios quaeritur, utrum mentis nostrae acies per se ad cupiditates et consilia moveatur, an inpulsu alicuius numinis? et primo dixerunt, mentes humanas moveri sua sponte; deprehenderunt tamen ad omnia honesta inpelli nos genio et numine quodam familiari, quod nobis nascentibus datur, prava vero nostra mente nos cupere et desiderare: nec enim potest

11 domitrixque] georg. III 44 || 21 PARITER similiter] cf. Don. ad Ter. Eun. I 2, 12 || 25 apud Plotinum e. q. s.] exscr. mythogr. III 6, 19

1 iuuenis *RF* || si iuveni] si iuuenis *R, om. MF* || ascanium *RF* || 3 diuisi *L* diuise *H* || 4 *ad* SORTITA P. *s. v.* id est par timens periculum . . . experiretur *T* || aut parturiens periculum *F* || 5 TVENDI *A* TVENDO *F* || EST *om. AHF* || 8 Idam] id est *AS* (*del. a*) || 11 hiis *F* || 14 qua *ex* quia *L* || poterit *om. AS*, potuerit *M* || 15 defensationem *R* defensionem *L* (*corr. l*) || 16 TROIANA NEC *RF* TROIANAQVE *L* TROIANEQVE *H* || 19 *ad* INTONSA I. definit tempus aetatis. lanugine id est primam lanuginem barbae tunc emittebat *T* (definit tempus aetatis *Tib. Donati sunt.* id est . . . emittebat *is scripsit qui Tironianis notis utebatur*) || 20 rectulit *F* || 21 *ad* AMOR V. E. *s. v.* id est . . . flagrabant, *ad* PARITERQVE I. B. R. aut simul . . . erant. ruebant cum impetu se effundebant *T* || eodem *T*: eorum *F* || 22 et] aut *T* || id est *om. T* || 25 plotinam *F* || 27 duxerunt *S* || 30 proba *F* (prava *man. rec.*)

fieri ut prava numinum voluntate cupiamus, quibus nihil malum constat placere. unde nunc hic ortus est sensus: hoc enim dicit Nisus: o Euryale, dine nostris mentibus cupiditates iniciunt et desideria, an deus fit ipsa mentis cupiditas? MENTIBVS *vero* ADDVNT bene *dixit* 'addunt': nam animus sui natura prudens est, sed ei additur ut aliquid inpatienter desideret. *non nulli tamen inter cupiditatem et cupidinem hanc differentiam esse volunt, ut masculino genere Cupidinem deum ipsum, id est τὸν Ἔρωτα significemus, feminino cupiditatem: quamvis hoc auctores plerumque confundunt.*

183. DIRA magna.

184. ALIQVID MAGNVM scilicet per hostes transitum.

185. AGITAT molitur. QVIETE modo otio, non somno; nam in vigiliis fuerat collocatus. *qui enim custos est de insomnio suo queri non potest.*

186. CERNIS QVAE RVTVLOS HABEAT FIDVCIA RERVM ipsius desiderii vult esse rationabiles causas, *ne vanum mens agitare videatur: nam et neglegentia hostium per fiduciam nimiam ostenditur, et occasio dabatur aliquid strenue gerendi.*

187. SOMNO VINOQVE SEPVLTI alterum pendet ex altero. *et 'sepulti' quasi sine pulsu et nihil sentientes.*

188. PORRO hortantis est: *aut num coniunctio expletiva?*

189. QVID DVBITEM id est cogitem: omnis enim cogitatio in dubitatione est ante sententiam.

190. POPVLVSQVE PATRESQVE transfert in Troianos Romanam consuetudinem, ut solet plerumque: prius enim iubebat aliquid populus, postea confirmabat senatus.

191. REPORTENT portent: nam 're' vacat. *aut † ab eo reportare.*

192. SI TIBI QVAE POSCO PROMITTVNT poscere est secundum Varronem quotiens aliquid pro merito nostro deposcimus, petere vero est cum aliquid humiliter et cum precibus postulamus. et bene quod Euryalum nolit ducere latenter ostendit: *nam ideo adiecit 'mihi facti fama sat est'.*

---

20 sepulti . . . sentientes] cf. Isid. or. X 262; XI 2, 37; diff. verb. 522 || 21 PORRO . . . expletiva] cf. Don. ad Ter. Andr. I 5, 43 et III 4, 17 || 28 poscere . . . postulamus] cf. Don. ad Ter. Andr. II 5, 11

---

1 proba *F* || capiamus *S* || 4 ipse *ASLH* (*corr al*) || 6 desideret] desideraret *F*. quasi praeter eius naturam adiunctum ex altero *add. D* || non nulli . . . confundunt *post* magna (*v.* 183) *colloc. Daniel* || cupidatem *F* (cupiditatem *G*) || 8 ΘωΝCΡωΕΑ *F* || 16 uidetur *F* || 17 fudatiam *F* fidutiam *G* || 19 SEPVLTI] *om. ALH*, s. *M* || 23 sientiam *L* (id est deliberationem *supr. scr. l*) || 26 post *AS* || 27 uacant *M* || aut ab eo quod est reportare *Daniel* aut pro eo quod est adportare *coni. Burmannus coll. Servii ad* VII 167 *scholio. fortasse* aut ab eo (*i. e. ab Aenea*) reportent || 28 est secundum] enim est sciendum *L* || 30 uere *H* || est *om. S* || cum *ante* precibus *om. F* || 31 dicere *ASM*

193. *SVB ILLO pro 'ex illo': praepositionem mutavit.*

194. MOENIA PALLANTEA ubi nunc credit esse Aenean.

196. *ARDENTEM modo ardentem, ut* ⟨IV 101⟩ *ardet amans Dido: an festinantem? ut* ⟨I 423⟩ *instant ardentes Tyrii: an cupiditate caedis flagrantem? ut* ⟨XII 71⟩ *ardet in arma magis: an propter illud quod ipse dicit 'dine hunc ardorem mentibus addunt' et deinde 'aut pugnam aut aliquid iamdudum invadere magnum'.*

197. SVMMIS ADIVNGERE REBVS 'summum' et extremum dicimus et laudabile. bene ergo in re dubia sermone usus est dubio; nam hoc dicit: non debes me nec a tua gloria nec a periculis segregare.

199. GENITOR BELLIS ADSVETVS ipse puer est necdum probatus: unde se et a belli temporibus et a patris virtute commendat.

200. ARGOLICVM TERROREM quem Graeci inferebant. *TROIAEQVE LABORES bene κατὰ τὸ σιωπώμενον annos Euryali ostendit: nam si a coepto Troiano bello, quod decennium tenuit, septem anni erroris addantur, anni vix decem et septem sunt. est ergo aetas paene ad bellum inhabilis; sed exercitium ostenditur, quod inter bella nutritus est.*

201. SVBLATVM susceptum.

202. *MAGNANIMVM AENEAN (ET FATA EXTREMA SECVTVS) ideo secutus, non ut vitae studeam, sed gloriae.*

203. EST HIC EST ANIMVS 'hic' potest esse et adverbium demonstrantis, ut sit 'est hic', id est in meo pectore. potest et sic accipi, ut dicas: est hic animus lucis contemptor, hoc est iste animus. ergo 'hic' et produci potest et corripi.

204. ISTVM QVI VITA BENE CREDAT EMI QVO TENDIS HONOREM qui istum honorem, quo tendis, id est ad quem niteris, libenter emat vita, id est vitae pretio.

205. NIL TALE VEREBAR quale tu suspicaris.

206. *NON distinguendum, ut initium iuris iurandi sit 'ita me referat'. REFERAT TIBI MAGNVS OVANTEM IVPPITER mire ius iurandum con-*

---

8 summum . . . laudabile] cf. Non. p. 401, 33 M. || 19 SVBLATVM susceptum] cf. Non. p. 316, 28 M.

---

1 *ad* SVB *s. v.* ex *T* || 2 aeneā esse *AS* || 3 *ad* ARDENTEM A. A. *s. v.* aut re uera ardentem aut festinantem aut cupiditate caedis flagrantem aut propter illud dixit diine hunc ardorem et reliqua *T* || ut *Daniel*: aut ut *F* aut *G* || 4 cipiditate*G* || 5 caedi *F* || 6 dicat *Daniel* || dine] ne *F* || 8 aut extremum *F* || 9 in rebus dubiis *F* || 13 a belli temporibus *F*: ab illis temporibus *Serviani libri* || 15 cata to siopomenon *F* || euriali *F* || 16 a coepto *Daniel*: accepto *F* || decendium *F* || 20 *ad* FATA EXTREMA SECVTVS *s. v.* scilicet ut non studeam uitae sed gloriae *T* || 28 vitae *om. AS* || 30 *ad* NON *s. v.* hic est separandum ut initium sit iurandi ita me *T* || 31 mireus iurandum *G*

positum; sic enim iurat, quasi relicturus eum, cum de virtutibus eius optime sentiat.

207. HAEC humana negotia: vel quae loquitur.

208. *SED SI QVIS multas causas praetendit: primam ipsius pueri, secundam propter se, tertiam matris. et est parenthesis 'quae multa vides discrimine tali', hoc est quae multa, ut in tali discrimine, accidere posse intellegis.*

211. *PRETIOVE pro 'vel': 've' enim syllaba proprie 'vel' significat.*

212. MANDET HVMO multi hic distinguunt; alii iungunt 'mandet humo solita'; ut *sit* 'commendet in terra'. 'solita' autem 'fortuna', quae piis invidere consuevit: Statius, hinc trahens colorem, ait invida fata piis et fors ingentibus ausis rara comes.

213. *ABSENTI quem non sepelierit.* ABSENTI FERAT INFERIAS hoc est cenotaphion faciat et inpleat honorem sepulcri. *de inferiis autem plenius in quarto georgicorum invenies.*

214. *MISERAE ad illum exitum, quem timet, retulit: an dolenter iam 'miserae', quae in hoc consilio filii periclitatur?*

215. *PVER mire dissuadet dicendo 'puer'.* E MATRIBVS e nobilibus; nam matres non nisi nobiles dicimus: unde et matronae dictae sunt. scimus autem non omnes mulieres in Sicilia remansisse: nam legitur in XI. ⟨35⟩ et maestum Iliades crinem de more solutae.

216. *NEC MOENIA CVRAT ACESTAE id est nec tenetur desiderio Segestae civitatis.*

217. ILLE AVTEM hunc locum esse interrupta oratione Nisi intellegimus.

219. VIGILES SIMVL EXCITAT qui vigiliarum officium habebant,

11 Statius] Theb. X 384

1 enim iurat *F* enumerat *Daniel* || 3 vel *om. R* || locuntur *L* (loquitur *l*) || 4 *ad* RAPIAT CASVSVE DEVSVE *s. v.* multas causas praetendit primam ipsius pueri secundam propter se tertiam matris *T* || 5 et est parenthesis siquis in adversum et rťq. hoc est *e. q. s. F, reposui ea Vergilii verba, ad quae* hoc est . . . intellegis *sine dubio pertinent* || 8 sillaba *F* || 9 hic *om. ASM* || distingunt *libri* || alii iungunt *om. ASM* || 10 solito *ASM* (*corr. a*) silito *H* || commendat *L* || solita . . . consuevit] solita aut id est cui mandari defunti (defuncti *G*) solent fortuna scilicet quae piis inuidere consueuit *F*. *voluerat fortasse plenioris commentarii auctor* commendet in terra solita id est . . . solent. Solita aut fortuna scilicet quae *e. q. s.* || 13 *ad* ABSENTI *s. v.* quem non sepelierit *T* || ABSENTI F. I. absenti quem non sepelierit hoc est *e. q. s. F* || 16 *supr. vers.* 214 hoc ad illum exitum retulit quem timebat siue dolenter dicit quia mater in consilio filii iam periclitabatur *T* || dolenter *F*: dolent* *Daniel* dolet vicem *Masvicius* || 17 misere *G* || pariclitator *F* || 22 *ad* MAGNI NEC M. C. A. *s. v.* id est nec disiderio (*sic*) tenetur acestae siue regis siue ciuitatis *T* || id est *om. F* || 24 hoc loco esse interruptam orationem Nisi ab Euryalo intellegimus *Fabricius* || interruptum *R* || Nisi] ꝑ n̄ (*i. e.* pro non) *supr. scr. l* || 26 EXCITANT *ASHM* (*corr. am*) || qui . . . procedit *om. H* || offitia *R*

hoc est futuros vigiles; alioquin quomodo excitat? et totum iunctim legendum est, ut simul et dictum et factum videatur.

220. SERVANTQVE VICES hic distinguendum est, alias sensus non procedit. *STATIONE RELICTA hoc ad Nisum et Euryalum pertinet, ut sit sensus 'statione relicta ipse comes Niso graditur': quidam 'servantque vices statione relicta' pro 'stationis relictae vices servant' intellegi volunt, ut* ⟨I 75⟩ *et pulchra faciat te prole parentem, hoc est pulchrae prolis.*

221. REGEMQVE REQVIRVNT *id est* regis filium, ut ⟨VI 28⟩ magnum reginae sed enim miseratus amorem.

222. CETERA PER TERRAS OMNES exaggerat more suo vigilantum laborem.

225. CONSILIVM SVMMIS REGNI DE REBVS HABEBANT *'summis' utrum maximis, an quod putabant eas in extremo sitas? et est* Lucilii versus uno tantum sermone mutato; nam ille ait consilium summis hominum de rebus habebant.

226. IAM NVNTIVS ESSET 'iam' aut cito, *ut festinandum sit et iam nuntiandum Aeneae nec differendum:* aut cum nullum invenirent, *ad desperationem, quasi nemo esset iam, qui posset audere.*

227. *ADNIXI HASTIS mira facies consilii: in rebus dubiis non sedent, sed stant.* ADNIXI HASTIS ostendit iam eos diurna statione fatigatos. quod autem stant et Romani moris est et bellicae necessitatis. hunc autem standi habitum et Sallustius commemorat, ut fessi arma sua quisque stantes incumbere.

228. CASTRORVM ET CAMPI MEDIO in medio campi spatio, qui campus castrorum medius fuit. *CASTRORVM ET CAMPI MEDIO] quia in mediis castris principia sunt semper. et bene 'campi medio', quam 'campo medio': tunc enim 'campo medio', cum aliquot campi sunt et unus est medius campus, 'campi' autem 'medio' in media parte unius campi.*

229. *ALACRES concitati: Terentius quid tu es tristis? quidve*

---

14 Lucilii versus] lib. I fragm. VI ap. Muell. p. 2 ‖ 18 iam . . . differendum] cf. Don. ad Ter. Eun. II 1, 13; Ad. II 1, 21; Phorm. II 3, 4 ‖ 23 Sallustius] hist. III 72 Dietsch., 87 Kr. cf. Keil grammat. Lat. VII p. 478 ‖ 31 Terentius] Eun. II 3, 13

---

1 *ad* VIGILES S. E. ILLI *s. v.* iunctim est hoc intellegendum (*sic*) ut simul dictum et factum intellegatur *T* ‖ iunctum *F* ‖ 2 ut] et *F* ‖ 10 miseratur *H* ‖ 13 *ad* SVMMIS R. D. R. siue maximis siue in extremo sitis *T* ‖ 14 eas in] eafine *G* ‖ lucili *F* ‖ 15 consiliis *F* ‖ summi *H* ‖ 18 inuenissent *ASMl* ‖ 20 *ad v.* 227 *in marg.* mira . . . stant *T* ‖ 21 stant ostendit ergo iam eos *e. q. s. F* ‖ diuturna *F* ‖ 25 campi spatio *F*: campi statio *Serviani libri, nisi quod* campis *H* campi est statio *Stephanus* ‖ 27 principes *Daniel* ‖ sunt *om. G* ‖ 28 cum aliquot . . . autem medio *om. G* ‖ 29 *ad* CASTRORVM E. C. M. *s. v.* quidam intellegunt in media parte unius campi *T*

es alacris? ADMITTIER ORANT *hoc verbo ostendit olim et apud reges admissionum fuisse officium.*

230. REM MAGNAM PRETIVMQVE MORAE FORE dicebant se adferre rem magnam, cuius mora pretium posset adferre, id est poenam: Terentius ego p r e t i u m o b s t u l t i t i a m f e r o: ut sit sensus, si tardius mittamus ad Aenean, luemus hostibus poenas. alii sic intellegunt: scimus quidem adventum nostrum moram vestris adferre consiliis, verum huius morae erit pretium, id est remuneratio: namque hoc offerebant quod illi cogitabant, ut diximus supra 'quisve Aeneae iam nuntius esset'? *alii deesse putant 'adfirmantes', ut sit sensus, adfirmantes rem magnam futuram et multum illos consecuturos, si audiendi se moram pertulissent. alii, qui pretium pro poena dicunt positum, ita tradunt, eos anxios tam diu super rebus dubiis futuros, quam diu se non admiserint ad loquendum.*

231. ACCEPIT TREPIDOS festinos, more suo. *ergo per metalepsin cupidos dixit ἀγωνιῶντας: non enim possumus timentes accipere, quod festinabant.*

233. NEVE HAEC NOSTRIS SPECTENTVR AB ANNIS bene excusat, quia scit de aetate puerorum posse dubitari, dicens non ex suggerentum persona, *in qua est maior auctoritas*, sed sua vi consilia ponderanda. *'spectentur' autem aestimentur.*

234. RVTVLI SOMNO VINOQVE SERVLTI *occasio prius narratur, sic consilium, ut necessario ad id quod nuntiat, veniat.*

235. LOCVM INSIDIIS CONSPEXIMVS IPSI *ordo est 'locum conspeximus, qui insidiis patet'. 'ipsi' autem ad fidem pertinet: qui enim rem tantam nuntiat, debet firma auctoritate contendere. et communicat cum socio quod solus conspexit.*

---

5 Terentius] Andr. III 5, 4. cf. Don. ad hunc vers.

---

1 *ad* ADMITTIER *s. v.* hoc uerbo ostendit apud reges admissionis officium *T* ‖ ADMITIER *F* ‖ 2 admisionum *F* ‖ 5 ego *ASM*: ergo *reliqui* ‖ pitium *H* ‖ ob stultitiam] pro stultitia *R* ab stulticiam *L* obstaculi *M* ‖ 6 mittamus *ASF*: mittamur *RLHM* ‖ 8 rememuratio *L* ‖ 10 *s. v.* 230 quidam putant deesse affirmantes ut sit sensus affirmantes rem magnam p. m. f. *T* ‖ adfirmantis *F* ‖ 11 multum *Daniel*: multos *F* ‖ 15 metalemsin *F* ‖ 16 ἀγωνιῶντας *scripsi*: ΑΤΟΝΙΟΝΤΑϹ *F* ἀτονιοῦντας *Daniel* ἀποροῦντας *Commelinus* ‖ possum *F* ‖ quod *Daniel*: quid *F*. *an* qui? ‖ 18 SPECTENTVR] ESSET *ASHM* ‖ 19 dubitare *F* ‖ 21 *ad* SPECTENTVR *s. v.* aestimentur *T* ‖ 22 *ad* RVTVLI S. V. S. *s. v.* congrue dicit quia prius causa narratur deinde consilium . . . ueniat *T* ‖ RVTILI *G* ‖ hoccasio *F* ‖ sic] quam *Masvicius* ‖ 23 ad id] adit *F* ‖ 24 *ad* LOCVM I. C. I. *s. v.* ordo est locum conspeximus ipsi in biuio qui patet insidiis. et quod dicit ipsi ad fidem pertinet *T* ‖ 25 que *F* (qui *G*) ‖ 26 nuntiet *F* ‖ auctoritatem *F* ‖ cum socio *scripsi*: cumscio *F* conscio *Daniel*. cum inscio *F*. *Schoellius*. *sententia est: Nisus quod solus conspexit Euryalum quoque conspexisse dicit. cf. v.* 193 *'tumulo videor reperire sub illo posse viam' et Serv. ad v.* 243

236. *QVI PATET IN BIVIO necessarie signa addidit.* PORTAE QVAE PROXIMA PONTO apparet, ut *et* supra ⟨VII 31⟩ diximus, castra Troiana in Ostiensi fuisse, siquidem nullus alter locus in Laurolavinati hinc fluvio cohaeret, hinc pelago: et nunc dicit 'portae quae proxima ponto', item paulo post ⟨466⟩ dicturus est *murorum in parte sinistra* opposuere aciem: nam dextera cingitur amni.

237. INTERRVPTI IGNES supra ⟨187⟩ aliter lumina rara micant. FVMVS ERIGITVR signum est sopitorum ignium quotiens maior fumus erigitur.

238. FORTVNA occasione *ad inquirendum Aenean. alii hunc ordinem volunt 'si fortuna permittitis uti, mox hic cum spoliis, ingenti caede peracta, adfore cernetis. nec nos via fallit euntes quaesitum Aenean et moenia Pallantea'.*

239. QVAESITVM ut quaeramus.

240. CVM SPOLIIS hinc est quod supra ⟨206⟩ Euryalo dixit me referat tibi magnus ovantem Iuppiter, respiciens ad id quod posset fortiter facere.

241. NEC NOS VIA FALLIT bene ubique cuncta cum amico communicat.

242. OBSCVRIS PRIMAM SVB VALLIBVS VRBEM nos in obscuris vallibus positi vidimus primam urbem, hoc est primam partem urbis; nam Palatium in monte est, non in vallibus.

243. TOTVM AMNEM hoc est regionem amnis.

244. ANNIS GRAVIS ATQVE ANIMI MATVRVS ALETES Sallustius de Philippo qui aetate et consilio ceteros anteibat.

246. NON TAMEN OMNINO TEVCROS DELERE PARATIS ac si diceret: licet irascamini ad tempus, hinc *tamen* apparet non velle vos penitus delere Troianos, quod tales animos nostris iuvenibus datis.

247. *CERTA hoc loco firma vel fortia.*

248. VMEROS DEXTRASQVE TENEBAT AMBORVM hoc ad adfectum retulit; nec enim simul fieri potest. intellegimus autem quod et singulos, et membratim amplectebatur.

---

10 Fortuna occasione] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. V 132 || 24 Sallustius] hist. I 47 Dietsch., 50 Kr.

---

1 *ad* QVI P. I. B. *s. v.* hoc dicendo necessario addit signa *T* || necessariae *G* necessaria *Commelinus* || 2 apparet . . . proxima ponto *om. H* || troianorum *R* || 3 laurolauinio *RL* lauronaunati *F* || 4 cohaeret hinc pelago *om. M* || dixit *F* || 7 aliter] *om. R,* aliter ait *F* || 10 aeream *F* || 12 caede . . . cernetis] et rlq. *F* || 16 referebat *ASH* (*corr. a*) || 17 quod possit facere fortiter *L* || 20 PRIMVM *ASHM* || 21 primum urbem *ASH* (*corr. a*) || 23 *ad* TOTVM C. A. *s. v.* id est regionem amnis *T* || 24 ANIMIS *ASM* || 25 anteibat] nam in senioribus uiget prudentia, unde Ouidius (*met.* VI 29) 'seris uenit usus ab annis' *add. D* || 27 irascimini *M* || non *om. LH* || 29 *ad* CERTA *s. v.* firma fortia *T* || 32 menbratim *AL* || amplectabatur *AS* amplexabatur *R*

249. VVLTVM LACRIMIS ATQVE ORA RIGABAT poetice iunxit, et modo unum significant: est autem iteratio. interdum recipiunt discretionem; *nam os est naturaliter facies, quam habemus; vultus vero, quem pro motu animi ad tempus formamus.*

250. PRO LAVDIBVS id est virtutibus: ab eo quod praecedit id quod sequitur, *ut* ⟨V 355⟩ *primam merui qui laude coronam.*

252. DI MORESQVE DABVNT VESTRI Ciceronis est, tractum de philosophia, qui dicunt sufficere ad gloriam bene facti conscientiam: scit enim poeta nihil esse maius, quam quod vel a diis meruerimus vel moribus.

253. ACTVTVM confestim, sine dilatione: et est adverbium temporis. INTEGER AEVI '*integri aevi*', *figurate: id est* adulescens, cui aetas integra superest, unde Ennius deos aevi integros dicit quibus multum aevi superest. *et bono omine ad pericula pergentibus etiam per Ascanium praemium pollicetur: longiorem enim eis vitam promittit, si ea exspectent quae Ascanius dare maior possit.*

254. MERITI praestiti, ut ⟨V 801⟩ merui quoque, item ⟨VI 664⟩ quique sui memores aliquos fecere merendo.

255. *IMMO EGO VOS pulchre poeta fidem sponsionis Aleti addidit, ut eum statim promissa Ascanii sequerentur.* *VOS autem NISE figurate, ut* ⟨523⟩ *vos, o Calliope.* *SOLA SALVS vero, cui una est salus genitore reducto.*

256. EXCIPIT ASCANIVS id est subsequitur: et a poeta dictum est. *PER MAGNOS NISE PENATES hoc est quod ait* ⟨III 12⟩ *penatibus et magnis dis, id est quos Aeneas secum advexerat; nam ideo ait 'Assaracique larem', id est familiae nostrae vel generis proprium, vel quos nos Troiani praecipue colimus, de quibus ait* ⟨III 148⟩ *Phry-*

3 nam os . . . formamus] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 89; Isid. or. XI 1, 34 et diff. 589 || 12 adulescens . . . superest] cf. Don. ad Ter. Eun. III 2, 20 || 13 Ennius] trag. rell. v. 403 ap. Ribb. ed. II, v. 444 ap. Vahl.

2 significat *M* || 3 *ad* ATQVE O. R. *s. v.* proprie os est facies quam habemus naturaliter uultus uero quem pro motu animi ad tempus formamus *T* || os] mos *F, omisit Daniel* || 4 mutu *F* nutu *Daniel* || 5 procedit *L* || 8 philosophis *F* || qui] *om. L* (*add. l*), quia *s* || dicit *l* || bene factam *L* (*corr. l*) || conscientia *RHF*. quod et uirgilius supra (I 604) ait 'et mens sibi conscia recti' *add. D* || *ad v.* 252 *in marg.* scit poeta quod nihil maius est quam quod a diis meruerimus uel rectis moribus fecerimus *T* || 9 manus *G* || 10 vel moribus] vel rectis moribus fecerimus *e Turonensi Daniel* || 13 superest] manet *Masvicius* || 16 maior *F*: maiora *Daniel* || 17 pretii *AS* preteriti *H* || 18 alios *R* || merendo] cum mereri sit conferre ut (IV 317) 'si bene quid de te merui' *add. D* || 19 alaeti *F*. *fort.* fidem sponsioni Aletis addidit, ut eam || 20 vos autem . . . reducto *post* dictum est *hab. F* || NISI *F* || 21 o] a *G* || Calliope SOLA SALVS] callio posse lasaluus *F* || cui una *Daniel*: cū cuna *F* || 23 *schol. ad v.* 256 *post* dea est Terra *hab. F* || 24 NISI PENANTES *F* || 26 *ad* ASSARACIQVE L. *s. v.* id est familiae nostrae et generis proprium *T* || generi *Daniel* || 27 frigiique penantes *F*

giique penates, quos mecum a Troia mediis ex ignibus urbis extuleram. qui tamen dii qui sint, a diversis varie traditur, sicut supra ⟨III 119⟩ *dictum est.*

257. CANAE VESTAE venerabilis, antiquissimae: *ipsa enim antiquissima dea est, Terra.*

258. OBTESTOR adiuro. et est ordo 'immo ego, cui sola salus genitore reducto, vos obtestor per deos, revocate parentem'. FORTVNA FIDESQVE EST id est quicquid casu, quicquid consilio egero, vobis committam: nam per fidem consilia significat, per fortunam opes, imperium, cuiuslibet rei possibilitatem. *alii sic tradunt: 'fortuna' ut possit, 'fides' ut velit promissa persolvere. alii ita: quantum habeo fortunae in vestris pono gremiis, doque fidem me ita animatum esse et sic sentire: 'mihi', inquit, 'habeo coniunctam fortunam et fidem'. nam cum volumus ostendere quantum in nostra sit potestate, duo dicimus fortunam et fidem: fortuna de nostris est possessionibus, fides quantum nobis creditur ab inimicis.*

260. NIHIL ILLO TRISTE RECEPTO subaudis 'erit'.

261. *ARGENTO PERFECTA id est tota argentea.*

262. DEVICTA GENITOR QVAE CEPIT ARISBA atqui secundum Homerum Arisba Troianis misit auxilia et ab Achille subversa est. sed accipimus, aut ante bellum Graecorum Arisbam a Troianis captam et in amicitiae foedus admissam: aut certe pocula haec data ab Heleno, qui in Achillis bona per Pyrrhi successerat hereditatem, ut sit 'quae cepit' pro 'quae accepit' devicta Arisba, scilicet ab Achille. *dicta est Arisba ab Meropis vel Macarei filia, quam primum Paris in coniugio habuit. quidam ab Abante, qui Troica scripsit, relatum ferunt, post discessum a Troia Graecorum Astyanacti ibi datum regnum: hunc ab Antenore expulsum sociatis sibi finitimis civitatibus, inter quas et Arisba fuit: Aenean hoc aegre tulisse et pro Astyanacte arma cepisse, ac prospere gesta re, Astyanacti restituisse regnum. quod si ita est, merito eam Aeneas et vicisse et haec pocula inde cepisse memoratur.*

---

6 OBTESTOR adiuro] cf. Don. ad Ter. Andr. I 5, 56 || 19 secundum Homerum] Il. II 836

---

2 sint *Masvicius*: sunt *F* || tradentur *F, correxi.* traduntur *Daniel* || 5 eterra *F. fortasse* id est Terra || 7 reuocate per deos *F* || 10 et cuiuslibet *vulgo* || fortunam *F* || 11 ut *ante* velit *om. G* || 12 vestris *Daniel*: ius *F* || doque] dequo *G* || me ita animatum *Daniel*: mei daminatum *F* || 13 inquid *F* || abeo *G* || fidem] esse *add. F* || 14 xii *F,* dicimus *Daniel*: duo dicimus, fortunam et fidem *scripsi* || 15 fortunam de nostris *G* || 21 accepimus *R* accipiamus *l* || 22 dicta *F* || 23 successit *F* || 27 fuerunt *F* || astyanocti *F* || 28 societatis *F, corr. Daniel* || 29 hastynacte *F* bastinocte *G* || 30 gesta re] gesa *G* || quod sita est *F*

263. DVO MAGNA TALENTA bene addidit 'magna', nam varium apud diversas gentes pondus est talenti: unde talentum potest et breve aliquid et magnum significare. nam ut supra ⟨V 112⟩ diximus, secundum Plautum talentum septuaginta librarum est: qui cum dixisset deberi centum quadraginta libras, paulo post intulit duo talenta, per iocum dicens debentur talenta tot, quot ego et tu sumus. item Homerus talentum breve quiddam ostendit, quippe quod accepit victus, cum victori levia data sint munera.

264. *CRATERA ANTIQVVM hoc est antiquo opere factum, ut ei pretium crescat ex tempore.*

265. *CAPERE ITALIAM obtinere.*

266. DICERE SORTEM statuere. alii proprie 'ducere' legunt, quod est sortium, ut ⟨VI 22⟩ stat ductis sortibus urna. *alii 'deicere' legunt secundum illud* ⟨V 490⟩ *deiectamque aerea sortem accepit galea, id est sortiri praedam.*

267. *VIDISTI QVO TVRNVS EQVO melior oeconomia: Nisum noluit inducere postulantem equum Turni praemii loco, sed honestius facit ultro offerri, cum Homerus fecerit Dolonem Achillis currus inprobe postulantem.*

268. *IPSVM ILLVM equum scilicet, cui ex pronomine addidit dignitatem.*

269. EXCIPIAM SORTI *extra sortem seponam, ut tibi dari possint, id est* praeter sortem dabo. *IAM NVNC aut 'iam nunc excipiam'.*

270. *MATRVM cum dicit 'matrum', non solum sexum ostendit, sed etiam propter muneris laudem vult ostendere fecundas.*

271. *CAPTIVOSQVE DABIT subaudiendum 'bis sex'.*

272. INSVPER HIS super haec: *est figurata elocutio, per dativum casum.* CAMPI QVOD REX HABET IPSE LATINVS mos fuerat ut viris

---

1 bene addidit magna e. q. s.] cf. ad Aen. V 112 || 6 debentur] Plaut. Mostell. III 1, 114 || 7 Homerus] Il. XXIII 263 sqq. || 18 Homerus] Il. X 321 || 22 extra sortem seponam] cf. Non. p. 293, 9 M. || 28 mos fuerat e. q. s.] cf. schol. vet. in Iuven. II 132

---

2 talenti] talenta *R* talem *F* || et breue et magnum aliquid *R* || 4 plauta *F* || 5 deberi] *om. AS,* debere *L* || CXI *L* || 6 per icum odicens *F* || quod *HF* || ego] et ego *L* || 7 ostendit] apud quem in equorum cursu tertium praemium est lebes quarto autem duo talenta argentea ut aurea *τῷ δὲ τετάρτῳ θῆκε δύω χρυσοῖο τάλαντα add. D* || 8 sunt *L* || 9 *ad* CRATERA A *s. v.* antiquo . . . tempore quasi ipsa uetustate mirabilem *T* || hic est *F* || 11 *ad* CAPERE *s. v.* optinere *T* || 12 DICERE *F* DVCERE *Serviani libri* || alii 'ducere' legunt, quod est proprie sortium *Burmannus* || 14 deiere *F* || 15 sortili *F* || 16 meliore *Daniel* || oeconnomia *G* || 18 offerri *Daniel*: effiri *F* || dilonem *F* Didonem *Daniel* || 23 per *L* (praeter *l*) || *fortasse* id est iam nunc excipiam *vel* IAM N. TVA P. aut 'i. n. e.' *dubitatum esse videtur* iam nunc *utrum ad* excipiam *an ad* tua praemia *referendum esset* || 24 *schol. ad* MATRVM *e Turonensi edidit Daniel. est autem Tiberii Donati* || 27 figurate locutio *F*

fortibus sive regibus pro honore daretur aliqua publici agri particula, ut habuit Tarquinius Superbus in campo Martio: quod spatium ab Homero τέμενος dicitur. hoc ergo, quod Latinus pro honore de republica habuit, ab Ascanio intellegamus esse promissum.

274. PECTORE TOTO omni adfectu. *et est de proverbio: Cicero de legibus* ⟨I 18, 49⟩ *nisi toto pectore amatur, ut dicitur: cum enim dicit 'ut dicitur' ostendit proverbiale.*

277. RERVM VERBORVMQVE FIDES et rem publicam tibi committam et tecum omne communicabo consilium.

278. *CONTRA QVEM TALIA FATVR EVRYALVS cur cum duobus sit locutus Ascanius, et unus illi respondit, id est Euryalus, et minor? quia Euryalo et familiarius et posterius est locutus, dein quia Euryalus matrem commendare debeat.*

279. ME NVLLA DIES TAM FORTIBVS AVSIS DISSIMILEM ARGVERIT ab hoc officio et ab hac audacia accessu temporis inferior non probabor, qualiscumque fortuna comitetur. *id est numquam aut tam secunda fortuna acciderit, aut tam adversa, ut me dissimilem mei faciat, hoc est neque secundis intumescam, neque adversis deiciar.*

280. TANTVM tantummodo hoc possum de me promittere, ut semper audeam, semper velim fortiter facere: nam hoc est quod dicit 'fortibus ausis dissimilem arguerit'. tantum ergo meum est hoc promittere, sive prospera, sive adversa fortuna comitetur: nam 'aut' disiunctiva particula est, non negantis adverbium. *quidam sic intellegunt: tantummodo fortuna prospera non in contrarium recidat: tamquam nunc in secundis rebus sit, cum obsideatur. alii ita putant: me nulla dies dissimilem arguet, sive quae est hodie fortuna permanserit, sive etiam laeta fuerit, id est nec si feliciter mihi, nec si infeliciter cesserit, dissimilis ero huic conatui. et melius legitur sine aspiratione, id est 'aut adversa'.*

281. SVPER OMNIA DONA ultra omnia, *magis quam omnia; proprie enim 'super' hoc significat: ut sit 'pro omnibus donis'.*

282. PRIAMI DE GENTE VETVSTA de familia. et bene eam etiam ex cognatione commendat: nam Ascanius nepos est Priami per Creusam.

---

1 sive] atque *Masvicius* ‖ 3 temenos *libri* ‖ 4 intellegamus niso esse promissum *Ml* ‖ 6 amator *F* (*corr. Daniel*) amor *G* ‖ 7 enim *om. G* ‖ dicit] dicitur *G* ‖ dicitur] datus *F* ‖ 10 cur cum *Daniel*: circum *F* ‖ 11 illi *Masvicius*: ille *F* illis *Daniel* ‖ et minor? quia *Commelinus*: et minorque *F* ‖ 12 deinde *Commelinus* ‖ qui *F, correxi.* quod *Commelinus* ‖ 13 *malim* debebat ‖ 16 committeretur *L* (*corr. l*) committitur *F* ‖ id est *ad ipsius poetae verba pertinet* ‖ 17 dissimi *G* ‖ 18 intumescam *Daniel*: uttumescam *F* ‖ 21 meum hoc est promittere *L* ‖ 22 committetur *AF* (*corr. a*) commitetur *L* ‖ 23 negantis] i. e. haut *superscr. m* ‖ 30 *ad* SVPER O. D. *in marg.* super his ut sit supra his omnibus *T* ‖ 31 hoc *scripsi*: his *F* id *Daniel* ‖ homnibus *F* ‖ 32 eum *LH* ‖ 33 cogitatione *AS* (*corr. a*) cogatione *L* (*corr. l*)

283. MISERAM quae sic inpatienter diligit filium.

284. MECVM EXCEDENTEM ut ⟨VI 112⟩ ille meum comitatus iter: vult enim intellegi, sui causa matrem secutam.

285. *IGNARAM hic 'ignaram' cui non dixerit.* QVODCVMQVE PERICLI EST syllepsis: nam subaudis 'periclum'.

286. INQVE SALVTATAM LINQVO insalutatam: et est tmesis, ut ⟨X 794⟩ inutilis inque ligatus cedebat.

287. QVOD NEQVEAM LACRIMAS PERFERRE PARENTIS excusat, ne videatur crudelis: unde sequitur matris eius tragicus et miserabilis ille conquestus ⟨480⟩ potuisti linquere solam crudelis et talia.

288. INOPEM modo auxilii egentem. *RELICTAE aut a me, aut ab hominibus.*

289. *AVDENTIOR ut 'sapientior', ab appellatione, non a participio † futura cum: Terentius in heauton timorumeno* ⟨IV 1, 32⟩ *natu gravior, ignoscentior.*

290. IN CASVS OMNES ut supra ⟨280⟩ 'fortuna secunda, aut adversa cadat'.

291. PVLCHER IVLVS incongruum epitheton pulchritudinis posuit, cum res sit in hoc loco religionis.

292. STRINXIT PIETATIS IMAGO praestrinxit, momordit, admonuit. sensus autem est: aut postquam vidit istum sic amare matrem, paternae pietatis virtutem coepit agnoscere: aut certe coepit etiam ipse sic in pietatem moveri, ut eius consueverat pater: aut certe exemplo Euryali avidius coepit amare patrem etiam ante dilectum.

296. NEC PARTVM GRATIA TALEM PARVA MANET debet ab omnibus coli quae talem creavit: *non ergo a te tantum, sed per te commendatur.*

297. CASVS FACTVM QVICVMQVE SEQVETVR satis congrue; praemia enim non debentur eventui, sed voluntati: *hoc est quidquid evenerit, praemia dabo.*

---

21 STRINXIT praestrinxit] cf. Non. p. 365, 11 M. || 22 aut postquam e. q. s.] cf. Macrob. Sat. IV 6, 9

---

4 agnaram *F* || 6 est] esto *F* || mesis *A* temesis *Ra* themesis *LM* messis *HF* || 7 caedebat *RH* concedebat *l* || 11 alia *ASF* || 12 auxilio *H* || 13 ominibus *F* || 14 AVDIENTIOR *F* || 15 cum *del. Masvicius. fortasse* futura cum *ortum est ex* futur̃ a. i. c. o *i. e.* futurus audentior in casus omnes || nata grauior ignoscenẽ (*i. e.* ignoscentur) *F* || 21 momordit perstrinxit *F* || praestrinxit *ASLM* praestinxit *H*: perstrinxit *RF* || 23 paternam *F* || agnoscere . . . avidius coepit *om. L* (*add. l*) || 24 sic] hic *H* || in pietatem *vulgo*: impietatem *H* pietate *ASl* impietate *R* in pietate *MF* || 28 a te *Commelinus*: ante *F* || 30 SEQVITVR *LH* || 31 hoc est *ad poetae verba pertinet* || exuenerit *F*

298. PER QVOD PATER ANTE SOLEBAT alii volunt ideo 'ante', quia absens est Aeneas: sed iurare possumus etiam per absentis filii caput. alii ad causam religionis trahunt, quae praecepit, ut filii imitentur in omnibus rebus suos parentes: ut nunc quasi imitatio sit iuris iurandi, ut dicat Ascanius 'iuro per caput meum', sicut praesens pater per suum caput iurare consueverat quotiens fidem suam confirmare cupiebat. alii volunt ideo dictum 'ante', quia pontificibus per liberos iurare non licebat, sed per deos tantummodo, ut sit 'ante' antequam pontifex esset Aeneas. *ergo 'ante' aut temporis est aut ordinis.*

299. REDVCI REBVSQVE SECVNDIS mira arte moratur in prosperis et ea iterat, tacet adversa et magis intellectui et subauditioni relinquit. cum enim non dicat 'si non redieris', ait 'matrique tuae generique manebunt'. hoc autem secundum morem Romanorum dicit, apud quos ita praemia decernebantur 'illi liberisque eius', ut darentur liberis quae accipere non potuissent parentes.

302. LYCAON GNOSIVS Cretensis: et est laus ab artifice. hunc autem gladium Euryalo datum intellegimus: nam Nisus accepit pellem et galeam.

304. PELLEM HORRENTISQVE LEONIS EXVVIAS τὸ αὐτὸ dixit, hoc est bis idem, ut ⟨III 247⟩ bellum etiam pro caede boum stratisque iuvencis, Laomedontiadae, *bellumne inferre paratis?*

305. GALEAM FIDVS PERMVTAT ALETES galeae enim sunt explorantum, sicut etiam Homerus ostendit. *'permutat' autem conpositum pro simplici.*

307. PRIMORVM genetivus hic venit et ab eo quod est 'hic primus hi primi', et ab eo quod est 'hi primores', sicut 'hi proceres':

---

2 sed iurare possumus] non iurare non possumus *LH* (*corr. l*) nam iurare possumus *Stephanus* ‖ 3 quia *L* (quae *l*) ‖ praecedit *L, ut videtur* (praecepit *l*). *malim* praecipit ‖ 4 inmitarentur *L* (imitentur *l*) ‖ rebus *om. AS* ‖ quasi *om. R* ‖ 5 ut] *an* et ‖ 9 ante *ante* antequam *om. RLHM* (*add. l*) ‖ 12 iterata *ASMl* ‖ 13 non *ante* dicat *om. RLH* (*add. l*) ‖ 15 illi liberisque eius *om. Ml* ‖ 19 galea et pellem *F* ‖ 20 CΛYTO *R* to auto *H* ‖ 21 est *om. AS* ‖ 22 bellumine *F* ‖ 24 geleae *Commelinus:* alia *ASLM* aliae *RHF* ‖ explorantum] arma *add. F* ‖ 25 ostendit] nam ut quidam dicit alia bellatoria galea alia speculatoria *in marg. add. l.* qui exploratores sic armat et (ut *Fabricius*) primo de diomede (*Il.* X 261) *ἀμφὶ δέ οἱ κυνέην κεφαλῆφιν ἔθηκε . . . μέσσῃ δ' ἐνὶ πῖλος ἀρήρει.* sed de illa diomedis (galea *vulgo additur*) proprie intellegendum est quae sine cono est ut occultior sit explorator. talis enim uocatur *καταῖτυξ* quia sit humilis fabricata (fabrica *Masvicius*) id est *κάτω τευκτή add. D. his* aliae bellantium ut idem de Paride (*Il.* III 336) *κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κυνέην εὔτυκτον ἔθηκεν, ἵππουριν· δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν add. Fabricius* ‖ 27 venit] est *F* ‖ et *om. RMF* ‖ hic primus . . . quod est *om. RLHM* ‖ 28 hi *ante* primores *om. F*

quorum nominum nominativus singularis non invenitur, licet dicamus 'huius primoris' 'huius proceris'.

308. VOTIS aut cum votis: aut pro reditu vota facientes. *an iuvenumque senumque manus ad portas votis prosequitur? an iuvenum quidem manus ad portas, senum vero votis prosequitur, ut iuvenes quidem illos deduxerint, senes vero optaverint illis reditum.*

310. *PORTANDA nuntianda.*

311. ET NVBIBVS INRITA DONANT ut ipse ⟨XI 795⟩ partem volucres dispersit in auras.

312. *SVPERANT transgrediuntur.*

313. CASTRA INIMICA non tantum hostilia, sed et perniciosa; nam cum dolore dictum est 'inimica', unde scilicet redituri non erant, quod ex sequentibus conprobatur: dicendo enim 'multis tamen ante futuri exitio', *id est antequam ipsi perirent,* ostendit perniciosa esse castra quae ipsis mortem fuerant adlatura. *et bene cito dictus est exitus, cum castra mortifera dicuntur.*

315. LITORE CVRRVS quia ante ⟨236⟩ dixerat 'portae quae proxima ponto': aut aream litori proximam, sicut solet. quidam 'litore' fluminis volunt.

317. VINA SIMVL *hoc est* vasa vini, scilicet in quibus vina ponuntur. ORE LOCVTVS non est perissologia: nam secundum Homerum exploratores quae volunt, plerumque nutu plerumque sibilo significant.

318. AVDENDVM DEXTRA quia audemus et cursu et animo. *NVNC IPSA VOCAT RES id est somnus et vinum.*

319. HAC ITER EST per hostium caedem et audaciam nostram. *SE ATTOLLERE adsurgere.*

320. *CONSVLE provide.*

321. HAEC EGO VASTA DABO de quibus dixit ⟨315⟩ 'corpora fusa vident'.

---

2 huius proceris *om. LHM* (huius proces (*sic*) *add. l*) || 4 senumque] senu *F, om. Daniel* || 5 iuuenis *G* || 6 deduxerunt *et* optauerunt *F, corr. Masvicius* || 7 nuntianda] fiuntianda *F* || *ad* AVRAE OMNIA DISCERPVNT *hoc scholium edidit Fabricius* quia non pertulerunt illa mandata Aeneae. quae inutiliter iubentur dicitur ventus discerpere. || 8 partim *ASM* || 11 pernitiosa *et hic et lin.* 14 *libri plerique* || 13 ex sequentibus] x *in ras. l.* et sequentibus *Lion, fortasse recte* || 14 ipse *F* || 15 et bene cito dictum est exitio *Daniel. nisi fallor, laudandum esse dicit poetam interpres quod in initio narrationis infelicem fore rei susceptae exitum significaverit.* || 17 LITORE aut aream . . . volunt. CVRRVS quia . . . ponto *Daniel* || 18 *fortasse* proximam dixit || quodam *et* uoluunt *F* || 22 quae] quod *R, om. LH* || plerumque sibilo *om. M,* plerumque sibilo significant *om. LH* (p. s. significare *add. l*) || 23 significant] apud quem Vlixes Diomedi sibilo innuit (*Il.* X 502) ῥοίζησεν δ' ἄρα πιφαύσκων Διομήδεϊ δίῳ *add. D* || 25 *ad* RES *s. v.* somnus et uinum *T* || 27 *schol. ad* SE ATTOLLERE *et* CONSVLE *hab. T* || 29 VASTABO *HF*

322. *VOCEMQVE PREMIT aut summissa voce loquitur, aut tacet. SVPERBVM cur 'superbum' dixerit enarrat 'qui forte tapetibus altis extructus': superbum enim est et nobile, ut* ⟨VII 630⟩ *Tiburque superbum. 'extructus' autem pro 'extructis tapetibus altis'. veteres et mensarum et tori struices appellabant.*

324. *TOTO PROFLABAT PECTORE SOMNVM periphrasis est, ne verbo humili stertentem diceret.*

326. SED NON AVGVRIO POTVIT DEPELLERE PESTEM *'augurio' hic pro scientia augurii: et* ostendit per transitum fati necessitatem nulla peritia posse depelli. est autem Homericus versus.

327. TEMERE passim, fortuito, neglegenter. *vel humi vel periculose, ut in consuetudine solemus dicere temerarios homines. 'temere' significat et 'facile': Plautus magnus est hic fluvius, non hac temere transiri potest. significat et 'subito': Ennius †quod tam temere itis citate catomerariis. significat 'sine causa': Ennius haud temere est quod tu tristi cum corde gubernas.*

328. PREMIT opprimit, *occidit.* SVB IPSIS EQVIS circa ipsos *equos.*

329. PENDENTIA quasi ebriorum: *aut ita iacentium, ut colla penderent.*

331. SINGVLTANTEM cum singultu animam efflantem. *ATRO potest et superioribus adplicari, ut sit intellectus 'sanguine singultantem atro', potest et sequentibus iungi; sed melius sequentibus.*

---

1 aut . . . tacet] cf. Non. p. 365, 11 M. || 3 superbum . . . nobile] cf. Non. p. 391, 13 M. || 12 temere significat et facile] cf. Charis. p. 221, 11 K. || 13 Plautus] Bacch. I 1, 52 || 14 Ennius] ann. v. 543 Vahl. || 15 Ennius] ann. v. 473 Vahl. || 17 PREMIT occidit] cf. Non. p. 365, 18 M.

---

1 *ad* VOCEMQVE P. *s. v.* aut summisse loquitur aut tacet et premit hoc loco frenat cohibet *T* || 4 extructis *F* || *ad* QVI F. T. A. E. *s. v.* pro extructis tapetibus altis figurate *T* || exstructus *F* || apetibus *F* || altus *F*, altis *Daniel* || mensarum *ego*: mensura *F* || 5 tori struices *F*. *Schoellius*: toris traes *F*. *cf. Fest. s. v.* struix *et ad Aen.* IV 267. mensa et toris tapetes appellabant *Daniel* mensis et toris tapetes appendebant *Fabricianum exemplar anni* 1613 mensis et toris tapetes aptabant *Commelinus.* || 6 perifrasis . . . diceret *hab. T* || perifrasius *F* || humili uerbo *T* || 7 stertentem *T* sterentem *F* humilis terrentem *G* || 8 *ad* AVGVRIO *s. v.* augurii scientia *T* || 10 versus] ἀλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσσατο κῆρα μέλαιναν (*Il.* II 859) *add. D* || 11 fortuitu *ASLHM* || *ad* TEMERE I. T. I. *s. v.* humi uel periculose et temere aliquando significat subito aliquando facile aliquando sine causa *T* || vel humi e. q. s.] *cf. ad v.* 373 || 13 rapidus fluuius est hic *Plautus* || 14 quo *Masvicius* || 15 temere *Daniel*: te in re *F* || catomecariis *Daniel* Ac temere erratis *Scaliger* citati catomitarii *Masvicius. Vahlenus nihil nisi* quo tam temere itis citati *Ennio tribuit, in* catomerariis *latere suspicatur* Cato temere fieri *quae e Charisio adscripta e margine in ipsum scholium inlata sint. similiter iudicasse videtur Hauptius, quem Keilius ad Char. l. l. sibi indicasse commemorat post Ennii verba* quo tam temere itis *legendum esse* citat e Catone Charisius. || 17 *ad* SVB I. E. *s. v.* inter ipsos equos *T* || 18 *ad* SECAT PENDENTIA C. *s. v.* id est quorum colla pendebant iacendo siue quorum colla pendebant cum secarent *T* || aut ita *Daniel*: hauddita *F* haddita *G*

333. PLVRIMA LVSERAT pro 'plurimum *luserat*': *vel per plurimam noctem.*

335. DEO *vel* vino, vel somno. *PROTINVS hic 'porro tenus'.*

337. PER OVILIA TVRBANS perturbans ovilia: nam tmesis est.

339. MVTVMQVE METV scilicet pecus; nam male quidam accipiunt 'mutum fremit' de leone: quod si dixeris, vacat 'metu'.

340. INCENSVS ET IPSE PERFVRIT exemplo Nisi.

341. SINE NOMINE PLEBEM bene expressit et bellatoris peritiam et tironis inconsideratam aviditatem; nam Nisus reges interimit, Euryalus saevit in plebem: Sallustius ex insolentia avidus male faciendi. 'sine nomine' autem dixit sine gloria, quorum per humilitatem non sunt omnibus nota nomina. *atqui adiecit nomina; nam ait 'Fadumque Herbesumque subit': ergo aut 'sine dignitate et nobilitate', aut seorsum plebem dicit et seorsum nobiles, quorum nomina inseruit.*

343. RHOETVM VIGILANTEM hoc loco non tantum Rhoeti timor, sed et Nisi audacia conprobatur. *VIGILANTEM] *hoc est qui in tantum potando vigilaverat, ut metuens post magnum cratera se tegeret.**

346. ET MVLTA MORTE RECEPIT PVRPVREVM multi hic distinguunt, ut sit sensus talis: eduxit gladium multo cruore purpureum. alii 'multa morte recepit', ut sit: eduxit gladium cum multo cruore, et sic inferunt 'purpuream vomit ille animam' secundum eos, qui animam sanguinem dicunt. 'recepit' eduxit, ut ⟨X 383⟩ hastamque receptat ossibus haerentem. *vel secundum Homerum *** Cornutus 'nocte' legit et adnotavit utrum 'nocte' pro morte, an cum multa nox esset?*

---

10 Sallustius] hist. inc. 77 Dietsch., 43 Kr.

---

1 *ad* PLVRIMA N. *s. v.* id est per plurimam noctem ut quibusdam placet *T* || luserat] x *add. F, inde* dixit *Daniel* || 3 vel *ante* somno *om. R* || *ad* PROTINVS *s. v.* quasi porro tenus id est continue sine intermissione *T* || PROTINVS pro continuo, proprium Virgilio *Fabricius* || *ad v.* 336 continuasset per noctem aut aequalem fecisset nocti si uis per datiuum legere id est usque ad lucem produxisset *T* || 4 perturbans *om. F* || 8 et *ante* bellatoris *om. ASL* (*add. l*) || 9 interimit *MF*: interemit *reliqui* || 10 saevit in plebem] saeuitiam impleuit *H* || ut salustius *MD* || ex *F*: et *Serviani libri* || auidus *LM*: auidius *ASRHFl* || 11 humilitatem] ſmâtu *superscr. a* || 12 autqui *F* || subiecit *G* || 13 radumque *F* || herbaesumque *F* herbesumque *G* || 15 ROETHVM *libri Serviani* || 16 Nisi] Euryali *Masvicius* || conprobetur *AS* (*corr. a*) conprobantur *H* || hoc est . . . tegeret *post* ἀναφέρει (*p.* 341 *lin.* 2) *hab. F* || 17 tegero *F* || 18 PVRPVREVM *RM*: PVRPVREAM *SLF* PVRPVEREM (A *superscr.*) *A* PVRPVREA *H* || multi] morti *AS* || 19 multo] cum multo *M* || 20 multo *om. AS, del. l* || 22 eduxit] extraxit *supr. vers. add. l* || 23 secundum Homerum] *Graeca nescio quo modo ex codice non exscripsi, sed vehementer corrupta esse adnotavi. hinc illud certe praestare posse videor, non laudasse interpretem ea quae Daniel ediderit* (*Il.* V 83) ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή. || 25 nox] noc *F*

348. VINA REFERT proprie, quae paulo ante potaverat. *'refert' autem reicit; Graeci, ut ille, dicunt ἀναφέρει.* HIC FVRTO FERVIDVS INSTAT scilicet Euryalus, qui saeviebat latenter, ut sit 'furto' nocturno proelio: nam fures ideo dicti sunt, quod furvo, id est nigro tempore furta committunt: aut re vera 'furto fervidus', quia Messapi galeam sustulit et Rhamnetis phaleras.

350. *DEFICERE EXTREMVM utrum 'ignem extremum', an 'deficere extremum'?* RELIGATOS non *re*solutos, sed diligenter ligatos: unde addidit 'rite', id est ex militari consuetudine optime ligatos. *RITE ex more.*

352. *SENSIT ENIM parenthesis.* *NIMIA CAEDE FERRI deest 'illum'. FERRI φέρεσθαι.*

353. LVX INIMICA proditrix.

354. POENARVM EXHAVSTVM SATIS EST bene 'exhaustum', ut ostendat eos avidos caedis fuisse et cruoris hostilis. VIA FACTA PER HOSTES ut ⟨321⟩ h a e c e g o v a s t a d a b o e t l a t o t e l i m i t e d u c a m.

355. *MVLTA VIRVM . . . TAPETAS mire artum tempus expressit, quo necesse erat haec omittere.*

356. *PVLCHROSQVE TAPETAS secundum Graecos per masculinum genus.*

357. EVRYALVS PHALERAS RHAMNETIS ET AVREA BVLLIS CINGVLA TIBVRTI phalerae ornamenta equorum sunt. et est sermo Graecus *κὰπ φάλαρ' εὐποίητα.* 'cingulum' autem hominum generis neutri est, nam animalium genere feminino dicimus 'has cingulas'.

358. TIBVRTI REMVLO DITISSIMVS OLIM QVAE MITTIT DONA consuetudo erat apud maiores ut inter se homines hospitii iura mutuis muneribus copularent, vel in praesenti vel per internuntios. sensus ergo nunc talis est: Caedicus quidam Tiburti Remulo, cum eum sibi absens hospitio vellet adiungere, misit phaleras et cingula, bullis aureis, hoc est clavis insignita. Remulus moriens nepoti suo

4 nam fures . . . committunt] cf. Gell. I 18, 4; Isid. or. X 106; diff. verb. 340 || 20 secundum . . . genus] cf. Non. p. 229, 8 M. || 22 phalerae . . . Graecus] exscr. Isid. or. XX 16, 1. cf. Non. p. 554, 16 M. || 23 *κὰπ*] Hom. Il. XVI 106 || cingulum . . . has cingulas] exscr. Isid. or. XX 16, 4

1 *ad* REFERT *s. v.* reicit, *ad* HIC *s. v.* aut pro tunc aut hic eurialus *T* || 3 qui seuebat *L* (quia seuiebat *l*) qui furebat *F* || 6 et *om.* *ASHMF* || 7 *ad* DEFICERE E. *s. v.* aut extremum deficere aut extremum ignem *T* || 8 religatos *R* diligatos *L* || 9 rite *H*: re *reliqui* || optime *om.* *M* || *ad* RITE *s. v.* ex more *T* || 11 deest *Masvicius*: id est *F* || 16 uastabo *H* || 18 mira arte *Daniel* || 20 CAPETAS *F* || 23 ΚΛΦΦΑΛΑΡΕΙΠΟΥΗΤΑ *F* ΚΑΦΦΜΛΜΡΕΠΟΥΗΤΑ *G* *καπφάλαρ' εὐποίητα Daniel τὰ φάλαρ' εὐποίητα Commelinus. in Servianis libris deesse moneo haec verba.* || cingula *AS* || 27 uel per internuntios uel in praesenti *AS* || uel *ante* in praesenti *om.* *R* || 28 nunc *om.* *AS* || 29 cingulas *AS* (*corr.* *a*) || 30 clavis] anaglifis *superscr.* *l* || insignata *ASL* (*corr.* *a*)

cognomini haec reliquit, qui postea victus a Rutulis est et occisus: post cuius mortem apud Rhamnetem Rutulum ab Euryalo haec reperta sunt munera. quod autem dixit 'Tiburti Remulo', aut Tiburtino intellegamus, hoc est de Tibure, ut sit dativus ab appellativo veniens hic Tiburs: aut 'Tiburti', hoc est filio Tiburti ab eo quod est hic Tiburtus, huius Tiburti, ut sit 'Tiburti Remulo' sicut ⟨VI 36⟩ Deiphobe Glauci.

359. CVM IVNGERET ABSENS *aut cum se illi iungeret, aut cum iungeretur.*

360. SVO MORIENS DAT HABERE NEPOTI *nepoti* Remulo, quem supra avo cognominem diximus. nam quotiens aperte non ponitur nomen filii vel nepotis, cognominem eum esse intellegimus avo vel patri, quorum nomen aperte positum invenimus; et e contra si filii vel nepotis positum nomen fuerit, praetermissum autem parentum, cognomines eos esse intellegamus necesse est.

361. POST MORTEM scilicet Remuli, secundum supra dictum sensum: nam Donatus dicit post mortem Nisi et Euryali bello potiti sunt Rutuli: quod non procedit, si diligenter advertas. sane sciendum locum hunc esse unum de XII. Vergilii sive per naturam obscuris, sive insolubilibus, sive emendandis, sive sic relictis, ut a nobis per historiae antiquae ignorantiam liquide non intellegantur.

362. NEQVIQVAM non fruiturus. et est 'nequiquam aptat', non 'nequiquam fortibus'.

363. GALEAM MESSAPI non occisi Messapi abstulit galeam — nam dimicaturus est paulo post — sed invenit iacentem et sustulit. CRISTISQVE DECORAM bene praemittit dicens 'decoram'; nam eius splendore prodente Euryalus capitur. *denique Nisus hac ratione non proditur, cui habenti † inferiore galeam, habiliorem galeam Aletes permutavit.*

364. EXCEDVNT CASTRIS Rutulorum scilicet: nam supra dixit ⟨313⟩ castra inimica petunt.

2 haec *om. H* ‖ 3 dixit *om. AS* (dicit *add. a*) ‖ 4 intellegimus *F* ‖ 6 remulu *R* remulus *LH* (*corr. l*) ‖ 8 IVNGERE ET *F* ‖ aut . . . iungeretur *hab. T* ‖ illi *om. T* ‖ iungere *F* ‖ 10 Remulo *om. R* ‖ 11 avo *om. RM, del. l* ‖ cognomine *SHF* ‖ diximus] dictum est *F* ‖ 12 cognominem . . . vel nepotis *om. R* ‖ cognomine *HF* ‖ eum cognominem *S* ‖ 13 inuenies *AS* ‖ et e contrario *AS* ‖ 14 autem] ut *R* ‖ 15 cognomine *AH* (*corr. a*) ‖ 18 adtendas *AS* ‖ 19 hunc locum *F* ‖ XII.] duocim *L* (duodecim *l*) XIII *F*. id est unum de inuictis *supra scr. l* ‖ uergilii *F* ‖ 20 sic] si *L* (sic *l*), *om. H* ‖ relictis] relicti sunt *F* ‖ 21 antiquae *om. AS* ‖ liquide *om. M* ‖ 23 et est . . . fortibus *om. R* ‖ 25 occiso messapo *L* (*corr. l*) ‖ 29 habendi *F* ‖ inferiorem *Daniel* insigniorem *Burmannus. fortasse* infestiorem *i. e. perniciosam, vel* ferream. ‖ abiliorem *F* ‖ ateles *F. ceterum* denique . . . permutavit *non videntur antiqui interpretis esse* ‖ 31 nam] ut *ASMl* ‖ dixit *om. ASM*

365. VRBE LATINA non est contrarium illi loco, ubi ait ⟨VII 600⟩ saepsit se tectis rerumque reliquit habenas, quod modo a Latina urbe auxilia venire commemorat: intellegimus enim Latinum in principio discordiae et tumultus paulůlum se abstinuisse, postea tamen nec suorum copias nec propria denegasse consilia; nam eum et coetui et foederibus interfuisse dicturus est. *PRAEMISSI EQVITES hos neque alio loco a Turno missos usquam dixit, nec prius de eis mentionem fecit: dubitatur ergo a quo sint vel quibus praemissi, vel cur praemissi, cum eos constet aliis iam in campo positis advenire.*

366. LEGIO CAMPIS INSTRVCTA MORATVR proprie; nam legiones peditum sunt, turmae vero equitum.

367. *TVRNO REGI in omnibus bonis 'regis' dicitur inventum: nam quasi absurdum est, duobus positis, Turnum potius quam Latinum responsa dare.*

368. TERCENTVM quia Romani equites primo trecenti fuerunt; de singulis enim curiis deni dabantur, quas triginta fuisse diximus ⟨VIII 638⟩. *an 'tercentum' ut οἱ δ' ἐννέα πάντες ἀνέσταν.* SCVTATI OMNES *armati: a parte totum:* non clipeati; nam clipei peditum sunt, scuta equitum. VOLSCENTE MAGISTRO proprie: nam magister equitum dicitur *more Romano qui dictatori adiungi solet.*

369. MVRO Troianorum. *MVROSQVE SVBIBANT Troianorum. et est locutio de Cicerone poterisne eius †oratione subire?*

370. LAEVO FLECTENTIS LIMITE respiciens situm regionis locutus est.

371. SVBLVSTRI NOCTIS IN VMBRA sublustris nox est habens aliquid lucis: Horatius nocte sublustri nihil astra praeter vidit et undas.

---

17 *οἱ δ'*] Il. VII 161 ‖ 18 clipei . . . equitum] cf. Isid. or. XVIII 12, 1 ‖ 22 de Cicerone] divin. in Caec. 14, 46 ‖ 26 Horatius] carm. III 27, 31

---

2 quo *L* (quod *l*) ‖ a *om. F* ‖ 4 paulolum *ASM* (*corr. a*) ‖ obtinuisse *AS* (*corr. a*) ‖ 7 susquam *G* ‖ de eis *Daniel*: decis *F* ‖ 8 dubitatus *G* ‖ 9 constat *F*, *corr. Masvicius* ‖ 12 'regis' *malim* 'Turno regis', *id quod Servium legisse ex scholio ad* VRBE LATINA *adscripto apparet* ‖ nam . . . responsa dare] *qui haec adnotavit videtur cavere voluisse ne aut 'Turni regis' aut 'Turni regi' (i. e. Latino) legeretur. verba quae sunt* duobus positis *interpretor: cum aut Turnus Latino aut Latinus Turno responsa dedisse putandus sit. ceterum totum scholium non videtur antiqui interpretis esse. cf. Ribbeck prol. p.* 189 ‖ 17 *exspectatur* an 'tercentum scutati omnes' ‖ OYꓛ ЄNNЄAΠPꓛNTЄCꓛN *F* OYꓛ CNNЄꓛΠPꓛNTЄCꓛN *G* ἐννέα πάντ' ἔσαν *Daniel* ‖ *ad* SCVTATI O. S. V. a parte totum intellege *T* ‖ 19 equitum] ut haec breuiora illi uero longiores sunt *add. D* ‖ 20 qui *ego*: quae *F* quod *Daniel* ‖ 21 Muros muro troianorum *F* Murosque subibant muro troianorum *G* ‖ 22 poterisne] pone *G* ‖ orationem *Daniel. scripsisse videtur interpres quod Ciceronis libri exhibent* orationis subire invidiam *cf. Nonius p.* 404 *et Arus. Mess. gramm. lat.* VII *p.* 507, 11 *K.*

372. *INMEMOREM amentem, ut* ⟨II 244⟩ *instamus tamen inmemores: vel incuriosum, vel incautum.* RADIIS lunaribus *intellegendum.*

373. HAVD TEMERE particula haec modo 'non sine causa' significat, alias 'fortuito', alias 'male', alias 'inprovide', *alias 'passim', ut* ⟨327⟩ *temere inter lora iacentes, alias 'facile': Plautus rapidus fluvius est hic, non hac temere transiri potest:* quae pro loco *accipiuntur et* intelleguntur. *adverbium sane qualitatis relatum est.*

375. NIHIL ILLI TENDERE CONTRA hoc est 'nihil contra responderunt': nam 'tendo contra sermonem tuum' est 'respondeo tibi', 'tendo contra iter tuum' est 'occurro tibi': ergo 'nihil contra tendebant', id est nihil respondebant e contra.

377. AD DIVORTIA *viae in diversa tendentes, hoc est* ad diverticula viae militaris: Terentius ubi ad ipsum veni diverticulum. diverticula autem sunt semitae transversae, quae sunt a latere viae militaris.

378. ADITVM CORONANT melior est lectio 'abitum', quam 'aditum': cingunt enim silvam, ne abeant, non, ne adire possint.

381. DVCEBAT SEMITA legitur et 'lucebat': quod si est, 'rara' pro 'raro' accipiendum, ut sit 'raro lucebat', herbis scilicet in aliquibus locis intervenientibus: si 'ducebat', intellegimus inter calles pecorum raram fuisse semitam, hoc est hominum viam. *et non ostendit quo ducebat: sed intellegamus euntes.*

383. EVRYALVM INPEDIVNT 'inpedio te' dicimus per accusativum, et casus mutari non potest, nisi deseras verbum, ut dicas 'inpedimento mihi es'. sciendum sane multas conferri in Euryalum excusationes. *REGIONE VIARVM regionem hic rectum iter dixit, ab eo quod regat tramitem.*

---

6 Plautus] Bacch. I 1, 52 ‖ 13 vias in diversa tendentes e. q. s.] cf. Isid. or. XV 16, 11 (cf. praef. p. XLII); Non. p. 290, 23 M. ‖ 14 Terentius] Eun. IV 2, 7. cf. Don. ad hunc vers.

---

1 *ad* INMEMOREM *s. v.* amentem uel incautum uel incuriosum *T* ‖ 4 non *om. AS* ‖ 5 fortuitu *SLHa* fortuite *A* ‖ male alias *om. H* ‖ alias passim *e. q. s.*] *cf. ad v.* 327 ‖ 6 teme *G* ‖ lora] tela *Daniel* ‖ apidus *G* ‖ 7 transi *F* ‖ 8 intellegantur *F* ‖ adverbium] ꝑ aduerbium *F* (pro *ut ex iis quae praecedunt temere repetitum delevi*) adverbio *Daniel* ‖ qualitatis sane *Daniel* ‖ est] hoc loco *add. Daniel. sententia haec est: fuerunt sane qui 'temere' adverbium qualitatis esse referrent.* inter adverbia sane q. r. e. *F. Schoellius* ‖ 9 nihil contra] illi contra nihil *H* nihil illi contra *M* ‖ 13 vias *Masvicius* ‖ deuerticula *AF* (diuerticula *a*) ‖ 14 Terentius . . . militaris *om. R* ‖ deuerticulum *HF* ‖ 15 deuerticula *AHF* (diuerticula *a*) ‖ autem *om. L* ‖ 17 ABITVM *AM* ‖ est *om. LF* (*add. l*) ‖ habitum *LF* (*corr. l*) ‖ aditu *H* ‖ 18 habeant *RLH* (*corr. l*) ‖ abire *H*. ne habeant unde abire possint *Guelferb. I* ‖ 22 pecodum *M* ‖ 23 hostendit *F* (ostendit *G*) ‖ 25 deseras *HM*: dederas *AS* detrahas *RL* deras *F* ‖ 26 es] est *LH* ‖ inferri *F* ‖ 27 *ad* REGIONE V. *s. v.* id est recto itinere inde appellatum quod regat tramitem *T* ‖ rectum] rerum *F*

384. NISVS ABIT bene meminit velocitatis, quam ei in quinto ⟨318⟩ dedit, ut primus abit longeque ante omnia corpora Nisus emicat. INPRVDENS scilicet remanentis Euryali: *aut 'inprudens' se evasisse; alii 'inprudens' valde prudens accipiunt.*

385. ALBAE DE NOMINE vel porcae, vel civitatis, vel regis Albani, cui successit Procas.

388. INFELIX QVA TE REGIONE RELIQVI se infelicem dicit qui dolet, non illum propter quem dolet.

389. ITER OMNE REVOLVENS FALLACIS SILVAE Vrbanus huc usque verba Nisi vult esse, alii poetae dant 'rursus perplexum iter omne revolvens *fallacis silvae', ut Nisus usque 'quave sequar' dixisse videatur.*

391. *OBSERVATA id est observans. SILENTIBVS pro 'ipse silens': aut 'silentibus', ut* ⟨IV 525⟩ *cum tacet omnis ager.*

392. SIGNA SEQVENTVM militarem sonum dicit, qui varius est: nam interdum canit, ut insequantur eos qui fugiunt, interdum receptui.

393. NEC LONGVM IN MEDIO TEMPVS inter auditum sonum et visum Euryalum. *et est eclipsis.*

395. *FRAVDE LOCI ET NOCTIS 'fraude loci' difficultate loci, 'noctis' pro tenebris et obscuritate fraudem appellat. quidam 'noctis subito turbante tumultu' legunt, ut sit 'noctis tumultu' nocturno. tumultum explorantium dicit.*

396. OPPRESSVM RAPIT *hoc est* 'quem iam manus omnis rapit'; nam male quidam 'videt rapi' accipiunt: quod si admiseris, vacat 'quem iam manus omnis'.

397. *QVID FACIAT mire adfectum suum poeta interposuit.*

398. *IN HOSTES quidam 'in enses' legunt et melius hoc putant, quam in hostes.*

399. PVLCHRAM PROPERET PER VVLNERA MORTEM *aut deest 'adire', aut deest 'ad', ut sit 'ad mortem properet': aut certe antique*

---

4 se evasisse *scripsi e schol. Veron.*: suasisse *F* ‖ *ad* INPRVDENS *s. v.* quidam accipiunt ualde prudens *T* ‖ pruden *F* ‖ 5 vel porcae] de portae *F* ‖ 7 dixit *F* ‖ 9 RESOLVENS TEXERE SILVAE *F* ‖ Vrbanus] quidam *F* ‖ 11 revolvens] resoluens *F.* et deinceps *s. v. add. l* ‖ fallacis silvae *pro lemmate exhibent exemplaria impressa* ‖ usquequaque *Daniel* ‖ 12 videatur *Daniel*: audeatur *F. an* audiatur? ‖ 13 *ad* OBSERVATA *s. v.* pro obseruans ipse, *ad* SILENTIBVS *s. v.* pro ipse silens *T* ‖ observans] obstruens *F* ‖ 14 ut *addidi* ‖ 16 receptui] receptus *ASF*, ut recipiantur milites ipsi *add. Ml* ‖ 18 et est olypsis *F* ut est olipsis *G* ‖ 19 NOCTI *G* ‖ 20 obscuritatem *F* ‖ 21 tumultu *Masvicius*: tumultum *F* ‖ noctis tumultus *F* ‖ tumultum *G* tumultu *F* ‖ 22 *post* dicit *lacunam indicavit Daniel. ceterum cf. schol. Veron.* ‖ 24 uident *F* ‖ rapit *M* ‖ amiseris *RLH* ‖ 26 *ad v.* 397 hoc loco mire affectum suum interponit poeta et ex addubitatione rei mouet pathos *T* ‖ adfactum *F* ‖ 30 adire *Commelinus*: audire *F*

'properet mortem', ut Plautus properate prandium, Ennius festivum festinant diem. 'pulchram mortem': gloriosum enim est pro amico perire. et 'pulchram' ex persona poetae dictum est: *vel certe 'pulchram' ad eum, qui hoc putat.*

400. OCIVS *pro 'ociter'.*

402. TV PRAESENS NOSTRO SVCCVRRE LABORI non dicit 'quae praesens es' sed 'praesens succurre', id est ilico, statim. *et consuetudinis eius est, ut de vicino et proximo ducat opportunas invocationes:* ⟨XII 777⟩ *'Faune, precor, miserere' inquit: et* ⟨III 34⟩ *nymphas venerabar agrestes Gradivumque patrem Geticis qui praesidet arvis. et in repetitione 'tu dea, tu praesens' maior emphasis videtur.*

404. SI QVA 'qua' vacat et hic et in sequenti.

406. SVSPENDIVE THOLO tholus proprie est veluti scutum breve, quod in medio tecto est, in quo trabes coeunt: ad quod dona suspendi consueverant. *quae tam diu dona dici poterant, quam diu non profana fierent, sicut in libris sacrorum refertur.* bene autem venatorem inducit numen invocare silvarum. *alii tholum aedium sacrarum dicunt genus fabricae, ut Vestae et Panthei est. alii tectum sine parietibus columnis subnixum. aedes autem rotundas tribus diis dicunt fieri debere, Vestae, Dianae, vel Herculi vel Mercurio.*

407. TVRBARE GLOBVM sana petitio: nam quia tot vincere inpossibile fuerat, petit ut saltem eos perturbet telorum beneficio. REGE TELA PER AVRAS per noctem, in qua sine auxilio numinis recti iactus esse non possunt.

409. FERRVM CONICIT. HASTA de ferro ad hastam transiit. 'conicit' pro 'coicit': nam 'conicit' antiquum est.

1 Ennius] trag. rell. v. 395 Ribb. ed. II, v. 434 Vahl. ‖ 14 tholus ... coeunt] exscr. Isid. or. XIX 19, 6. cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. II 734 et IX 195

1 festinum *et* dies *F, corr. Daniel. cf. Philarg. ad georg.* IV 170 ‖ 3 perire] deficere *F* ‖ *ad* ET PVLCHRAM P. P. V. M. *s. v.* aut ex persona poetae accipe dictum aut ex persona illius qui hoc putabat gloriosum *T* ‖ 5 *ad* ADDVCTO *s. v.* quidam 'producto' intellegunt. alii 'reducto' quia reducitur manus ut fortius exeat quod fuerit destinatum *T. cf. Tiberii Donati scholium* ‖ *ad* SVSPICIENS *s. v.* aut ueneratus est ut deam aut in superna respiciens *T* ‖ 7 es] *om. AS,* est *L* (*corr. l*) ‖ ilico] illicet *L* loco *F, unde* loco statuto *pro* ilico statim *Daniel* ‖ et consuetudinis] ex consuetudine *Masvicius* ‖ 8 eius] *i. e. Vergilii.* est *addidi* ‖ ut] et *G* ‖ uitino *G* ‖ proxima dicat *F, corr. Daniel* ‖ inuocatione *F* ‖ 9 misere *F* ‖ inquid *F* ‖ 10 uenerabor *F* ‖ graduumque *F* ‖ 11 repitatione *F, corr. Daniel* ‖ enfasis *F* ‖ 15 tecta *AS* (tecto *a* tecti *s*) ‖ 16 consueuerat *HMF* ‖ 18 tholu medium *G* ‖ 19 ut *inserui* ‖ Panthei est] pantei ē *G*antherē *F* Pantheon *Commelinus. cf. Iordan in Preller Roem. Myth. ed. III vol.* II *p.* 372 *adnot.* ‖ 20 ades *G* ‖ 21 vel] ue *G* ‖ herculae *F* hercule *G* ‖ 22 quia *om. AS* ‖ tot *om. RLHM* (*add. l*) ‖ uincit *F* ‖ 23 saltim *LM* ‖ eos *om. LH* (*add. l*) ‖ 25 tecti *F* ‖ 26 transilit *R* ‖ 27 coicit *libri, nisi quod* icit *L* (coicit *l*) ‖ conicit *RHMFal*: conum *AS* coicit *L. cf. Brambach Lat. Orthogr. p.* 199 *sqq. et* 300

410. ADVERSI IN TERGVM SVLMONIS IBIQVE FRANGITVR 'tergum' pro 'tergus' dixit — Sallustius tergis vinciebant pro 'tergoribus' —, ut intellegamus hastam in scutum venisse et illic esse conlisam — ut 'frangitur' sit 'conliditur' — fissoque scuti ligno etiam praecordia penetrasse: aliter non procedit; nam si hastam re vera fractam accipiamus, ratione caret quod dicit 'fisso transit praecordia ligno'. alii re vera in tergum volunt esse percussum: quod falsum est; nam quo modo ante fissum lignum est et sic praecordia penetrata? sciendum tamen locum hunc unum esse de his quos *insolubiles* diximus supra ⟨361⟩.

411. *LIGNO quidam humiliter dictum accipiunt.*

414. HOC ACRIOR IDEM quod latuerat et quod ei primus prospere cesserat iactus.

415. TELVM LIBRABAT AB AVRE gestus iaculantis exprimitur: *duobus autem generibus manualia tela mittuntur;* aut enim ab aure, aut a latere tela iaciuntur.

416. PER TEMPVS VTRVMQVE congrue dicit telum per tempus utrumque transisse; ait enim 'diversi circumspiciunt', hoc est 'huc et illuc ora circumferunt', per quam oportunitatem potuit telum tempus utrumque transire. Asper tamen dicit: 'per tempus utrumque', hoc est 'inter tempus utrumque', ut e contra ⟨VII 30⟩ hunc inter fluvio Tiberinus amoeno, id est 'per hunc'. quod si est, intellegamus in fronte esse vulneratum.

417. TEPEFACTA CEREBRO alibi ⟨698⟩ et fixo ferrum in pulmone tepescit.

420. INTEREA donec ille invenitur. *CALIDO MIHI SANGVINE POENAS Ennius in primo nam mi calido dabis sanguine poenas.*

421. PERSOLVES AMBORVM aut occisorum, aut tuas et Nisi: nam duos eos fuisse novit, supra enim ait 'state viri'.

424. *AMPLIVS de cetero, posthac: interdum et quantitatem significat,*

---

1 tergum . . . dixit] cf. Non. p. 414, 9 M. || 2 Sallustius] hist. inc. 48 Dietsch., 14 Kr. || 27 Ennius] ann. v. 101 Vahl. cf. Macrob. Sat. VI 1, 14

---

2 uinciebat *A* (uinciebant *a*) || 4 pro conliditur *F* || scuti] excuti *AS* (*corr. a*) scuto *F* || 5 praecordio *M* (*corr. m*) || 6 accipiam *H* || 7 percursum *AS* (*corr. a*) || 8 quo modo *om. M,* modo *om. LH* || fissum est lignum *R* fissum lignum esse *F, inde* f. l. esset *Daniel* || 9 hunc] *om. L,* hinc *H* || unum *om. F.* unum de inuictis *in marg. adscr. l* || quos supra insolubiles dictum est *F* || 14 *schol. ad v.* 415 *et* 416 *om. F* || 15 duobus . . . mittuntur *unus hab. M, edidit Stephanus* || aut enim ab aure *om. H* || 17 PER TIMPVS VTRIQVE *R. idem liber infra ter* timpus, *semel* timpus *ex* tempus *exhibet* || 21 hoc est . . . utrumque *om. AS* || 24 fixo] pede *add. R,* pedem *add. LH* (*del. l*) || 27 mi *Daniel*: mihi *F* || dabis *F*: das *Daniel* || 28 *schol. ad v.* 421 *om. F* || 29 eos *om. M* (*add. m*) || 30 *ad* AMPLIVS *s. v.* de cetero posthac *T* || de cero *F*

ut Terentius quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius. *TANTVM POTVIT hoc quamvis ad animum Nisi pertineat, tamen sympathiam etiam poeta ex sua persona fecit.*

425. ME ME subaudis 'interficite': et est interrupta elocutio dolore turbati.

427. NEC POTVIT validior argumentatio ex inpossibilitate, ut ⟨I 232⟩ quid Troes potuere? item ⟨I 529⟩ non ea vis animo, nec tanta superbia victis.

428. TANTVM INFELICEM NIMIVM DILEXIT AMICVM contra illud: cur ergo venit? dicit: tantum amicum dilexit, ut, cum nihil posset, tamen veniret.

431. VOLVITVR EVRYALVS LETO aut septimus est, aut dativus; sed si dativus fuerit, figuratum est, id est 'in letum', ut ⟨V 451⟩ it clamor caelo.

433. PVRPVREVS VELVTI CVM FLOS SVCCISVS ARATRO habetur ratio comparationis: videtur enim Euryalo Hyacinthum comparare, qui pulcherrimus fuit et post mortem conversus in florem est.

434. *LANGVESCIT MORIENS duplex similitudo et pulchritudinis et gestus.*

435. LASSOVE PAPAVERA COLLO DEMISERE CAPVT Homeri est et comparatio et figura; nam et ille sic ait, ut multorum unum diceret caput.

436. *SOLVMQVE PER OMNES an per obstantes, an protegentes?*

437. VOLSCENTEM PETIT appetit: petitiones enim proprie dicimus impetus gladiatorum, unde Cicero quot ego tuas petitiones ita coniectas, ut vitari nullo modo possent, parva quadam declinatione et, ut aiunt, corpore effugi. *MORATVR perseverat.*

---

1 Terentius] Andr. I 1, 4 ‖ 19 Homeri est e. q. s.] cf. Macrob. Sat. V 10, 13 ‖ 24 Cicero] in Cat. I 6, 15

---

1 possim *F* ‖ 2 *ad* AVT TANTVM P. P. D. *s. v.* quamuis ad animum nisi pertineat istud tantum tamen sinpathiam facit ex sua persona poeta *T* ‖ sinphatian *F* ‖ 4 *schol. ad v.* 425 *om. F* ‖ 5 turbati] corrupti *H* ‖ 7 item] et *F* ‖ 9 *schol. ad v.* 428—433 *om. F* ‖ 10 amicum] animum *H* ‖ amicum dilexit] in. f. a. nimium dilexit amicum *L* ‖ 13 figura *L* ‖ 16 iacinthum *Al* iacincthum *S* iacinctum *R* iacintum *L* iacynchtum *H* yacinthum *M* ‖ 17 conuersus est in florem *M* ‖ 18 pulcritudinis *G* ‖ 19 DIMISSERE *AS* DIMISERE *LHMa* ‖ 21 caput] *μήκων δ' ὣς ἑτέρωσε κάρη βάλειν . . . πήληκι βαρυνθέν* (*Il.* VIII 306 *sqq.*) *add. D* ‖ 22 *ad* PER O. *s. v.* per obstantes *T* ‖ ac protegentes *G* ‖ 23 *schol. ad* VOLSCENTEM P. *om. F* ‖ petitiones *vulgo*: petas *libri* ‖ 24 unde et cicero *M* ‖ quod *RLH* ‖ 25 conicetas *LH* ‖ posse uiderentur *Ciceronis libri* ‖ quaedam *R* (*corr. Daniel*) quidem *H* ‖ 26 declamatione *R* (*corr. Daniel*) ‖ corpore effugi] corporeae *A* corpore e. *S* corporeę ffugi *R* (*sed* ffugi *add. Daniel*) coporeae *L* (ae *del. et* exedunt *supr. scr. l*) corpore *H* corporea excessi *M*. *haud scio an Servius scripserit* corporea e. ‖ *ad* MORATVR *s. v.* perseuerat *T*

439. PROTVRBANT *modo* confodiunt, unde paulo post 'confossus'. NON SETIVS non segnius, quamquam vulneratus.

441. IN ORE CONDIDIT ADVERSO archaismos est, ut supra ⟨345⟩ p e c t o r e i n a d v e r s o t o t u m c u i c o m m i n u s e n s e m c o n d i d i t.

443. PLACIDAQVE IBI DEMVM MORTE QVIEVIT aut proprium est mortis epitheton: aut ex affectu pereuntis dictum est, qui cum amico moriebatur.

444. *FORTVNATI AMBO prosphonesis est. mire horum mortem non luctu aut misericordia, sed felicitatis testimonio prosequitur.* SI QVID MEA CARMINA POSSVNT verecunde.

446. DOMVS familia. CAPITOLI INMOBILE SAXVM ACCOLET in urbe Roma Iovis templum non fuit. quod cum iam devotum a Prisco Tarquinio vellet Superbus Tarquinius aedificare, coepit auguriis captare qui mons huic templo esset aptissimus. et cum in omnibus Tarpeius esset inventus, in quo erant multa diversorum numinum sacella, actum est, ut exinde ad alia templa numina evocarentur sacrificiis, quo posset libere et sine piaculo templum Iovis *ex*aedificare. cumque omnes dii libenter migrassent, Terminus solus, hoc est limitum deus, discedere noluit, sed illic remansit. tunc de hoc ipso sacrificatum est et deprehensum, quod Terminus cum Iove remanens aeternum urbi imperium cum religione significaret; unde in Capitolio prona pars tecti patet, quae lapidem ipsum Termini spectat; nam Termino non nisi sub divo sacrificabatur. hinc ergo nunc dixit 'Capitolii inmobile saxum accolet', quia Terminus non est revulsus de loco.

448. PRAEDA RVTVLI SPOLIISQVE POTITI non solum suis armis eos exuerunt, sed etiam illa praeda, quae Rutulis fuerat ante detracta.

---

1 modo non confodiunt *Burmannus* ‖ unde] ut *F* ‖ confossos *ASF* confossis *R* ‖ 2 quamquam vulneratus *om. F* ‖ 3 arcaismos *RHM* sarcasmos *L* (sarcaismos *l, idem* casus pro casu *superscr.*) archassmos *F* ‖ 4 pectora *AS* ‖ 6 quia *L* ‖ 8 *ad v.* 444 *in marg.* aequat amborum fidem et laudem et mirabiliter istorum mortem non luctu atque misericordia sed felicitatis testimonio prosequitur *T* ‖ prosphonosis *F* profonesis *G* ‖ 10 verecunde] ad euitandam arrogantiam dictum *add. D* ‖ 11 DOMVS . . . aedificare *om. F* ‖ CAPITOLII *AH* CAPITOLIA *R* INMANE *M* ‖ 12 cum *om. AS* ‖ 13 vellet] cum uellet *a* ‖ 14 ex omnibus *ASM* ‖ 16 ad *om. LH* (alia ad templa *l*) ‖ 17 posset et libere *M* ‖ 18 cumque inde omnes *R* ‖ dii] di *MF, om. LH* (*add. l; spatium relictum in H*) ‖ libenter] inde libenter *L* libenter inde *vulgo* ‖ 19 discedere *ASRl*: addicere *LH* (*cf. Liv.* I 55, 3) abscedere *M* descendere *F* ‖ illa *F* ‖ tunc deo ipsi sacrificatum est *R* ‖ de hoc ipso] i. e. propter hoc ipsum *superscr. l* ‖ 21 significaret] sacrificaret *AS* ‖ unde . . . patet *MF*: unde hoc in capitolio una pars templi patet *AS* unde in capitolio uel prouna pars tecti patet *R* unde capitoli/// pronas par tecti patet *L* (unde in capitolio pars tecti patet *l*) unde in apitolii prona pros tecti patet *H. fortasse* unde in Capitolii pronao pars tecti patet ‖ 22 terminis petat *AS* (termini petat *a*) ‖ 23 sub cliuo *F* ‖ 26 eos armis *F* ‖ 27 illa *om. RLH* (*add. l*)

450. *NEC MINOR IN CASTRIS LVCTVS decens repetitio.*

452. SERRANOQVE NVMAQVE decima antapodosis, quae fit quotiens commemorantur ea quae non sunt ante praedicta: *neque Numam induxit occisum.*

453. TEPIDAQVE RECENTEM CAEDE LOCVM hypallage est, tepidum locum recenti caede; unde multi legunt 'tepidumque recenti caede locum'.

454. SPVMANTEM SANGVINE RIVOS spumas tunc habet sanguis cum effunditur, nam postea conquiescit; unde bene dixit 'spumantes rivos', quia praemisit 'seminecesque viros'.

457. *ET IAM PRIMA NOVO Lucretianum est. et bene descripturus caedes et bella morose diem oriri facit.*

459. IAM REBVS LVCE RETECTIS supra ⟨VI 272⟩ et rebus nox abstulit atra colorem.

461. COGIT QVISQVE SVOS scilicet comites; nam plenum est 'aeratasque acies'.

462. ACVVNT RVMORIBVS IRAS quia duo ausi sunt per eorum castra transire.

465. EVRYALI ET NISI volunt non nulli clamorem esse militum; sed melius hoc a poeta dictum accipimus — nam Rutuli eorum non noverant nomina — ut sit 'quin etiam capita Euryali et Nisi praefigunt in arrectis hastis et cum magno clamore comitantur'.

466. *MVRORVM IN PARTE SINISTRA aliud agens situm castrorum ostendit. praeterea et prooeconomia est, quia postea castris per fluvium Turnus evadit.*

467. CINGITVR AMNI 'amne' debuit dicere: numquam enim bene in 'i' exeunt nisi quae communis sunt generis, ut 'docilis' 'agilis'; sed ideo ausus est ita ponere ablativum, quia, ut supra ⟨122⟩ diximus, apud maiores hic et haec amnis dicebatur.

---

11 Lucretianum] II, 144. cf. Macrob. Sat. VI 1, 25

---

1 repetito *F* ‖ 2 SARRANOQVE *R* ‖ antepodosis *AS* antipadosis *ex* antepadosis *L* antipodosis *F* antapodosis greca figura *M* ‖ 4 indixit *F* ‖ 5 hypallage ... locum *om. LH* ‖ est pro tepidum *Lion* ‖ 6 locum] sic alibi (VIII 106) 'tepidusque cruor fumabat ad aras' *add. D* ‖ 8 SPVMANTEM *F* ‖ 9 spumantis *LH* spumantem *F* ‖ 10 sanguineosque uiros *R* ‖ 11 *ad v.* 457 *in marg.* bene descripturus bella et caedes diem morose facit oriri, *ad* TITHONI *c. s. v.* istud lucretianum est *T* ‖ 15 plena *ASLH* (plenum *l*) ‖ 19 volunt ... militum *om. F* ‖ 20 accipiamus *ASM* ‖ 23 ad illud agens iscum castrorum ostendit *F, corr. Daniel* ‖ 24 *ad* NAM DEXTERA *c. a. s. v.* prooeconomia est quia turnus postea e castris per fluuium euadet *T* ‖ 29 dicebatur] uerumtamen quae duas habent consonantes ante 'is', in 'i' et 'e' ablatiuum mittunt, ut ignis igne uel igni: uirgilius (*Aen.* IV 2) 'uulnus alit uenis et caeco carpitur igni': et uectis uecte uel uecti: terentius in eunucho (IV 7, 4) 'cum uecti dorax' (*sic*) *add. D*

468. TENENT FOSSAS tuentur, defendunt.

470. NOTA NIMIS MISERIS hoc plus commovebantur: quoniam etiam abscisi vultus necdum agnitionis amiserant notas.

471. *PINNATA quidam volunt ideo hic Famam pinnatam a poeta inductam, quia tumultum et res adversas nuntiet, ut illud tangere videretur, quod qui bellum nuntiaret pinnatas litteras diceretur adferre.*

473. *SVBITVS MISERAE potest pro 'subitus miserae', vel pro 'subito miserae'; ergo et genetivus potest esse.*

474. EXCVSSI MANIBVS RADII bene 'excussi', quasi nescienti: melius, quam si diceret 'proiecti'.

475. FEMINEO VLVLATV inpatienti, ut ⟨XI 782⟩ femineo praedae et spoliorum ardebat amore.

477. PRIMA PETIT ideo 'prima', quia solent in extrema necessitate etiam mulieres muros ascendere, ut ⟨XI 891⟩ ipsae de muris matres. NON ILLA VIRVM NON ILLA PERICLI unum pudoris est, aliud salutis.

478. *TELORVMQVE MEMOR hanc inpatientiam matris Euryali illo loco poeta praemisit, cum eam Euryalus nec profectionem suam ad requirendum Aenean scire significat, et tantopere commendat Ascanio: nam et Nisus propter illam dicit nolle Euryalum sibi comitem iungere, quod sciret, si quid ei accidisset, intolerabiliter eam laturam.*

479. HVNC talem. et est conquestio matris Euryali plena artis rhetoricae: nam paene omnes partes habet de misericordia commovenda a Cicerone in rhetoricis positas. HVNC TE ASPICIO a qualitate caedis.

480. SERA MEAE REQVIES Euander ⟨VIII 581⟩ mea sera et sola voluptas. *et 'requies' hic pro solacio.* POTVISTI LINQVERE SOLAM ab intercepto solacio.

---

11 inpatienti] cf. Isid. or. XI 2, 24 || 22 HVNC talem] cf. Don. ad Ter. Ad. III 2, 14

---

2 commouebatur *AS* (*corr. a*) || quoniam] quia *ASF* || 3 abscissi *AS* (*corr. a*) absi *L* (abscisi *l*) || amisissent *RL* (amiserant *l*) amisisse *H* || 4 *ad* PINNATA P. V. *s. v.* quidam pennatam famam a poeta inductam ideo uolunt quod tumultum et res aduersas nuntiet ut illud tangere uideatur quod qui bellum nuntiabat litteras pennatas dicebatur afferre *T* || 5 quae *F*, *correxi* || 8 *ad* MISERAE CALOR O. R. *haec edidit Fabricius* Homericum (*Il.* XXII 448) τῆς δ' ἐλελίχθη γυῖα, χαμαὶ δέ οἱ ἔκπεσε κερκίς. || 10 melius *om. libri praeter RMl* || quasi diceret et proiecti *R* || 13 ideo *ASF*: ideoque *RLH*, *om. M* || quia petit solent *RLH* || 15 matres] ita Homerus (*Il.* XXII 462) αὐτὰρ ἐπεὶ πύργον τε καὶ ἀνδρῶν ἷξεν ὅμιλον *add. Fabricius* || 17 hanc inpatientiam . . . laturam *hab. T* || 18 cum eam *ego*: cum ea *T*, eam *om. F* || 19 tantop̄ *G* || 20 nole *G* || 21 accedisset *F* || 22 id est talem *Ml* || 23 cum *RLH* (nam *l*) || de *om. H* || conuenda *L* || 24 πάθος a qualitate caedis *Fabricius* || 26 sola et sera *RF* || 27 *ad* REQVIES *s. v.* pro solacio *T* || solatio *F* || 28 solatio *libri*

481. CRVDELIS qui potuisti linquere solam, cum pius esses. *SVB TANTA PERICVLA 'sub' pro 'in', ut* ⟨I 453⟩ *namque sub ingenti lustrat dum singula templo.*

482. ADFARI EXTREMIS Anchises ⟨II 644⟩ sic o sic positum adfati discedite corpus, Terentius quin igitur, dum licet, loquimini mecum, Antipho? *MATRI melius 'matri', quam si dixisset 'mihi'.*

483. *LATINIS id est Latinorum.*

484. NEC TVA FVNERA MATER id est 'funerea': nam apud maiores funeras dicebant eas ad quas funus pertinet, ut sororem, matrem: nam praeficae, ut et supra ⟨VI 216⟩ diximus, sunt planctus principes, non doloris. funeras autem dicebant quasi funereas, ad quas pertinet funus. *vel derivavit veteres secutus, ut 'funeram' pro funesta diceret, ut homo 'scelerus' sicuti scelestus vel scelerosus dicebatur: Plautus in Pseudulo* ⟨III 2, 28⟩ *teritur sinapis scelera, in eadem* ⟨IV 5, 3⟩ *nunc iube venire Pseudulum, scelerum caput, id est scelestum.*

485. *AVT VVLNERA LAVI Romana consuetudo fuit ut mortui lavarentur, ideoque hos qui hoc officium implebant, pollinctores appellatos dicunt, qui mortuis os polline oblinebant, ne livor appareret extincti.*

486. *FESTINA pro 'festinans', nomen pro participio: vel a verbo derivatum, ut ab eo quod est 'festino' 'festinus' dicatur, ut hic 'festina', quomodo superius 'funera': Sallustius in secunda cohortes festinas composuerat: ut ipse ab eo quod 'propero'* ⟨XII 85⟩ *circumstant properi aurigae, ut sit nominativus 'hic properus'. et bene 'festina', nam ait superius* ⟨474⟩ *'excussi manibus radii revolutaque pensa'.*

488. *QVO SEQVAR id est inquiram.*

489. FVNVS LACERVM dilaniatum cadaver: nam 'funus' pro ca-

5 Terentius] Phorm. III 3, 16 || 21 pro festinans e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VI 75 || 23 Sallustius] hist. inc. 44 Dietsch., 10 Kr.

1 qui] quia *L* (*corr. l*) cum *F* || solam *om. RLF* (*add. l*) || 2 *ad* SVB T. *s. v.* in tanta *T* || 4 EXTREMIS *ASHM et L, ut videtur*: EXTREMVM *RFal.* cum mos fuisset dicere uale uale *add. D* || 5 quin] tum *Terentius* || 6 loquimini . . . Antipho] loqui cumifo *F* || mecum] mecum cum *AS* || *ad* MATRI *s. v.* melius matri dixit quam mihi *T* || 8 *ad* LATINIS *s. v.* pro latinorum *T* || 9 funerea] funera *RF* || 10 pertinebat *F* || 11 planctus] plantus *L* (*corr. l*) plautus *H*, genits *superscr. a* || 12 funereas] funeras *ASH* (*corr. a*) || 13 *ad* FVNERA M. *in marg.* i. e. tua funerea mater uel certe deriuauit ueteres secutus ut funeram diceret pro funestam et tales deriuationes in antiquis repperiuntur ut homo scelerus . . . id est scelestum *T* || 15 pseudolo *F* (pseudulo *G*) || 16 speudolum *F* pseudolum *T* || capud *F* || 18 *ad v.* 485 *in marg.* Romana . . . extincti *T* || lauerentur *F* || 19 polliciores *F* || 20 ne libor apparet *F* || 21 FVNESTA *G* || 22 ut *om. G* || 23 Sallustius] ſcđt *G* || secunda] ſcta *G. fortasse* in secundo || 24 sicut *Daniel* || ipsi *G* || 25 augurie *F* || 26 ut excussi *G* || nianibus *G* || 27 *ad* QVO S. *s. v.* i. e. inquiram *T* || 28 cadauer *F*

davere posuit. *ergo ex posteriore intellegitur prius.* *HOC MIHI DE TE hoc caput intuens ait.*

491. SI QVA EST PIETAS si qua pietas in occidendo est, in me probetur.

492. ME PRIMAM ABSVMITE FERRO unusquisque enim in propriae salutis desperatione credit universa etiam posse consumi, unde est quod modo dixit 'me primam': *quasi mortuo Euryalo omnes Troiani perituri essent.*

494. INVISVM HOC DETRVDE CAPVT SVB TARTARA TELO invisum quidem est hoc et odiosum caput, verum misericordiae genus est, si me etiam iratus interimas. *INVISVM] *deest 'tibi'. et si 'invisum', quo modo 'miserere'*?*

495. QVANDO ALITER NEQVEO CRVDELEM ABRVMPERE VITAM hinc traxit illum colorem Iuvenalis ⟨X 255⟩ quod facinus dignum tam longo admiserit aevo?

497. TORPENT INFRACTAE antea infractae, nunc tamen torpent, ut ⟨XII 1⟩ Turnus ut infractos adverso Marte Latinos. *INFRACTAE] naturaliter enim homines dolore ac miseratione franguntur.*

498. *IDAEVS ET ACTOR ex nominibus personarum et fidem et dignitatem rei addit.*

499. LACRIMANTIS IVLI puero dat lacrimas, cui potest sine pudore; viris fortibus tantum dolorem.

500. SVB TECTA REPONVNT honorifice. quod autem dicit 'corripiunt', non iniuriae est, sed celeritatis, id est raptim tollunt.

501. AT TVBA TERRIBILEM SONITVM hemistichium Ennii: nam sequentia iste mutavit. ille enim ad exprimendum tubae sonum ait taratantara dixit. et multa huius modi Vergilius cum aspera invenerit, mutat. bene tamen hic electis verbis imitatur sonum tubarum.

---

25 Ennii] ann. v. 452 Vahl.

---

1 *ad v.* 489 *in marg.* ab eo quod sequitur id quod praecedit *T* ‖ *ad* HOC M. D. T. *s. v.* caput intuens haec dicebat *T* ‖ 3 si qua pietas *om. LHF* ‖ in occidendo est] sin occidendum est *F* ‖ 5 PRIMVM *F* ‖ 6 credit] decreditur *LH* (*corr. l*) creditum *F*, *inde* credit tum *Daniel* ‖ 7 ne primum *F* ‖ 10 hoc est *F* ‖ odiosum caput ergo deest tibi . . . miserere uerum . . . interimas *F* ‖ 11 si me] sine *RF* ‖ 14 quod *om. LH* (*add. l*) ‖ fatimus *L* (fatinus *l*) ‖ dignus *LH* (*corr. l*) ‖ 18 *ad* INFRACTAE A. P. V. *s. v.* quia naturaliter omnes homines . . . franguntur *T* ‖ dolore cmiseratione *G* ‖ 19 *ad* ILIONEI M. *s. v.* ex nominibus . . . addit *T* ‖ hominibus *F* ‖ fidem *T*: finem *F* ‖ 23 honorifice *ASF*: homerice *RLHMD*. *in D duorum versuum spatium relictum est,* Homerice εἰς δῶμα φέρουσι *Fabricius* ‖ dicitur *ASLM* ‖ 24 non iniuria sed *F* ‖ est] ut raptores distrahunt *add. D* ‖ 25 emisthitium *L* emisthicium *H* emistichium *reliqui* ‖ enni *F* ‖ 26 sequentia . . . exprimendum *om. RLH* (*add. l*) ‖ 27 tharantanta *L* tharathantara *H* ‖ uergilius *F* ‖ 28 inuenit *F*

502. INCREPVIT et insonuit et segnitiam increpavit.

503. VOLSCI non mirum quia dicit Volscos, cum et Camilla de Volscis sit, ut ⟨VII 803⟩ Volsca de gente Camilla: namque pars aliqua Tusciae dat Turno auxilia, cum Tuscos dixerimus ⟨VII 715⟩ specialiter Aeneae favere. item e contra pars Venetiae auxilium praestat Aeneae, quam Turni fuisse superius diximus. TESTVDINE testudo est scutorum conexio, curvata in testudinis modum *et similitudinem, cum a militibus aliqua civitas obsidetur, et fit ut murus eius subruatur.* namque in armorum generibus milites sumunt ab animalibus nomina, ut 'aries': Sallustius in modum ericii militaris. *inventor autem testudinis Artemon Clazomenius fertur, idemque arietis repertor dicitur. scuta aerea gestare Curetes primi invenerunt. galea Thracicum tegmen est. thoraces Thorax quidam rex dicitur invenisse. Lycaon Arcas gladium longiore lamina produxisse narratur. Peleus primus machaeram dicitur invenisse. harpen, id est curvum gladium in modum falcis, a Perseo inventam multi dixerunt.*

504. FOSSAS IMPLERE PARANT vertit ordinem: nam ante est ut impleatur fossa, tollantur valli, et sic testudine accedatur ad murum. quamquam possumus intellegere etiam ad fossas eos facta venisse testudine. *proprie tamen 'fossas implere', 'vallum vellere': sic enim et historici.*

507. EFFVNDERE CONTRA proprie; tela enim non iaciuntur in subiectos, sed funduntur. et dicendo 'omne genus telorum' ostendit telum vocari omne quod iacitur.

509. ADSVETI LONGO M. D. B. docet usum in *rebus* omnibus plurimum posse.

510. INFESTO VOLVEBANT PONDERE *hoc est* infesti ponderis. *SVBTER DENSA TESTVDINE hoc est sub testudine.*

---

1 INCREPVIT insonuit] cf. Non. p. 329, 23 M. ‖ 7 testudo . . . ericii militaris] Serviana exscr. Isid. or. XVIII 12, 6 ‖ 10 Sallustius] hist. III 22 Dietsch., 23 Kr. ‖ 24 telum . . . iacitur] cf. Isid. or. XVIII 7, 10

---

1 in segnitiam *AS* (in *del. a*) ‖ 8 et similitudinem testudinis cum *G* ‖ 10 ab animalibus *om. R* ‖ aries] aeris *A* eris *S* ‖ iricii *ASM* irici *LF* (erici *l*) hirci *R* inci *H* ‖ 11 inventor testudinis . . . multi dicunt (*sic*) *hab. T* ‖ clazememur *F* clazamenus *T* ‖ 12 arietes *F* ‖ repertor arietis *T* ‖ scuta aerea *F. Schoellius*: stauera *F* ‖ curetis *F* ‖ 13 galeae *F* ‖ trachicum *T* ‖ toraces *G* ‖ torax *T* troax *G* ‖ 14 lammina *T* ‖ 15 macheram repperisse dicitur *T* ‖ macheram *F* ‖ inuenis *G* ‖ arpen *libri* ‖ currum *F* ‖ 16 inuenta *F* ‖ multa *G* ‖ 18 accendatur *F* ‖ 19 possimus *R* ‖ etiam *om. LH* (*add. l*) ‖ facta testudine uenisse *M* ‖ 21 *ad* VELLERE *v. s. v.* bis idem dixit *T* ‖ 23 subiecto *LH* (*corr. l*) ‖ 24 iacitur] iactibus *R et L, ut videtur,* actibus *H* iactur *l.* graeci τὰ βέλη ἀπὸ τοῦ βάλλειν sicut latine tela ἀπὸ τοῦ τῆλε id est longe *add. D, edidit Stephanus* ‖ 25 ADSVETI . . . omnibus *om. RLH* (*add. l*) ‖ 26 potest *R* ‖ 27 hoc est subter infesti *F* ‖ pro infesti ponderis *L* ‖ 28 sub testudine *Masvicius*: subter testudine *F*

513. NEC IAM SVFFICIVNT diu iam non sustinent. *RVVNTQVE hic 'ruunt' pro deiciunt.*

515. ARMORVMQVE RESOLVIT TEGMINA hic ostendit armorum conexionem esse testudinem: Lucanus de testudine ⟨III 484⟩ at postquam virtus incerta virorum perpetuam rupit defesso milite cratem singula continuis cesserunt ictibus arma.

519. ETRVSCAM PINVM *hoc est* ipse Etruscus. *'quassabat' autem et 'infert' mutatio temporum, ut* ⟨I 471⟩ *Tydides multa vastabat caede cruentus ardentesque avertit equos in castra.*

523. VOS O CALLIOPE PRECOR syllepsis per numeros; erat enim rectum 'vos musae, aut te, Calliope'. ADSPIRATE favete, ut ⟨II 385⟩ adspirat primo Fortuna labori.

526. ORAS EVOLVITE BELLI *hoc est ingentis belli* narrate non tantum initia, sed etiam extrema bellorum: nam orae sunt extremitates. *est autem Ennianum qui potis ingentis oras evolvere belli.*

527. TVRRIS ERAT turris huius modi esse ad munitionem civitatum et in secundo legimus; sed hae plerumque mobiles sunt, plerumque fixae: fixae, ut in secundo ⟨445⟩ turris ac tecta domorum, mobiles, ut in duodecimo ⟨675⟩ meminit subdideratque rotas pontesque instraverat altos. *PONTIBVS pro tabulatis.*

528. OPORTVNA LOCO *pro 'oportuno'*, scilicet circa portas.

---

2 ruunt pro deiciunt] cf. Don. ad Ter. Ad. III 2, 21 || 15 Ennianum] ann. v. 178 Vahl. cf. Macrob. Sat. VI 1, 18

---

1 diu *om. L* (*add. l*) || 2 *ad* RVVNTQVE *s. v.* deiciunt *T* || 3 περιφραστικῶς hic ostendit *D* || hic ostendit . . . testudinem *om. RLH* (*in marg. add. l*). *dubito num Servii sint haec verba* || hinc *ASl* || 4 testudinem. RESOLVIT TEGMINA lucanus de testudine *e. q. s. ASFl* || ac *in ras. l* || 5 defenso *L* || 6 limite *R* || gratem *F* || continuisse cesserunt *A* continuis se////cesserunt *L* (*duae litterae radendo deletae sunt, tum* c *et prior* s *in ras. l*) continuis seesserunt *H* || 7 quassabat et infert . . . cruentus *hab. T* || 8 tytides *T* || multas *G* || 9 auertite *F* || castras *G* || 10 CALIOPE *RL* || sillempsis *A* silempsis *S* silemsis *R* psillemsis *L* sylempsis *M* syllempsis *F* syllepsis est *vulgo* || 11 aut o caliope *L* et te o caliope *l* || 12 labori] ductum est verbum a prospere navigantibus, quibus ventus dicitur ἐξ οὐρίων spirare *add. Fabricius* || 13 narrate] narrat enim *R* narrante *F* || 14 initia *ASMF*: inimititias *R* inimiticias *L* (initicia *l*) inimicitia *H* || extremitates] ET MEMINISTIS ENIM DIVAE ET MEMORARE POTESTIS differt meminisse ac memorare, cum illud sit memoriter tenere, memorare vero exponere et narrare. est autem homeri (sententia *add. Stephanus*, sententia: ait enim *add. Fabricius. Il.* II 484) ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι, ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε, ἴστε τε πάντα *add. D, edidit Stephanus* || 16 ciuitatis *H* || 17 haec *A* hec *L* haec *HM* hac *F* || 18 plerumque fixae fixae ut hic mobiles in secundo meminit subsideratque rotas pontesque strauerat altos *R* plerumque fixae mobiles ut in duodecimo subdideratque rotas fixae ut in secundo turris ac tecta domorum mobiles ut XII meminit subdideratque rotas pontesque intrauerat altas *F* || turris . . . domorum *om. LH* (*add. l*) || 19 subsideratque *H* || 20 strauerat *L* stauerat *H* || altos] lucanus (III 455) 'stellatis axibus agger erigitur geminasque aequantes moenia turres accipit *add. D* || *ad* PONTIBVS *s. v.* tabulatis *T* || 21 OPPORTVNA *La* || pro oportuna *G*

529. OPVM VI potest et hypallage esse, ut sit 'ope virium'.

530. *CERTABANT zeugma: potest et ad Latinos et ad Troianos referri.*

531. CAVAS patulas. DENSI pro 'tela densa'.

533. FLAMMAM ADFIXIT adfectate: debuit enim dicere, adfixit aut facem aut malleolum, non flammam. QVAE PLVRIMA VENTO gliscens et magna facta per ventum.

534. HAESIT ADESIS non iam 'adesis', sed quos exedit adhaerendo, *id est haesitans adedit vel adesos reddidit.*

535. MALORVM VELLE FVGAM honestissima elocutio.

537. PESTE incendio, ut ⟨V 683⟩ et toto descendit corpore pestis.

541. VNVS subaudis 'et alter': nam non procedit 'unus Helenor et Lycus elapsi'. ELAPSI scilicet non mortem, sed turris ruinam.

543. MAEONIO REGI aut proprium patris nomen est, aut cognominem eum filio intellegamus, quia, ut supra ⟨360⟩ diximus, cum filii vel patris nomen praemittitur et aliud tacetur, cognomines eos esse intellegimus. FVRTIM SVSTVLERAT e stupro educaverat: hinc est et dulcia furta.

544. VETITISQVE AD TROIAM MISERAT ARMIS secundum Donatum 'vetitis fato', *quia stare Troia diutius vetabatur;* sed melius lege militari intellegimus, quia servi a militia prohibebantur: unde in Deiotariana ⟨8, 24⟩ purgat hoc Cicero, cum fuisset obiectum inter equites quos Deiotarus miserat Caesari, unum servum fuisse: Vergilium autem novimus trahere aliqua de historia. servos sane numquam militasse constat nisi servitute deposita, excepto Hannibalis tempore, cum post Cannense proelium in tanta necessitate fuit urbs Roma, ut ne liberandorum quidem servorum daretur facultas.

545. ENSE NVDO id est stricto. '*ense levis*' (*levis*) *armaturae est;* '*nudo*' *autem stricto vel sine vagina.* PARMAQVE INGLORIVS

18 et dulcia furta] georg. IV 346 || 24 servos sane . . . facultas] exscr. Isid. or. IX 3, 38

1 *scholium ad* OPVM VI *post* patulas *exhibent libri Serviani* || uirum *F* || 4 adfectat *H* || 8 haesitans *Daniel*: haesitat *F* || 9 elocutio] cum honestius sit forti mala fugere uelle quam timere mala, quod timidi est non fortis *add. D* || 13 scilicet *om. R* || 14 est *om. F* || aut cognomines eos esse intellegamus *R* || cognomine *HF* || 16 cognomine *H* || eos *om. H* || 17 intellegamus *LHM* || 19 secundum quosdam *F* || 20 facto *RLF* (*corr. rl*) || qui *F, corr. Daniel* || deutius *F* || sed *om. F* || lege militari] legebatur milita militare *F* || 21 intellegamus *ASMl* || malitia *AR* (*corr. a*) || 22 denotariana *H* deiatariana *F* || 23 fuisse] at (*sic*) nescio quem ex eo numero seruum iudicatum. non arbitror, non audiui; sed in eo, etiamsi accidisset, culpam regis nullam fuisse arbitrarer *add. D* || 24 sane] namque *Masvicius* || 28 *ad* NVDO *s. v.* stricto aut sine uagina *T* || structo *F*

ALBA quasi tiro, ut diximus supra ⟨VII 796⟩, *quia picta arma iam probati in bellis habebant.*

548. *VT FERA quidam pardum significari volunt.*

553. LONGE MELIOR LYCVS ergo et Helenor bonus. INTER 'per', ut ⟨VII 30⟩ hunc inter fluvio Tiberinus amoeno.

555. PRENDERE SAXA MANV quia tunc alti non erant muri, sed ad impetum tantum repellendum, ut etiam Sallustius ostendit, ubi Sertorium umeris sublatum per muros ascendisse commemorat.

556. CVRSV TELOQVE SECVTVS nimiam eius ostendit celeritatem, qui potuit telum missum consequi: nam hoc dicit, cum praemisso telo ad hostem venit: Statius et emissum cursu conprendere telum.

558. REVELLIT in verbo 'vello' facit in participio 'vulsus'.

560. QVALIS VBI AVT LEPOREM pro 'qualiter'.

561. PEDIBVS IOVIS ARMIGER VNCIS quia dicitur aquila in bello Gigantum Iovi arma ministrasse. quod tamen fingitur: nam, ut supra ⟨VIII 319⟩ diximus, Iuppiter et Saturnus reges fuerunt. sed Iuppiter dum cum patre Saturno haberet de agris contentionem, ortum bellum est. ad quod egrediens Iuppiter aquilae vidit augurium. cuius cum vicisset auspicio, fictum est quod ei pugnanti tela ministraverit: unde etiam a felici augurio natum est, ut aquilae militum signa comitentur.

562. QVAESITVM qui requiritur: nam praesens a passivo non habuit. et est hysteroproteron; nam post raptum requiritur: *vel 'quaesitum' requirendum, ποθητόν.* *MVLTIS BALATIBVS id est cum multis balatibus.*

563. MARTIVS LVPVS aut cruentus, aut Marti dedicatus.

---

11 Statius] Theb. VI 568 ‖ 15 quia dicitur e. q. s.] exscr. mythogr. II 3 et III 3, 4 ‖ 19 ad quod egrediens e. q. s.] cf. Isid. or. XVIII 3, 2

---

1 tyro *libri* ‖ *ad* ALBA *in marg.* quia probati in bello milites solebant habere arma picta *T* ‖ picta] puto *F* ‖ 3 quidam . . . volunt *hab. T* ‖ perdum *F* ‖ significare *G* ‖ 6 PENDERE *AH* PRAETENDERE *F* ‖ 7 ad *om. H* ‖ tantum *om. F* ‖ ubi . . . eius ostendit *om. H* ‖ 8 humeris *ASRLH* ‖ 10 qui] quia *F* ‖ telo praemisso *L* ‖ 11 emissum *F*: missum *Serviani libri* ‖ conprehendere *ASHM* (conprendere *a*) cumprehendere *L* ‖ 13 uello *ASRF, om. LH* (*add. l*), uelli *ex* uello, *ut videtur, M* uelli *a.* in perfecto velli *Burmannus* in Vergilio 'velli' facit in perfecto *F. Schoellius. cf. Diom. p.* 372, 12 *K.* ‖ 14 qualiter] comparatio homerica (*Il.* XXII 308) *οἴμησεν δὲ ἀλεὶς . . . ἢ πτῶκα λαγωόν add. D, edidit Stephanus* ‖ 15 in bello gigantum aquila *F* ‖ 21 ministrauerit *ASM*: ministraret *RLHF* ministrasset *mythographi* ministrarit *Guelferbytani* ‖ augurib; *F* ‖ ut aquila militaria signa comitetur *F* ‖ 23 queritur *F* ‖ 24 habet *F* ‖ protysteron *AHF* (ysteroproteron *a*) proysteron *S* ‖ 25 *ad* QVAESITVM *s. v.* aut qui requiritur aut requirendum *T* ‖ ΠΟΘCΤΟΝ *F*, *corr. Daniel* ‖ *ad* MVLTIS B. *s. v.* scilicet cum *T* ‖ 27 morti *M* (*corr. m*) marte *F* ‖ dicatus *F*

564. AGGERE COMPLENT agger est cuiuslibet rei coacervatio, unde fossae aut valles possunt repleri. *subaudiendum tamen 'alii'.*

566. INGENTI FRAGMINE MONTIS supra dicti saxi exaggeratio est.

567. LVCETIVM solum hoc nomen est, quod dictum a Vergilio in nullo alio reperitur auctore. sane lingua Osca Lucetius est Iuppiter, dictus a luce, quam praestare hominibus dicitur. ipse est nostra lingua Diespiter, id est diei pater: Horatius namque Diespiter plerumque per purum.

569. *HIC IACVLO BONVS nescias de quo dixerit.*

570. CAENEA TVRNVS TVRNVS ITYN ut ait Lucilius bonum schema est, quotiens sensus variatur in iteratione verborum, *et in fine positus sequentis sit exordium, qui appellatur climax.*

572. PRO TVRRIBVS aut pro defensione turrium: aut sic magni, ut turres putares.

573. HASTA THEMILLAE Themillas Themillae, ut Aeneas Aeneae. 'levis' autem 'hasta' pro 'leviter veniens': unde et 'strinxerat' dixit, id est paululum vulneraverat, ut ⟨X 478⟩ tandem etiam magno strinxit de corpore Turni.

574. DEMENS qui scutum quo se tuebatur, abiecit.

575. ALIS pennis.

576. LAEVO ADFIXA EST LATERI ostendit vulneris locum, quem ante suppresserat. sic in quarto ⟨689⟩ infixum stridit sub pectore vulnus.

577. SPIRAMENTA ANIMAE definitio pulmonum.

579. PICTVS ACV CHLAMYDEM hoc est habens chlamydem Phrygiam, ut ⟨III 484⟩ et Phrygiam Ascanio chlamydem. *et est figuratum 'pictus chlamydem'.* FERRVGINE CLARVS HIBERA ferrugo

---

1 agger . . . repleri] exscr. Isid. or. XV 9, 3 ‖ 5 sane . . . diei pater] cf. Gell. V 12, 5 sqq. ‖ 7 Horatius] carm. I 34, 5 ‖ 10 Lucilius] lib. IX fragm. XXXIV Muell. ‖ 17 STRINXERAT paululum vulneraverat] cf. Non. p. 403, 12 M. ‖ 28 ferrugo . . . subnigrae] cf. Isid. or. XIX 28, 6 et XIV 3, 36

---

1 rei *om. F* ‖ cumulatio *F* ‖ 4 LVCETVM *F* ‖ a] cum *H* ‖ uergilio *F* ‖ 5 repperitur *RF* reperiatur *ASM* reperiebatur *L* repperiebat *H* ‖ lucecius *S* lucretium *H* ‖ 6 dicitur hominibus *F* ‖ ipse est enim nostra *D* ‖ 7 diei] dies *F* ‖ 9 *ad* HIC I. *s. v.* id est alter de illis duobus *T* ‖ 10 ITIN *Rl* SITIN *L* SYTIN *H* YTIN *MF* ‖ 11 scema *RLM* ‖ quoties *R* quociens *F* ‖ verborum] uariatur *L* (*corr. l*) ‖ 15 turrem *F* turrim *Stephanus et Daniel* ‖ 17 ut extrinxerat dixit *F* ‖ strinxerat] extrinxerat *AS* (*corr. a*) ‖ 18 paulolum *ASM* (*corr. a*) paulum *F* ‖ 20 quo tegebat *F* quo se tegebat *Daniel* ‖ 21 pinnis *HF* ‖ 23 sup *L* ‖ 25 pulmonum] pulmorum *F*. quia dicitur (*sic*) a spirando i. e. a pulsu, sicut graece *πνεύμων ἀπὸ τοῦ πνέειν add. D* ‖ 26 PICTVS . . . Ascanio chlamydem *om. R* ‖ hoc est . . . Ascanio chlamydem *om. LH* (*add. l*) ‖ id est *M* ‖ frigidam clamidem *M* ‖ 27 ut . . . chlamydem *om. M* ‖ frigidam *F* ‖ et est figuratus pictus clamide *F, corr. Masvicius*

coloris genus est, qui vicinus est purpurae subnigrae. 'Hibera' autem modo non Hispana, sed Pontica: nam Hiberia pars Ponti est *inter Persidem et Armeniam, ubi optime colores diversi tinguntur,* ut ostendit Horatius dicens herbasque quas Iolcos atque Hiberia mittit, venenorum ferax.

580. GENITOR QVEM MISERAT ARCENS ordo est 'stabat Arcentis filius Arcens in armis egregiis': nam non congruit ut huius filii praetermisso nomine, bis fiat patris commemoratio.

581. SYMAETHIA CIRCVM FLVMINA Symaethos fluvius est Siciliae, *a rege Symaetho dictus,* haud longe ab urbe Catinensi, circa quem sunt Palici dei, quorum talis est fabula: Aetnam nympham, *vel, ut quidam volunt, Thaliam,* Iuppiter cum vitiasset et fecisset gravidam, timens Iunonem, secundum alios ipsam puellam terrae commendavit, et illic enixa est: secundum alios partum eius. postea cum de terra erupissent duo pueri, Palici dicti sunt, quasi iterum venientes: nam πάλιν ἵκειν est iterum venire. hi primo humanis hostiis placabantur, postea quibusdam sacris mitigati sunt et eorum inmutata sacrificia. ideo ergo 'placabilis ara', quia mitigata sunt eorum numina. *Palicos nauticos deos Varro appellat. alii dicunt Iovem hunc Palicum propter Iunonis iracundiam in aquilam commutasse. alii Vulcani et Aetnae filium tradunt. sed incertum ex qua recondita historia Arcentem istum induxerit: neque enim sine ratione vel lucus Martis appositus est. et quid homo Siculus in hoc bello facit, quem nusquam supra cum Aenea dicit ad Italiam pervenisse?*

585. LIQVEFACTO TEMPORA PLVMBO DIFFIDIT plumbum enim iactum nimio rotatu et aeris calore dissolvitur: Statius et arsuras caeli per inania glandes.

586. PORRECTVM EXTENDIT HARENA intellegimus eum cecidisse trans murum. dicendo autem 'multa' ostendit corporis proceritatem.

587. *TVM PRIMVM BELLO hoc loco puerum ideo poeta fecit armari,*

---

4 Horatius] epod. V 21 ‖ 9 Symaethos e. q. s.] Serviana exscrips. mythogr. I 190, II 45. cf. Luct. Plac. in Stat. Theb. XII 156 et Macrob. Sat. V 19, 15 ‖ 26 Statius] Theb. X 533. cf. Luct. Plac. ad hunc vers.

---

2 ispana *L* spana *H* ‖ Hiberia] libera *F* ‖ 3 persidam *F* ‖ coloris *F* ‖ 4 Iolcos] colchos *ASM* ioleos *F* colcos *l* ‖ 7 egregius *ASRM* egrediens *H* ‖ 8 permisso *M* ‖ 9 symaethus *L* ymettos *F* ‖ siliciae *AS* ciliciae *H* ‖ 10 ymeto *F* Symetho *Daniel* ‖ quam *L* (quem *l*) ‖ 11 pallici *L* falici *F* ‖ 12 taliam *G* ‖ 13 ipsam . . . secundum alios *om L, add. l* ‖ ipsam puellam] partum eius *R* ‖ 14 secundum alios post partum eius cum de terra erupissent duo pueri *mythogr. I* ‖ 15 pueri *om. LH* (*add. l*) ‖ 16 ΠΑΛΙΝΙΚΙΝ *ALH* ΠΛΛΙΝΚΙΝ *R* (*corr. Daniel*) ΠΑΑΤΝΙΚΙΝ *M* naxinion *F* ‖ 18 inde ergo *F* ‖ 19 appellant *F* ‖ hunc iouem *F* ‖ 20 iunonem *F* ‖ 23 quem *Daniel*: quae *F* ‖ 26 arsura *R* ‖ 30 *ad v.* 587 *in marg.* ideo hoc loco poeta puerum facit armari . . . donauit *T* ‖ poeta] postea *Daniel*

quia legit in historia pueros de bellis gloriam reportasse: filium Marci Drusi annorum sedecim; Crispini filium Crispinum in Corsica, cum fugeret exercitus Spurii Carvilii consulis, bellum restituisse; apud Soram bello Italico ab Herennio puerum in aciem eductum, a quo hostem occisum spoliatumque; Lucii Tarquinii filium, quem ob hoc pater aurea bulla praetextaque donavit.

590. MINOREM GERMANAM quia maior nympha fuerat, Iovis voluntate.

592. DIGNA ATQVE INDIGNA RELATV 'indigna', id est turpia et obscena, *ut dici solet 'fanda et nefanda'.*

593. NOVO REGNO aut nova regii generis adfinitate: aut quia etiam ipsi per regis filiam portio debebatur imperii: *aut partem regni a Turno acceperat.*

594. INGENTEM SESE CLAMORE FEREBAT non erat ingens, sed se esse clamitabat ingentem.

595. ITERVM denuo: nam iam tertio obsidentur, et 'iterum' non nisi de duobus dicimus.

596. BIS CAPTI PHRYGES semel ab Hercule, post a Graecis. *alii tradunt semel a Graecis et nunc a Latinis: hoc et magis aptum esse Numani personae, ut se vicisse existimet, qui tam iactans et petulans inducatur.* MORTI PRAETENDERE MVROS emphasis est; 'morti' enim pro 'bello' posuit: sic supra ⟨141⟩ l e t i d i s c r i m i n a p a r v a. *MORTI P. M.] cum potuerit 'hosti' dicere: scilicet ut nihil Troianis reliquum sit, quam perire.*

597. NOSTRA CONVBIA aut quasi Turni cognatus loquitur: aut invidiose retorquet '*nostra conubia*', et vult causam omnium esse communem.

598. *ITALIAM ad Italiam.*

599. NON HIC ATRIDAE exaggeratio vituperationis: nam non tantum se Troianis, sed etiam eorum victoribus praefert. *potest et 'Atridae' intellegi, quorum coniuges aut deserunt maritos, aut inter-*

---

1 marti drusi *F* || 2 in *om. G* || 3 fugeret et exercitus *G* || 4 ad herennio *F* || 5 *post* spoliatumque *lacunam indicavit Daniel* || locii tarquini *G* || filius *libri, corr. Daniel* || 9 hoc est *AS* || 10 obscura *RH* obscenia *F* || 12 etiam] et *F* || per] pro *M* || 15 clamabat *F* || 16 denuo . . . et iterum *om. RLH* (*add. l*) || 19 *ad* ITERVM V. T. *s. v.* quidam iterum semel a grecis intellegunt et nunc a latinis *T* || hoc et magis *ego*: hoc est magis *F* et hoc magis *Daniel* || 20 se vicisse *ego*: se uisisse *F* feuisisse *G* se coepisse (*i. e. 'cepisse'*) *Daniel* || 21 enfasis *libri* || 22 discrimine parvo *vulgo. cf. Aen.* III 685. *ceterum* x. f. m. *add. AS* 24 reliquum sit quam perire *Masvicius*: reliquam perire *F* || 25 cognatos *H* cognatis *F* || 26 indiuidiose *H* || retorquens *L* (*corr. l*) retorquent *H* || 28 *ad* ITALIAM *s. v.* ad italiam *T* || 29 nam . . . Troianis *om. LH* || 30 tantum] solum *R* || 31 atridas *F, correxi* || terimunt *G*

imunt revertentes. FANDI FICTOR VLIXES aut fallax, aut λογοδαίδαλος, id est qui dolum celat sermonis ornatu.

600. DVRVM A STIRPE GENVS Italiae disciplina et vita laudatur: quam et Cato in originibus et Varro in gente populi Romani commemorat.

601. GELV DVRAMVS ET VNDIS undis gelidis: et est ἓν διὰ δυοῖν, ut ⟨III 467⟩ hamis auroque trilicem: nam nemo quod plus est prius dicit; si enim duo essent, ante aquam diceret, sic gelu.

602. VENATV pro 'venatui', ut 'curru' pro 'currui': *ablativus dubius, vel pro dativo.* *PVERI bene venationem pueris dedit, opus rusticum iam iuvenibus.* SILVASQVE FATIGANT ipsi fatigantur in silvis: aut pro feris silvas posuit, in quibus sunt ferae.

603. FLECTERE LVDVS EQVOS aliorum labor nostrae pueritiae ludus est. *'flectere' autem verbo antiquo usus est: nam equites apud veteres flexuntae vocabantur, sicut ait Varro rerum humanarum. sane poeta meminit sui, nam ait superius* ⟨VII 162⟩ *ante urbem pueri et primaevo flore iuventus exercentur equis.*

604. AT PATIENS OPERVM PARVOQVE ADSVETA IVVENTVS hoc et in georgicis ⟨II 472⟩ laudat: nam magnae virtutis est in nimio labore parvis esse contentum.

605. TERRAM DOMAT bene bellico usus est verbo: et ne a re militari discederet, non dixit 'terras colimus', sed 'domamus', ac si diceret, cum hostes desunt, terras ferro domamus. *QVATIT OPPIDA BELLO oppidum quidam a vico castelloque magnitudine secernunt: alii locum muro fossave aliave qua munitione conclusum: alii locum aedificiis constitutum, ubi fanum comitium forum et murus sit: alii oppidum dici ab oppositione murorum; vel quod hominibus locus esset opplctus; vel quod opes illo munitionis gratia congestae sunt.*

606. IVVENCVM TERGA FATIGAMVS HASTA agriculturam sine officio belli non gerimus. est autem cacosyntheton et homoeote-

---

24 oppidum . . . congestae sunt] cf. Isid. or. XV 2, 5 sq.

---

1 logodedalus *AMl* a loco dedalos *R* locodedalos *LH* longodedalos *F* || 2 dolum celat] doloscebat *F* || ornatu *AS et in ras. l*: ortu *RHM* ornato *F* || 6 en dya dyin *A* endiadun *R* en dia diin *L* endyin *H* enniadin *M* andyandin *F* || 8 si] sic *F* || duo] dicti *S* || antequam *SLH* (*corr. sl*) ante aquam iam *M* || 9 uenato *H* || 10 dedit opus *Commelinus*: deditores *F* || 11 iubenibus *F* || 12 aut] uel *F* || silvas] siluam *L* || 13 LVDOS *AHF* || 14 *ad v.* 303 *in marg.* cum dicit flectere antiquo uerbo usus est quia apud ueteres equites flexuntae uocabantur *T* || 15 flexuntae *F* flexeunte *G*. *cf. Plin. nat. hist.* XXXIII § 35 '*celeres sub Romulo regibusque sunt appellati, deinde flexuntes*' flexutes *Salmasius ad Lamprid. Commod. 11* || humanorum *F* || 17 iuuentus et exercentur *F* (et *et* equis *om. G*) || 22 disceret *F* || 23 ferro] fere *R* || 24 oppidum quidam . . . congestae sunt *hab. T* || 25 aliave qua] aliqua *T* || monitione *F* || 28 opus *T* || monitionis *F* || 29 agriculam *F* || 30 cacosintheton et omoteleuton *R* cacosyntheton

leuton: *nam † sit ita 'versa hasta iuvencorum terga fatigamus', id est caedendo urgemus.*

607. SERA SENECTVS in aliis 'tarda senectus'.

608. DEBILITAT VIRES ANIMI bene 'animi', quia non est ausus corporis dicere: nec enim potest fieri, ut quamvis robustus senex vires habeat prioris aetatis et suae conparetur adulescentiae. nunc ergo licet dicat fortes esse etiam senes, bona tamen usus est temperatione, ut diceret nihil animorum vigori derogare temporis vetustatem.

609. *CANITIEM GALEA PREMIMVS id est semper militamus.*

611. VOBIS PICTA CROCO vituperatio Troianorum, in qua utitur argumentis, quae in rhetoricis commemorat Cicero, a gente, ab habitu, a gestu, ab animo. *et sunt molliores versus, apti ad carpendam mollitiem. sane vestes acu pictas coloribus Phryges primi invenerunt: nam ideo et artifices talium vestium phrygiones appellati sunt.* FVLGENTI MVRICE purpura. hanc autem vitio et dedecori apud maiores fuisse constat: Iuvenalis ⟨XIV 187⟩ peregrina ignotaque nobis ad scelus atque nefas quaecumque est, purpura ducit.

612. DESIDIAE CORDI vobis sunt: *et est ab animo argumentum.* CHOREIS servavit hoc loco naturam syllabae, quam in sexto ⟨644⟩ metri causa corripuit, ut pars pedibus plaudunt choreas et carmina dicunt.

613. ET TVNICAE MANICAS tunicae vestrae habent manicas, quod etiam Cicero vituperat, dicens manicatis et talaribus tunicis: nam colobiis utebantur antiqui. *sane 'habent' bis audiendum.* ET HABENT REDIMICVLA MITRAE illud dicturus fuerat, habetis in pilleis redimicula: quod convertit in vituperationem maiorem, dicens

1 nam . . . urgemus] cf. Pompeii comm. p. 295, 3 K. Charis. p. 271, 22 K. Donat. p. 395, 18 K. ‖ 14 sane vestes . . . appellati sunt] cf. Isid. or. XIX 22, 22 ‖ 25 Cicero] in Cat. II 10, 22 ‖ 26 nam . . . antiqui] cf. Isid. or. XIX 22, 24

ex omoeoteleuton *A* cacosintheton (cacosintethon *H*) exómoeteleuton *LH* catosintheton ex homo oeteuleton *M* cacosintheton ex homoe teleutō *F* ‖ homoeoteleuton] nam terga cum eodem fine casus terminatur ut uersa hasta *add. D* ‖ 1 nam est ita *Masvicius. fortasse* nam sic ista iunge ‖ 3 *schol. ad v.* 607 *om. RLHM* (*add. l*) ‖ TARDA *F* ‖ alii *F* ‖ tarda] sera *F* ‖ 10 *ad* CANITIEM G. P. *s. v.* semper militamus *T* ‖ 12 ab] et *Ml, om. F* ‖ 13 et gestu *F* ‖ ab animo *om. RLHF* (ab habitu a gestu ab animo *in ras. l*) ‖ molliores *Daniel*: meliores *F* ‖ 14 molliaem *F* moliam *G, corr. Daniel* ‖ aco *F* ‖ fryges *F* ‖ 15 artificis *F* taliam *G* ‖ frygiones *F* ‖ appellantur *Daniel* ‖ 16 haec *L* (ꝉ hanc *superscr. l*) ‖ 18 nobilis *H* ‖ adque *LF* ‖ 19 dicit *ASH* ‖ 20 *ad* DESIDIAE C. *s. v.* ab animo argumentum *T* ‖ 21 quam in sexto metri] quamque in c̄tri *F* ‖ in sexto] dixi *AS* (ut dixi *in textu*, in .VI. *in marg. a*) ‖ 25 et] ac *F* ‖ 26 colobis *F* ‖ antiqui] quae sunt *ἀπὸ τοῦ κολοοῦ add. D* (quae dicta sunt *ἀπὸ τοῦ κολοβοῦ Fabricius*) ‖ 27 illos *F*

'religatas habetis mitras'. nam pillea virorum sunt, mitrae feminarum, quas calauticas dicunt. mitra autem proprie Lydorum fuit, ut ⟨IV 216⟩ Maeonia mentum mitra: quem habitum imitati sunt Troiani. *alii mitras meretricum esse voluerunt, quod hic tamquam effeminatis obicitur.*

614. O VERE PHRYGIAE ipsos vituperaverat 'Phryges', nunc ad maiorem iniuriam Phrygias, non Phryges dicit. ALTA DINDYMA montes matris deum. *'ite' autem 'per alta' sic dixit, quasi currite per Dindyma et ducite choros per Dindyma. nec sufficit Numano loqui iniuriam Troianorum, nisi etiam sacris numinum contumeliam faciat. sed hoc iam quasi moriturus loquitur: hoc est enim 'digna atque indigna relatu vociferans', ut 'digna' sint quae de suorum virtute dixit, 'indigna' quae impia et in deos ausus est.*

615. BIFOREM DAT TIBIA CANTVM bisonum, inparem. et servavit eis tibiarum suarum, *id est Phrygiarum*, naturam. nam tibiae aut Serranae dicuntur, quae sunt pares et aequales habent cavernas: aut Phrygiae, quae et inpares sunt et inaequales habent cavernas. ergo 'biforem' dissonum, dissimilem; non enim sunt pari modulatione conpositae: ut enim ait Varro tibia Phrygia dextra unum foramen habet, sinistra duo, quorum unum acutum sonum habet, alterum gravem.

616. BVXVSQVE VOCAT BERECYNTIA a monte Berecynto *dicta.* dicitur autem et 'haec buxus' et 'hoc buxum', ut et torno rasile buxum: unde superfluo quidam arborem generis feminini esse volunt, cum hoc loco etiam de ligno generis feminini habeamus exemplum.

---

1 nam pillea . . . feminarum] exscr. Isid. XIX 31, 4 ‖ 23 et torno] georg. II 449

---

1 pillei *R* ‖ 2 calauticas *ASRHF*: ca///laticas *L* (caulaticas *fuit, ut videtur*) calaticas *M* calanticas *vulgo* ‖ 3 moenia *HMF* melia *L* (*corr. l*) ‖ 4 metricum *F, corr. Daniel* ‖ hic est tamquam *F*, est *delevi* ‖ 5 effeminatis *Daniel*: obfemitiatis *F* ‖ obicitur *F*: obiectum *Daniel* ‖ 6 uituperat *RL* (*corr. l*) ‖ friges *L* fryges *a*: frygas *ASHMF* frigas *R* ‖ sed nunc *ASMl* ‖ ad maiores iniurias *L* ‖ 7 Phrygias] frigas *H* frygas *MF* ‖ fryges *M* friges *Fal*: frigas *ASRLH* ‖ dixit *F* ‖ dicit] sicut homerus (*Il.* VII 96) ὤ μοι ἀπειλητῆρες . . . αἰνόθεν αἰνῶς *add. D* ‖ 9 dindima *F* ‖ chorus *F* ‖ dindima *F* ‖ 10 *ad v.* 616 *in marg.* . . . troianorum contumeliam numinibus facit. et haec quasi iam moriturus loquitur. et haec sunt illa indigna quae supra dixit *T* (*ante* troianorum *una vox evanuit*) ‖ nomano *F* ‖ contumeliam *F*: coniunctam *Daniel* ‖ 12 relato *F* ‖ quae *Daniel*: qua ẽ (*i. e.* qua est) *F* ‖ 15 fragiarum *F* ‖ nam *om. RLH* (*add. l*) ‖ 16 aut] autem *R* ‖ serranae *libri. cf. quae Mommsenus corp. inscr. lat. vol.* I *p.* 153 *ad tit.* 549 *exposuit.* ‖ 17 aut Phrygiae . . . habent cavernas *om. ASMF* ‖ 18 bifonem *S* biforem *A, sed* r *in ras. a* ‖ dissimilemque *F* ‖ enim *om. F* ‖ 23 et] aut *Vergilius* ‖ 24 esse volunt . . . feminini *om. LHF* (*add. l*) ‖ volunt] lignum incisum neutri *add. R* ‖ 25 cum *om. ASl*

617. ET CEDITE FERRO aut ferrum relinquite, et est iteratio: aut 'caedite ferro', id est cum viri non sitis, abscidite partem virorum.

618. IACTANTEM de suorum gloria. DIRA CANENTEM ad iniuriam Troianorum.

619. *NERVOQVE EQVINO quia in arcubus nervi equini solent esse: Accius Philocteta tendens nervo equino concita tela.*

621. ANTE IOVEM SVPPLEX PER VOTA PRECATVS atqui Apollinem debuit invocare iaculaturus sagittas; sed dicimus ideo Iovem invocatum, quia omne initium *et incrementum* Iovi debetur, ut ab Iove principium musae. unde nunc Ascanius non quid faciat, cogitat, sed quod primum faciat: inde invocat Iovem.

622. IVPPITER OMNIPOTENS hoc epitheton interdum ad gloriam numinis ponitur, interdum ad causam dicentis. namque hoc loco dicendo 'omnipotens' ostendit eum etiam his qui per se minus valent, praestare posse virtutem.

623. *IPSE TIBI bene 'ipse', quia adhuc pro Ascanio pater solebat sacrificare: nam ideo et 'sollemnia' ait, quae fieri solerent, ut se ostenderet, si victoria et pax esset secuta, etiam illius officii capacem esse.* FERAM SOLLEMNIA DONA 'feram' de iuvenco non dicimus, sed 'adducam'. intellegimus ergo alia dona eum ferre promisisse: singulis enim numinibus certa sunt dona quae offeruntur: inde est ⟨V 54⟩ strueremque suis altaria donis, id est congruis.

624. STATVAM ANTE ARAS aptam se daturum victimam ostendit: alibi et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram. quotiens enim victima reluctabatur, ostendebat se inprobari: Lucanus ⟨VII 165⟩ discussa fugit ab ara taurus. 'iuvencum' autem secundum Romanas caerimonias dixit: nam Iovi de tauro non immo-

---

6 Accius Philocteta] fragm. IX ap. Ribb. p. 206 ed. II || 9 ab Iove] buc. III 60 || 23 aptam e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 5, 8 || 24 et ductus] georg. II 395

---

1 CAEDITE *Ha* CAEDETE *R* || 2 aut] *om. ASM* (*add. a*), et *F* || caedite *R*: cedite *reliqui* || abscidite *RLHMa*: abscedite *ASF* abscindite *vulgo* || virorum] i. e. castrare uos debetis more uestrorum gallorum cybeles sacerdotum ut iuuenalis (II 115) 'phrygio quos tempus erat iam more supervacuam cultris abscindere (abrumpere *Iuvenalis libri*) carnem *add. D* || 5 NERVO *G* || nervi] neruini *G* || 6 filateta *F* Philoctetae *Daniel* || tendere *G* || contita *G* || 7 PER] I. *L* i. *M, om. H. fuisse videntur qui* IN VOTA *legerent.* || atqui] aut quia *AS* || 8 diximus *RLH* (*corr. l*) || 10 num (non *l*) quid fatiet *L* || 11 cogitat . . . faciat *om. LH* (*add. l*) || sed quod primum faciat *Ml*: sed primum faciat *AS* sed quod primum *F* sed primum *R* || inde *om. R* || 12 ad numinis gloriam *AS* || 13 nominis *RH* || 16 *ad* IPSE T. A. T. T. F. S. V. bene dicit ipse quia pro ascanio solebat adhuc pater sacrificare *T* || 17 *malim* id est quae f. s. || 18 si] sic *G* || 20 eum alia dona *R* || promisse *LF* (*corr. l*) || 21 unde *ASMF* || 22 strueremue *F* || 23 aptam] param *F* per aras *Daniel* || 24 aras *F* || 25 uictime luctabatur *F* || 26 discussa fugit] ad aram diffugit *AS* ad aram fugit *M* || 27 non *om. F*

labatur, ut etiam in tertio ⟨21⟩ diximus, nisi cum triumphi nomine suovetaurium fiebat: quod tamen ideo admissum est, quia non tantum Iovi, sed et aliis diis qui bello praesunt, sacrificatur. AVRATA FRONTE ita enim victimae ornari consueverant.

625. CANDENTEM candidum: Iuvenalis ⟨X 65⟩ duc in Capitolia magnum cretatumque bovem. CAPVT CVM MATRE FERENTEM aequalem matri, nondum patri: Iuvenalis ⟨XII 8⟩ quem iam pudet ubera matris ducere, qui vexat nascenti robora cornu.

627. DE PARTE SERENA ut non causae sit, sed augurii, *et auspicii vis ostenderetur: solent enim tonitrua per tempestatem inferri.*

628. INTONVIT LAEVVM prosperum: ut enim etiam supra ⟨II 54, 693⟩ diximus, quae sinistra nobis videntur, intuentibus caelum, illic dextra sunt: non quod sinistra bona sunt, sed quod dextra caeli nobis sinistra sunt. SONAT VNA FATIFER ARCVS simul atque cognovit augurium.

629. ET FVGIT melius 'effugit' legitur. *et figura est 'horrendum effugit'.*

630. PERQVE CAPVT REMVLI VENIT figmenta haec vulnerum plerumque non sine ratione ponunt poetae: nam modo hunc ideo in capite dicit esse percussum, quia eum supra vaniloquum introduxerat et superbum: quod vitio capitis evenit: Horatius attollens vacuum plus nimio gloria verticem. sic Homerus Thersiten a tergo vulneratum dicit usque ad praecordia — nam ait μετάφρενα — quia eum stultum induxerat. item de Achille dicit πόδας ὠκὺς

22 Horatius] carm. I 18, 15 ‖ 25 πόδας] Il. I 58

1 in nomine *M* ‖ 2 suouetaurium fiebat *RLHM* (sacrificium uetitum *superscr. l*) suo uicarium faciebant. uetaurum fiebat *AS* suo uicarium faciebant *F* sue vel tauro fiebat *Stephanus et Fabricius* suovetaurium faciebant *Daniel* suovetaurilia fiebant *Masvicius* ‖ 3 et *om. ASLF* ‖ 5 dum in capitolium *F* ‖ 6 creatumque *ASL* (*corr. l*) ‖ *quae post* FERENTEM *ex uno Turonensi Daniel edidit* hoc est non iuuenci matrem sed quae iam peperisset. unde consuetudo permansit ut uacca simul et taurus auratis cornibus ioui capitolino mactentur (immolarentur *Daniel*) *e Tiberii Donati commentario petita sunt.* ‖ 10 causa *F* ‖ 11 auspici *F* ‖ tempestate *F* ‖ 12 etiam *om. F* ‖ 15 FATIFER] L. (*i. e.* LETIFER) *LM* ‖ simulatque c. augurium] simul augurium *L* (atque cognouit *add. l*) simul atque augurium *H* simul atque argentu; *M* simul ut cognouit augurium *F* ‖ 17 ET FVGIT *RMF*: EFFVGIT *reliqui* ‖ effugit *LHM*: efugit *R* effudit *F* et fugit *ASl* ‖ 19 vulnerum plerumque] uulnerumque *LH* (plerum *add. l*), plerumque *om. M* ‖ 20 hunc] hoc *F* ‖ 21 uaniloqum *A* uanilocum *LHF* ‖ 22 atollens *F* et tollens *Horatius* ‖ 23 iacuum *S* ‖ hersiten *A* thersinten *RL* (*corr. l*) ‖ 24 ΜΕΤΑΦΡΕΝΑ *AS*: ΜΕΤΛΦΡΟΕΝΑ *R* ΜΕΤΛΦΡΟϹΝ *L* ΜΕΤΛΦΡΟΕΝΑ *H* ΜΕΤΛΦΡΕΝΑ *M* ΜΕΕΑΦΡΕΝΑ *F*. *Hom. Il.* II 265 σκήπρῳ δὲ μετάφρενον ἠδὲ καὶ ὤμω πλῆξεν ‖ 25 eum *om. F* ‖ ΠΟΔΑϹ ѠΚΥϹ ΑΧΙΑΑΑΕΙϹ *A* ΠΟΛΑϹ ѠΚΥϹ ΑΧΙΛΛΗΥϹ *R* ΠΟΑΛϹ ѠΚΥϹ ΑΧΙΑΛΗΥϹ *L* ΝΟΛΛϹ ѠΚΥϹ ΛΧΙΛΛΕΥϹ *H* ΠΟΑΑϹ ѠΚΥϹ ΑΧΙΛΛΕΥϹ *M* ΠΌΔΑϹ ѠΚΥΕΔΕΙϹ *F*

Ἀχιλλεύς, quem legimus in talo esse vulneratum. *vel ideo 'per caput et cava tempora', ut divinitus misso telo nulla pars alia corporis, sed caput vulneraretur, scilicet ut hominis, qui infanda et impia de religionibus dixerat, sacrilegium capite expiaretur.*

631. VIRTVTEM INLVDE 'inludo tibi' et 'insulto tibi' dicimus: nam 'inludo te' figuratum est, ut hoc loco, item 'insulto te': Sallustius multos a pueritia bonos insultaverat.

632. *HAEC RVTVLIS pro 'talia': vitavit pronomen.*

633. HOC TANTVM ASCANIVS et dixit et fecit.

634. ANIMOSQVE AD S. T. aut suos, aut Ascanii, per favorem.

636. *ACIES VRBEMQVE syllepsis.*

637. NVBE SEDENS sicut solent numina: Iuno ⟨XII 810⟩ nec tu me aeria solam nunc sede videres digna indigna pati. *VICTOREM bene ei qui unum occiderat, addidit dignitatem. ADFATVR IVLVM non ita, ut Iulus audiret.*

641. MACTE magis aucte, adfecte gloria. et est sermo tractus a sacris: quotiens enim aut tus aut vinum super victimam fundebatur, dicebant 'mactus est taurus vino vel ture', hoc est cumulata est hostia et magis aucta. *'macte' ergo pro 'mactus esto', vocativum pro nominativo posuit, ut Persius ⟨III 28⟩ stemmate quod Tusco ramum millesime ducis censoremve tuum vel quod trabeate salutas pro 'millesimus' et 'trabeatus', et Vergilius ⟨III 382⟩ vicinosque ignare paras invadere portus pro 'ignarus', et alibi ⟨VII 685⟩ quos Amasene pater pro 'Amasenus': sic ergo et 'macte' pro 'mactus'. quod autem 'esto' non addidit, ab antiquitate descivit; nam veteres 'macte esto' dicebant. sed hoc secutus suam consuetudinem fecit: nam et alibi ⟨VII 11⟩ dives inaccessos ubi Solis filia lucos et iterum ⟨IV 263⟩ dives quae munera Dido praetermisit cuius rei dives, cum veteres 'dives illius rei' dicerent, quod ipse alibi dives opum*

---

6 Sallustius] hist. inc. 83 Dietsch., 50 Kr. cf. Serv. ad Aen. X 643 || 16 MACTE magis aucte] cf. Non. p. 341, 29 M. || et est sermo . . . magis aucta] exscrips. Isid. or. X 165 et mythogr. III 6, 32. cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VII 280 || 29 alibi] georg. II 468

---

1 Ἀχιλλεύς] et alibi (*Il.* I 121) ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς *add. D* || 3 capud *G* || legionibus *G* || 6 infiguratum *F* || ut] in *L* || 7 puericia *M* || 8 *ad* HAEC *s. v.* talia *T* || 9 et dixit] edixit *F* || 11 syllempsis *F* || 12 sicut solent] ut sedent *F* || 13 aeriam *LH* (*corr. l*) aream *F* || uidere *AS* || 14 *ad* VICTOREM A. I. *s. v.* ei qui unum occiderat bene addidit dignitatem *T* || 16 auctae *M* || adfectate gloriae *A* adfectate gloria *S* affectatae gloriae *R* affectate gloria *L* adfectatae gloriae *H* affectate gloriae *Ml* adfecte gloriae *F*. adfecte gloria *ego posui* || 17 sacris] grecis *R* || aut tus] aut thus *R* auctus *M* mactus *F*, *om. AS* || 18 thure *R* || 21 censoremque *Persii libri praeter Montepessulanum* 125, *qui* censoremue *exhibet* || 22 uicinasque *et* pares *F* || 25 desiuit *F* || 26 macto *F* || 27 ubi s. p. l. *F* || 29 veteres] *iterantur in codice* inaccessos . . . cum ueteres || illis *F*

variarum et ⟨IX 26⟩ *dives pictai vestis et auri. item cum veteres natalem diem vel locum vel tempus dicerent, ut Horatius natalemque mares Delon Apollinis et Plautus in Pseudolo* ⟨I 2, 46⟩ *natalem hunc mihi diem scitis esse, Vergilius his omissis dixit Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iolla. ergo et hic ita subtraxit; nam integrum est 'macte esto nova virtute puer'. 'mactus' autem apud veteres etiam 'mactatus' dicebatur, ut Ennius Livius inde redit magno mactatus triumpho. et Lucilius lib. v. macte, inquam, virtute simulque his versibus esto, et in pontificalibus sacrificantes dicebant deo macte hoc vino inferio esto.* NOVA VIRTVTE aut magna *et mira,* ut Pollio et ipse facit nova carmina: aut re vera 'nova', *id est rudi,* quantum ad bellum.

639. DIS GENITE propter Venerem. GENITVRE DEOS propter Iulium Caesarem et Augustum. IVRE merito.

640. GENTE SVB ASSARACI sub gente Romana: Assaracus enim pater est Capyos, avus Anchisae. FATO VENTVRA magna: haec enim bella sunt gravia, quae fatali ratione contingunt, ut Troiana et Thebana. *RESIDENT sedabuntur, ut tempestatem residere dicimus.*

641. NEC TE TROIA CAPIT *vel maior es, quam patria, vel* maior es meritis, quam civitas in qua nunc es: Lucanus de Caesare ⟨I 175⟩ plus patria potuisse sua.

642. SPIRANTES vitales, quibus spiramus et vivimus.

643. PETIT notandum 'petit' sine insidiis dictum.

644. *ANTIQVVM IN BVTEN hic Butes semel hic nominatur, ut in v.* ⟨704⟩ *Nautes.*

645. FIDVSQVE AD LIMINA CVSTOS aedituus fuit: quod, ut supra ⟨I 726⟩ diximus, in ingenti honore apud maiores fuit. illic enim et epulabantur et deos colebant; census etiam omnis illic servabatur:

---

1 item cum . . . Iolla] cf. Don. ad Ter. Phorm. I 1, 14 ‖ 2 Horatius] carm. I 21, 10 ‖ 5 Phyllida] buc. III 76. cf. Serv. ad h. v. ‖ 7 Ennius] ann. v. 302 Vahl. ‖ 8 Lucilius lib. v] fragm. I Muell. ‖ 11 Pollio] buc. III 86

---

1 picta *F* ‖ et item *F* ‖ 3 maris *F* ‖ speudulo *F* ‖ 4 dixerit *F, correxi* ‖ 6 mactus *Daniel*: macte *F. ceterum* mactus . . . triumpho *post* inferio est *collocanda videntur, ut* ut Lucilius *scribatur* ‖ 8 magnum *F* ‖ 9 uersibus esto *Noniani libri*: uiribus *F,* esto *suppl. Daniel* ‖ 10 sacrificandes *F* ‖ macte . . . esto] *cf. Cato d. r. r.* 132, *Arnob.* VII 31 ‖ inferior *F, corr. Daniel* ‖ 14 iulum *F* ‖ et augustum caesarem *R* ‖ merito] more *M* ‖ 15 enim] etiam *AS* ‖ 16 capios *AM* (capis *a*) capio//s *L* (o *in ras. l*) capyonis *H* capys *RF* ‖ FATIS *AS* ‖ haec *om. F* ‖ 17 quae . . . Thebana *om. F* ‖ contingunt] *om. LH* (*add. l*), proueniunt *M* ‖ 19 maior es meritis *SFa*: maiorem meritis *A* maioris meriti es *R* maiores meriti *L* maioris meritis *H* maioris meriti *M* ‖ 21 patriam *et* tua *F* ‖ 24 hic Butes] *nam alii sunt qui* V 372 *et* XI 690 *commemorantur* ‖ nomiratur *F* ‖ ut in V. Nautes *scripsi*: ut innautes *F* ut bis Nautes *Daniel* ‖ 26 edituus *LM* ‖ 27 ingenti] distinguenti *F* ‖ illic *i. e. in aede, quae vox in aeditui nomine latet. aedem autem atrium intellexit grammaticus.* ‖ 28 colebant] caelabant *H* celebrabant *Lion* ‖ illinc seruabant *F*

quod et Plautus docet in Asinaria, in qua inducit Sauriam, servum atriensem, in tota familia plurimum posse. '*ad limina*' *sane figuratum.*

648. SAEVA SONORIBVS ARMA strepitu terribilia. *et utrum saeva arma quae habent sonorem, ut* ⟨357⟩ *aurea bullis cingula, an etiam sonoribus saeva?*

649. ARDENTEM desiderio dimicandi: unde ⟨634⟩ 'animosque ad sidera tollunt' melius Ascanii intellegimus, sicut Statius de Menoeceo et laudibus inplet honestis.

650. AENIDE patronymicon hoc non venit ab eo, quod est 'hic Aeneas': nam 'hic Aeneades' et 'o Aeneade' faceret.

651. PRIMAM HANC TIBI MAGNVS APOLLO dicendo 'primam hanc' pollicetur et aliam. concedere autem se ideo dixit, quia sagittarum deus est: et licet eum Iuppiter iuverit, Apollo tamen sibi suum officium vindicat, quod dicit se concessisse, quia non prohibuit. ea enim quae ab aliis numinibus poscimus, tunc inplentur, si non adversantur numina quorum propria sunt quae poscimus: unde et in quarto ⟨125⟩ Iuno ait adero et, tua si mihi certa voluntas, hoc est, quod in me est, iungam eos: restat ut et *tu* tuum inpleri velis officium.

652. PARIBVS NON INVIDET ARMIS pari gloriae: nam ut Apollo puer occiso Pythone ultus est matris iniuriam, sic Ascanius occiso Numano Troianorum castra iniuriasque defendit. 'paribus' ergo 'armis', id est similibus, non peritia, sed genere victoriae.

653. CETERA deinceps: et est adverbium. CETERA] *id est in ceterum: est autem Ennianum cetera quos peperisti ne cures.* ORSVS modo locutus, *id est pro eo qui desierit:* alias coepit, quod magis est proprium, ut ⟨I 325⟩ sic Venus, et Veneris contra sic filius orsus.

---

7 Statius] Theb. X 685 || 25 Ennianum] ann. v. 57 Vahl.

---

1 etiam plautus *F* || asiria *A* (asinaria *a*) assiria *S* (assirina *s*) || in *om. F* || sauriem seruum amensen im tota *F* || 2 *ad* FIDVSQVE A. L. C. *s. v.* fidus ad limina figurate dixit pro fidus liminis custos *T* || 3 utrum *scripsi*: ut sum *F* ut sunt *Daniel*, ut *del. Masvicius. dubitare videtur interpres,* sonoribus *utrum qualitatis ablativus sit, an causae?* || 7 menoeceo *A*: menaeceo *SF* moeceo *RH* moonio *M* meonio *in ras. l* || 8 atque ignibus inplet honestis *Statii exemplaria* || 9 AENIDE *RLH*: AENIDAE *AM* AENEIDE *F* || patronomicon *libri plerique* || hic *om. L,* hic Aeneas *om. H* || 10 hic aeneides et o aeneidae *M* || faceret] sed ab eo quod est aeneus ut theseus theside *add. D* || 11 dicendo primam hanc *om. LF* (*add. l*) || 12 ideo se *F* || 14 suum sibi *F* || 16 aduersantur *HM*: aduersentur *reliqui* || 17 adero *om. AS* || si tua *R* tunc si *H* tua sit *F* || 18 eas *F* || 19 uelis impleri *F* || 20 nam ut . . . defendit] nam ut apollo puere extinxit pythinem in uindictam matris sic numanum ascanius *F* || 21 pithone *R* phitone *L* fitone *HM* || ultus est] ultor *H* || 23 id est *om. ASF* || peritia *R* perititia *L*: peritiae *ASHMF* peritiae *l*

654. MEDIO SERMONE ideo 'medio', quia non respondit Ascanius. *sermo est enim duorum vel plurium oratio.*

657. FVGA abscessu. *et more suo abeuntes deos inducit agnosci.* PHARETRAMQVE F. S. SONANTEM quia dixit supra ⟨648⟩ et saeva sonoribus arma.

658. DICTIS propter auditam orationem. NVMINE propter agnitum deum.

660. *ANIMASQVE IN APERTA PERICVLA MITTVNT plus enim quam manifesta sunt praesentia pericula, quando audientibus Troianis bello prohibebatur Ascanius, ne periclitaretur.*

662. INTENDVNT ACRES ARCVS pro 'ipsi acres': ut enim et in primo ⟨318⟩ diximus, arcum unusquisque habet pro viribus suis. AMMENTAQVE TORQVENT pro 'tela ammentis torquent': nam ammentum est lorum, quo media hasta religatur et iacitur.

664. FLICTV pro adflictu, *vel inflictu,* id est ictu: nam detraxit more suo praepositionem. *et loquutus est iuxta antiquum morem: Pacuvius Teucro flictus navium.*

665. PLVVIALIBVS HAEDIS supra tauri cornua est signum, cui auriga nomen est: hunc cum tauro una clara stella coniungit. retinet autem auriga stellas duas in manu, quae Haedi vocantur, *et capram quam Amaltheam dicunt:* quorum et ortus et occasus tempestates gravissimas facit. oriuntur autem cum scorpione mense Octobri.

667. IVPPITER aer, ut manet sub Iove frigido venator Horatius.

670. *EDVXIT quidam pro 'educavit' volunt intellegi.*

---

13 nam ammentum . . . iacitur] cf. Isid. or. XVIII 7, 6 ‖ 17 Pacuvius Teucro] fragm. XV (v. 335) ap. Ribb. p. 119 ed. II ‖ 18 supra tauri e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. III 25 ‖ 25 Horatius] carm. I 1, 25

---

1 ideo medio *om. F* ‖ medio] sermone *H* ‖ Ascanius] totus autem sermo ex dicente respondenteque conficitur *add. D* ‖ 2 sermo est *Daniel*: senone *F* sermone *G* ‖ 3 murē *F* ‖ 4 dixit] ait *F* ‖ 5 arma] sicut homerus (*Il.* I 46) *ἔκλαγξαν δ' ἄρ' οἰστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο αὐτοῦ κινηθέντος add. D* ‖ 7 deum *om. AS* ‖ 11 INTENDENT *ASM* ‖ pro *om. F* ‖ 12 primo] proximo *M* ‖ 13 AMENTAQVE *ASL* ARMENTAQVE *M* ‖ amnentis *A* amentis *RL* armentis *M* ‖ amnentum *A* amentum *RLM* animentum *F* ‖ 14 lorum] telorum *H* ‖ mēdia *M* ‖ religatur *RLH*: ligatur *ASMFl* ‖ 15 FLICTVM *ASLM* (*corr. a*) ‖ afflictu *ASRLM* ‖ 17 pacuiuuius *F* pacui uiuus *G* ‖ 18 AEDIS *LHM* ‖ sub tauri cornu *F* ‖ 19 hunc] hoc *R* ‖ setinet *H* ‖ 20 aedi *LHM* ‖ 21 amalteam *F* alt̃am (*i. e.* '*alteram*') *G* ‖ et *ante* ortus *om. F* ‖ grauissimas tempestates *F* ‖ 22 faciunt *F* ‖ oriuntur . . . octobri] Oriente autem cum scurpionem occidunt *F* oriente autem scorpione occidunt *Daniel* ‖ scorpione *RMl*: scorpine *L* scorpio *ASH* ‖ 23 octobrio *RLH* ‖ 24 ut Horatius *vulgo* ‖ 25 Horatius *om. F* ‖ 26 *ad* EDVXIT *s. v.* educauit *T*

671. MONTIBVS AEQVOS Idae, vel eius arboribus exaequandos.

672. *DVCIS IMPERIO COMMISSA aut quae eis fuerat commissa imperio absentis Aeneae: aut, quod est melius, quae imperio Aeneae fuerat 'commissa', id est clausa: unde et commissurae dicuntur coniunctiones tabularum. secundum superiorem sensum contrarium est quod dixit* ⟨171⟩ *'rectores iuvenum et rerum dedit esse magistros'. Aeneas enim abscedens principibus omnium rerum commiserat curam. alii 'ducis' Ascanium accipiunt. alii commissam ideo clausam accipiunt, quia superius* ⟨37⟩ *lectum est 'heia ingenti clamore per omnes condunt se Teucri portas': quietis enim rebus portae patebant, per quas se Teucri sub adventum hostis receperant: propterea quod ait* ⟨39⟩ *'namque ita discedens praeceperat optimus armis Aeneas, si qua interea fortuna fuisset,* ⟨55⟩ *non aequo dare se campo, non obvia ferre arma viros, sed castra fovere'. sane 'commissa' deest 'sibi' vel 'illis'.* DVCIS IMPERIO COMMISSA scimus quod Mnestheo et aliis ducibus imperaverat Aeneas, ad petenda auxilia proficiscens, ne portas aperirent, ut ⟨42⟩ 'castra modo et tutos servarent aggere muros'. item legimus Mnesthea et Serestum ductores fuisse et rerum magistros, non Pandarum et Bitiam: unde apparet quia hunc locum male intellexit Donatus, dicens, commissam portam, id est creditam, Pandaro et Bitiae: qui duces non erant. Cornutus vere et melius sensit, dicens, portam quae ducis imperio commissa fuerat, hoc est clausa, eam aperuerunt. commissura enim dicitur tabularum coniunctio, sicut Cicero in Fundaniana meminit. ergo melius est ut commissam dicamus clausam, quam creditam Pandaro et Bitiae.

673. *MOENIBVS pro 'in moenia'.*

674. PRO TVRRIBVS aut vice turrium: aut pro defensione.

---

20 Donatus dicens . . . creditam] cf. Non. p. 249, 12 M. ‖ 24 Cicero in Fundaniana] fragm. 4 ap. Orell. p. 932

---

1 idaeo *L* ideo *M* ‖ arboribus] arribus (bo *supra*) *L* (*prius* r *in ras. et s. v.* bo *l*) auribus *H* ardoribus *M* ‖ 2 ei *Daniel* ‖ 3 quid *F, corr. Daniel* ‖ 8 clausa *Daniel* ‖ 10 patebant *Daniel*: putabant *F* ‖ 13 se dare *F* ‖ 14 *Servianum scholium deest in Floriacensi. Caroliruhensis et Sangallensis ante Servii expositionem haec exhibent quae ab homine imperito e Floriacensi scholio petita sunt* DVCIS IMPERIO COMMISSA aut quae eis commissa fuerat imperio habeuntes (abeuntis *Sa*) aeneae aut quod est melius quae imperio aeneae fuerat commissa pandoro (pandaro *a*) et bitiae ne contrarium sit quod dixit rectores iuuenum et rerum dedit esse magistros. *eadem edidit Stephanus, nisi quod* ei *pro* eis *posuit* ‖ 16 proficiscens auxilia *ASM* auxilia *om. H* ‖ 17 ut] in *A* ‖ 18 mnesthea *H* mnestea *R* mnesthae *L*: mnesteum *AS* mnestum *M* mnesthaeum *l* ‖ rerum] fuisse *add. AS* ‖ 19 bitian *L* bitia *H* ‖ 20 partem *H* ‖ 21 uere et *ASRH*: uero et *L* uero *M* ‖ 22 portamque *AS* partemque *M* ‖ 23 apparuerunt *A* apperuerunt *Sa* aperuerant *L* ‖ tabularum dicitur *R* ‖ 24 in fundania nam *AS* (*corr. a*) in Fonteiana *Masvicius* ‖ 27 aut *ante* uice *om. F*

675. ARMATI FERRO aut bene instructi armis: aut, ut Asper dicit, ferrea corda habentes, id est dura et cruenta cogitantes: ut Ennium sit secutus qui ait succincti corda machaeris.

676. LIQVETIA FLVMINA iuxta Padum et Athesin, Venetiae flumina, est etiam fluvius Liquetius, quem nunc commemorat. ergo 'Liquetia' proprium est nomen, non epitheton, ne incipiamus a generalitate ad speciem reverti: quod vitiosum est, ut si dicas 'circa flumina nascuntur arbores' et sic inferas 'circa Tiberim vel Anienem'; sufficit enim dixisse 'circa flumina' generaliter. unde apparet quia 'Liquetia' legendum est, non 'liquentia'. *LIQVENTIA FLVMINA Padus, Italiae fluvius, aliquot provincias dextra laevaque contingit, inter quas et Venetiae partem praeterfluit. Athesis Venetiae fluvius est, Veronam civitatem ambiens et in Padum cadens. Liquetia Venetiae fluvius est inter Altinum et Concordiam, quem nunc commemorat. nam 'Liquetia' non est epitheton: nemo enim a generalitate transit ad species.*

678. INTONSAQVE CAELO A. C. hoc ad supra dictas cristas refertur. GEMINAE QVERCVS non quia tantum duae nascuntur; sed ad istorum similitudinem respexit, id est quando similes elevantur quercus.

681. PVLCHER AQVICVLVS ARMIS ut 'pulcher vestibus', sic 'pulcher armis', hoc est per arma: quod erat armorum retulit ad personam. *et melius figuratum, quam si dixisset 'pulchris armis'.*

682. PRAECEPS ANIMI figurate genetivo iunxit; nam dicimus 'praeceps iracundia' 'praeceps furore'. *MAVORTIVS HAEMON non Martis filius, sed bellicosus.*

683. AGMINIBVS TOTIS deest 'ab': et significat eos primo fugatos esse, mox occisos: aut certe aliquos fugatos, aliquos interemptos.

3 Ennium] ann. v. 392 Vahl.

2 corda *om.* *H* ‖ dura et *om.* *F* ‖ comitantes *L* (cogitantes *l*) ‖ ut] et ut *M* ‖ 3 succincti . . . machaeris] suaintus maceriis *F* ‖ succinti *LH* (*corr.* *l*) ‖ macheris *ASRLM* maceris *H* ‖ *ad v.* 676 QVALES AERIAE comparatio ex homero ille enim ait (*Il.* XII 127) *νήπιοι ἐν δὲ πύλῃσι . . . μέγαν Ἄσιον οὐδὲ φέβοντο* *D* ‖ 4 LIQVENTIA *LMF* (N *del.* *l*) ‖ iuxta Padum . . . non liquentia *om.* *F* ‖ athesin *M*: aethesin *AS* (*corr.* *a*) aetates in *R* atesin *LH* ‖ 5 est *om.* *ASM* ‖ 6 liquaetia *M* ‖ 7 specialitatem *Ml* ‖ si *om.* *RH* ‖ 8 nascuntur . . . circa flumina *om.* *M* ‖ amenem *R* ‖ 9 enim *om.* *RLH* ‖ 10 non linquentia *H* ‖ 11 aliquot *ego*: aliquid *F* aliquas *Daniel* ‖ 12 atesis *F* ‖ ueronan ciuitate *F* ‖ 13 ueneciae *F* ‖ 15 epythethon *F* ‖ 16 christas *AS* cripta *R* cristes *F* ‖ 17 *scholium ad* GEMINAE Q. *om.* *F* ‖ 20 AQVICVLIS *A* (*corr.* *a*) AQVILICVS *L* AQVILVS *H* ‖ ut pulcher armis pulcher uestibus *F* ‖ 21 hoc est . . . ad personam *om.* *F* ‖ per arma] parma *R* ‖ 24 iracundia praeceps *om.* *LHM* (*add.* *l*) ‖ *ad* MAVORTIVS H. *s. v.* bellicosus non martis filius *T* ‖ 26 ab et] habet *LH* (*corr.* *l*) ab ẽ et *F* ‖ primos *LHM* (*corr.* *l*) ‖ 27 alios fugatos alias (*sic*) interemptos *F* ‖ fugatos aliquos *om.* *ASH*

quidam dubium putant, utrum 'ab agminibus totis terga dedere', an 'ab agminibus versi'.

684. *POSVERE IN LIMINE VITAM ut animasque in vulnere ponunt.*

685. ANIMIS DISCORDIBVS hostilibus, scilicet Troianorum, qui a Rutulis discordabant.

689. *NVNTIVS et qui nuntiat dicitur, et qui nuntiatur; sed modo hic quod nuntiatur.*

692. FRATRESQVE S. quos supra dixit portam tenere.

693. SE PRIMVS AGEBAT *iuxta veteres 'se agebat' pro 'veniebat', ut* ⟨VI 337⟩ *ecce gubernator sese Palinurus agebat, Plautus in Mostellaria* ⟨I 4, 28⟩ *unde agis te? ut enim nos e contrario dicimus 'duco me', ita illi 'agit se',* † απο θογ ααν. 'se agebat', hoc est incedebat, ut sese Palinurus agebat. tractus autem sermo est a ratione physica; nam agitur corpus animi iudicio: unde Terentius quo te agis?

694. *THEBANA DE MATRE parenthesis est. sane Thebae aliae Aegyptiae, aliae Boeotiae, aliae Phrygiae.* SARPEDONIS ALTI id est nobilis.

695. ITALA CORNVS telum de Itala cornu factum. *et materiam pro opere posuit.*

696. STOMACHO Graecus sermo est.

697. SPECVS VVLNERIS poetica exaggeratio: *specum enim pro cavatione posuit.*

698. *ET FIXO FERRVM IN PVLMONE et ferrum fixum, et pulmonem fixum possumus accipere.*

699. ERYMANTA MANV 'manu' id est gladio comminus ferit: nam et illi de quibus superius dixit, manu occisi sunt, sed misso iaculo. ergo ad differentiam teli iacti accipe 'manu', id est gladio.

700. ARDENTEM OCVLIS ANIMISQVE FREMENTEM et gestu corporis et mente commotum.

---

3 animasque] georg. IV 238 || 6 Nuntius et qui nuntiat . . . nuntiatur] cf. Isid. or. X 189 || 14 Terentius] Andr. IV 2, 25. cf. Don. ad h. v.

---

1 *s. v.* 683 potest intellegi ab agminibus totis terga dedere aut agminibus versi *T* || quidem *F* || 3 animasquem *F* || 5 discordabunt *M* || 6 *ad* NVNTIVS *s. v.* nuntius in hoc loco quod nuntiatur *T* || 7 quod] qui *Daniel* || 8 portam dixit *F* || 9 se *ante* agebat *addidi* || 11 mustellaria *G* || e contrario *Daniel*: eque contrario *F* eq̄ (*i. e. 'equae'*) contraria *G*. *ceterum ut 'agere se' ita 'ducere se' veteres dicebant. cf. Lorenz ad Plauti Pseud. v.* 535 *p.* 146 || 12 αποθογααν] *ἀπὸ τοῦ ἄγειν Daniel. fortasse ἄγει ἑαυτόν* || 13 ut . . . agebat *Floriacensem hoc quoque loco habere moneo* || autem *om. H* || 17 oboaetiae *F* || *schol. ad* SARPEDONIS A. *om. F* || nobis *M* || 18 italia *AS* || et . . . posuit *hab. T* || 20 sermo graecus est *AS* || 25 *schol. ad v.* 699 *post* pro reddidisset (*p.* 373 *lin.* 2) *hab. AS, om. F* || ERYMANTHA *A* FREMANTIA *S* ERIMANTHA *R* ERIMANTA *LH* ERIMATA *M* || manu *om. ASLH* || 26 et *om. RLH et exemplaria impressa* || non manu o. s. *exemplaria impressa* || 28 ANIMVMQVE *RLH*

701. *NEQVE ENIM IACVLO parenthesis.* VITAM DEDISSET pro 'reddidisset'.

702. FALARICA VENIT de hoc telo legitur quia est ingens, torno factum, habens ferrum cubitale et rotunditatem de plumbo in modum sphaerae. in ipsa summitate dicitur etiam ignem habere adfixum, *stuppa circumdatum et pice oblitum, incensumque aut vulnere hostem aut igne consumit.* hoc autem telo pugnatur de turribus, quas falas dici manifestum est: *unde et in circo falae dicuntur divisiones inter euripum et metas, quod ibi constructis ad tempus turribus, his telis pugna edi solebat:* Iuvenalis ⟨VI 590⟩ consulit ante falas delphinorumque columnas. ergo a falis dicta est falarica, sicut a muro muralis. sane falaricam Lucanus dixit nervis mitti tortilibus et quadam machina, ut ⟨VI 198⟩ hunc aut tortilibus vibrata falarica nervis obruat, Vergilius vero ait Turnum manu iaculari potuisse: unde apparet aut a Lucano ad auxesin illius qui occidendus fuerat, esse dictum, aut a Vergilio ad laudem Turni, qui talem hastam manu iaculatus est.

703. FVLMINIS ACTA MODO amat tela cum impetu venientia fulminibus comparare. TAVREA TERGA usurpavit pro 'taurina', alibi taurinis follibus: unde, sicut et Plinius dicit, derivationes firmas non habent regulas, sed exeunt prout auctoribus placet. bene autem per transitum eius arma descripsit.

704. DVPLICI SQVAMA ET AVRO id est duplicibus squamis aureis. squamae autem sunt loricarum catenae in modum squamae compositae. sane squama et splendorem significat, si a piscibus veniat, et sordes, si a squalore; sed in Vergilio splendorem ubique significat.

---

3 de hoc telo e. q. s.] Serviana exscr. Isid. or. XVIII 7, 8. cf. Non. p. 555, 14 M. veterum de falarica testimonia accurate composuit Sieglin mus. Rhen. XXXVIII p. 356 sqq. ‖ 20 alibi] georg. IV 171 ‖ sicut et Plinius dicit . . . placet] cf. Pomp. comm. p. 144, 14 K. vide Kirchnerum de Servi auct. grammat. p. 507 sq. ‖ 24 squamae autem sunt . . . conpositae] cf. Isid. or. XVIII 13, 2

---

1 parentes his *F* ‖ 3 *ad* PHALARICA V. *s. v.* quidam phalaricam dicunt trifidum gladium qui igne armabatur unde nunc dicit fulminis acta modo *T* ‖ PALLARICA *F* ‖ 4 cubitalem *ASH* (*corr. a*) ‖ et rotunditatem . . . habere adfixum] supra quod ueluti quaedam spera cuius pondus etiam plumbo augetur dicitur enim ignem habere adfixum *F* ‖ rotunditate *AS* (*corr. a*) rotonditatem *L* ‖ de plumbo] factum *add. Ml* ‖ 5 sperae *ASRM* ‖ 8 dicimus manifestum est *F* ‖ unde et *e. q. s.*] *cf. Salmasius Plin. exercit. p.* 640 *sq. et Friedlaender ap. Marquardtium Roem. Staatsverw.* III *p.* 491 *adnot.* 1 ‖ falo *F* ‖ 9 hibi *F* ‖ 10 pugnedi *F* ‖ 11 adelfinorumque *AS* (*corr. a*) ‖ ergo . . . muralis] hinc falaria hasta dicitur sicut alia muralis *F* ‖ 12 sane . . . iaculatus est *om. F* ‖ dicit *AS* ‖ 13 et] e *Masvicius primus* ‖ tortilibus *om. RLH* (*add. l*) ‖ librata *ASM* ‖ 14 obruat *om. LH* (*add. l*) ‖ 19 comparet *F* ‖ *schol. ad* TAVREA T. *om. F* ‖ 20 plinus *L* plenius *H* ‖ dixit *L* ‖ diriuationes *RL* ‖ 23 DVPLICIS QVAM *HF* ‖ 25 squame *AL* (*corr. a*) ‖ significant *F* ‖ ueniet *F* ‖ 26 a] ab *F* ‖ uergilio *F* ‖ ubique *om. M*

706. ET CLIPEVM SVPER INTONAT INGENS aut ipse ingens super clipeum intonat: aut ingens clipeum supra ipsum tonat: nam lectum est etiam 'hoc clipeum', ut probat Caper: quod magis debemus accipere: nam Homerum imitatus est, qui ait ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ.

707. EVBOICO BAIARVM LITORE bene 'Baiarum' addidit, ne Euboeam insulam intellegeremus, unde Chalcidenses venerunt, qui condiderunt Cumas, quae sunt Bais vicinae. *Postumius de adventu Aeneae et Lutatius communium historiarum Boiam Euximi comitis Aeneae nutricem, et ab eius nomine Boias vocatas dicunt: veteres tamen portum Baias dixisse. Varro a Baio Vlixis comite, qui illic sepultus est, Baias dictas tradit.* QVONDAM *hic 'quondam' pro expletiva posuit. alii 'quondam' medii temporis volunt: quidam 'quondam' ad perpetuitatem temporis referunt, hoc est 'ut solet fieri'.*

709. *PONTO IACIVNT hoc est 'contra pontum'.* *SIC ILLA 'sic' protrahendum: nam cum dixisset 'talis', addidit 'sic illa'.* RVINAM PRONA TRAHIT ita enim exaedificatur.

712. PROCHYTA ALTA TREMIT atqui haec insula plana est; sed epitheton de praeterito traxit: nam, ut dicit Plinius in naturali historia ⟨II § 203⟩, Inarimes mons fuit qui terrae motu de ea fusus alteram insulam fecit, quae Prochyta ab effusione dicta est: fundere enim est ἐκχέειν. 'Prochyta' ergo 'alta' quondam scilicet. *hanc Naevius in primo belli Punici de cognata Aeneae nomen accepisse*

---

2 nam . . . clipeum] cf. Non. p. 196, 23 M. ‖ 4 Homerum] Il. IV 504 ‖ 7 Postumius] ap. Peterum hist. Rom. rell. p. 50 ‖ 8 Lutatius] ap. Peterum l. l. p. 193 ‖ 11 hic quondam e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. V 59 ‖ 22 hanc . . . dicit] cf. Dion. Halic. I 53; Aurel. Vict. or. g. Rom. X

---

1 aut ipse ingens . . . aut ingens *om. F* ‖ super . . . aut ingens *om. M* ‖ 2 super ipsum *F* ‖ intonat *l* ‖ 3 probet *AS* (*corr. a*) ‖ quod] eo *F* ‖ 4 nam . . . qui ait *om. AS* ‖ αραβηcε αετευχε εναιτω *A* ΑΡΛΒΕCΕ ΤCΥΧΕΕΤΙ ΛΥΤω *R* ΛΡαΠΗCΕ ΤΗΥΧΕ ΕΤ ΑΥΤω *L* ΛΡΛΒΗCΕ ΤΕΥΧΕ ΕΠ ΛΥΤω *H* αραβηcε τευχε ετι αυτω *M* αρ.αβνδεδεεε υcεεπαυτα *F* ‖ 6 intellegamus *S* ‖ calchidenses *ARLH* chalchidenses *M* adchidenses *F* ‖ qui cumas condidere *AS* ‖ 7 Postumius *Masvicius*: postuinus *F* postunius *G* ‖ de adventu Aeneae] *cf. Peter vet. hist. Rom. rell. prol. p.* CXXV ‖ 8 historiam *F, corr. Daniel. cf. Riese mus. Rhen.* XVIII *p.* 448 *sqq.* ‖ Euxini *Aur. Vict. or. gent. Rom.* 10, Euxeni *Reifferscheid mus. Rhen.* XV 609 ‖ 9 nutricae *F* nutrice *G* ‖ Boias *Commelinus*: baias *F* ‖ uetes *F* (ueteres *G*) ‖ 10 portum *om. G* ‖ uaro *G* ‖ et a Baio *Masvicius* ‖ illi *F* ‖ 11 est et Baias dictas *Daniel* ‖ *ad* QVONDAM *s. v.* alii pro expletiua accipiunt quondam alii medii temporis alii ad perpetuitatem referunt ut solet fieri *T* ‖ CONDAM *F, ut infra semper* condam ‖ 13 sole *F* ‖ 14 *ad* PONTO *s. v.* pro in pontum; *ad* IACIVNT *s. v.* ut pons desuper efficeretur *T* ‖ contra pontum *Commelinus*: contra fontem *F* contra pontem *Daniel* ‖ protkahendum *F* ‖ 15 talis *ego*: aliis *F* qualis *Daniel* ‖ RVINAM] RVINA *F, om. reliqui* ‖ 19 Inarimes . . . fecit] inarimes insula fuit alta qui terrae motu de ea fusus (quae terrae motu diffusa *Daniel*) aliam insulam fecit *F* ‖ de ea fusus] diffusus *M* difussus *l* ‖ 20 procita *F* ‖ 21 fundere e. e. ἐκχέειν] ΒCΛΠΟ ΘΟΥ ΠΡΟΧΥΝαΥ *F* ‖ ΕΚΧΕΕΙΝ *RHM*: erχeein *A* erχeem *S* ΕΚΧΗΕΙΝ *L* ‖ Prochyta . . . scilicet *om. F* ‖ 22 hanc Naevius *Commelinus*: hunc nauius *F* hunc Nevius *Daniel*

dicit. sed Inarime nunc Aenaria dicitur. et saepe fulgoribus petitur ob hoc quod Typhoeum premat, et quia in † eamdi contumeliam simiae missae sunt, quas Etruscorum lingua arimos dicunt: ob quam causam Pithecusam etiam vocitant: licet diversi auctores varie dicant: nam alii hanc insulam Typhoeum, alii Enceladum tradunt premere. et putatur nove dictum 'Inarime', quod et singulari numero, et addita syllaba dixerit, cum Homerus εἰν Ἀρίμοις posuerit, ut prior syllaba praepositionis locum obtineat. Livius in libro nonagesimo quarto Inarimen in Maeoniae partibus esse dicit, ubi per quinquaginta milia terrae igni exustae sunt. hoc etiam Homerum significasse vult. DVRVMQVE CVBILE *hoc est* mortiferum, ad poenam statutum.

715. STIMVLOS ACRES saeviendi scilicet: nam sunt et timoris et libidinis stimuli. notanda quoque prooeconomia, quae id agit ut veri simile sit, Turnum victorem evasisse de castris.

717. VNDIQVE CONVENIVNT *non dicit qui conveniunt, sed* illi sine dubio, quibus Mars iniecit audaciam, inventa oportunitate inruperunt castra Troiana. *QVONIAM postquam.*

722. *OBNIXVS conisus, conabundus.*

723. DVRO IN CERTAMINE LIQVIT sine spe evadendi.

724. AST ALIOS SECVM INCLVDIT *pro hostibus, quoniam multos suos exclusisset:* Statius par operis iactura lucro: namque hoste recepto exclusere suos. *potest tamen et dubium esse 'includit' utrum hostes, an suos?* VLTRO insuper.

---

7 Homerus] Il. II 783 ‖ 8 Livius] fragm. 21 ap. Hertz. IV p. 228 ‖ 17 Quoniam postquam] cf. Don. ad Ter. Ad. prol. 1 ‖ 18 Obnixus . . . conabundus] cf. Isid. or. X 198 ‖ 21 Statius] Theb. X 513

---

1 Inarime *Salmasius Plin. exercitat. p.* 68: narimes *F* ‖ etnaria dr̄ *G* ‖ et saepe . . . premat *haud scio an post* vocitant *collocanda sint, ut scribatur* sed Inarime, quae n. A. dicitur, dicta est quia *e. q. s.* ‖ 2 ob hoc cottiphoeum *F* ‖ in eam dic̃tumeliam *G* in eandem contumeliam *Daniel* in eam ad contumeliam *Salmasius l. l., fortasse recte. sed non dubito quin vetus interpres cuius expositione plen. comment. auctor usus est, notam illam de Cercopibus propter fraudem Iovi factam in simias mutatis et in Pithecusas insulas missis fabulam paulo accuratius narraverit.* ‖ 3 quas Etruscorum lingua arimos dicunt *Salmasius l. l. conl. Strab.* XIII p. 626 C οἳ καὶ τοὺς πιθήκους φασὶ παρὰ τοῖς Τυῤῥηνοῖς ἀρίμους καλεῖσθαι: quas atorum lingua narius dicunt *F.* quas Graiorum lingua ἄριμα (*ἀῤῥῖνας Commelinus*) id est enarias dicunt *idem Salmasius coniecit. cf. Hesychius s. v.* ἄριμος *cum adnotatione Schmidtii et Steph. Byz. p.* 118, 14 ‖ 4 pithecosam *F* ‖ uocitant *Daniel*: uocitate *F* ‖ uariae *G* ‖ 5 tradunt *Daniel*: tra^{d}um *F* tracum *G* ‖ 6 inarimẽ *F* ‖ 7 ΕΙΜΑΡΥΟΣ *F* ΕΙΛΙΑΡΥΟΣ *G* ‖ 8 libius *F* ‖ nongesimo *F* ‖ inarime *F* ‖ 9 ubi quinquaginta milia iugera terrae *Burmannus* ‖ terrae igni] r̄igutu *G* ‖ 10 Homerum *Salmasius l. l.*: numerum *F* ‖ 11 ad] et *M* ‖ 13 notandum *R* ‖ 15 conveniant *Masvicius* ‖ 16 inrumperent *AS* irrumpere *Masvicius* ‖ 18 contra nisus *Isidorus* ‖ 19 LINQVIT *F* ‖ 21 exclusisset *Daniel*: exduxisset *F* ‖ par operis *F*: paruoperit *R* par operi *reliqui* ‖ 22 retento *Statii exemplaria* ‖ *ad* AST *A. s. v.* potest et de hostibus et de suis intellegi *T* ‖ indudit *F* ‖ 23 VLTRO insuper *om. F*

725. DEMENS *pathos per personam poetae proferendum.* DEMENS hoc ex affectione sua posuit poeta: alibi ⟨VI 171⟩ sed tum forte cava dum personat aequora concha, demens, et cantu vocat in certamina divos. RVTVLVM *potest accusativus esse, potest et genetivus.*

734. DOTALIS REGIA AMATAE *aut* tibi data per dotem; *aut quae sperabatur.* et bene 'Amatae', quae illum sola generum esse cupiebat *contra mariti iudicium: ergo eum mulieri probatum, non viro dicit.* notandum sane quia id agit, ut ostendat se non per inprudentiam Turnum inclusisse, sed illum per temeritatem sibi minime profutura castra penetrasse.

736. EXIRE *pro 'exeundi'.*

•737. OLLI SVBRIDENS magnam confidentiam virtutis ostendit.

739. PRIAMO NARRABIS ACHILLEM propter illud Sibyllae ⟨VI 89⟩ alius Latio iam partus Achilles. et dictum est, ut illud ⟨II 549⟩ degeneremque Neoptolemum narrare memento.

740. RVDEM NODIS non levem, nec pulchram, sed fortem. CORTICE CRVDO viridi: nam hastae *igni* plerumque torrentur.

742. VVLNVS SATVRNIA IVNO DETORSIT VENIENS *'vulnus veniens', id est ictum, quo vulnerari debuit.* plerique, sed non idonei commentatores dicunt, hoc loco occisum Turnum, sed causa oeconomiae gloriam a poeta Aeneae esse servatam: quod falsum est. nam si veritatem historiae requiras, primo proelio interemptus Latinus est *in arce:* inde ubi Turnus Aenean vidit superiorem, Mezentii imploravit auxilium: secundo proelio Turnus occisus est, et nihilo minus Aeneas postea non conparuit: tertio proelio Mezentium occidit Ascanius. hoc Livius ⟨I 2⟩ dicit et Cato in originibus.

744. TELVM hoc loco 'telum' gladium dixit a longitudine: unde et mustela dicitur, quasi mus longus. telum autem posuisse pro gladio illud significat, quod infert paulo post 'consurgit in ensem'. VERSAT *librat, iactat: et est Ennianum versat mucronem.*

---

28 telum . . . longus] exscr. Isid. or. XII 3, 3 et XVIII 7, 10 || 31 Ennianum] ex incert. libr. fragm. III ap. Vahl. p. 174

---

1 *Servianum ad* DEMENS *scholium om. F* || *ad* CLIPEOQVE M. F. M. (*v.* 730) *s. v.* id est in clipeum. aut ex suo clipeo emittebat micantia fulmina id est fulgentes gladios *T* || *ad* INVISAM (*v.* 731) *s. v.* odiosam (odiosa *cod.*) aut ante non uisam *T* || 6 quae] quia *Daniel* || 9 quid agit *R* || non se *F* || 12 *ad* EXIRE *s. v.* exeundi *T* || exeunde *F* || 13 *ad* CONSERE D. (*v.* 738) *s. v.* aperta manu dimica *T* || 15 hoc autem sic dictum est *F* || 17 NOBIS *AF* (*corr. a*) || *ad* ADNIXVS V. H. (741) *s. v.* incumbens et fortiter uestigia firmans *T* || 20 quo] quod *G* || debuit *Commelinus*: habuit *F* || plerumque *F* || 21 dicunt] docuit *F* || causa oeconomiae *om. F* || 23 historiae] hisgloriae *ASH* || 24 inde . . . in originibus] postea simul turnus et aeneas postea mezintius ab ascanio *F* || turnus et aeneam *R* || 28 hoc loco *om. F* || gladium telum *F* || 31 *ad* VERSAT *s. v.* uibrat *T*

745. IS talis, par, similis.

746. ALTE CONSVRGIT IN ENSEM genus feriendi Gallicanum: Sallustius regressi ad faciliores ictus loco cedebant.

748. *INPVBESQVE pathos ex aetate movit.*

752. *HVC CAPVT 'huc pependit' figurate.*

756. BELLO GENTIQVE FVISSET duo dicit: et bellum finiri potuit omnibus interemptis, et gens penitus fuisset extincta occiso Ascanio, a quo Romani ducunt originem. ideo 'bello gentique' dixit, quia plerumque bellum finitur gente superstite, ut in bello Troiano contigit.

757. CAEDISQVE INSANA CVPIDO *oeconomia est, quae* excusat Turnum, cur non a porta fugatis Troianis, penitus deleta sint castra.

759. PRINCIPIO intra castra, post Troianorum fugam. SVCCISO POPLITE GYGEN EXCIPIT ordo est: excipit et succidit poplitem, *ut* ⟨534⟩ *postibus haesit adesis et* ⟨III 237⟩ *scuta latentia condunt:* nam ante fuit ut eum circumveniret insidiis. 'poples' autem 'po' correpta est, sicut in Sereno legitur; sed producitur positione.

760. HINC nec loci est, nec temporis, sed ordinis, id est 'deinde'. RAPTAS autem 'de hostilibus cadaveribus'; nam quod dicit Donatus 'ab armigero', non procedit; nec enim lectum est, *cum solus inclusus fuerit Turnus, ut post ait* ⟨780⟩ *'unus homo': quamvis possit*, *sicut in* (X.) ⟨333⟩ *suggere tela mihi et tum magnam corripit hastam et iacit.*

761. *IVNO VIRES ANIMVMQVE MINISTRAT oeconomia, ut quod dicit possit esse veri simile.* IVNO VIRES ANIMVMQVE MINISTRAT ne sit incongruum unum tot occidisse, dat Iunonis auxilium: Horatius in arte poetica ⟨191⟩ nec deus intersit, nisi dignus vindice nodus inciderit.

763. *MARTEMQVE CIENTES pugnam agitantes.*

764. ALCANDRVMQVE HALIVMQVE NOEMONAQVE PRYTANIMQVE

---

3 Sallustius] hist. inc. 56 Dietsch., 22 Kr.

---

1 IS TELI *F* ‖ talis *et* similis *om. F* ‖ 3 locos quaerebant *Guelferbyt. I* ‖ 4 *ad* INPVBESQVE *s. v.* pathos est ab aetate *T* ‖ 5 *ad* ILLI P. A. *s. v.* figurate dixit *T* ‖ 6 BELLO G. F. et quia illic ascanius extinguebatur *F*, duo dicit . . . contigit *omittens* ‖ finire *M* ‖ 7 fecisset *ASH* (fuisset *a*) ‖ occiso autem ascanio *AS* ‖ 11 Turnum *om. F* ‖ delecta *R* ‖ 12 post T. fugam *Al*: pro T. fuga *SM* et T. fugam *R* post T. fuga *F*, post *om. H* post *et* fugam *om. L* ‖ 15 poplet (*sic*) autem sciendum est po breuem esse sicut in sereno legitur et fit longa positione *F* ‖ 17 nec loci . . . deinde] deinde nam ordinis est aduerbium non loci *F* ‖ 18 hostium *Fa* ‖ 19 nec enim lectum est *om. F* ‖ 20 fuerat *F*, *correxi* ‖ 21 quamvis possit] *scilicet 'dici Turnus rapuisse hastam ab armigero'.* ‖ x. *addidi* ‖ et] paulo post *add. Daniel* ‖ 23 oeanoma *F*, *corr. Daniel* ‖ 24 *Serviana ad v. 761 om. F* ‖ 28 pugnam agitantes *hab. T*

Homeri versus, tantum coniunctione mutata: unde apparet non ad historiam, sed ad ornatum poematis haec nomina pertinere.

765. TENDENTEM CONTRA in se facientem impetum.

768. CVM GALEA LONGE IACVIT CAPVT ad exprimendam celeritatem praeterito usus est tempore. potuisse autem caput cum galea longe iaci, praemissa loci altitudo significat. ergo eum comminus percussum intellegamus, sed tantam vim ictus fuisse, ut longe caput excuteret.

769. FELICIOR peritior; nam in ungendis telis non est felicitas, sed peritia. sane nec 'ungo' nec 'ungentum' u recipit, excepto uno nomine, ut 'unguen'; unde est et pingues unguine ceras. est autem mira brevitate inducta descriptio.

770. FERRVMQVE ARMARE VENENO speciose dictum 'armabat ferrum', quo nos armare consuevimus: *ut ex venenato ferro vehementius et perniciosius vulnus sit.*

771. AMICVM CRETHEA MVSIS poetam lyricum. et tale est schema per repetitionem, ut ⟨X 180⟩ sequitur pulcherrimus Astur, Astur equo fidens.

772. *MVSARVM COMITEM non re vera 'comitem', sed carminum studiosum.*

773. NVMEROSQVE INTENDERE NERVIS rhythmos facere intentione nervorum: nam numeri sunt rhythmi, ut numeros memini, si verba tenerem. hoc ergo dicit: secundum chordas verba conponebat.

775. AVDITA CAEDE SVORVM servat τὸ πρέπον, ne praesentibus ducibus Turnus tot strages fecisse videatur.

778. QVO DEINDE FVGAM aut vacat 'deinde', ut 'tandem' 'gen-

---

1 Homeri] Il. V 678. cf. Macrob. Sat. V 17, 17 ‖ 11 et pingues] georg. III 450 ‖ 13 speciose . . . consuevimus] cf. Macrob. Sat. VI 6, 17 ‖ 22 numeros] buc. IX 45

---

1 mutata] *Ἄλκανδρόν θ' Ἅλιόν τε Νοήμονά τε Πρύτανίν τε add. D* ‖ 4 IACVIT LONGE *AS* ‖ 6 ergo . . . excuteret *om. F* ‖ 7 tantam] tam *AS* (*corr. a*) ‖ tantam v. i.] tam uictus *H* ‖ 9 FELICIOR *LF*: FELICIVS *reliqui* ‖ peritior *L*: peritius *reliqui* ‖ ungendis *L* (*quamquam alterum* n *in ras. l*): iungendis *F* unguendis *reliqui* ‖ 10 ungo] unguento *H* ‖ unguentum *Fh* ‖ 11 ut] quod est *M, om. R* ‖ ungen *R* unguem *F* ‖ pinguis *R* ‖ 13 speciose . . . ferrum *om. F* ‖ 14 quo armari consueuimus *F* ‖ consueuerat *L* (*corr. l*) ‖ *ad* FERRVMQVE A. V. *s. v.* hoc propterea dicit ut ex uenenato ferro uulnus uehementius et perniciosius esset contra feras *T* ‖ 15 perniciosus *F* pernitiosus *G* ‖ *ad* AEOLIDEN (771) *s. v.* eoli filium quasi diceret optimo sanguine generatum *T* ‖ 16 CRETHEA *RH*: CRETEA *ASLF* CHEREA *M* ‖ 19 non . . . studiosum *hab. T* ‖ studiosum *om. F* ‖ 23 hoc enim *R* ‖ hoc . . . conponebat *om. F* ‖ 25 seruat TOPIPGΠON *AS* seruat TO ΠPOΠON *R* seruaτon (t *supra*) ΠPEΠON *L* seruato TIPEΠON *H* seruat TO ΠPIΠON *M* seruato p̄pon *F* ‖ 26 uideretur *F* ‖ 27 QVOD *AS* QVODVE *F*

tium' 'locorum': aut intellegimus mente eum tractasse quod de campis milites solent ad castra confugere, et sic dixisse 'quo deinde'? scilicet, de castris quo fugietis ulterius? et hoc est melius; unde et sequitur 'quos alios muros'. et sic est dictum post cogitationem 'quo deinde'? sicut Terentius dixit quid igitur faciam? *est ea autem amara accusatio.*

780. VNVS HOMO ac si diceret 'mortalis'. et bona attenuatio, cum supra ⟨725⟩ dixerit 'Rutulum in medio non agmine regem'.

783. INFELICIS PATRIAE Troiae, in qua nunc sunt. VETERVMQVE DEORVM Penates significat, quos semper coluere Troiani.

784. MISERETQVE PVDETQVE sic Pallas ⟨X 368⟩ nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris.

788. *ACRIVS HOC TEVCRI cum eum decedentem viderent.*

789. CEV SAEVVM TVRBA LEONEM sensus hic est: haud aliter Turnus retro cedens petebat fluvium, ac solet leo, pressus multitudine, nec terga praebere propter iram et pudorem, nec posse, licet cupiat, in venantes impetum facere.

793. *ILLE QVIDEM parenthesis. POTIS EST 'ille' enim 'tendere contra potis est per tela virosque'.*

796. *INVASERAT HOSTES aut speciem praeteriti temporis mutavit, aut tempora: nam cum dixisset 'invaserat', subiunxit 'vertit'.*

799. NEC CONTRA VIRES AVDET SATVRNIA IVNO SVFFICERE atqui favente numine debuit etiam contra multitudinem posse; sed hoc Iuppiter vetuit. *SVFFICERE subministrare.*

801. HAVD MOLLIA IVSSA FERENTEM melius quam Homerus hunc locum exsecutus est: salvo enim sensu vitavit et fabulosa et vilia; nam ille ipsas minas exsequitur.

803. ERGO quia numinis est desertus auxilio.

---

5 Terentius] Eun. I 1, 1. cf. Don. ad h. v.

---

3 confugietis *Ml* || et hoc est melius . . . quid igitur faciam] sic terentius quid igitur faciam. et hoc est melius . . . quos alios muros *F* || 7 bene *RL* (bona *l*) benae *H*. *fort.* bona est || atenuatio *ASH* (*corr. a*) tenuatio *M* extenuatio *F* extenuatio est *vulgo* || 8 dixerat *H* || 13 *ad* ACRIVS H. T. *s. v.* propter hoc quod uolebat discedere *T* || 14 sensus hinc est aut alter turnus *F* || 15 ut *L* (ac *l*) || 16 et pudorem *RF*: nec pudorem *ASH* uel pudorem *Ml*, *om. L* || 17 facere] comparatio autem homeri (*Il.* V 136) δὴ τότε μιν τρὶς τόσσον ἕλεν μένος . . . βαθέης ἐξάλλεται αὐλῆς *add. D* || 18 *ad* ILLE Q. *s. v.* parenthesis *T* || 19 *ad v.* 794 *in marg.* Physici dicunt naturam hanc inesse leoni quod si consideret ut homo eum prior uideat non fugit quamuis timeat. si uero non uideatur fugit et summitate caudae quae longissima est uestigia sua cooperit *T* || 20 *ad* MEDIOS INVASERAT H. *s. v.* id est in medios hostes bis impetum fecit. tempus pro tempore *T* || INVASSERAT *G* || 21 nam cum *Daniel*: nam.d.cum *F* non.d.cum *G* || 24 *ad* SVFFICERE *s. v.* subministrare *T. post* exsequitur *hab. hoc. schol. F* || 27 exsequitur] *Il.* VIII 413 πῇ μέματον . . . ἅ κεν μάρπτῃσι κεραυνός *add. D*

804. *NEC DEXTRA VALET cum dixisset 'clipeo', non subiunxit gladium, sed dextram, ut ostenderet, eum nec se armis tegendo, nec hostem telis petendo valuisse.*

805. TELIS OBRVITVR Lucanus eundem sensum per declamationem ⟨IV 776⟩ t e l o r u m n i m b o p e r i t u r a e t p o n d e r e f e r r i. *TEMPORA CIRCVM totus locus Homeri est.*

807. *IVBAE CAPITI pro 'quae in capite sunt'.* VMBO id est scutum, nam a parte totum significat.

810. ET PICEVM NEC RESPIRARE POTESTAS FLVMEN AGIT ordo est 'sudor piceum flumen agit', hoc est sordidum, quia sine respiratione pugnabat.

811. *FESSOS QVATIT AEGER ANHELITVS Probus ait c o m m o d i u s hic est 'a e g e r', q u a m i n q u i n t o ⟨432⟩ 'v a s t o s q u a t i t a e g e r a n h e l i t u s a r t u s': q u a m v i s c o n s u e t u d o s i t V e r g i l i o i s t a m u t a n d i. quidam 'acer' legunt: et volunt in quinto 'aeger' aptius dictum de sene, hic de iuvene 'acer' melius convenire.*

812. TVM DEMVM postquam se aliter evadere posse non vidit. OMNIBVS ARMIS 'cum' minus est.

813. ILLE SVO CVM GVRGITE FLAVO hysterologia est 'cum ille eum excepit': non enim procedit 'cum suo gurgite', quasi posset fieri, ut eum Tiberis sine suis fluentis exciperet. sane quaerunt multi, cum Tiberis Aeneae faveat, cur liberaverit Turnum; sed solvitur ista ratione: nam ob hoc Turnum esse liberatum, ut maior Aeneae gloria servaretur. *alii tradunt a Thybride, qui Aeneae favet, nunc Turnum in Iunonis gratiam esse servatum.*

---

6 totus locus Homeri est] Il. XVI 102. cf. Macrob. Sat. VI 3, 2 || 7 Vmbo . . . significat] cf. Isid. or. XVIII 12, 2

---

1 *ad* NEC D. V. S. V. consequens erat cum dixisset clipeo ut diceret gladio sed posuit dextra ut ostenderet eum nec armis se tegendo ualuisse nec telis hostem petendo *T* || 2 hostenderat *F* || 4 sensum] posuit *add. M* || declinationem *L* (*corr. l*) declamatione *H* declimationem *M* || per declamationem dicit *vulgo* || 5 et] ac *Lucani exemplaria* || pondera *F* || 8 totum a parte *F* || significat] umbo enim media clipei pars eminens est *add. D* || 10 sordium *F* || 12 aut *G* || 16 hic *Daniel*: huic *F* || convenire *Masvicius*: conueniet *F* cum d. i. a. m. conveniat *F. Schoellius* || 17 alias *F* || non posse *F* || posse *om. M* || 19 isterologi *F* ysterologia *reliqui. cf. Serv. ad Aen.* II 162 *'nam hysterologia unius sermonis est'.* || cum ille] ait *add. l* || 20 excepit] excipit *M.* fluuium autem pro deo posuit, unde subdit 'ille', scilicet deus, suo gurgite eum accepit: aliter superfluum est 'et fluuius suo gurgite accepit' *add. D* || 21 fieri] *om. R,* fleri *F* || 23 ratione *MFl*: ratio *reliqui* || nam] nunc *L* (*corr. l*), *om. F* || ob hoc T. e. l. constat *R* ob hoc T. dicitur e. l. *M* ob hoc T. dicit e. l. *vulgo* || 24 a Thybride *ego*: tibride *F* de Tibri *Daniel* || 25 iunonum *F, corr. Daniel* || EXPLICIT LIBER VIIII. INCIPIT LIBER DECIMVS *AM* EXPLICIT TRACTATVS LIBRI NONI INCIPIT TRACTATVS LIBRI DECIMI *L*

SERVII GRAMMATICI

IN VERGILII AENEIDOS LIBRVM DECIMVM COMMENTARIVS.

1. PANDITVR INTEREA DOMVS OMNIPOTENTIS OLYMPI secundum poeticum morem hoc dicit 'factus est dies', quia poetae dicunt matutino tempore aperiri caelum, noctu vero claudi — unde est illud ⟨I 374⟩ ante diem clauso conponet Vesper Olympo — nam et paulo post descripturus est noctem, ut ⟨215⟩ iamque dies caelo concesserat, ut intellegamus alium diem esse consumptum, et nunc eum more solito noctis praetermisisse descriptionem. quamquam 'panditur caelum' etiam simpliciter possimus accipere, quovis tempore, scilicet ad numina convocanda: quod et melius est, quia ait 'interea', id est dum haec geruntur: nam 'interea' particula praeterita negotia coniungit futuris. *OLYMPI caeli, quasi ololampi, ideo quia totum lucet.*

2. *DIVVM PATER pro 'divorum', sicut 'Argivum' 'Danaum' 'Teucrum'. videtur accusativi singularis specie pro genetivo plurali usus.*

3. SIDEREAM IN SEDEM in astriferum circulum: non enim omnes circuli astriferi sunt, sed solus superior. *aut 'sideream' lucidam dixit.*

VNDE ARDVVS OMNES ut *alibi* ⟨I 223⟩ et iam finis erat, cum Iuppiter aethere summo despiciens mare velivolum.

4. CASTRAQVE DARDANIDVM SPECTAT post generalitatem intulit speciem; consequens enim est, ut omnes terras videns, cernat etiam

---

11 caeli . . . lucet] cf. Isid. or. XIV 8, 9

---

1 secundum . . . dies] factus est dies secundum poeticum morem *F* || 2 quia . . . illud *om. F* || 4 alibi ante *F* || conponit *F* || 5 discripturus *et lin.* 7 discriptionem *F* || 6 ut] unde *F* || aliom *A* (*corr. a*) aliem *S* || esse diem *AS* || 8 possumus *F* || pro quovis tempore *D. sed* quovis tempore *scil. 'panditur caelum, non solum matutino'* || 10 geruntur *RLHM*: aguntur *ASl* gerunt *F* || nam haec particula *F* || 11 *ad* OLYMPI *s. v.* olimpus dicitur quod totus luceat *T* || ololampi *ego*: ola lanipi *F. cf. Serv. ad Aen.* IV 268 (I *p.* 514, 19) *cum adnot. crit.* || 14 acusatiui *F* || 15 enim *om. F* || 16 *ad* SIDEREAM *s. v.* lucidam *T* || 19 SPECTAT] S. P. *AMH* SP. *L, e Reginensi et Floriacensi, quos cum Lionis exemplari,* ASPECTAT *exhibente, contuli, nihil enotavi, neque Hagenus e Sangallensi quidquam adscripsit* || 20 est enim *F*

castra Troiana. *non nulli sane 'Dardanidum' pro 'Dardanidarum' adserunt, ut sit genetivus generis masculini specie feminina.*

5. BIPATENTIBVS physice dixit: nam caelum patet ab ortu et occasu. est autem sermo Ennianus, tractus ab ostiis, quae ex utraque parte aperiuntur: unde et modo 'bipatentibus' apertis intellegimus. *BIPATENTIBVS] quod intrantibus et exeuntibus pateant.*

6. CAELICOLAE MAGNI orationis istius intentio hoc agit, ut ab odiis Troianorum Iuno revocetur. QVIANAM cur, *quare:* Ennianus sermo est *quianam legiones caedimus ferro.*

7. VERSA RETRO mutata, ut ⟨I 237⟩ quae te genitor sententia vertit? *quidam 'versa retro' intellegunt, quod rursus ad discordias videntur redisse. alii 'versa retro' pro 'inversum acta', quasi quae prius rectum iter pergebat, derivata.* CERTATIS aut contra vos, aut contra meam sententiam.

8. ABNVERAM BELLO ITALIAM CONCVRRERE TEVCRIS id est prohibueram Italiam contra Troianos bella suscipere. atqui dixit in primo ⟨263⟩ bellum ingens geret Italia. quod ita solvitur: aut quia cum uno deo vel dea aliter loquitur — unde est in primo ⟨261⟩ hic tibi, fabor enim, quando haec te cura remordet —, aliter vero cum omnibus diis utilitatis causa propter removendam eorum contentionem et dissensionem: aut certe quia ait in primo ⟨266⟩ ternaque transierint Rutulis hiberna subactis. illic enim dixit Aenean in Italia contra Rutulos tantum esse pugnaturum, nunc autem omnis est Italia in bella commota Iunonis instinctu, quod et Allecto promisit, ut ⟨VII 549⟩ finitimas in bella feram rumoribus urbes, et Iuno pollicita est se magis esse facturam, ut ⟨VII 559⟩ ego, siqua super fortuna laborum est, ipsa regam. 'abnueram' *autem* prohibueram, ut contra 'adnuit' promittit

---

4 sermo Ennianus] ann. v. 62 Vahl. ‖ 8 Ennianus sermo] ann. v. 130 Vahl.

---

2 species femina *G* ‖ 3 nam caelum ab orto et ob occasu patet *F* ‖ 4 autem] enim *L* ‖ hostiis *libri* ‖ 6 *ad* BIPATENTIBVS *s. v.* apertis quod intrantibus pateant *T* ‖ patrant *F* ‖ 8 QVIANAM *R*: QVENAM *AS* QVAENAM *LHMF*. *cf. Serv. ad Aen.* V 13 ‖ *ad* QVIANAM *s. v.* cur quare *T* ‖ 9 sermo ennianus *F*, est *omittens* ‖ 12 reddisse *F* ‖ *ad v.* 7 *in marg.* quidam uersa intellegunt |uersa (*sic*) quasi deuiata quae ante recto itinere pergebat *T* ‖ abi *F*, *corr. Daniel* ‖ 13 *schol. ad* CERTATIS *om. F* ‖ 15 ABNVERAM B. I. C. T. prohibueram . . . suscipere. quo modo abnueram cum ipse in primo dixerit bellum . . . italia. sed secundum . . . dissensionem. aut quia ait . . . subactis nunc autem . . . rumoribus urbes. et iuno dixit se magis esse staturum (*sic*). abnueram autem prohibueram ut contra annuo promitto significa et consentio *F* ‖ *ad v.* 8 *in marg.* atqui supra dixerat bellum ingens geret italia. sed secundum sapientes alia est deorum uoluntas alia fati necessitas. et illud bellum feris et indomitis gentibus illaturum esse aeneam praenuntiabat hic autem hanc fuisse dispositionem dicit ne itali troianis uim belli inferrent. *T* (et illud bellum . . . inferrent *Tiberii Donati sunt* ‖ 20 vero *om. R* ‖ 23 in italiam *RH* ‖ 24 in bellum *R* ‖ 26 futuram *AS*

et consentit significat. ABNVERAM B. I. C. T.] **quo modo 'abnueram', cum ipse in primo dixerit bellum ingens geret Italia? sed secundum sapientes quosdam alia est necessitas fati, alia voluntas deorum, vis nulla est: quod ipse manifestius in quinto ⟨706⟩ ostendit his versibus vel quae portenderet ira magna deum vel quae fatorum posceret ordo: nam et in primo ⟨32⟩ de ira Iunonis ait acti fatis maria omnia circum, et iterum in primo ⟨262⟩ fatorum arcana se dixit moturum, non suam voluntatem ostensurum. sed ibi secreto filiae dicit, hic alter idem invidiose diis omnibus praesentibus videtur loqui propter removendam eorum dissensionem.**

9. QVAE CONTRA VETITVM DISCORDIA *vetationem,* prohibitionem meam. et sic dixit 'vetitum', ut 'aequum', unde est ⟨II 427⟩ et servantissimus aequi. sane sub comminatione omnium deorum maxime solam tangit Iunonem, cuius odia insequebantur hoc etiam bello Troianos: quod etiam sequentes Iovis allocutiones manifestius indicant.

10. FERRVMQVE LACESSERE pro 'ferro se lacessere'. *ordo autem 'quis metus suasit aut hos arma sequi ferrumque lacessere'; non est enim, 'hos suasit', ne fiat σολοικοειδές: quamvis inveniatur huius modi figura, ut ⟨XII 813⟩ Iuturnam misero, fateor, succurrere fratri suasi, et Ennius quis te persuasit?*

11. NE ARCESSITE, TEMPVS nolite bellorum tempora praeoccupare. et bene satis facit uxori cum prohibitione. significat autem bellum Punicum secundum, quo Hannibal ingressus Italiam *cum plurimis locis vicerit, praecipue* apud Cannas, vicum Apuliae, omnem populi Romani delevit exercitum.

12. OLIM quandoque.

13. ALPES INMITTET APERTAS emphasis est; non enim dixit 'per Alpes inmittet exercitum; sed 'ipsas Alpes', quas patefecit non sibi tantum sed omnibus gentibus, quae secundum Catonem et Livium muri vice tuebantur Italiam: quas Hannibal post bella Hispa-

---

21 Ennius] ex incert. libr. IV p. 175 Vahl. ‖ 30 secundum Catonem] or. IV fragm. 11 ap. Iord. p. 20 ‖ 31 quas Hannibal . . . Alpes vocantur] exscr. Isid. or. XIV 8, 13. cf. schol. vet. in Iuven. X 155

---

3 fati *Daniel*: fac̄ (*i. e. facit*) *F* ‖ 8 moturum *scripsi*: moriturum *F* narraturum *Daniel* ‖ 9 alter (*i. e. alius*) *F*, aliter *Daniel* ‖ 11 in prohibitionem *RL* ‖ 12 sic dixit] est *F* ‖ 13 sane . . . indicant *om. F* ‖ comminatione *RL*: comminutione *ASH* communione *Ml* commonitione *vulgo* ‖ 14 sequebantur *ASM* ‖ hoc etiam *om. R* ‖ 15 bello] contra *L* (*corr. l*) ‖ 18 suasiti *F* ‖ ut *G* ‖ 19 suauit *F* ‖ soli quo^{i}dies *F* soli quoides *G* ‖ 20 fig̃ autriturum nam *F* ‖ 22 ARCERSITE *AS* ‖ praeoccupasseone *H* (one *del. h*) praeoautpare *F* ‖ 24 quod *RLHM* (quo *l*) co *F* ‖ 25 uicum italiae *R* ‖ 26 delebit *F* ‖ 28 INMITTIT *F* ‖ 29 per *om. R* ‖ inmittit *F* ‖ 31 quas] has *F*, Hannibal . . . confecit *omittens*

niae, quae XVII annis confecit, *ante exustas* aceto *infuso* rupit: Iuvenalis ⟨X 153⟩ et montem rupit aceto. denique loca ipsa quae rupit, Poeninae Alpes vocantur. *quamvis legatur a Poenina dea, quae ibi colitur, Alpes ipsas vocari. sane omnes altitudines montium licet a Gallis Alpes vocentur, proprie tamen iuga montium Gallicorum sunt. quas quinque viis Varro dicit transiri posse: una, quae est iuxta mare per Ligures; altera, qua Hannibal transiit; tertia, qua Pompeius ad Hispaniense bellum profectus est; quarta, qua Hasdrubal de Gallia in Italiam venit; quinta, quae quondam a Graecis possessa est, quae exinde Alpes Graiae appellantur.*

14. RES RAPVISSE] **veteres laedere 'res rapere' dicebant, etiamsi rapinae nullum crimen existeret; similiter satis facere 'res reddere' dicebant.** RES RAPVISSE LICEBIT clarigationem exercere, hoc est per fetiales bellum indicere: nam Ancus Marcius cum videret populum Romanum, ardentem amore bellorum, et plerumque inferre bella gentibus nulla iusta extante ratione, et exinde pericula creari, misit ad gentem Aequiculanam et accepit iura fetialia, per quae bellum indicebatur hoc modo, sicut etiam de Albanis retulit Livius ⟨I 24⟩. nam siquando homines vel animalia ab aliqua gente rapta essent populo Romano, cum fetialibus, id est sacerdotibus qui faciendis praesunt foederibus, proficiscebatur etiam pater patratus et ante fines stans clara voce dicebat belli causam, et nolentibus res raptas restituere vel auctores iniuriae tradere, iaciebat hastam, quae res erat pugnae principium, et iam sic licebat more belli res rapere. clarigatio autem dicta est aut a clara voce, qua utebatur pater patratus, aut a *κλήρῳ*, hoc est sorte: nam per bellicam sortem invadebant agros hostium: unde et *κληρονόμοι* dicuntur Graece qui iure sortiuntur bona defuncti.

---

1 XVII] et duoc͠i *M* (duodecim *m*) XII *l* ‖ exhustas *F* ‖ infuso hannibal rupit *F* ‖ 2 rupuit *F* ‖ 3 poeninae *HF*: poenninae *AS* (o *del. a*) puninae *R* apenninae *LM* ‖ *ad v.* 13 *in marg.* legitur in antiquis appennina (*sic*) dea . . . appellantur *T* ‖ 4 hibi *F* ‖ licite *T* ‖ 5 uocantur *FT* ‖ iuga *om. F* ‖ 7 leguras *F* lygures *T* ‖ altera qui hannibal transit *F* ‖ ab *F* ‖ 8 profatus *F* profettus *G* ‖ asdrubal *T* hasrubal *G* ‖ 9 quinea *F* ‖ e gretis *F* ‖ qui exinde *F* ‖ 10 graiae *T*: res graeciae *F* ‖ 11 *ad v.* 14 *in marg.* ueteres . . . existeret. e contra satis facere reddere. quod tangit hic uirgilius *T* ‖ 13 claricationem *as* ‖ 14 foetiales *A* feciales *LM* fatales *F* ‖ inducere (*sic*) nam ueteres . . . dicebant sed ancus marcus *e. q. s. F* ‖ marcus *MFs* mancus *reliqui* ‖ 16 creari *Ms*: recreari *ASRLH* procreari *F* ‖ 18 libias *F* ‖ 19 nam . . . populo Romano *om. F* ‖ 20 cum *om. LH* (*add. l*) ‖ id est . . . foederibus *om. F* ‖ 21 etiam *om. F* ‖ 22 nolentibus . . . tradere *om. F* ‖ 23 hastam . . . licebat *om. RLH* (*add. l*) ‖ quae] quo *F* ‖ 24 sic *om. F* ‖ 25 aut a clara uoce dictae (*sic*) est *F*, qua . . . patratus *omittens* ‖ 26 ΑΚΛΗΡω *Sl* ΚΛΕΡΟ *R* ΚΛΗΡω *L* akahpu *H* ΑΚΛΗΡΑ *M* adero *F*, *radendo deleta sunt in A. ἀπὸ τοῦ κλήρου vulgo* ‖ sortem *ALH* (sorte *al*) ‖ 27 ΚΛΝΡΟΝΟΜΟΥ *F* cleronomoe *reliqui* ‖ 28 bona defuncti] hereditates *F*

15. PLACITVM *aut* mihi scilicet, *aut fatis: aut quod velim vobis placere.*

16. IVPPITER HAEC PAVCIS habet personarum considerationem, ut superioribus personis det breviloquium, e contra inferiori potestati prolixam orationem, unde ait de Venere 'at non Venus aurea contra pauca refert': *quia Veneri causam necesse est reddere, ideo non pauca refert, aut quia mater dolens, aut quia inferior.* item Dido quasi regina paucis locuta est, ut ⟨I 561⟩ tum breviter Dido.

18. O PATER O HOMINVM et Titianus et Calvus, qui themata omnia de Vergilio elicuerunt et deformarunt ad dicendi usum, in exemplo controversiarum has duas posuerunt adlocutiones, dicentes Venerem agere statu absolutivo, cum dicit Iunoni 'causa fuisti periculorum his quibus Italiam fata concesserant'; Iunonem vero niti statu relativo, per quem ostendit Troianos non sua causa laborare, sed Veneris. O PATER generaliter 'pater' accipe, non tantum Veneris: nam supra ait ⟨2⟩ 'divum pater atque hominum rex'. et bene in principiis favorem sibi arte conciliat. HOMINVM DIVVMQVE AETERNA POTESTAS hunc locum Probus quaerit; sed dicit unam rem secundum physicos, alteram secundum mathematicos. nam divum potestas est, quia ipse est aether, qui elementorum possidet principatum; hominum vero ideo, quia bona Iovis inradiatio honores hominibus tribuit. 'aeterna' autem 'potestas' adiecit propter aliorum numinum discretionem: nam legimus et Apollinem deposuisse divinam potestatem, et Herculem vel Liberum patrem non semper deos fuisse. *sicut autem hominum, et rerum potestas est: an quemadmodum pro rege vel magistratu potestas solet dici?*

---

19 hunc locum . . . non semper deos fuisse] exscr. mythogr. III 3, 2. cf. Steupius de Probis p. 108 sq.

---

1 factis *F* fastis *Daniel, corr. Commelinus* ‖ 3 considerationem] acceptionem *F* ‖ 4 breuiloquium sic alibi tum (tunc *G*) breuiter dido uultum dimissa profatur adnon (adno *G*) uenus . . . inferior *F*, item . . . Dido *omittens* ‖ *s. v.* 17 quia necesse est causam reddere aut quia mater dolens aut quia inferior *T* ‖ 6 uenerit causa *F*. *ceterum inepte hoc scholium cum Serviano coniunctum est.* ‖ 9 et Titianus et Calvus] et uetanus et catulinus *F* ‖ 10 elucuerunt *ASH* (*corr. as*) eliguerunt *F* ‖ adformauerunt *F* ‖ 12 absoluto *F*. *absolutivus status videtur intellegendus esse quem Fortunat.* I 15 (*p.* 93, 10 *Halm.*) *remotivum dixit. sed cf. Serv. ad v.* 31 ‖ 14 statu causativo et relativo *Lion. de relativo statu cf. Fortunat. l. l.* ‖ non sua culpa troianos *F* ‖ 15 O PATER . . . Veneris *om. F* ‖ 16 diuom *F* ‖ 18 hunc locum . . . divum potestas *om. H* ‖ dixit *F* ‖ 22 potestas *secl. Steupius, om. mythographus* ‖ 23 diuinam deposuisse *F*. deposuisse *om. R* ‖ 25 fuisse] unde et deae arborum cum arboribus uiuunt et cum arboribus dicuntur mori: quocirca et ἁμαδρυάδες sunt appellatae *add. D* ‖ et rerum] RERVMQVE *igitur apud Vergilium legit interpres, non* DIVVMQVE, *quod Servius testatur* ‖ 26 dici *Steupius*: dicere *F*

19. NAMQVE ALIVD QVID SIT ac si diceret, cum paene omnes dii in favorem Iunonis concesserint: 'namque' enim coniunctio ostendit eam hanc habuisse cogitationem. *est autem parenthesis.* IMPLORARE implorare est auxilium cum miseratione deposcere, qua ratione bene dicimus 'imploro te ut misero feras auxilium'; contra 'imploro te ad diem festum' non procedit.

20. CERNIS ad augendam invidiam ait 'cernis', ac si diceret, non est opus narratione, cum Troianorum miserias ipse conspicias. INSVLTENT RVTVLI propter illud ⟨118⟩ interea Rutuli portis circum omnibus instant. insultare autem est inimicis irridere per cavillationem, exultare vero gloriari et laetum esse.

21. PER MEDIOS suos scilicet. INSIGNIS EQVIS propter illud ⟨IX 47⟩ viginti lectis equitum comitatus: nam castra non eques irruperat. *et ambiguum, utrum 'equis insignis', an 'equis feratur'.* SECVNDO MARTE ad illud respicit ⟨IX 714⟩ hic Mars armipotens animum viresque Latinis addidit.

22. RVAT inruat. CLAVSA MOENIA *ad quae in extremis solent adflicti confugere.* magna invidia: scimus enim ultimum esse praesidium in castra confugere et hostilem impetum plerumque differre, sicut factum est in bello Troiano. modo ergo dicit ademptam esse etiam hanc aram misericordiae, siquidem intra muros hostis insultat.

23. QVIN quinetiam. IPSIS in ipsis. 'aggeribus' autem munitionibus, sed abusive. et in muris ideo, quia supra dixit ⟨IX 763⟩ ignaros deinde in muris Martemque cientes.

24. AGGERIBVS agger proprie dicitur terra illa quae vallo facto propius ponitur, sed abusive et muros et munimenta omnia aggerem dicimus, sicut modo 'aggeribus moerorum' pro munimentis. MOERORVM pro 'murorum' antique: nam veteres pleraque eorum

---

25 agger . . . dicimus] exscr. Isid. or. XV 9, 3

---

2 nam *RLH* (namque *l*) ‖ enim *om.* *M* ‖ 4 momoratione *L* (miseratione *l*) ‖ 6 non procedit narratio *F* ‖ 7 ad . . . cernis *om.* *F* ‖ 8 ratione *AR* (narratione *a*) ‖ cum . . . conspicias *om.* *F* ‖ ipse *om.* *RLH* ‖ conspicias] cernis *M* ‖ 9 insultent autem propter quod dicturus est interea *e. q. s.* *F* ‖ 10 insultare autem . . . suos scilicet *om.* *F* ‖ inimici *R* (*corr. Daniel*) ‖ 11 cavillationem] unde et graeci ἐπιχαιρεκακίαν uocant *add.* *D* ‖ 12 scilicet suos *M* ‖ 14 inrumperat *F* ‖ *ad v.* 21 *in marg.* aut portetur equis aut feratur superbia ut uictor. et potest intellegi insignis ipse equis et potest feratur equis ipse insignis *T* (aut . . . uictor *Tiberii Donati sunt*) ‖ 15 respexit *M* ‖ armipotens *Fl* harmipos *L*: omnipotens *reliqui* ‖ 16 animos *F* ‖ 17 RVAT inruat *om.* *F* ‖ 18 magna invidia . . . insultat *om.* *F* ‖ 20 ademptam *LM*: adeptam *ASRH* ‖ 21 aram *S et A, ut videtur*: partem *RMl* rem *La* rammis *H* ‖ insultant *M* ‖ 22 aggeribus . . . cientes *om.* *H* ‖ autem *MF*: aut in *ARL* autem in *S* ‖ 23 in muris autem ideo quia ait supra ignaros *e. q. s.* *F* ‖ 25 *schol. ad* AGGERIBVS *om.* *F* ‖ illa *om.* *M* ‖ 27 pro munimentis MOERORVM *om.* *ASM* ‖ 28 antique ait pro murorum *F* ‖ antique . . . pro murorum *om.* *M*

quae nos per 'u' dicimus, per 'oe' diphthongon pronuntiabant. hinc est 'moerorum' pro 'murorum' et e contra 'punio' pro 'poenio', quod verbum a poena venit, hinc est et ⟨I 338⟩ Punica regna vides, cum Poenos ubique legerimus. hoc autem facit orthographia Graeca: nam quam nos 'u' habemus, illi diphthongon habent 'ου': et ideo putarunt posse pro hac littera, licet non eandem, diphthongon poni. INVNDANT implent et inundare faciunt.

25. *AENEAS IGNARVS ABEST ne merito videatur pati: neque enim potest videri fecisse bellum qui factum esse ignorat: aut hoc ipso miserabilis, quia ignarus † excessus.* LEVARI OBSIDIONE SINES liberari: et oblique per Iovem invidiam commovet Iunoni.

27. *NASCENTIS TROIAE invidiose: quia iam ruinis periclitatur quae modo nascitur.*

28. AETOLIS SVRGIT AB ARPIS atqui non est venturus: unde accipiamus Venerem non quasi deam loqui, sed quasi unam de Troianis — ut in primo ⟨251⟩ unius ob iram prodimur, item ⟨250⟩ caeli quibus adnuis arcem —, ne futura ignorare videatur. 'Aetolis' autem 'Arpis' sic dixit, ut ⟨VI 2⟩ Cumas Euboicas: nam de Aetolia Diomedes venit, qui Arpos in Apulia collocavit.

29. MEA VVLNERA RESTANT ut possim iterum vulnerari.

30. DEMOROR expecto, sustineo. *MORTALIA D. A.] id est ut dea mortalium armis intersim et ipsa depugnem. et sic dixit 'mortalia arma', ut in duodecimo ⟨797⟩ vulnus mortale.*

31. SI SINE PACE TVA si sine tua benevolentia, ut ⟨I 519⟩ orantes pacem, ⟨XI 101⟩ veniamque precantes, item ⟨III 370⟩ exorat pacem divum: ergo 'pace' benevolentia, suffragio. dicendo autem, si ad Italiam sine deorum voluntate venerunt, dent poenas, ostendit statum esse absolutum. * *SINE PACE TVA sine voluntate tua,*

---

28 SINE P. T. . . . dixerim] cf. Don. ad Ter. Eun. III 2, 13

---

2 est] enim *AS* (est *a*) || et contra *RLH* || punio pro poenio *F*: poenio pro punio *reliqui, nisi quod* pro ponio *H* || 3 poena] poeta *M* || venit] quod graecum est uocabulum ποινή dictum *add. D* || 4 poenas ubique legeremus *F* || faceret *F* || orthographia Graeca nam *ego*: graeca orthographia nam *F* orthographia quęcanam *AS* ortographia quae ĩ eā canā *R* ortographia quae canant *L* orthografagio quecanam *H* orthografia quae cunã *Ml* || 5 qua *Ml* || *ου*] os *H* || 6 putarent *R* || pro hac litera dpthongon (*sic*) poni licet aliam *F* || eandem *R*: eadem *ASLHM* || 10 excessit *F*, *Schoellius* rei cessat *ego* || SINES] PARAS *M* || 11 Iunoni] in iunonem *F* || 12 *ad* NASCENTIS T. *S. V.* nascentis inuidiose dicit quasi iam ruinis periclitatur quae modo nascitur *T* || 16 unius . . . item *om. F* || 19 aetolia *RMF*: etholi *ASL* (ethoļia *al*) ãetoli *H* || condidit *F* || 20 *schol. ad v.* 29 *om. F* || ut possnon *L* (ut possim *l*) || 21 *ad* MORTALIA D. A. *in marg.* id est ut dea mortalium armis pugnem *T* || 22 interseni *F*, *corr. Daniel* || 24 SI SINE . . . suffragio] *pro his quae Floriacensis exhibet post* absolutum *collocavi* || beniuolentia *libri* || 25 pacem] veniam *Vergilius* || precantes] rogantes *Vergilius* || 26 beniuolentia *libri plerique* || 27 ad si *AS* (*corr. a*) || poenam *F* || 28 statum] fatum *Masvicius primus* || absolutum] et insinuatione utitur id ficta

sine tua concessione, ut solet dici 'pace illius dixerim'. INVITO NVMINE TROES syllepsis per genus est.

32. LVANT PECCATA 'luant' id est absolvant. dicimus autem et 'luo poenam' et 'luo peccatum'; nam peccatum solvitur poena. qui enim crimine tenetur obnoxius, poena eum a pristina liberat obligatione. contra 'luo poenam' si dixeris, non procedit qua re poena solvatur: tamen auctoritas licenter ista confundit more, quo solet poni vel a sequenti quod praecedit, vel a praecedenti quod sequitur.

33. NEQVE ILLOS IVVERIS AVXILIO concessivus est iste modus secundum Probum; namque in artibus non invenitur. fit autem quotiens taedio contentionis quasi videmur concedere quod tamen nolumus fieri: nam id agit Venus hoc loco, ut Iuppiter magis praestet auxilium. RESPONSA SECVTI hoc est si non solum prohibiti non sunt, sed eis etiam concessum est.

34. SVPERI ut Apollo. MANES ut Creusa et Anchises, *vel Hector.* QVISQVAM verecunde: quia apud maritum contra uxorem agit.

35. *NOVA CONDERE FATA quasi adversus illa quae tu statuisti.*

36. EXVSTAS ERYCINO IN LITORE CLASSES *nunc per ἀντικατηγορίαν ad accusationem alterius transit:* argumentum est *enim,* utrum habeat voluntatem nocendi quae nocuit. 'Erycino' autem 'in litore' secundum opinionem suam dixit; nam alii apud Caietam dicunt exusta navigia, unde et Caieta dicta est ἀπὸ τοῦ καῆναι. *quamvis quattuor naves exustae sunt, haec tamen exaggerat.*

37. *QVID TEMPESTATVM REGEM ubique 'repetam' subaudiendum.*

38. ACTAM NVBIBVS IRIM inpulsam, scilicet ut persuaderet

10 concessivus est . . . nolumus fieri] cf. Keilius gramm. lat. IV p. XIX et Steupius de Probis p. 179

condicione concedendo, quod non esse uerum uenus conscia est, ut deinde cum diu rem indignam ostenderit et indignitatem auxerit, nihil simile a se factum ostendens magis ac magis iouis exoret fauorem *add. D* || *ad* SINE P. T. *s. v.* uoluntate concessione. et hoc est quod solemus dicere pace tua dicam *T* || 3 solvant *Masvicius* || 4 et et duo poenam sed melius est luo peccatum *F* || poenam melius et luo peccatum *M* || peccatum solvitur] peccalutur *A* peccauitur *S* peccatum luitur *a* || 6 si dixeris *om. F* || qua re] quia re *H* quasi *F* || 7 soluetur *F* || 8 procedit *RLF* (*corr. r*) || 11 in aliis artibus *Steupius* || 13 uolumus *AS* uolunt *M* || 15 eis *om. H* || etiam eis *L* || 16 id est ut apollo manesque dabant *F* || uel anchises uel haector *F* || 19 *ad* NOVA C. F. *s. v.* quasi aduersus illa quae tu statuisti *T* || qua aduersus qui statuisti *F* quae aduersus quae statuisti *Daniel* || 20 *scholia ad v.* 36—52 *om. H* || anticathoria *F, corr. Daniel* || 21 ad *Daniel*: nunc *F* || utrum] ut *M* || 22 in litore *om. F* || 23 dixit *et* apud *om. F* || 24 *καίεσθαι Daniel* || 25 *ad* IN L. C. *s. v.* quattuor naues appellat classes ad augendam inuidiam *T* || 26 *ad* REGEM *s. v.* scilicet repetam *T* || subaudiendum est *Daniel*

matribus incendium navium: ut secundum artem rhetoricam rem unam in duas diviserit, *ut latius pateret rei acerbitas interposito alio crimine:* nam per Irim naves exustae sunt. sed melius est, ut *non* sit iteratio, ad Turnum missam *Irim* intellegere: nec nos moveat ordo conversus, solent enim graviora in principiis et in fine secundum artem rhetoricam poni. NVBIBVS per nubes.

40. SORS RERVM id est regnum: nam per sortem inter se fratres, *Iuppiter Neptunus et Pluton*, mundi regna diviserunt, quae Iuno praeter inferos in Troianorum perniciem moverat. SVPERIS INMISSA ac si diceret, non iam Troianis, sed diis. respexit autem ad illud ⟨VII 543⟩ et caeli convexa per auras.

41. BACCHATA PER VRBES *non vagata, sed 'bacchata', id est* perfuruit: et bene 'bacchata per urbes', quia per simulationem sacrorum Liberi patris matres egerat in furorem.

42. SVPER IMPERIO *id est* de imperio, ut ⟨I 750⟩ multa super Priamo rogitans. *et quasi de salute sua se dicit laborare.* est autem verecunda petitio et obliqua, per quam magna Iovi invidia commovetur, *qui imperium Troianis promiserat.* SPERAVIMVS ISTA absolute dixit.

44. CONIVNX DVRA hic distinguendum, ne incipiant esse duo epitheta 'dura fumantia excidia': quod contra artem fit, nulla interposita coniunctione. *'dura' autem debere distingui, ipse ex persona Iunonis ostendit* ⟨72⟩ *quae dura potentia nostra egit? et mire 'coniunx', quasi vitium mariti sit.* NVLLA autem REGIO invidiose dixit, ut supra ⟨I 233⟩ cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis, cum a sola arceantur Italia.

45. PER EVERSAE GENITOR FVMANTIA TROIAE cum dicimus 'rogo te per deos', hoc videmur dicere: memineris religionis curae esse petitionem meam, sicut in primo expressit ⟨543⟩ at sperate

1 ut] aut *L* ‖ secundum praeceptum artis rethoricae *F* ‖ rem unam . . . artem rhetoricam *om. M* ‖ 2 diues *F* ‖ 3 nam . . . sunt *om. F* ‖ peperi *AS* (per irim *a*) ‖ non *om. libri Serviani* ‖ 4 quam ad turnum *Rl* ‖ irim *add. a* ‖ finem *F* ‖ 6 *schol. ad* NVBIBVS *om. F* ‖ HAEC INTEMPTATA parentesis *add. G* ‖ 8 quae Iuno . . . moverat *om. F* ‖ 10 dis *MF* ‖ 11 cumuexa *R* ‖ aures *M* ‖ 12 BACHATA *AM* BACCATA *F* ‖ bacata *F* baccata *G* ‖ perfuruit] per urbes furuit *R* ‖ 13 bachata *ASM* baccata *LF* ‖ urbes *Fal*: auras *ASRLM* ‖ similationem *R* similitudinem *M* ‖ simusacrorum *A* (simu *del. a*) simulacrorum *S* ‖ 15 ut . . . rogitans *om. F* ‖ 16 solute *F*, *corr. Daniel. ceterum* quasi . . . laborare *ad* MOVEOR *pertinent* ‖ 18 *schol. ad* SPERAVIMVS I. *om. F* ‖ 20 DIRA *M* ‖ hinc est iungendum *R* hinc distinguendum *L* (*sed* sti *in ras. l*) hic distinguendum est *M* ‖ 21 dura fumantia excidia *om. R* ‖ quod . . . coniunctione *om. F* ‖ 23 qua et dura *F* ‖ *ad* TVA *c. s. v.* bene dicit coniunx quasi uitium mariti sit *T* ‖ 24 autem *om. F* ‖ 25 cunctos *LF* cinctus *ex* cunctus *M* ‖ 26 a *om. F* ‖ 27 VERSAE *RL* ‖ 28 hoc videmur . . . at sperate deos *om. L* (*in marg. add. l*) ‖ religioni *F* ‖ curae religionis *l* ‖ 29 adspirate *ASl* (*corr. a*) at spirate *M* ad sperate *F*

deos memores fandi atque nefandi; cum autem dicimus 'rogo te per miserias meas', videmur dicere: memineris ab eo te rogari qui miserias pertulit, ut qui rogatur ad misericordiam miseriarum commemoratione flectatur, sicut est nunc in Veneris petitione: nam ideo sic rogat, ut commemoratione infelicitatis Troianae impetret misericordiam. alias stultum est cum adiuratur Iuppiter per excidia Troianorum. *Sallustius in primo postremo ipsos colonos per miserias et incerta humani generis orare. 'fumantia' autem 'quae fumaverunt', non enim fumant iam.*

47. INCOLVMEM ASCANIVM ideo Venus pro Aenea non petit hoc loco, non quia pro eo non movetur, sed aut quia scit eum celerius esse moriturum, aut quia soli Ascanio debetur imperium, ut ⟨IV 275⟩ cui regnum Italiae Romanaque tellus debentur.

48. *AENEAS SANE quidam 'sane' pro valde accipiunt, ut Cicero pro Quinctio* ⟨III 11⟩ *sane ceterarum rerum pater familias et prudens et attentus.*

51. AMATHVS et PAPHOS Cypri insulae civitates sunt, Veneri consecratae. *EST AMATHVS 'Amathus' ab Amathonte. CELSA PAPHOS antiqua Paphos, quae nunc Palaepaphos dicitur, in excelso fuit posita, ex quo loco aedificia, permittente pace, in planum litoris deducta sunt.* CYTHERA insula *est contra Laconicam,* Veneri consecrata. dicimus autem 'haec Cythera', sicut haec Solyma, haec Artaxata, *haec Megara.*

---

1 cum autem dicimus . . . flectatur] cf. Don. ad Ter. Hec. III 3, 27 ‖ 7 Sallustius in primo] 19 Dietsch., 21 Kr. ‖ 14 quidam . . . accipiunt] cf. Don. ad Ter. Andr. I 1, 24

---

2 misericordias *LF* (*corr. l*) ‖ 3 ad miseridiam (*sic*) qui rogatur *F* ‖ 4 flectatur . . . ut commemoratione *om. M* ‖ 6 misericordiarum *R* miseriam *M* ‖ alias . . . Troianorum *om. R* ‖ 7 salustius *G* ‖ colunos *F* ‖ 8 *ad* FVMANTIA T. *s. v.* non re uera fumantia sed quae fumauerunt *T* ‖ 9 fumant iam *Commelinus*: fumantia *F* nunc fumant *Masvicius* ‖ 10 INCOLOMEM *ASM* ‖ ideo Venus . . . debentur] scit autem in ascanio esse summam rerum ut cui regnum italiae romanaq. t. d. ideo est pro eo sollicita non quia pro filio non mouetur *F*: *quae Masvicius ita cum Servianis coniunxit, ut* et summa rerum *post* imperium *et* ideo est . . . movetur *post* debentur *insereret.* ‖ non petit pro aenea *M* ‖ 11 moveatur *Stephanus* ‖ 14 SANAE *F* ‖ pro Quintio *Daniel*: pro quis Atio *F*, *in quo* aeneas sanae . . . pro quis *cum scholio ad v.* 45 *coniuncta,* Atio . . . actantus *seorsum posita sunt* ‖ 16 actantus *F* ‖ 17 ET AMATHVS amatus et paphos . . . sunt. amathus ab amathontonte (*sic*) *e. q. s. F* ‖ ET *Serviani libri* ‖ 18 *ad* AMATHOS (*sic*) *s. v.* insula ab amazonte uocata, *ad* CELSA *s. v.* quia in excelso fuit posita ex quo loco permittente pace in planum litoris fuerunt educta aedificia *T* ‖ 19 Palaepafos *Commelinus*: palepases *F* ‖ 20 loca *F* ‖ in in litoris *F* in * litoris *Daniel* in litoreis *Commelinus* in littus *Masvicius. pro* ex quo . . . deducta sunt *Barthius ad Stat. Theb.* V 61 *coni. aut* estque eo loco Zephyria prominentia, *ut reliqua lacuna deformata esse dicat quam e Strabone* (IV *p.* 683 *C.*) *explendam esse opinatur: aut* ex quo loco aedificia per sexaginta stadia in littus deducta sunt. *pro* permittente pace *Burmannus* permittente Agapenore, pace *proposuit* ‖ 22 ut *F* ‖ soloema *libri Serviani* solima *F* ‖ cartaxata *R* artax acta *F*

52. *IDALIAEQVE DOMVS* Idalium civitas Cypri *est. et hic Idaliam dixit, cum ipse dixerit* ⟨I 681⟩ *aut super Idalium.*

53. *AEVVM hic vitam, alias aetatem.* INGLORIVS sine triumphis, inmemor gloriae. *Cicero in Tusculanis* ⟨III 34, 81⟩ *quae de vita inhonorata et ingloria dici solent.*

54. INDE id est ab Ascanio Tyrii nihil timebunt. et verum est; nam Scipio vastaturus est Africam.

55. QVID PESTEM EVADERE BELLI IVVIT in fine iam agit miserabiliter, sicut egit et in principiis: nam hoc praecipit ars rhetorica, ut epilogi et principia pari argumentatione tractentur. 'pestem' autem incendium significat, ut ⟨V 683⟩ et toto descendit corpore pestis, cum de navibus loqueretur incensis.

56. FVGISSE PER IGNES exprimit quid sit 'pestem belli evadere'.

58. RECIDIVAQVE PERGAMA renascentia. tractus autem sermo est ab arboribus, quae taleis sectis pullulant. ergo illud solum recidivum dicimus, quod postea nascitur: unde modo recidiva *Pergama* dixit, quae renovantur ab his, qui sunt superstites Troianis periclis.

59. *NON SATIVS deest 'fuit'.* CINERES PATRIAE INSEDISSE propter illud ⟨IV 342⟩ dulcisque meorum reliquias colerem.

60. ATQVE SOLVM QVO TROIA FVIT sic in tertio ⟨11⟩ et campos ubi Troia fuit. XANTHVM ET SIMOENTA REDD[illegible] ORO MISERIS ambiguum est utr[illegible] redde nobis re vera [illegible]iam antiquam, an, redde nobis terra[illegible] Italia ad similitud[illegible] Troiae: novimus enim hanc fuisse consue[illegible]dinem, ut advena[illegible]iae suae imaginem sibi redderent, ut ⟨III 497⟩ effigiem Xa[illegible] Troiamque videtis. bene ergo Venus medio usa est genere loquendi, ut utrumque significaret, et antiquae reditum Troiae et imperium Italiae, quod Troianis Iuppiter ad similitudinem Troiae fore promiserat. et magis hoc est quod latenter desiderat atque petit.

---

3 INGLORIVS . . . gloriae] exscr. Isid. or. X 138 ‖ 14 tractus . . . pullulant] cf. Isid. or. XVII 6, 10

---

1 IDALIVM *Serviani libri* ‖ et est *F* ‖ adaliam *G* ‖ 2 idaliam *F* adaliam *G* ‖ 3 *ad* EXIGET H. A. *s. v.* ducet hic uitam *T* ‖ 4 inmemor] sinememor *F* ‖ 5 ingloriam *F* ‖ 6 id est *om. F* ‖ timebat *M* ‖ 8 finem *SH* ‖ tam *F* ‖ 9 et *om. F* ‖ praecepit *ASM* ‖ 10 pestem autem . . . belli evadere *om. F* ‖ 14 tractus est autem hic sermo *F* ‖ 15 taleis *Burmannus*: aliis *libri et Isidorus* ‖ pullulant *F*: repullulant *Serviani libri* (*nisi quod* repululant *LHM*) *et Isidorus* ‖ illud . . . modo *om. F* ‖ 16 dicamus *AS* ‖ renascitur *vulgo* ‖ 17 dixit *om. F* ‖ renovantur] nouantur *AS* fuere *F* ‖ superstites sunt *F* ‖ romanis *R* ‖ 18 periculis *RL* ‖ 20 propter illud] sic in quarto *F* ‖ 23 antiquam *om. F* ‖ 24 redde nobis *om. F* ‖ in Italia] alias *F* ‖ 25 nam nobimus *F* ‖ 26 sibi imaginem *F* ‖ Troiamque] unique *F* ‖ 27 bene ergo . . . petit *om. F* ‖ 28 redditum *vulgo*

62. *CASVS DA PATER ILIACOS reddantur nobis errores pristini, dummodo praesentia bella vitemus.* ITERVMQVE REVOLVERE CASVS si ad Troiam vis referre, sic dic: da nobis Troiam per naufragia et pericula, id est patiamur denuo quae pertulimus, dumtaxat nobis Troia reddatur. si vero ad Italiam vis referre, sic intellege: redde nobis Italiam, et libenter repetimus ea quae in Troia pertulimus.

63. ALTA SILENTIA Iuno ubique silens inducitur, unde ei oratio nisi ex nimia necessitate non datur: hinc est 'acta furore gravi': Statius Iunonem tacitam furibunda silentia torquent. et notandum quia singillatim dicta Veneris hac oratione solvuntur. SILENTIA COGIS RVMPERE silentium rumpere est non tacere: unde apparet usurpative dictum esse ⟨II 129⟩ conposito rumpit vocem, id est loquitur: nam vocem rumpere silere est, silentium rumpere loqui.

64. OBDVCTVM DOLOREM celatum et diuturna iam cicatrice coopertum: nam obduci dicuntur vulnera, quae cicatrice clauduntur.

65. AENEAN HOMINVM QVISQVAM DIVVMQVE S. *ad illud* ⟨34⟩ *quae superi manesque dabant. et* celans quae facta sunt ea quae non sunt facta, commemorat: nam non Aeneas, sed Turnus Iunonis instinctu bella commovit. utitur autem replicatione rerum obiectarum; post enim sequitur resolutio. *SEQVI autem 'petere', ut* ⟨193⟩ *sidera voce sequentem.*

67. ESTO modo adverbium est concedentis: nam Graecum est: illo autem loco verbum est ⟨XII 176⟩ esto nunc Sol testis. *FATIS AVCTORIBVS num hic 'responsis'? quia hoc sequitur* *

68. CASSANDRAE IMPVLSVS FVRIIS bene 'furiis' plurali numero, quod de vaticinantibus non dicitur, ut videantur merito esse decepti

---

9 Statius] Theb. X 896. Luct. Plac. ad h. v. Servium exscripsit. || 11 silentium rumpere est non tacere] cf. Non. p. 382, 27 M.

---

1 DE *G* || erroris *G* || 2 *Servianum ad v.* 62 *scholium om. F* || 3 sic dic da nobis *a*: sic dic nobis *A* sic diae nobis *S* sicut dicit redde nobis *R* sic dicit redde nobis *L* (t da *supra* redde *l*) sic die nobis *H* sic dic nos *M* || 7 ratio pte *F*, *inde* oratio pro re *Daniel* oratio πρώτη *F. Schoellius* || 8 hinc] unde *F* || feruore *F* || 9 tacita *F* || 10 ueris ac ratione *L* || 11 SILENTIA . . . loqui] silentia autem rumpere loqui propria (proprie *Daniel*) dictum. secandum (sciendum enim *Daniel*) quod uocem rumpere est tacere. unde apparet usurpatione dictum esse conposito rumpit uocem id est loquitur *F* || non tacere *SMl*: tacere *ARH* loqui *a*, *om. L* || 12 esse et *R* || compositae *R* || uoce *LH* || 13 uoce *LH* || 15 celatum iam et diuturna cicatrice *F* || trice (*de* cicatrice) . . . quae non sunt *om. H* || 18 celans . . . ea *om. RL*, celans . . . quae non sunt *om. AS* (*add. a*) || celat *M* || ea] et *M* || 20 utitur . . . resolutio *om. F* || 23 modo . . . concedentis] est concede aduerbium *F* || Graecum est] ἔστω *add. D* || 25 num hic responsis *e. q. s.*] *dubitare videtur interpres num fata hoc loco intellegenda sint responsa deorum,* (*cf. v.* 33) *quia hoc sequatur 'Cassandrae impulsus furiis'* || 27 non *om. R* || ut] ergo ut *F*

qui Cassandrae insanienti crediderunt: quod falso dicitur a Iunone, sicut ex verbis probamus Anchisae, qui ait ⟨III 187⟩ aut quem tum vates Cassandra moveret? *NVM LINQVERE CASTRA illa ait 'abest', haec ait 'reliquit', ut ipsi adsignet culpam. et est status finitivus non tam dicendo 'abesse', quam 'reliquisse'.*

69. VITAM COMMITTERE VENTIS *non quia enavigavit, hoc dixit; sed 'ventis',* id est incertis et inanibus rebus.

70. NVM PVERO SVMMAM BELLI *quod Venus ad miserationem, haec ad indignationem posuit.* exaggeratio est ab aetate.

71. *TYRRHENAMQVE FIDEM 'fidem' auxilium petens; an 'fidem' sacramentum, quod adhibetur ad belli societatem? 'agitare' autem ad gentes pertinere melius est. ergo 'Tyrrhenam fidem' extrinsecus accipiendum 'invocare' aut 'petere'.* TYRRHENAMQVE FIDEM inire societatem cum inimicis gentibus Turno: aut certe disrumpere foedera, quae Turnus cum Tyrrhenis inierat. sciendum sane Turnum auxiliorum causa ad Mezentium confugisse. GENTES QVIETAS nam licet vellent in bella prorumpere, tamen erant quietae propter illud oraculum ⟨VIII 503⟩ externos optate duces.

72. QVIS DEVS IN FRAVDEM *interrogatio. 'in fraudem' autem* in periculum: ita enim in iure lectum est fraudi erit illa res, id est periculo. DVRA POTENTIA NOSTRA ad illud respicit ⟨44⟩ si nulla est regio Teucris quam det tua coniunx dura.

73. *VBI HIC IVNO melius quam si dixisset 'ego', ut* ⟨II 549⟩ *degeneremque Neoptolemum narrare memento.* NVBIBVS IRIS propter illud ⟨38⟩ aut actam nubibus Irim.

74. INDIGNVM EST ITALOS TROIAM CIRCVMDARE FLAMMIS rhetoricum est: nam quotiens aliqua non possumus solvere, paria opponimus. quod nunc Iuno facit: nam negare non potest nec solvere quia obsidentur Troiani: unde dicit, hoc indignum est, Troianos

10 Fidem auxilium petens] cf. Don. ad Ter. Andr. IV 1, 1

1 insaniam *F* || quod nunc falso *F* || 2 qui ait in tertio *D* || aut *F*: ut *Serviani libri* || 3 tunc *AS* || moneret *L* || *ad* NVM L. C. *s. v.* uenus dixit abest haec dixit reliquid ut ipsi assignet culpam. et est status finitiuus hoc loco *T* || 5 tam *Daniel*: tam̄ *F* || dicendo *Masvicius*: dicendum *F* || abisse *Daniel* || 6 quia *ego*: qui *F* || 8 NAM *RH* || *ad v.* 70 *in marg.* Argumentum iunonis contra inuentum ueneris. ueneris consilium fuit non accusare alios, haec nititur sibi conciliare et adiungere alios. et quod uenus ad miserationem posuit hoc ponit ista ad indignationem cum dicit num puero *T.* (Argumentum . . . alios *Tiberii Donati sunt*) || et miserationem *F* || 9 exaggeratio est ab aetate *om. F* || 10 TYRRHENAMQVE F. inire . . . turno fidem autem . . . petere *F*, aut certe . . . optate duces *omittens* || *ad* TYRRHENAMVE F. *s. v.* aut auxilium aut sacramentum intellegit *T* || 15 ingeret *L* (inierat *l*) || 16 mexentium *R* || 17 licent *LH* || in *om. AM* || 20 ita . . . periculo *om. F* || 21 respicit . . . Teucris *om. F* || 22 dat *F* || 23 degeremque neobtolemum *F* || 24 *schol. ad* NVBIBVS I. *om. F* || 29 quia] qui *F* || hoc *om. F*

obsideri, aliena eos matrimonia praeripere dignum est. sic in bucolicis ⟨III 104⟩ dic, quibus in terris *et eris mihi magnus Apollo, tris pateat caeli spatium non amplius ulnas: quod quia non potuit solvere, et ipse obiecit dic, quibus in terris* inscripti nomina regum *nascantur flores.*

75. NASCENTEM ὑπόκρισις.

76. PILVMNVS AVVS comparat genus Turni cum Aeneae, dicens etiam avum eius deum esse. *Varro Pilumnum et Pitumnum infantium deos esse ait eisque pro puerpera lectum in atrio sterni, dum exploretur an vitalis sit qui natus est: Piso Pilumnum dictum, quia pellat mala infantiae. sed Pilumnus idem Stercutius, ut quidam dicunt, qui propter pilum inventum, quo fruges confici solent, ita appellatus est. si ergo proavus Latini est, non Turni avus: nam Stercutii Picus, Pici Faunus, Fauni Latinus est filius. sed in his nominibus abutitur poeta.* DIVA VENILIA MATER hoc ad Veneris obtrectationem dicit 'cui diva Venilia mater': nam Venilia nympha est. Pilumnum autem avum Turni ideo dicit, ut a vicino nobilis genere esse videatur, sicut est Aeneas: nam paulo post dictura est ipsa Iuno ⟨619⟩ Pilumnusque illi quartus pater. *sane hanc Veniliam quidam Salaciam accipiunt, Neptuni uxorem: Salaciam a salo, Veniliam quod veniam det † negentibus.*

77. ATRA FACE saevo bello. et est belli definitio: non enim facibus Troiani pugnaverant, *sed ferro, id est bello.*

78. AVERTERE PRAEDAS invidiose: ceterum nihil rapuerant.

---

10 Piso] fragm. 44 ap. Peterum p. 137 ‖ 19 Sane hanc Veniliam e. q. s.] cf. Varro d. l. l. V 72

---

1 obsidere *R* ‖ patrimonia *H* ‖ 2 et eris ... quibus in terris *haud scio an Servii sint* ‖ 3 non] nam *G* ‖ ulnes *F* ‖ 4 quie *F* ‖ abiecit *F, corr. Daniel* ‖ 6 YΠOCPICIC *F, corr. Daniel* ‖ 7 cum *om. F* ‖ cum Aenea *Stephanus* ‖ 8 etiam turni auum deum esse *F* ‖ *ad v.* 75 *in marg.* Pilumnum et pitumnum infantium deos esse uarro affirmat eisque ... abutitur poeta *T* ‖ pitumnum *T*: picummum *F* pitummum *G* ‖ 10 vitalis *Casaubonus ad Pers.* II 31 (*cf. Non. p.* 528, 12 *M.*): utilis *T* utili *F* ‖ qui] quia *G* ‖ Piso ... sed Pilumnus *om. T* ‖ 11 pellet mala infantia *F, corr. Daniel* ‖ stercutius *T*: strictus *F* structus *G* ‖ ut quidam dicunt] dictus est *T* ‖ 12 inventum *om. T* ‖ ita] pilumnus *T* ‖ 13 si ergo] *fortasse* Stercutius autem: *nisi is qui pleniorem commentarium composuit ex eis quae apud auctorem suum inveniebat non nulla omisit, ad quae* si ergo *referebatur.* ‖ non Turni avus] non est auus turni *T* ‖ stercutii *T*: stricuti *F* ‖ 14 Fauni] faū *G* ‖ 15 hoc] item *Serviani libri* ‖ 17 nob̄ generis *F* ‖ 18 nam qui p. p. dicturus est i. i. *L* (*corr. l*) ‖ dicturus *F* ‖ 19 *ad v.* 75 *in marg.* quidam salaciam uxorem neptuni hanc ueniliam accipiunt. et salacia a salo uenilia quod ueniam det periclitantibus *T* ‖ ueniliem quidam salaciem *F* ‖ 20 spalaciem *F* ‖ 21 negentibus] exigentibus *Daniel* vehentibus *F. Schoellius* navigantibus *aut* egentibus *ego* ‖ 22 saevo bello et *om. F* ‖ belli definitio est *F* ‖ definitio] ut Homerus (*Il.* XI 596) ὣς οἳ μὲν μάρναντο δέμας πυρὸς αἰθομένοιο *add. D* ‖ nam non *F* ‖ 23 *ad* FACE *s. v.* id est bello *T* ‖ 24 rapuerant *om. R*

79. LEGERE furari: unde et sacrilegi dicuntur, quia sacra legunt, hoc est furantur: alibi vel quae sublegi tacitus tibi carmina nuper. GREMIIS ABDVCERE PACTAS id est sponsas: nam ante usum tabularum matrimonii cautiones sibi invicem emittebant, in quibus spondebant se consentire in iura matrimonii, et fideiussores dabant: unde admissum est ut sponsum dicamus virum a spondendo, et sponsam promissam. ceterum proprie sponderi puellae est: ergo sponsus non quia promittitur, sed quia spondet et sponsores dat. sane exaggeratio est nimia in eo quod ait 'gremiis abducere', tamquam iam uxores.

80. PRAEFIGERE PVPPIBVS ARMA propter illud ⟨VIII 93⟩ scuta virum fluvio pictasque innare carinas, scilicet quando ad petenda navigavit auxilia. PACEM autem ORARE propter ⟨VII 153⟩ centum oratores augusta ad moenia regis ire iubet.

82. PROQVE VIRO NEBVLAM ad obprobrium pro viro dixit, non pro filio, rem inanem obpositam. dicit autem quando eum Venus a Diomede liberavit, vel Neptunus ab Achille: quod Veneri inputatur, quia in eius gratiam factum est. VENTOS INANES vacuos. et est nebulae definitio.

83. ET POTES IN TOTIDEM CLASSEM CONVERTERE NYMPHAS licet hoc mater deum fecerit, tamen hoc Veneri inputatur, quia eius gratia factum est, ut illo loco quas illi Philomela dapes, cum Procne fecerit, sed propter Philomelam: aut certe quia Venerem dicunt esse matrem deum.

---

1 unde et . . . furantur] exscr. Isid. or. X 252 || 2 vel quae] buc. IX 21 || 3 nam ante . . . sponsores dat] exscr. Isid. or. IX 7, 3 sq. cf. Don. ad Ter. Andr. I 1, 75; Non. p. 439, 12 M.; Luct. Plac. ad Stat. Theb. III 172 || 22 illo loco] buc. VI 79

---

1 quia *ASM*: que *R* quasi *L* qua *H* qui *F* || leguntur *R*, hoc est *omittens* || 4 matrimoniis *F* || 5 fidei iussores *RM* || 6 unde et *vulgo* || ut . . . promissam] *sic locum constitui:* ut dicamus uirum a spondendo et sponsam primus *ASLH* ut dicamus uirum a spondendo sponsum *R* ut dicamus uirum a spondendo et sponsam *Ml* ut sponsum dicamus uirum a spondendo et sponsam *F* ut sponsum dicamus uirum ab spondendo et sponsam similiter *Isidorus* sponsum et sponsam ut dicamus a spondendo *Daniel* ut dicamus virum a spondendo sponsum, sponsam quae promittitur *Lion. cf. Gell.* IV 4, 2 || 7 sponderi *ASMl*: spondere *RLH et Isidorus* spondet *F* || puella *F* velle *Isidorus* || est] esse *F* || 8 qui promittitur *F* || quie spondet *F* || sponso reddit *AS* (sponsores dat *a*) || 9 sane . . . uxores *om. F* || in eo *om. R* || 10 iam *om. RH* (*add. h*) || uxor esset *L* || 12 innare] exure *F* || 13 auxilia nauigauit *RF* || 14 debet *AH* (iubet *a*) || 15 ad obprobrium . . . factum est] iniuriose pro uiro re (*sic*) inanem dicit quando . . . quod ueneri quia in eius gratiae factum est inputatur *F* || ad] aut *L* || 18 quia in eius gratiam . . . tamen hoc Veneri inputatur *om. S* || gratia *M* || factum est] (*Il.* XX 321) *αὐτίκα τῷ μὲν ἔπειτα κατ' ὀφθαλμῶν χέεν ἀχλὺν Πηλείδῃ Ἀχιλῆι add. D* || 21 licet dea mater hoc fecerit *L* || hoc *om. LF* || quia . . . Philomelam *om. F* || in eius gratiam *M* || 22 illi *Ra*: cum *AS* tum *LHM* || 23 procne *L* proc̃ne *H* progne *reliqui* || certe *om. F* || Venerem dicunt] dicunt ipsam *F*

84. *NOS ALIQVID RVTVLOS CONTRA IVVISSE NEFANDVM EST verecunda confessio est: non enim negat se iuvisse, sed adtenuat dicendo 'aliquid'.*

85. AENEAS IGNARVS ABEST ea quae solvere non possumus, inridemus, ut hoc loco. sic in bucolicis ⟨III 37⟩ praemisit divini opus Alcimedontis, postea per inrisionem ait ⟨44⟩ et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit.

87. GRAVIDAM BELLIS VRBEM alibi ⟨I 263⟩ populosque feroces contundet. 'urbem' autem provinciam dicit, quo modo ⟨I 380⟩ Italiam quaero patriam.

88. NOSNE TIBI FLVXAS status relativus, per quem ostendit Venerem magis Troianis causam fuisse periculorum. FLVXAS molles, quae possent etiam sine inimicis perire. 'res' *ergo* 'fluxas' fluxam rempublicam *dicit: vel 'fluxas' labefactatas.*

89. QVI TROAS ACHIVIS atqui de Venere loquitur: sed quia dei ἀρσενοθήλεις sunt, ut diximus supra ⟨II 632⟩, ideo sic dixit: nam in subauditione ponuntur ea quae non possumus dicere aperte.

90. *CONSVRGERE IN ARMA pro 'consurgendi': infinitus modus verbi pro participato.*

91. FOEDERA SOLVERE FVRTO legitur in historiis quod Troiani cum Graecis foedus habuerunt. tunc etiam Paris est susceptus hospitio et sic commisit adulterium. ergo 'foedera solvere furto' amicitias adulterio dissipare: nam furtum est adulterium, unde est et dulcia furta. et eversi Ilii haec est vera causa: nam foedera quae inter Graecos et Troianos fuerunt, ita soluta sunt. Hercules cum expugnato Ilio filiam Laomedontis Hesionam, Priami sororem, Telamoni dedisset, profecti sunt legati cum Priamo et eam minime

---

3 ea quae solvere non possumus e. q. s.] cf. Macrob. Sat. IV 6, 24 || 19 legitur in historiis e. q. s.] exscr. Luct. Plac. ad Stat. Ach. I 21 et 393. cf. mythogr. II 199; III 3, 8 || 23 et dulcia furta] georg. IV 346

---

1 *s. v.* 84 uerecunda confessio non enim negat sed extenuat cum dicit aliquid iuuisse *T* || 2 confession *F* || non *om. F* || se iuvisse] senuisse *F* || dicedo *F* || 8 urbem ... patriam *om. F* || prouintiam *ALHM* || 13 rempublicam fluxam *F* || 14 *scholium ad v.* 89 *post scholium ad v.* 91 *hab. Serviani libri* || atqui . . . aperte] quideo masculinum genus posuit quia dearseno telo sunt ut dictum est supra ideo dicit qui deuenire et in subdicione ponuntur ea non possumus dicere aperte *F* || autqui *R* || dii *RMl* de *ASLH* || 15 arseno theli *AS* arsenoteles *R* arsenothelys *LH* arsènothelis *M* || ut *M*: *om. reliqui,* sicut *add. l* || 17 *ad v.* 90 *in marg.* consurgere pro consurgendi *T* || CONCVRRERE IN ARMA concurrere pro currendi (*lege* concurrendi) infinitus modos uerbi pro participatio *F*, *quem in Vergiliano quoque carmine* concurrere *exhibere moneo.* || 18 participato *Schoellius,* participio *Daniel* || 19 storiis *F* troiis *G* || 20 habuerint *RF* || tunc] unde *F* || receptus est paris *F* || 21 et . . . adulterium *om. F* || soluere est furto amicitias *Ml* || 22 unde est] ut *F* || 23 furta an quod paridem . . . per furtum *F*, et eversi Ilii . . . a poetis composita *omittens* || est *om. RLH* (*add. l*) || 26 dedisset et profecti *LH* || a priamo *l*

repetere potuerunt, illis dicentibus se eam habere iure bellorum. unde commotus Priamus misit Paridem cum exercitu, ut aliquid tale abduceret, aut uxorem regis, aut filiam. qui expugnata Sparta Helenam rapuit. hinc ergo Vergilius utrumque tangit, et istam historiam quam modo diximus, et propter iudicium Paridis: quamvis fabula sit illa res et a poetis composita. *FOEDERA SOLVERE FVRTO*] *an quod Paridem victum a Menelao subripuit morti? an quod Pandarus dissipavit, ut sit 'per furtum'?*

92. DARDANIVS non praeter iniuriam Aeneae hoc posuit, quia Dardanus dicitur: nam perite dubium nomen elegit, quod contumeliam communicaret Aeneae. SPARTAM EXPVGNAVIT hoc de historia est, ut diximus: nam cum sollicitata Helena Parin sequi noluisset, egressus ille civitatem obsedit. qua eversa Helenam rapuit: unde et recipi meruit a marito.

93. TELA DEDI aut amori *Alexandri*, aut bello. *CVPIDINE eo scilicet, quo in amorem Paridis Helena conpulsa est.*

94. DECVIT METVISSE optima est elocutio, nam utrumque praeteriti est temporis. si enim dixeris 'decet metuisse', incongruum est, quia 'decet' praesentis est, 'metuisse' praeteriti. SERA pro 'sero', *ut nec sera comantem narcissum.*

95. *INRITA vana, substantiam non habentia.* IACTAS ventilas.

96. ORABAT loquebatur: unde et oratores dicimus. nam 'rogabat' si dixeris, non procedit, quia magis conviciabatur.

97. ASSENSV VARIO quia pars Veneri favebat, pars Iunoni.

98. *DEPRENSA FREMVNT SILVIS non subito deprensa, sed aut in silvis detenta, aut intellecta.* CEV FLAMINA PRIMA C. D. F. S. ET CAECA VOLVTANT MVRMVRA non tempestatis facit comparationem, sed signi

---

20 nec sera] georg. IV 122 || 22 ORABAT loquebatur] cf. Don. ad Ter. Hec. IV 4, 95

---

5 propter *adverbium est,* iudicium *pendet a* tangit || 6 illa res] *i. e. iudicium Paridis* || *ad v.* 91 *in marg.* siue quod paridem uictum a men . . . . tens historia docet su . . . . . quod pandarus dissipauit *T* (*inter* men *et* tens, su *et* quod *non nulla evanuerunt*) || 7 Menelao] moenei ac *F* moen ac *G* || quod] *i. e. foedus* || pandalus *F* || 9 non praeter] non propter *AS* praeter *M* propter *l* || qui *RF* || 10 dardius *F* || dubium est nomen *L* (est *del. l*) || legit *L* (*corr. l*) || quod . . . Aeneae *om. F* || quod *R*: qui *reliqui. malim* quo || 11 communicaret et aeneae *H* || hoc *om. F* || 12 ut diximus *om. F* || cum *om. ASH* (*add. a*), *post* Helena *hab. RM* || 14 et] postea *F* || a marito] amatori *H* || 15 aut bello aut amore alexandri *F* || *ad* FOVIVE C. B. *s. v.* id est cupiditata (*sic*) alexandri scilicet quo in amorem paridis compulsa est helena *T* || 16 amore *F* || elena *F* || 17 *schol. ad* DECVIT M. *om. F* || 21 *ad* INRITA *s. v.* uana substantiam non habentia *T* || substantia non habentiae *F* || IACTAS ventilas *post* conuiciabatur *hab. Serviani libri* || 22 oratores dicti sunt *F* || nam . . . conviciabatur *om. F* || 24 quia pras uenire pras faueat iunoni *F* || 25 *ad* DEPRENSA *s. v.* aut intellecta aut detenta in ipsis siluis *T* || depressa *F*, *corr. Daniel* || 26 detempta *F* || 27 non tempestatis futurae parationem facit *L*

tempestatis futurae: quadam enim arcana ratione fit ut sit murmur in silvis ante ventorum adventum: unde ait 'caeca murmura', quorum ratio non apparet, ut ⟨IV 209⟩ caecique in nubibus ignes terrificant animos. sic in georgicis ⟨I 356⟩ continuo ventis surgentibus aut freta ponti incipiunt agitata tumescere et aridus altis montibus audiri fragor.

102. TREMEFACTA SOLO TELLVS loquente Iove stupor elementorum *omnium* ostenditur per naturae mutationem: nam et quicquid in aeterno motu est, quievit, et contra terra mota est, semper immobilis, unde Horatius et bruta tellus.

103. *ZEPHYRI POSVERE Sallustius iam repente visus lenire Tagus.* *PREMIT PLACIDA id est premendo reddit placida.*

104. ACCIPITE ERGO ANIMIS totus hic locus de primo Lucilii translatus est *libro*, ubi inducuntur dii habere concilium et agere primo de interitu Lupi cuiusdam ducis in republica, postea sententias dicere. sed hoc quia indignum erat heroo carmine, mutavit et induxit primo loquentem Iovem de interruptis foederibus, cuius orationem interrupit Venus, post secuta Iunonis verba sunt quibus redarguit Venerem: unde nunc Iuppiter illud quod omiserat, reddit, dicens: ergo quoniam pacem esse non sinitis, ea quae sum dicturus accipite. *et hoc significant versus, qui subsequuntur.*

105. QVANDOQVIDEM bene sententiae dicendae ordinem servat: nam sicut et in Sallustio et in Philippicis legimus, ante quam dicatur sententia, eius praemittitur ratio: quod hodieque in usu est.

106. HAVD LICITVM EST et 'licuit' dicimus et 'licitum est', sicut et 'placuit' et 'placitum est': Terentius ubi sunt cognitae, placitae sunt.

10 Horatius] carm. I 34, 9 || 11 Sallustius] hist. inc. 71 Dietsch., 37 Kr. || 13 de primo Lucilii] fragm. IV ap. Muell. p. 1 || 25 et licuit . . . placitum est] cf. Don. ad Ter. Andr. II 6, 12 || 26 Terentius] Hec. prol. II 12

2 adventum] ut testatur lucanus (V 551) cum amyclas caesari futurae signa tempestatis enarrat 'sed mihi nec motus nemorum nec litoris ictus nec placet incertus qui prouocat aequora delphin' *add. D* || caeca . . . ut *om. F* || 3 ignes] ignem *F*, coruratio non apparet *addens* || 4 terrificant animos *om. F* || 6 aridis *AM* (*corr. a*) arduus *l* || 8 naturae *om. F* || munitionem *L* (*corr. l*) || et quicquid] aether *add. AS* (quicquid *del. et* qui *post* aether *s. v. add. s*) || 9 contra *om. F* || motus *L* (*corr. l*) || 11 ZEPHIRI *F* || iane *F*, *corr. Daniel* || lenire *scripsi*: lanire *F* saevire *Daniel. cf. Gell.* XVIII 12 *et Lorenz ad Plaut. mil. glor.* II 6, 100 (*p.* 148) || tagis *F*, *corr. Daniel* || 12 *ad* PREMIT P. A. P. *s. v.* non re uera placida premit sed premendo reddit placida *T* || reddidit *F* || 13 lucili *F* || 14 indicuntur *F* || di *H* || 15 ducis *MF*, *om. reliqui.* iudicis *Masvicius* || in re p. *ASMl*: in rebus *RLH*, *om. F* || 16 quia] quor *F* || 18 sequentia *ASl* secutia *H* || 19 nunc *om AS* || 20 sinitis] uultis *MF* || 21 significat *Daniel* || subsequntur *F* subsequitur *Daniel* || 22 dicendae sententiae *MF* || tiae (*de* sententiae) . . . in eius scilicet commendationem *om. H* || 23 dicantur sententiae *RL* (*corr. l*) || 25 EST *om. M* || licitum est] edictum est *add. L* (*del. l*)

107. QVAE CVIQVE EST FORTVNA HODIE specialiter Iuppiter pro Troianis agit, sed hac arte, ut videatur totum pro Iunone loqui. et re vera verba pro Iunone sunt, sed altius intuens deprehendit Troianorum favorem: nam dicendo 'nulli favebo' et in eo statu fore res in quo sunt hodie, significat se favere Troianis, quorum ducis adventu statim victoria consequitur. et vult nihil valere ea quae aut Venus conquesta fuerat de absentia Aeneae, aut Iuno de Turni parentibus dixerat, in eius scilicet commendationem. SECAT sequitur, tenet, habet, ut ⟨VI 899⟩ ille viam secat ad naves: unde et sectas dicimus habitus animorum et instituta philosophiae circa disciplinam.

108. FVAT id est 'fuerit': futuri temporis est verbum defectivum.

109. SEV FATIS ITALVM CASTRA OBSIDIONE TENENTVR sive [malo] fato Italorum obsidentur castra Troiana, sive Troiani malo errore et sinistris monitis ad Italiam venerunt, neminem absolvo: unde propter amphiboliam distingue 'Italum' et infer 'castra obsidione tenentur', scilicet Troianorum; ipsi enim obsidentur, non Itali.

110. *NEC RVTVLOS hoc et de Troianis accipe.* SOLVO absolvo: nam aphaeresin pertulit '*solvo*'. MONITIS *autem* SINISTRIS propter ⟨68⟩ Cassandrae inpulsus furiis.

111. EXORSA rerum initia, actus hodierni diei: *id est secundum sua coepta habebit eventum.* LABOREM FORTVNAMQVE periculum et felicitatem.

113. FATA VIAM INVENIENT scit enim hoc esse fatale, ut Aeneas imperet in Italia. *et videtur hic ostendisse, aliud esse fata, aliud*

---

8 SECAT sequitur] cf. Non. p. 404, 9 M.; Isid. or. XIX 19, 8 || 10 unde et . . . disciplinam] exscr. Isid. or. VIII 3, 4 || 12 FVAT i. e. fuerit] cf. Don. ad Ter. Hec. IV 3, 4 || 18 SOLVO absolvo] cf. Non. p. 390, 33 M.

---

1 QVAECVMQVE *F* || Iuppiter *om. M* || 2 ait *ASL* || loqui] dicere *MF* || 4 nulli fabobe *F* || 5 troianis se fauere significat *MF* || aduentum *L* (*corr. l*) || 6 victoria] inadria *F* || consequetur *Rl* consequeretur *F* || et] aut *R* || 8 commentationem *AS* commendatione *RF* commendacione *M* || SECAT SPEM *MF* || 9 habet *om. MF* || 10 dicimus] phylosophorum *add. F* || habitus . . . disciplinam *om. MF* || 12 id est fuerit *et* verbum defectivum *om. MF* || id est fuerit *D* (*cf.* [*Sergii*] *explan. in Don. p.* 557, 16 *K.* '*fuat ponitur pro fuerit futuri temporis*'): fuerit *om. ASRLH* || 13 FACTIS *H* || sive] seu *M* || 14 malo] *om. H recte, ut videtur,* malo *ex* malū *F* || facto *ASLH* (*corr. as*) fatu *M* || troiae *MF* || seu *M* || 15 monitis aduersis *MF* || neminem absoluo nam afferes in (aferésin *F*) pertulit . . . furiis *MF* || 16 amphibolia *LH* || sic distingue *ASl* || inferrae *A* (*corr. a*) inferre *S* infere *H* || 18 NE *G* || accipe] dictum accipe *Daniel* || 19 soluo *hab. M* || autem *hab. M* || 20 inpulsis *As* inpulsos *L* (*corr. l*) inpulsū *M* || furias *R* fariis *F* || 21 EXORSO *MF* || rerum] facta *M* fata *F* || actus *om. MF* || hodierna *L* hodiernae *l* || id est . . . eventum *hab. M* || secunda *M* || 22 suā *F*. *malim* secundum sua quisque coepta || FORTVNAMQVE FERENT *MF* || laborem periculum fortunam et felicitatem *F* || 24 fato *F* || 25 italiam *H*

Iovem. STYGII PER FLVMINA FRATRIS hypallage est 'per Stygia fratris flumina'. et bene etiam iure iurando dicta confirmat, *ut rem inmobilem necessitate constituat.*

115. TOTVM NVTV TREMEFECIT OLYMPVM *hoc* Homeri est.

117. *CAELICOLAE MEDIVM poetice mores hominum ad deos refert: ut magistratum deducunt.*

118. PORTIS CIRCVM OMNIBVS INSTANT instant portis omnibus circum, id est circumcirca fusi: nam modo 'circum' adverbium loci est.

120. *AST LEGIO prolepsis: nam legionis nomen Troiani temporis non fuit.* VALLIS intra vallos, id est fustes fossarum, qui valli vocantur: nam munitio ipsa vallum dicitur neutraliter. et hoc dicit: tenebantur Troiani intra vallos quos ipsi posuerant, ne eorum castra facile inrumperent Rutuli. vallum enim modo non obsidentium, sed obsessorum debemus accipere.

121. NEC SPES VLLA FVGAE fuga miserrimum et ultimum praesidium est, tamen etiam hoc carebant.

123. IMBRASIDES Imbrasi filius. HICETAONIVS Hicetaonis filius. et bene ex varietate syllabarum quaesivit ornatum: nam patronymica aut in 'des' aut in 'ius' exeunt, quibus et uti possumus. quae enim 'on' terminantur, ad nos transire non possunt.

124. SENIOR CVM CASTORE THYBRIS possumus et solum Thybrin senem accipere: possumus et Castorem, si legamus 'et senior cum Castore *Thybris*': nam amphibolia est.

125. PRIMA ACIES hoc est magni viri: et est definitio eorum qui in prima acie fuerunt: unde laudis magis est quod dixit 'prima acies': ordinis enim esse non potest, quia res in muro agitur. GERMANI SARPEDONIS aut inter se germani filii Sarpedonis, aut Sarpedonis fratres *ex eadem matre.*

---

1 iuouem *F* || est *om. AS* || *fortasse* pro per || 2 flumina fratris *MF* || ius iurando *M* cuius iurando *F* || dicta] statuta *MF* || 4 est] (*Il.* I 530) μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον *add. D* || 5 refert: ut *dist. Schoellius* || 8 id est circa *M* || fusi *om. MF* || 9 *ad* AT L. A. *s. v.* prolemsis est hoc loco quia legio non erat tempore troianorum *T* || AD *F* || prolempsis *F* || troianis *F, corr. Daniel* || 10 id est *om. MF* || fossarum fustes *MF* || 11 neutro dicitur genere *MF* || et hoc dicit . . . accipere *om. MF* || 15 fuga . . . est] miserrimum et ultimum fugae (fugem *F*) praesidium est *MF* || 17 INBRASIDES *A* INBISIDES *H* || 18 et bene *om. AS* || uaritate *RH* || 19 patronimyca *H* patronimica *F* patronomica *reliqui* || 20 enim on *LM* enim in on *RH* immon *F*, on *om. AS* || possunt] ut Πηλείων *add. D* || 21 THIBRIS *RF* T. *M* || possum *AS* || et solum *ASL*: et absolute *R* et solutum *H* et in solum *MF* || tibrim *AR* tibrin *S* thybrin *LH* thybirim *M* thybrim *F* || 22 possumus *om. LMF* (*add. l*) || et castorem etiam *MF* || et . . . Castore] et cum castore senorum *M*, *si modo compendium extremae* senorum *vocis syllabae recte interpretatus sum* || 23 thibris *F* || nam amphibolia est *om. MF* || 24 hoc est . . . unde *om. MF* || 25 quod . . . acies] nam hoc dicit magni uiri *MF* || 26 agitur] est *MF* || 27 sarpedonis filii *MF*

126. ALTA nobili. *LYCIA COMITANTVR AB ALTA*] *quos comitantur qui sunt Lycia ab alta.*

127. *FERT INGENS TOTO quidam sine effectu ferentem saxum inproprie inductum accipiunt; sed hoc ita resolvunt, quod qui iactum saxum refert, unius tantum rei eventum ostendit, qui ferentem dicit, longum actum notat.*

128. LYRNESIVS id est Phryx: Lyrnesos enim civitas est Phrygiae, unde fuit Briseis, *quam civitatem Achilles expugnavit.* **Acmon ergo et Menestheus filii Clytii.**

129. MENESTHEO non 'Mnestheo', de quo paulo post dicturus est, legendum est, ne versus non stet, sed 'Menestheo', ita tamen ut meminerimus in ultima syllaba esse synaeresin propter rectam scansionem.

130. HI IACVLIS Rutuli scilicet. *ILLI CERTANT DEFENDERE* SAXIS *id est* Troiani.

131. *MOLIRIQVE IGNEM quid est moliri? num inicere, an temptare iacere? et subaudiendum 'alii atque alii'.*

132. VENERIS IVSTISSIMA CVRA *de quo merito curet:* quia illi debebatur imperium.

133. CAPVT DETECTVS sine galea, quasi non pugnaturus; nam audierat ⟨IX 653⟩ cetera parce puer bello. erat autem inter duces quasi dux. *ECCE pro admiratione et demonstratione.* HONESTVM pulchrum: Terentius ita me di bene ament, honestus est.

134. MICAT scilicet Ascanius fulget qualiter gemma.

135. AVT COLLO AVT CAPITI figurate: nam 'colli vel capitis' erat commune.

23 Terentius] Eun. III 2, 21. cf. Don. ad h. v.

1 LICIA ALTA nobili quos comitantur *e. q. s. F* (LICIA *hab. M*) ‖ 3 *s. v.* 127 quidam ... longum actum significat *T* ‖ 4 quod ita resoluitur *T* ‖ 5 iunius *F* ‖ qui ferentem dicit] qui fert *T* ‖ dicit] dr̃ *G* ‖ longum iactum *Daniel; sed hoc voluit interpres: Vergilius cum ferentem saxum Acmonem inducit, eum non semel, sed saepius saxum tulisse et iecisse significat.* ‖ 6 notat] significat *T* ‖ 7 id est frix acmon ergo . . . elycii (*sic*) nam lyrnessos ciuitas est *e. q. s. F* ‖ nam lyrnessos *M* ‖ lyrnesus *L* ‖ 8 fuit] fugit *AS* ‖ braeseis *AS* breseis *RLH* bresenis *M* bresens *F* ‖ 10 MENESTHEO non *om. R* ‖ 11 legendum . . . stet] nam non stat uersus *MF* ‖ sed Menestheo . . . scansionem *om. MF* ‖ mnesteo *A* (*corr. a*) mnestheo *S* menesteo *R* ‖ 12 in ultima syllaba *vulgo*: ultima syllaba *libri, nisi quod* silaba *L*, ultimam syllabam *h. possis et* ultimae syllabae ‖ sectam *AS* ‖ 14 scilicet *om. MF* ‖ SAXIS Troiani *om. R* ‖ ILLI C. D. *et* id est *hab. M* ‖ 16 *ad* MOLIRIQVE I. *s. v.* inicere siue temptare ut inicerent *T* ‖ moleri *F* ‖ 18 *ad* VENERIS I. C. *s. v.* de quo merito curabat *T* ‖ illi] ei *MF* ‖ 20 nam audierat] propter *MF* ‖ 21 erat . . . dux] intererat quasi dux *MF* ‖ 22 dux] duces *AS* ‖ *ad* ECCE P. D. H. *s. v.* admirandus et demonstrandus fuerat ideo dixit ecce *T* ‖ 23 bene aomen *AS* benea omen *R* bene amen *H* ‖ honestus est] h. *M, om. F* ‖ honestum *AS* ‖ 24 QVALIS GEMMA MICAT *M* ‖ micat sicut gemma *M* micat quasi gemma *F* ‖ 25 COLLO DECVS AVT *M* ‖ figurate est *M* figuratao est *F* ‖ 26 nam commune est colli uel capitis decus *MF, nisi quod* decus *om. M*

136. ORICIA TEREBINTHO Oricos civitas est Epiri, iuxta quam nascitur terebinthus, nigrum lignum habens, folia in buxi speciem. retulit autem comparationem ad candidum vultum, qui erat *nigris* crinibus cinctus.

137. *CVI melius quam si dixisset 'cuius'.*

139. MAGNANIMAE 'gentes' scilicet. *MAGNANIMAE GENTES hic est ordo, aliter non stat versus: est autem prosphonesis.* ISMARE modo nomen est proprium: nam 'Ismarius' facit appellativum a monte Ismaro Thraciae.

140. *VVLNERA DIRIGERE pro 'dirigentem': 'vulnera' autem 'dirigere', id est sagittas quibus fiunt vulnera: est autem hysteroproteron.* VVLNERA DIRIGERE aut vulnus pro sagitta posuit, ut ⟨II 529⟩ insequitur infesto vulnere Pyrrhus: aut acerrime expressit inevitabiles sagittas, dicens eum vulnera, non tela dirigere.

141. MAEONIA Lydia, quae ante Maeonia vocabatur. *ergo ideo 'generose', quod Lydius. PINGVIA CVLTA aut figuratum est, quae exercendo culta faciunt: aut 'culta' pro arvis.*

142. PACTOLVSQVE INRIGAT AVRO Pactolus et Hermus Lydiae flumina sunt, aurum sicut Tagus trahentia. *sed Pactoli fabula talis est: Mida rex cum ibi regnaret, Silenus captus ab eius sociis et vinctus est. miseratione vel prudentia eum et resolvi fecit et omni adfabilitate fovit. quibus rebus ille gratiam rependens, praestitit Midae, ut quicquid tetigisset, in aurum verteretur; sed cum ille quaecumque contigisset in aurum convertens, fame periclitaretur, ex praecepto in Pactolum fluvium abluendi gratia se mittere iussus est. in quem se cum iecisset, ferendi auri naturam flumini dedit, ipse destitit in aurum quae con-*

18 Pactolus . . . trahentia] cf. Isid. or. XIV 4, 29; 3, 43; XIII 21, 21 sq.

1 ORYTIA *AS* CORITIA *R* ORYCIA *HM* || orycos *AH* corycos *R* oricus *L* (*corr. l*) || 2 folia] solida *H* folia solida *M* || speciae *A* specie *l* || 3 nigris *s. v. add. a* || 5 *scholium ad* CVI *non edidit Daniel* || cuius *ego*: cuiui *F* || 6 MAGNANIMAE gentes scilicet *om. MF* || MAGNANIMAE . . . versus *hab. M* || esto *M* || 7 aut *G* || *scholium ad* ISMARE *om. MF* || ISMAREAE *R* ISTMARE *H* || 8 istmarius *ASH* || 9 istmaro *ASH* || 10 *scholia ad* VVLNERA D. *om. M* || *ad* VVLNERA D. *s. v.* pro dirigentem, *in marg. ab eo qui Tironianis notis utebatur* Vulnera i. e. sagittas cum quibus uulnus infligitur. uulnera in hoc loco pro sagittis posuit *T* || 11 sagitta *F* sagita *G* || isteroproteroni *F* || 12 *Serviana om. F* || 13 aut uulnere *R*, pro sagitta . . . sagittas *omittens* || sagitta] sagitata *ex* salutata *H* || 16 *ad* VBI PINGVIA C. *s. v.* aut figuratum est hoc est quae exercenda (*l.* exercendo) fiunt culta . aut etiam culta pro ipsis aruis posuit *T* || 18 pactulus *MF* || 19 aurum trahentia sicut tagus *MF* || sed Pactoli . . . inveniri dicantur *hab. T* || pactuli *F* || 20 silenos captos *T* || et uinctus est *Daniel*: ei uinctus est *F* euinctus oblatus est *T* || 21 qui miseratione *T* || 22 gratiam ille *T* || rephendens *G* || 23 tegisset *F* || uerteretur . . . in aurum *om. G* || reuerteretur *F* || contegisset *F* tetigisset *T* || 24 ex praecepto *om. T* || 25 abluendū *F* || se gratia ex praecepto mittere *T* || gecisset *F* || 26 feriendi *F* || contigebat *F*

tingebat mutare. 'inrigat' autem 'auro' mire, cum ramenta quaedam auri inveniri dicantur.

145. ET CAPYS HINC NOMEN CAMPANAE DVCITVR VRBI iste quidem dicit a Capy dictam Campaniam. sed Livius ⟨IV 37, 1⟩ vult a locis campestribus dictam, in quibus sita est. sed constat eam a Tuscis conditam viso falconis augurio, qui Tusca lingua capys dicitur, unde est Campania nominata. Tuscos autem omnem paene Italiam subiugasse manifestum est. *HINC NOMEN CAMPANAE DVCITVR VRBI iste quidem hoc dicit, sicut Ovidius, qui Capyn de Troianis esse commemorat ille dedit Capyi repetita vocabula Troiae, Coeliusque Troianum Capyn condidisse Capuam tradidit eumque Aeneae fuisse sobrinum. alii Campum Samnitem condidisse Capuam confirmant. sed Capuam vult Livius a locis campestribus dictam, in quibus sita est. alii a Capy Atyis filio, Capeti patre, tradunt. alii hunc Capyn filium Capeti volunt esse, Tiberini avum, ex quo fluvius Tiberis appellatus est, eumque Capuae conditorem produnt. constat tamen eam a Tuscis conditam de viso falconis augurio, qui Tusca lingua capys dicitur: unde est Capua nominata. Tuscos autem aliquando omnem Italiam subiugasse manifestum est. alii a Tuscis quidem retentam et prius Vulturnum vocatam: Tuscos a Samnitibus exactos Capuam vocasse ob hoc quod hanc quidam Falco condidisset, cui pollices pedum curvi fuerunt quem ad modum falcones aves habent, quos viros Tusci capyas*

---

6 viso falconis . . . dicitur] cf. Isid. or. XII 7, 57 || 9 Ovidius] fast. IV 45 || 10 Coelius] fragm. 52 ap. Peterum p. 162 || 21 Falco] cf. Loewe Prodr. p. 390

---

1 mire dixit *T* || 2 auri] i. e. particulae *add. T* || 3 ET CAPYS . . . manifestum est *om. F* ET CAPYS *om. M* || histe *L* || 4 hoc dicit *M,* a . . . Campaniam *omittens* || Campaniam] quod et lucanus sensit (II 393) 'moenia dardanii tenuit campana coloni' *add. D* || sed capuam uult libius *M* || 5 constat tamen *M* || 6 falcanis *M* || capis *RLHM* || 7 capua *M* || autem] aliquando *add. M* || 8 subiungasse *M* || 9 capim *F* || 10 Capyi *Scaliger:* capis *F* || repetite *F* repetita *praestantiores Ovidii libri,* recidiva *deteriores* || Caelius (*sic*) capin condidisse capuam tradit eumque fuisse aeneae sobrinum . alii hunc capyn . . . eumque capuae conditorem ferunt (*sic*) uarro . . . salutis et fructuum. alii a tuscis quidem . . . capuas uocarunt *T* || 11 troianim *F* || 12 campum *F*: Capyn *Daniel. cf. Liv.* IV 37, 1 || 13 libius *F* || 14 alii . . . tradunt *non edidit Daniel* || a Capy Atyis *ego* (*cf. Liv.* I 3, 8): a capiatris *F* || alii hunc Capyn . . . produnt *post* sobrinum *collocavit Daniel* || capym *F* || filii *F* || 15 uolunt esset iberi nianū filiū *F* || tyberini *T* || tyberis fluuius *T* || appellatu *F* || 17 falcanis *F* || capis *F* || 18 unde . . . manifestum est] unde est unde est capua nominatus quos auctor aliquando omnē italiam subiugasse manifestus est *F* || 19 retentam *num verum esset iure dubitavit Muellerus Etrusk.* I² *p.* 166. *scholium non tam librariorum erroribus quam breviatoris temeritate corruptum videtur* || et] sed *Iordanus prol. ad Cat. p.* XLVIII || 20 Vulturnum *Dempsterus Etrur. regal.* I 9 *p.* 39 (*cf. Liv.* IV 37, 1): aliter num *F* aliternum *T* Alturnum *Cluverius Ital. ant.* IV 2 *p.* 1094 *et* 3 *p.* 1174. *cf. Deecke ap. Muell. l. l.* || uocatum *F* || Tuscos . . . vocasse] Tuscis exactis Samnites Capuam vocasse *coni. Cluverius l. l. p.* 1087 || tuscos autem a samnitibus *T* || capuam *T*: caputum *F* || ob hoc *om. T*

vocarunt. Varro dicit propter caeli temperiem et caespitis fecunditatem campum eundem Capuanum cratera dictum quasi sinum salutis et fructuum.

147. CONTVLERANT nocte interveniente peregerunt. et est explanatio rerum, quas Aeneas gessit postquam est profectus ab Euandro ad petenda auxilia, dum inter suos et Turnum bella gerebantur: rem enim ante omissam breviter exsequitur. *MEDIA AENEAS FRETA NOCTE SECABAT aut 'media nocte', aut 'freta media'.*

149. *REGEM ADIT instanti tempore adit.*

150. QVID*VE* PETAT scilicet auxilium. QVIDVE IPSE FERAT vicissitudinem auxilii, ut supra *Euandro* ⟨VIII 150⟩ accipe daque fidem. *multi autem 'quidque petat quidque ipse ferat' dicunt oportuisse dici, sed mutatam coniunctionem: neque enim ex alterius persona exponitur, sed totum ex Aeneae, et ideo 'que' coniunctione opus fuisse; 've' enim proprie 'vel' significat, ut sic* ⟨IV 427⟩ *nec patris Anchisae cineres manesve revelli.* MEZENTIVS ARMA QVAE SIBI CONCILIET inicit latenter timorem, ne forte possit collectis auxiliis *Mezentius* in regna remeare, a quibus fuerat ante depulsus.

151. VIOLENTAQVE PECTORA TVRNI superba, ut *est illud* ⟨VIII 118⟩ quos illi bello profugos egere superbo, *id est violento.*

152. HVMANIS QVAE SIT FIDVCIA REBVS latenter hoc dicit: nolite putare fixam esse et stabilem felicitatem, magna est enim rerum varietas: invicem accipietis auxilia.

153. ADMONET INMISCETQVE PRECES partim rogat, partim admonet hoc solacium esse vitae humanae tutissimum, si vel mutua dentur auxilia, vel in prosperis positi etiam subiecta considerent. et est superioris versus expressio: nam edocet, quae peterent et quod eum sollicitabat. 'admonet' vero vel causa Mezentii, vel quia instabilis est et vaga fortuna. TARCHON hoc nomen ubique graece

---

1 Varro dicit e. q. s.] cf. Isid. or. XV 1, 54 || 9 ADIT i. t. adit] cf. Non. p. 237, 26 M.

---

1 uorro dicat *F* || cespites *F* || fecundicacem *F* || 2 capuanum siue campanum dictum cratera quasi sinum *T* capua nume oratera dictum quasi signum *F* || cratera] καμπτῆρα *F. Schoellius* || 4 peregerant *MF* || et est . . . gerebantur *om. MF* || 5 ad euandrum *l* || 7 rem . . . exsequitur *ut peculiare scholium ad* NAMQVE VT AB EVANDRO *exhibent MF* || enim *om. MF* || antea *M* anit ea *F* || omnissam *M* obmissa *F* || *ad* MEDIA *s. v.* non nocte sed freta media *T* || 11 auxilii uicissitudinem *MF* || euandro *hab. M* || *ad* QVIDVE *s. v.* ue posuit pro que *T* || 12 ferat] proferant *F* || 13 persono *F* || 16 MEZENTIVS . . . remeare *post* scilicet auxilium *hab. F* || 18 a quibus . . . depulsus *om. MF* || 21 *scholium ad v.* 152 *om. MF* || 25 hoc esse tutum humanae uitae solacium *MF* || 26 positis *MF* || subiecta *AS* subtecta *RLH* obiecta *MFa* || 27 et est . . . vaga fortuna *om. MF* || quid peteret *Stephanus* || 28 quid eum solicitabat *Stephanus* quid eum solicitaret *Masvicius* || vel *ante* causa *om. AS* || 29 graece] ce *MF*

ponit, excepto uno in loco, ut *est* ⟨VIII 603⟩ haud procul hinc Tarcho et Tyrrheni: quod metri causa fecit.

154. *FERIT facit, ex more Romano, propter porcum qui de lapide feritur.* LIBERA FATIS exempta fatali necessitate, qua pugnare non poterant propter illud ⟨VIII 503⟩ externos optate duces.

155. *GENS LYDIA per derivationem 'Lydia gens': nam 'Lydia' provincia proprium est.*

157. PRIMA TENET more viri fortis in principiis est: alibi ⟨V 833⟩ princeps ante omnes densum Palinurus agebat agmen. ROSTRO PHRYGIOS SVBIVNCTA LEONES *pro 'subiunctos leones habens'.* vult pro iugo rostrum navis fuisse, leones autem singulos in singulis navis partibus fuisse depictos. sane notatur a criticis Vergilius hoc loco, quemadmodum sic cito dixit potuisse naves Aeneae fieri: quod excusat pictura, quam solam mutatam debemus accipere. *ergo hanc navem Aeneae ab Etruscis datam intellegamus. quidam volunt hanc navem ex his esse quibus Aeneas ad Euandrum erat evectus, et ad Etruriam terra esse portatam.*

158. GRATISSIMA propter illinc facta navigia.

160. EVENTVS BELLI VARIOS licet haberet fortissimum militem, cogitabat tamen incerta bellorum.

161. *IAM QVAERIT SIDERA deest 'de Aenea'. et 'quaerit sidera' num de sideribus quaerit, an ipsa sidera, id est percenset. aut num causa quaerendi quod cupiat lucem.*

162. NOCTIS ITER aut per quae nox decurrit: aut quae intuentes nautae iter peragunt noctibus. IAM modo, ut ⟨IV 157⟩ iamque hos cursu, iam praeterit illos. *QVAE PASSVS TERRAQVE MARIQVE num quia audiendo res gestas Aeneae incendatur et ipse ad imitandi cupiditatem?*

---

3 FERIT facit] cf. Non. p. 311, 17 M.

---

1 in *om. HMF* || est *hab. M* || 2 quod fecit propter metrum *M* quid propter metrum *F* || causa metri *AS* || 3 FERIT facit *hab. M* || 4 FACIS *M* FATI *F* || necessitate fatali *MF* || 5 poterat *MF* || 6 diriuationem *F* || 8 principis *MF* || 11 rostrum] transtrum *M* nostrum *F* || leones . . . fuisse *om. LMF* (*add. l*) || 12 sane . . . fieri] sane hoc loco notant cretici quemadmodum tam cito potuerint fieri naues aeneae *MF* || creticis *libri* || 14 pictura *om. RLH* (*add. l*) || 15 *ad v.* 157 hanc nauem datam aeneae ab etruscis datam (*sic*) intellegamus quamuis quidam uelint unam esse ex illis quibus aeneas euectus fuerat ad euandrum et ad etririam (*sic*) deportatus *T* || aene *F* || etrucis *G* || 18 illic *RMF* || nauigia fabricata *M* nauia fabrica *F* || 21 *ad* QVAERIT s. *s. v.* deest ab aenea, *in marg.* aut quaerit percenset ipsa sidera *T* || aeneae *G* || 22 praecenset *F* recenset *Commelinus* || 23 cubiat *G* || lucem *scripsi*: bicem *F* vicem *Daniel lacunam indicans,* uicem discere *Commelinus* || 24 per quod *L* (per que *l*) || quod *L* (quae *l*) || 25 iter] per *R* inter *F* || 26 MARIQVE TERRAEQVE *F*

163. PANDITE NVNC HELICONA DEAE Parnasus mons *est* Thessaliae iuxta Boeotiam, *quem locum aliquando Aones tenuerunt*, qui in duo finditur iuga, Cithaeronem Liberi et Heliconem Apollinis et Musarum. *ex quo fons manare dicitur, quem Pegasi ungula protulisse fertur, qui vocatur Hippocrene.*

164. *TVSCIS Tusci a frequenti sacrificio sunt dicti ἀπὸ τοῦ θύειν: unde Tuscos populos bene dicimus. Tusciam vero non debemus dicere, quia nequaquam in idoneis auctoribus legitur, sed aut Etruria dicenda est ab Etrusco principe, aut Lydia a Lydo, aut Tyrrhenia ab eius fratre, qui, ut supra* ⟨II 781⟩ *diximus, cum parte populi de Maeonia venit ad Italiam. quod ergo hic dicit Vergilius 'Tuscis comitetur ab oris', de Tuscorum finibus intellegendum est.*

166. MASSICVS AERATA PRINCEPS SECAT AEQVORA TIGRI *inter auxilia accipiendum: nam Aeneae prima est navis. et* licet sit catalogus in quo enumerantur hi qui venerunt de Tuscia, invenit tamen aliquam varietatem, quod hos navibus venisse commemorat, cum in septimo Turni praesidia per terram venisse memoraverit. sane sciendum amare Vergilium Italis ducibus dare nomina vel fluviorum vel montium. ut ergo supra Almonem et Aventinum commemoravit, sic nunc Massicum dicit: nam Massicus mons est, unde et vinum Massicum dicitur. plerique tamen Massicum nolunt proprium esse nomen, sed appellativum, dicentes Osinium esse Massicum regem: nam paulo post dicturus est ⟨655⟩ qua rex Clusinis advectus Osinius oris, et nunc dicit 'qui moenia Clusi'. multi alium Massicum, alium Osinium esse volunt. 'tigri aerata' cuius rostrum erat in similitudem tigridis; namque solent naves vocabula accipere a pictura tutelarum. hinc est ⟨209⟩ hunc vehit inmanis Triton, item ⟨171⟩ et aurato fulgebat Apolline puppis. 'tigri' autem

---

1 Parnasus . . . Boeotiam] exscr. Isid. or. XIV 8, 11 ‖ 6 Tusci e. q. s.] cf. Isid. or. XIV 4, 22 ‖ 14 licet sit catalogus . . . memoraverit] cf. Macrob. V 16, 4 ‖ 21 plerique tamen . . . esse volunt] cf. Macrob. V 15, 4 sqq. ‖ 26 namque solent . . . tutelarum] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VIII 270

---

1 AELICONA *AL* ELICONA *H* HELICON *M* ‖ parsanus *A* pernasus *L* ‖ est *hab. M* ‖ boetiam *libri* ‖ 3 feronem *AS* (*corr. a*) in citeronem *L* theronem *H* citheron *M* ‖ et *om. AS* (*add. a*) ‖ aliconem *A* aeliconem *S* eliconem *RLHa* helicon *M* elicona *F* ‖ 4 quam *F* ‖ 5 ippocrene *F* ‖ 6 *scholium ad. v.* 164 *ex uno Turonensi edidit Daniel. cf. Isid. or.* XIV 4, 22 ‖ ΘΕΙΝ *T* ‖ 13 *ad* PRINCEPS *s. v.* inter auxilia scilicet *T* ‖ 14 fit *M* ‖ catalogus] id est inscriptio *vulgo additur* ‖ 15 hi] i *F, om. M* ‖ de tuscia uenerunt *FM* ‖ 16 cum navibus *Stephanus* ‖ 17 praesidia] sotios *M* socios *F* ‖ per terram *om. L* (*add. l*) ‖ memorauit *AS* ‖ 18 uergilium *MF* ‖ vel montium . . . commemoravit *om. F* ‖ 22 hosinium *AS* (osynium *a*) asinium *F* ‖ esse *om. AS* ‖ 24 osynius *A* ‖ dicitur *F* ‖ Massicum alium *om. L* ‖ 25 et alium *F* ‖ osynium *AS* osium *R* ‖ uoluerunt *F* ‖ aerata autem tigri *F* ‖ 26 a *om. H* ‖ 27 tutellarum *F* ‖ 28 fulgebat] nefuligit *F*

secundum regulam dixit: nam Graeca nomina quae genetivum singularem in 'dis' mittunt, in eo tantum et in dativo crescunt, in accusativo et ablativo paria sunt nominativo, ut 'tigris tigridis tigridi tigrin tigris a tigri', 'Isis Isidis Isidi Isin Isis Isi': si aliter invenerimus, abusive dictum est, ut in Lucano ⟨V 405⟩ ocior et caeli flammis et tigride feta.

167. MOENIA CLVSI pro 'Clusii': nam Clusium dicitur: et est dictum per synizesin, sicut nec cura peculi pro 'peculii'. Clusium autem est oppidum iuxta Massicum, *quod in Etruria condidit Clusius Tyrrheni, sive Telemachus Vlixis filius.*

168. COSAS civitas Tusciae, quae numero dicitur singulari secundum Sallustium: unde apparet esse usurpationem.

169. CORYTIQVE coryti proprie sunt arcuum thecae; dicuntur tamen etiam sagittarum, quas et pharetras nominamus.

170. *VNA ad totam classem refert.* TORVVS *pro forti et aspero: vel* terribilis.

171. FVLGEBAT scilicet puppis Apolline, armis exercitus.

172. POPVLONIA est civitas Tusciae. matrem autem eorum qui venerant, *patriam* dixit, *ut* alibi ⟨VII 762⟩ insignem quem mater Aricia misit. *quidam Populoniam post XII. populos in Etruria constitutos populum ex insula Corsica in Italiam venisse et condidisse dicunt: alii Populoniam Volaterranorum coloniam t.adunt. alii Volaterranos Corsis eripuisse Populoniam dicunt.*

173. EXPERTOS *BELLI* peritos: nam 'expertes' sunt ign *autem potest pro 'in bello' accipi.* ILVA *quidam Ilvam Ithac volunt; est autem* insula adiacens Tusciae, *in conspectu Populonia Probus 'trecentos' subdistingui vult, ut 'insula' sequentibus iungatur.*

174. IN EXHAVSTIS CHALYBVM GENEROSA METALLIS quanto ex-

---

8 nec cura] buc. I 32 || 11 Sallustium] hist. I 51 D., 54 Kr. || 13 coryti . . . nominamus] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 269 et IX 730; Non. p. 556, 27 M.; Isid. or. XVIII 9, 2 || 24 EXPERTOS peritos] cf. Don. ad Ter. Eun. V 2, 42

---

2 dativo] genetiuo *F* || in accusativo] et in datiuo *F* || 3 et *om. ASLH* (*add. l*) || in ablatiuo *AS* || nomina *AS* || 5 abusiuum est *F* || laicano *R* || otior *R* ocilior *H* || 6 feta *H*: foeta *R* fera *ASL* faera *M* facta *F* || 8 synigesin *AH* sincresin *S* sineresin *R* sineresint *L* (sinezesint *l*) sinizesin *M* sinirisin *F* || 10 tyrremsi *F, corr. Daniel* || 12 unde apparet esse cossas huni usus pati uedixisse *F* (*lege* u. a. Cosas hunc usurpative dixisse) || 14 feretras *H* || 15 *ad* VNA *s. v.* una ad totam classem refer *T* || totum *F* || 16 terribili *Daniel* || 17 scilicet *om. F* || aurato Apolline *exemplaria pleraque* || arma *ASLH* (armis *l*) || exercitus *F*: exercitu *reliqui* || 18 populonia ē *A* POPVLONIAE *SRH* POPVLONIA *LMF* || 20 artia *A* arcia *S* aritia *Ra* || 24 EXPERTES *R* || *ad* EXPERTOS B. *s. v.* peritos in bellum *T* || 25 Ithacen] Aethalen *Cluverius Ital. ant.* II *p.* 502. *cf. Plin. nat. hist.* III § 81 '*Ilva . . . a Graecis Aethalia dicta.*' *Αἰθαλίαν* graece *F. Schoellius* || 26 populinae *F, corr. Daniel* || 27 probos *F* || ut insula *Daniel*: intersula *F*

hausta fuerit, tanto generosior, *hoc est* πολύγονος. ergo 'in exhaustis' non est una pars orationis: namque Plinius Secundus dicit, cum in aliis regionibus effossis metallis terrae sint vacuae, apud Ilvam hoc esse mirum quod sublata renascuntur et rursum de isdem locis effodiuntur. Varro et aliud dicit, nasci quidem illic ferrum, sed in stricturam non posse cogi nisi transvectum in Populoniam Tusciae civitatem, *ipsi insulae vicinam.*

175. INTERPRES HOMINVM DIVVMQVE 'interpres' medium est: nam et deorum interpretator, et hominum, quibus divinas indicat mentes, interpres vocatur. et notandum quod ait Nigidius Figulus, has artes ita inter sese esse coniunctas, ut alterum sine altero esse non possit: unde his quos perfectos vult probare Vergilius, omnium divinandi artium praestat scientiam, ut hoc loco, item supra Heleno, de quo ait ⟨III 359⟩ Troiugena, interpres divum, qui numina Phoebi, qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis. Nigidius autem solus est post Varronem, licet Varro praecellat in theologia, hic in communibus litteris: nam uterque utrumque scripserunt.

176. FIBRAE *fibrae sunt* iecoris extremitates. PARENT autem est 'peritissime agnoscuntur': quod ad omnia referendum est, fibras, sidera, voces avium et fulmina: nam si 'videntur' tantum accipias, cuiuis possunt videri, nec tamen intellegi. item voces avium non videntur, sed agnoscuntur auditae. nec 'parent' obtemperant procedit. nam quomodo sidera vel fibrae vel aves vel fulgura possunt obtemperare? **PARENT apparent ac patent, quasi nihil ei abscon-*

8 interpres . . . vocatur] cf. Isid. or. X 123 ‖ 18 fibrae . . . extremitates] exscr. Isid. or. XI 1, 126

1 poligonus *F* ‖ 2 non] nunc *L, om. M* ‖ nam *R* ‖ 3 cum *RMF*: tunc *reliqui. ceterum erravit Servius cum Plinio haec tribuit* ‖ sint uacuae *M* uacuae sint *R* sint uacuate *F*: sunt uacuae *ASl,* sint *vel* sunt *om. LH* ‖ 4 sublato *AS* sublate *L* (*corr. l*) sublati *F* ‖ rursus *F* ‖ 5 uarro et alii dicunt *L* ‖ aliud] alio *F* ‖ 6 strictuitatem *ASRLH,* non . . . civitatem *omittentes* (stricturam *restituit et* non . . . ciuitatem *add. l*) ‖ stracturam *F* ‖ populonia *M* ‖ 7 vicinam *huc transposuit Daniel, post* Populoniam *hab. F* ‖ INTERPRES . . . vocatur] HOMINVM D. I. *ASILAS* deorum quos interpretatur hominum quibus interpretatur et diuinas indicat mentes *F* ‖ 9 interpretator *RM*: interpretatur *ASL* interpretatus *Hs* quos interpretatur *a* interpretaturo *l* ‖ 10 uocantur *RL* (*corr. l*) ‖ nigridius *Ra* nigidus *H* ‖ 11 ita *om. LF* (*add. l*) ‖ sese] esse *H* se *F* ‖ 12 uergilius *F* ‖ 13 diuinarum *R* ‖ praestat] praestare facit *F* ‖ 15 nigridius *AR* nigridus *H* ‖ 16 in *om. M* ‖ 17 hic] figuliis hic *F* ‖ utrumque] *om. RLH* (*add. l*), utyque *F* ‖ 18 extremitatis *H* ‖ 19 est *om. RMF* ‖ agnoscuntur quod si parent obtemperant nam quo modo sidera uel fibrae uel figura possunt obtemperare aut parent apparent . . . subiectas sed parent i. e. agnoscantur quod omnia referendum est . . . auditae *F* ‖ quod] quia *R* ‖ ad fibras *D* ‖ 20 et *om. MF* ‖ 21 cuiuis *ARsl*: cuius *SLHMF* ‖ 22 cognoscuntur *H* ‖ nec . . . obtemperare] parent obtemperare *M* ‖ 23 fulgora *ASRH* (*corr. a*) ‖ possunt obtemperare] obtemperant *R* ‖ 24 *ad v.* 176 parent peritissime agnoscuntur quasi nihil ei abstrusum sit an hyperbolice . . . subiectas *T* ‖ apparent *om. G*

ditum vel abstrusum sit. an hyperbolice tantam illi scientiam siderum vel ceterarum quas dixit rerum esse, ut ei parere videantur, sicut dicimus artes quibusdam esse subiectas? *

177. PRAESAGI FVLMINIS IGNES *'praesagi' futura denuntiantis, ut de caelo tactas memini praedicere quercus. est enim † Iovi filius fulmen, de quo tantum futura noscuntur, ut in octavo ⟨429⟩ plenius de fulminis generibus dictum est. alii non ipsum fulmen praesagum accipiunt, sed eos praesagos, qui inde futura praedicunt.*

178. RAPIT raptim ducit. DENSOS ACIE in acie constrictos et coniunctos.

179. ALPHEAE AB ORIGINE PISAE Alpheus fluvius est inter Pisas et Elidem, civitates Arcadiae, ubi est templum Iovis Olympici: ex quibus locis venerunt qui Pisas in Italia condiderunt, dictas a civitate pristina, unde *nunc* addidit 'urbs Etrusca solo', cum praemisisset 'Alpheae ab Origine Pisae'. *sane Pisas antiquitus conditas a Peloponneso profectis, vel ab his qui cum Pelope in Elidem venerunt. alii Pisum, Celtarum regem, fuisse Apollinis Hyperborei filium et cum Samnitibus bellum gessisse, a quorum regina, quae post coniugis mortem imperio successerat, receptum, in Etruria oppidum suo nomine condidisse. alii † locum ex deo privigno genitum, iuvenem viribus magnis, Pisas condidisse aiunt. Cato originum qui Pisas tenuerint ante adventum Etruscorum, negat sibi conpertum; sed inveniri Tarchonem, Tyrrheno oriundum, postquam eorundem sermonem ceperit, Pisas con-*

5 de caelo] buc. I 17 ‖ 21 Cato originum] II 13 Iord., 45 Pet.

1 han hiperbolice *F* ‖ 4 PRESAGI FLVMINIS (*sic*) futura denunciantis ut ... quercus *hab. M* ‖ *ad* PRAESAGI *s. v.* futura praenuntiantis *T* ‖ IGNIS *F* ‖ 5 Iovis filius *Daniel* Iovis solius *Masvicius.* quercus. quercus enim est Iovis, illius fulmen ... noscuntur, ut in primo ⟨42⟩ dictum est: at in octavo ... dictum est *F. Schoellius* est autem Iovis illud fulmen ... noscuntur, ut ... dictum est *seclusis, ego* ‖ 7 fulmini *F* ‖ 9 ducitur *M* ‖ in acie constrictos et *om. F,* constrictos et *om. M* ‖ 11 ALFEA *AMF* ‖ PISCAE *A* (*corr. a*) PISSAE *L* ‖ 13 dictas] dictas autem *L* appellatas *MF* ‖ 14 unde addidit *om. R* ‖ nunc *hab. M* ‖ addit *LH* ‖ 15 alfea *M* ‖ sane Pisas ... cognominavit *hab. T* ‖ antiquitas *T* ‖ 16 pelopenose *F* peloponesso *T* ‖ cum Pelope in Elidem] cum pelopē elidem *F* cum pelope elidem *T.* cum Pelope Lidem *Daniel* cum Nestore ad Ilium *coni. Salmasius Plin. exerc. p.* 43 *coll. Strab.* V *p.* 222 (cum Nestore ab Ilio *Masvicius*) sane Pisas antiquitus conditas aiunt a Pisanis e Peloponneso profectis videlicet ab his qui cum Pelope in Elidem venerunt *Cluverius Ital. ant.* II *p.* 464 ‖ 17 pysum *T* ‖ iperborei *F* yperborei *T* ‖ 18 Samnitibus] Liguribus *coni. Cluverius l. l.* ‖ gestasse *Daniel* ‖ 19 imperio sumpserat *T. voluisse videtur interpres* imperium sumpserat ‖ de suo nomine *Cluverius* ‖ 20 locum] loeum *Hagenus e Turonensi enotavit, ego* locum *legi* ‖ 21 condedisse *F* ‖ cato in origiuibus *T* Cato originum I *Commelinus* ‖ tenuer̄ *G* tenuerunt *Daniel* ‖ 22 inueniri *T*: inuenerit *F.* invenitur *coni. Iordanus prol. p.* XLI ‖ tharchonem *F* ‖ 23 thyrreno *F* tyrreno *G* ‖ eurundem sermonum *F.* postquam eorum locorum dominium ceperit *Salmasius l. l.* postquam eorundem regionem occupaverit *Cluverius l. l. cf. Iordani adnotatio. fort.* postquam locum desertum manu ceperit

didisse, cum ante regionem eandem Teutanes quidam, graece loquentes, possederint. alii ubi modo Pisae sunt, Phocida oppidum fuisse aiunt, quod nobis indicio est ex Peloponneso originem id oppidum trahere. alii incolas eius oppidi Teutas fuisse, et ipsum oppidum Teutam nominatum, quod postea † Pisas Lydia lingua sua singularem portum significare dixerunt; quare huic urbi a portu lane nomen inpositum. alii ab Epeo, Troiani equi fabricatore, conditum tradunt, qui cum aliis Graecis in hanc regionem reiectus est: ubi postquam Troianae captivae metu dominarum, ad quas deducebantur, naves incenderunt, desperatione reditus remansit, urbemque condidit et ab ea, quae est in Peloponneso, Pisas cognominavit.

181. EQVO FIDENS *id est* eques optimus. *quidam 'Astur' pro 'Astures' accipiunt, apud quos equi et equites optimi perhibentur.* VERSICOLORIBVS ARMIS depictis: per quod bellicosus ostenditur.

182. TERCENTVM ADICIVNT accedunt et consentiunt eius voluntati: unde ait 'mens omnibus una sequendi', id est coniurati sunt. *Probus 'adiciunt' adiacent et quasi iuxta sunt tradit.*

183. QVI CAERETE DOMO ac si diceret 'qui sunt domo Carthagine'. Caere autem, ut et supra ⟨VIII 597⟩ diximus, etiam Agylla dicitur, *ἀπὸ τοῦ χαίρειν, quod verbum salutandi gratia apud Graecos dici solet. hanc Pelasgi condiderunt, qui cum sitim passi nec usquam aquam invenientes, casu quodam fontem invenissent, in eodem loco oppidum condiderunt.* nec videatur contrarium, quod ait ⟨VII 652⟩ ducit Agyllina nequiquam ex urbe secutos, quasi et Turno et Aeneae praestet auxilium: nam illi Lausum fugientem secuti sunt, hi vero communi odio *et consilio totius civitatis* in Mezentium arma commoverunt. MINIONIS fluvius est Minio *Tusciae, ultra Centumcellas.*

---

1 Teutanes *Salmasius l. l. coll. Plin. nat. hist.* III 50: teutones *libri* || 2 posseder̄ *G* || focida *F* focula *T* || fuisse *om. T* || 3 ex] et *Daniel* a *Commelinus* || peloponesso *libri* || 4 incoles *T* || Teutanas *Salmasius l. l.* || et . . . nominatum] ex ipsis oppidi nomen teutam nominatum *T* || 5 pissas *G* || lydia *F* lydia lidia *T* Lydi *Daniel* || sua *om. G* || singularem] Lunarem *Cluverius l. l.* || portum *et* dixerunt *om. F* || 6 lane] lunae *Daniel* || 7 epio *T* epheo *G* || troiano equo *T* || conditam *T* || 9 ducebantur *T* || desperationes *F* || 10 peloponesso *libri* || 12 FIDENS EQVO *ASRH* || 13 et quiete quietes *F, corr. Daniel* || 14 per que *M* || 15 consentiunt (consenciunt *M*) accedunt eius uoluntati quod sequentia explanant *MF, sequuntur in Floriacensi* Probus . . . tradit mens . . . sunt || 16 sequentibus *L* (sequenti *l*) sequenti *HF* || 17 Probus . . . tradit] *cf. Ribbeckius prol. p.* 146, *Steupius de Probis p.* 110 || 19 dixit *MF* || etiam *om. MF* || agillina *R* || 20 *ad v.* 183 *in marg.* Caere oppidum uocatur απο τογ χαιρειν . . . condiderunt *T* || apotu cherin *F*. *ceterum quam inepte haec cum Servianis coniuncta sint nemo non videt* || 21 pelagi *G* || situm *F* || 22 inuenientes aquam *T* || repperissent *T* || 24 secutus *F* || 25 Aeneae] ei *L* ea *H* || praestent *R* || nam et illi *RLH* || 26 et consilio tocius (*sic*) ciuitatis *hab. M* || 27 *ad* MINIONIS I. A. *s. v.* minio fluuius tusciae ultra centumcellas *T*

184. PYRGI VETERES hoc castellum nobilissimum fuit eo tempore quo Tusci piraticam exercuerunt; nam illic metropolis fuit: *quod postea expugnatum a Dionysio tyranno Siciliae dicitur, de quo Lucilius* *s c o r t a P y r g e n s i a.* INTEMPESTAEQVE GRAVISCAE Graviscanum oppidum alii intempestum dicunt ventis et tempestatibus carens: quod nulla potest ratione contingere. intempestas ergo Graviscas accipimus pestilentes secundum Plinium in naturali historia et Catonem in originibus, ut intempestas intellegas sine temperie, id est tranquillitate: nam ut ait Cato, ideo Graviscae dictae sunt, quod gravem aerem sustinent.

185. *LIGVRVM DVCTOR nam Liguria post Tusciam est, circa Gallos.*

186. *CVNARE quidam duci nomen datum tradunt a Cunaro monte, qui in Piceno est.* CVPAVO o Cupavo: et declinatur 'Cupavo', sicut 'Cicero' 'Cato'.

189. NAMQVE FERVNT LVCTV CYCNVM PHAETHONTIS AMATI Phaethon Clymenes et Solis filius fuit. qui cum doleret obiectum sibi ab Epapho, rege Aegypti, quod esset non de Sole, sed de adulterio procreatus, duce matre venit ad Solem et poposcit, ut si vere esset eius filius, petenda praestaret. quod cum Sol iurasset per Stygem paludem se esse facturum, petit ille ut eius currus agitaret. Sol post iusiurandum negare non potuit. acceptis itaque curribus Phaethon, cum orbitam solis exisset, et coepisset mundus ardere, a Iove fulminatus in Eridanum cecidit, qui et Padus vocatur. huius interitum flentes sorores, Phaethusa et Lampetusa, deorum miseratione in arbores commutatae sunt, ut hic dicit, in populos, ut in bucolicis ⟨VI 63⟩, in alnos. fuit etiam *quidam* Ligus, Cycnus nomine, *dulcedine cantus ab Apolline donatus,* amator Phaethontis. qui cum

4 Lucilius] libr. inc. fragm. CXVII ap. Muell. p. 153 || 9 Cato] or. II 20 Iord., 46 Pet. || 15 Phaethon . . . in alnos] exscr. mythogr. II 57. cf. mythogr. I 118

3 dyomsio *F, corr. Daniel* || qua *F* || 4 pyrgentia *Daniel* || *schol. ad* INTEMPESTAEQVE G. *om. F* || 7 accipiamus *ASM* || secundum Plinium] *nihil de hac re Plinius habet* || 9 id est in tranquillitate *M* || ut ait Cato *om. M* || ait] ita *H* || 11 LIGVRVM . . . est *hab. M* || nam *om. M* (*add. m*) || Tusciam *Commelinus*: tuscia *MF* || 12 *ad* CINYRE *s. v.* a monte cinyro qui est in piceno ita appellatus sed proprium est cupabo *T* || CYCNE Cunare *Daniel. cf. Ribbeckii adnotatio ad v.* 186 || 13 est *om. Daniel* || o cupauo *AL* hoc cupauo *S* occupabo *RH* hic cupabo *M* hic cupauo *F* || et *et* Cupavo *om. MF* || Cupavo . . . fuit qui *om. L* (*add. l*) || sicut et cicero et cato *AS* sicut cato uel cicero *MF* || 15 pheton *ASHl* phoeton *R* facton *M* feton *F* || 16 climenes *AS* climines *RH* climenis *MF* dimenes *l* || fuit *om. MF* || 19 petita *MF* || stigiem *AS* (*corr. s*) stige *L* styge *F* || 20 sese facturum *H* || 21 post iurandum *AS* || 22 cum exisset orbitam solis *MF* || excessisset *ASRl* || coeperit *AS* || 23 et *om. MF* || 24 fletusa *libri praeter M, qui* faetusa *exhibet* || lampatusa *AS* lampesa *L* (lampetusa *l*) iampetusa *M* lampedusa *mythogr. codex* || 25 i. a. mutatae s. deorum miseratione *MF* || 26 quidam *hab. M* || cignus *ARLMF* cicnus *S*

eum fleret extinctum, *longo luctu* in avem sui nominis conversus est. *qui postea ab Apolline inter sidera conlocatus est.* cuius nunc filium Cupavonem dicit habere cycni pennas in galea ad formae paternae insigne monstrandum. CRIMEN AMOR VESTRVM Phaethontem amatum a Cycno aut pie aut turpiter, accipiamus necesse est. si turpiter, talis est sensus: crimen vestrum est, o Cycne et Phaethon, quod sic amastis; hoc vobis tantum potest obici. alii 'vestrum' pro 'tuum' accipiunt, et ad solum Cycnum referunt, ut ⟨IX 523⟩ vos, o Calliope, precor. si pie amavit, secundum Asprum 'crimen' erit 'causa', ut alibi ⟨II 65⟩ et crimine ab uno disce omnes, ut sit sensus: o Phaethontiades sorores et o Cycne, causa vestrum, id est vestrae mutationis, amor est, *quia sic Phaethontem amastis, ut periretis.*

190. VMBRAMQVE SORORVM ambitiose dictum pro 'inter arbores de sororibus factas'. et est unum de his, quae habet Vergilius inimitabilia et sua propria: tale est *illud* sinuatque alterna volumina crurum, item cum primum sulcos aequant sata.

191. MVSA carmine, cithara, cantilena.

192. CANENTEM SENECTAM qui canentem senectam mollibus transegit in plumis. **CANENTEM SENECTAM pro albo colore neoterice dictum putant.**

193. SIDERA VOCE SEQVENTEM cum cantu caelum petentem: vel quod est re vera relatus in sidera, sicut videmus in sphaera.

194. *FILIVS deest 'eius'.* AEQVALES COMITATVS CLASSE CATERVAS *aut* per naves aequaliter habens distributas catervas: *aut ipsi duci pares virtute.*

195. *CENTAVRVM aut nomen navis; aut qui erat in navi pictus.*

198. OCNVS iste est Ocnus, quem in bucolicis ⟨IX 59⟩ Bianorem dicit, ut namque sepulchrum incipit apparere Bianoris. hic Mantuam dicitur condidisse, quam a matris nomine

---

15 sinuatque] georg. III 192 || 16 cum primum] georg. I 113 || 29 hic Mantuam e. q. s.] cf. Isid. or. XV 1, 59

---

1 defleret *Fm* || longo luctu *hab. M* || uersus est *MF* || 2 conlocata *F* || huius *MF* || 3 Cupavonem] cum pauonem *M*, qui post tea inter sidera ab aquilone collocatus est *addens* || pinnas *HMF* || 5 cigno amatum *M* a cigno amatum *F* || 7 hoc . . . obici *om. MF* || 8 referuntur *MF* || ut vos . . . distributas catervas (*v.* 194) *om. H* || 9 asperum *Ma* || 12 quia . . . periretis *hab. M* || quia *Daniel*: que *M* quae *F* || sit *F* || factontem *M* fetontem *F* || 14 habebat *M* || uergilius *F* || imitabilia *M* imirabilia *F* || 16 item] et *MF* || 17 cithara *om. MF* || 18 quia *MF* || senectam pro albo . . . putant canentem senectam mollibus . . . plumis *F* || mobilibus *L* || 24 hoc est per naues *L* || aequaliter habens per naues *MF* || 26 *ad* CENTAVRVM *s. v.* aut . . . depictus (*sic*) *T* || ut nomen *G* || nauis est aut *T* || 27 AGNVS *M* (OGNVS *m*) || agnus *M* (ognus *m*) auenus *F* || 29 hic . . . appellavit *om. M*

appellavit: nam fuit filius Tiberis et Mantus, Tiresiae Thebani vatis filiae, quae post patris interitum ad Italiam venit. *alii Manto, filiam Herculis, vatem fuisse dicunt. hunc Ocnum alii Aulestis filium, alii fratrem, qui Perusiam condidit, referunt: et ne cum fratre contenderet, in agro Gallico Felsinam, quae nunc Bononia dicitur, condidisse: permisisse etiam exercitui suo ut castella munirent, in quorum numero Mantua fuit. alii a Tarchone Tyrrheni fratre conditam dicunt: Mantuam autem ideo nominatam, quod Etrusca lingua Mantum Ditem patrem appellant, cui cum ceteris urbibus et hanc consecravit.* MANTVS genetivus Graecus est: nam si latine declinaveris 'Mantonis' facit, sicut in Plauto legimus Ionis.

201. DIVES AVIS maioribus praepotens. *et bene 'dives avis', quia non ab Ocno, sed ab aliis quoque condita fuit: primum namque a Thebanis, deinde a Tuscis, novissime a Gallis, vel, ut alii dicunt, a Sarsinatibus, qui Perusiae consederant.* SED NON GENVS OMNIBVS VNVM quia origo Mantuanorum et a Tuscis venit, qui in Mantua regnabant, et a Venetis: nam in Venetia posita est, quae et Gallia cisalpina dicitur.

202. GENS ILLI TRIPLEX POPVLI SVB GENTE QVATERNI quia Mantua tres habuit populi tribus, quae in quaternas curias dividebantur: et singulis singuli lucumones imperabant, quos tota in Tuscia duodecim fuisse manifestum est, ex quibus unus omnibus praeerat. hi autem totius Tusciae divisas habebant quasi praefecturas, sed omnium populorum principatum Mantua possidebat: unde est 'ipsa caput populis'. *ergo Vergilius miscet novam et veterem Etruriam, ut utriusque principatum patriae suae adsignet, cum alioquin Mantua ad haec auxilia pertinere non debeat, quia Aeneas nulla*

11 Plauto] cf. Aul. v. 556 || 17 nam in Venetia . . . dicitur] cf. Paul. hist. Langob. II 23

1 tyberine *MF* || mantois *L* (mantus *l*) || Thebani *om. MF* || 2 quae ad italiam post parentis interitum uenit *MF* || *ad v.* 198 quidam manthos filiam herculis uatem fuisse dicunt *et in altero marg.* hunc ognum alii . . . consecrauit *T* || Manto *ego*: mantos *F* || 3 Ocnum] coonum *F* || Auletis *Masvicius* || 4 fratrem] *i. e. Aulestis. cf. Mueller Etrusk.*[2] I 125 *et* II 287 *adnot.* 34 || perusiuam *F* || ferunt *T* || 5 Felsinam *Cluverius Ital. ant.* I *p.* 255: celsenam *F* celsinam *T* || Bononia *Cluverius l. l.*: bona *F* boia *T* || condidisset *F* || permisisset *F* || 6 muniret *T* || 7 tharchone *F* || thyrrẽ *F* || fretri *F* || Mantuam . . . nominatam] dicta autem mantua *T* || 8 dite *F* || 9 cui cum *T*: cui etiam cum *F* || et hanc *T*, *om. F* || MANTOIS *L* (MANTVS *l*) || 10 genetivus . . . Ionis] graece declinavit nam si latine uellet mantonis diceret ut ait plautus ionis (iouis *F*) *MF* || 12 *ad* GENS I. T. *s. v.* quia primo a thebanis secundo a tuscis nouissime a gallis fuit condita *T* || diues aidis *F* || 13 Ocno] hocno *F* Ocno tantum *Cluverius l. l.* || 15 percusiae *G* || considerant *F* || 16 quare *L* (quia *l*) || et a . . . regnabant *om. M* || in] a *F* || 17 a uenetiis *RMF* || 20 tris *M* || populi *om. AS* || quae et in quaternas curia diuidebatur *F* || ternis *L* (quaternas *l*) || 21 in tota *MF* || 23 praeerat] imperat *F* || 25 populi *R* || uergilius *F*

a transpadanis auxilia postulaverit, cum omnis exercitus adversum Mezentium uno loco consederit. et propterea putatur poeta in favorem patriae suae hoc locutus, ut de hac sola trans Padum pro Aenea adversum Mezentium auxilia faciat venisse, quod nec populorum nomina, nec lucumonum rettulerit.

203. TVSCO DE SANGVINE VIRES *quia* robur totum a lucumonibus habuit.

204. IN SE ARMAT *id est* odio sui in arma compellit.

205. PATRE BENACO VELATVS HARVNDINE GLAVCA MINCIVS I. D. I. A. PINV Benacus lacus est Venetiae, de quo fluvius nascitur Mincius. iure ergo dux Venetus fluvium provinciae suae depinxit in navi: quem Benaci filium, quia ex ipso habet originem, dicit.

207. GRAVIS fortis, ut ⟨XII 458⟩ ferit ense gravem Thymbraeus Osirim: *vel 'gravis' aut animo, aut aetate, aut 'gravis' propter navem, nam sequitur 'centenaque arbore fluctum verberat assurgens'.* CENTENAQVE ARBORE non ait remis, sed arboribus, ad exprimendam navis magnitudinem, quae plures habuit remorum ordines: unde ait Lucanus ⟨III 537⟩ et summis longe ferit aequora remis.

208. MARMORE mari.

209. *TRITON pictus in navis prora: et sic ait quasi de vero Tritone, ut ⟨VII 785⟩ galea alta Chimaeram sustinet, Aetnaeos efflantem faucibus ignes.* CAERVLA 'caerula freta', non 'caerula concha', nam versus non stat.

210. *LATERVM TENVS ut crurum tenus, ἄχρι τῶν πλευρῶν.* HISPIDA horrida, saetosa.

211. FRONS HOMINEM PRAEFERT modo frontem primam partem hominis intellegere debemus; nam hoc dicit: a capite usque ad ima latera hominis monstrabatur effigies.

212. *SPVMEA SEMIFERO incertum, utrum pictus, an ex aere factus.*

---

10 Benacus . . . Mincius] exscr. Isid. or. XIII 19, 7 ‖ 24 crurum tenus] georg. III 53

---

1 a *om. G* ‖ 2 metentium *G* ‖ propterea *Daniel*: ppea *F* ‖ putatur *scripsi*: putetur *F* ‖ poeta in] poetam *G* ‖ 4 uenisse et quod *F*, et *delevi* ‖ 5 locomonum *F* ‖ retulerit *G* ‖ 6 lucomonibus *libri, nisi quod* lucumonibus *ar* ‖ 9 PATRI *RL* ‖ 12 quia *A*: quae *M* qui *reliqui* ‖ originem dicit] filium origine ducit *M* ‖ 13 ut ferit] inferet *F* ‖ fert *AS* ‖ timbreus *R* thymbreus *M* tymbreus *reliqui* ‖ 14 osirin *A* osyrin *HM* ‖ *ad* GRAVIS *s. v.* fortis uel grauis aetate aut grauis animo aut etiam grauis propter nauem *T* ‖ aut gravis] atguis *F* ‖ 16 ita non ait *ASLH* ‖ 18 longa *M* ‖ petit *F* ‖ ramis *M* ‖ 20 TRITO *F* ‖ *post* prora *s. v. manus recens* sedere *add. in Floriacensi, inde* in navis prora sedens *Daniel* ‖ 21 sustineat *F* ‖ 22 CAERVLA CONCHA EXTERRENS FRETA caerula freta (c. f. *om. G*) non concha (conca *G*) cerula ne non stet uersus si cerula fuerit septimus casus *F* ‖ 24 ΑΧΡΙ ΤΩ ΡΙΑ ΕΙΡΩΝ *F* ‖ 25 horrida] terga *M, om. F* ‖ 26 primam *om. F* ‖ 27 hominis partem intellegimus *F* ‖ 28 littera *R* ‖ 29 incertam *F*

213. TOT LECTI PROCERES *quare Tarchonem praeteriit: an quia illi omnes sub imperio eius fuerunt?* TER DENIS triginta accipiamus naves fuisse, non, ut quidam volunt, singulos duces tricenas *naves* habuisse: nam enumeratorum militum non convenit numerus, praesertim cum sequatur 'subsidio Troiae', id est parvo auxilio: nam apud maiores bella non ambitu, sed virtute constabant. *TROIAE aut castra Aeneae dixit: aut 'Troiae' pro Troianis.*

215. *IAMQVE DIES CAELO CONCESSERAT non dicit diem intervenisse; nam supra ait* ⟨147⟩ *media Aeneas freta nocte secabat. et 'caelo concesserat' pro 'in caelo', et deest 'nocti'.*

216. *NOCTIVAGO nomen mire conpositum.* PHOEBE luna, sicut sol 'Phoebus', item 'Titan' *sol*, et 'Titanis' luna. describit autem noctem mediam et dicit finitum diem secundum Romanum ritum, *qui a media nocte diem numerant, et noctem similiter a medio die.* nec lunae fit sine causa commemoratio: nam aliter nymphae videri non poterant.

217. *NEQVE ENIM M. D. C. Q. parenthesis est.*

218. *CLAVVMQVE REGIT pro 'clavo navem regit'.* CLAVVMQVE REGIT iam ei et in quinto *libro* ⟨868⟩ dedit gubernandi peritiam. *VELISQVE MINISTRAT 'velis' quidam dativum volunt, non ablativum, ut si dicamus aliquem ministrare convivis.*

219. MEDIO IN SPATIO inter navigandum. *CHORVS COMITVM NYMPHAE de navibus factae. et mire 'comitum', quia cum eo venerant.*

220. *ALMA CYBEBE a Cybebo Phryge, qui primus ei sacrum instituit.* CYBEBE ALMA mater deum, dicta Cybele vel ἀπο τοῦ κυβί-

---

1 *ad v.* 213 *in marg.* Tarchonem ideo praeterit quia omnes istae naues et duces sub imperio eius fuerunt *T* ‖ tharchonem *F* tharconem *G* ‖ 3 uoluit *H* ‖ trigenas *R* tricinas *F* ‖ 5 sequantur *F* ‖ 6 ambitus sed *H* ambitus et *F* ‖ *ad* TROIAE *s. v.* aut castris aeneae aut troiae pro troianis dicit siue propterea troiae quia salus in patria consistit quam moliebantur *T.* (siue . . . moliebantur *illis similia sunt quae Tib. Donatus ad h. v. adnotavit.*) ‖ sed troiae *F* ‖ 10 *ad* CONCESSERAT *s. v.* aut recesserat aut subaudiendum est nocti *T* ‖ pro in caelo *Masvicius*: pro caelo *F* ‖ 11 CVRRV NOCTIVAGO cursus enim lunae non rectus est per zodiaci medium sicuti solis, qui cursus agit per eclipticam lineam quae zodiacum bifariam diuidit, cum luna ad extremas zodiaci decurrat oras, nunc in austrum nunc in septemtrionem declinans et uagans. id autem uagum appellatur quod non rectam secat uiam, sed errare dicitur, unde et ἀπὸ τῆς πλάνης id est ab errore ac uagatione πλανῆται uocati sunt *D* ‖ 13 romanorum *R* ‖ 15 luna *F* ‖ fit *om. F* ‖ causa . . . videri *om. F* ‖ 18 *ad* CLAVVMQVE R. *s. v.* id est clauo regit nauem *T* ‖ regit et dat aeneae sicut in quinto libro gubernandi dedit peritiam *F* ‖ 21 conviviis *Lion* ‖ 25 *Servianum lemma om. F* ‖ CYBEBE *M*: CYBELE *reliqui.* CYBELLE *Stephanus. idem Italorum libri exhibere videntur; Wagnerus enim ad v.* 220 *haec adnotavit 'Cybelle Servium legisse, ut est in codice Dresdensi, probat ipsius scholion ''Cybele autem Bacchius est; nam Cybele Anapaestus est''.* ‖ dictam *M* ‖ cybele *ASRH*: cybebe *M* cybebo
Y
F, om. L ‖ vel *om. HF* ‖ ΑΠΟ ΤΟΥ ΚΒΙϹΑΙ ΤΝΝ ΚΕΦΑΛΗΝ *A* ΑΠΟ ΤΟΥ ΚΑΒΙϹΑΙ ΤΗ ΚΟΦΑΛΗΝ *R* (*απο του κυβισταν την κεφαλην quod vulgo editur P. Daniel*) ΑΠΟ

σαι τὴν κεφαλήν, id est capitis rotatione, quod semper Galli, per furorem motu capitis comam rotantes, ululatu futura praenuntiabant: Lucanus ⟨I 566⟩ crinemque rotantes sanguinei populis ulularunt tristia Galli. 'Cybebe' autem bacchius est; nam 'Cybele', anapaestus *est,* ut ⟨III 111⟩ hic mater cultrix Cybele, vel a Cybelo sacerdote † dici vel a Cybele.

222. *INNABANT PARITER quia de navibus versae.*

223. QVOT PRIVS *id est 'quantae'; ad numerum retulit: ergo* subtraxit 'tot'.

224. *LVSTRANTQVE circumdant et circumeunt.*

225. DOCTISSIMA CYMODOCEA poetice, sicut etiam mutatio ipsa confingitur: *ergo 'doctissima' quae divinitus hanc doctrinam fuerit consecuta:* nam stultissimum est, quod ait quidam: ideo 'doctissima', quia Ilionei navis fuit.

226. *PONE SEQVENS hoc quidam ideo dictum tradunt, quod adversae videri nolunt: unde est transque caput iace, ne respexeris.* DORSO EMINET peritia natandi ostenditur.

227. *TACITIS aut ipsa tacita; aut pro 'tacite et leniter'.* SVBREMIGAT subnatat.

228. *IGNARVM ADLOQVITVR aut praesentiae suae ignarum, aut quod*

---

16 transque] buc. VIII 102

TOY KIB··///TINH KЄФⲁΛHN *L* (TE *superscr. l*) ario TOY KYBICΛI TNN KЄФΛΛNN *H* ⲁΠO TOY KYBICЄЄ THN KЄФⲁⲁHN *M* apo TON KYBICTⲁI TUN KЄФⲁΛNN *F*. *cf. ad Aen.* III 111. *e Sangallensi Hagenus nihil enotavit* ‖ 1 ratione *F* rotatione *man. rec.* ‖ calli *H* ‖ 2 motu capitis per furorem *F* ‖ ululatum *LH* ‖ pronuntiabant *F* ‖ 3 sanguinei *MF*: sang̃. *vel* sang. *reliqui* ‖ populeis *F* ‖ ulularunt *om. M* ‖ 4 tristiae *M* ‖ cybebe *M* cibebe *S*: cybele *AF* Bele *R* cybelle *L* c. bele *H* ‖ bachius *ALM* bachus *R* ‖ cybele *AMH*: cybebe *Sl* chybele *R* cibele *L* cibebe *F* ‖ 5 hinc *L* ‖ mater] magister *F* ‖ cybebe *F* ‖ vel . . . Cybele *om. F* ‖ 6 cibelo *ASL* (cybebo *l*) ‖ sardote *AS* ‖ dici] dicit *L, om. M.* dicuntur *Lion* ‖ uel a cibe *A* uel a cibebe *S* ‖ *scholium aut sic videtur constituendum esse* mater deum, dicta Cybele vel ἀπὸ . . . tristia Galli, vel a Cybelo sacerdote vel a Cybelo monte. Cybebe autem . . . anapaestus ut 'hic mater cultrix Cybele', *aut sic* mater deum dicta Cybebe ἀπὸ . . . anapaestus ut . . . Cybele. Cybele autem vel a Cybelo sacerdote dicta vel a Cybelo monte. *neque tamen adversabor si quis p.* 415, 25 dicta Cybebe *ἀπὸ e. q. s. scribendum,* vel a Cybelo . . . Cybele, *quae omittit Floriacensis, secludenda esse dicet* ‖ 8 QVOD *ASHF* ‖ 10 *ad* LVSTRANTQVE *s. v.* circumdant *T* ‖ 11 CYMODOCEA . . . ideo doctissima *om. M* ‖ etiam] et *F* ‖ 12 consecutam *F* ‖ 13 ideo . . . fuit] ilione in auem fuisse et ideo ęam esse doctissimam fandi *F*. *ceterum is qui Tironianis notis utebatur in Turonensi haec adscripsit* haec nauis fuerat ilionei. et quia ilioneus ubique eloquentissimus introducitur recte eius naui eloquentia datur. ‖ 15 *ad v.* 226 *in marg.* retro incedens. et pone dicit quia nolunt se dii uidere (*l.* uideri) unde est trans caput iace ne respexeris *T* ‖ dictam *F* ‖ aduse uidere *F* adverse videri *Daniel* adversae videri *Commelinus* ‖ 16 caput *om. F* ‖ iace ne] iacere *F* (iace nec *Vergilius*) ‖ 17 natantis *F* ‖ 18 *ad* TACITIS *s. v.* aut tacita ipsa aut tacite id est leniter *T* ‖ ipse *F* ‖ tacitus *Daniel* ‖ lenr̃ *G* ‖ 20 *ad* IGNARVM *s. v.* aut praesentiae suae ignarum aut mutationis nauium inscium *T* ‖ ad praesentiae sua ignarum *F*

e navibus nymphae factae sunt. VIGILASNE DEVM GENS AENEA VIGILA verba sunt sacrorum; nam virgines Vestae certa die ibant ad regem sacrorum et dicebant 'vigilasne rex? vigila'. quod Vergilius iure dat Aeneae, quasi et regi et quem ubique et pontificem et sacrorum inducit peritum. *et bene primo interrogat, deinde quod vigilat, approbat.* 'deum' *autem* 'gens' propter ⟨IX 639⟩ dis genite et geniture deos.

229. *VELIS INMITTE RVDENTES hoc est rudentibus vela inmitte, id est laxa, ut est illud notas oder attulit auras. inmitti autem dicuntur rudentes cum vela laxantur.*

230. *SACRO DE VERTICE argute 'sacro', ne miretur Aeneas deas factas.* PINVS hoc loco secundum quartam dixit declinationem, in bucolicis ⟨VIII 22⟩ iuxta secundam, ut Maenalus argutumque nemus pinosque loquentes semper habet. NOS SVMVS loquitur per definitiones. *sane declamatorie hos versus explicuit.*

231. PERFIDVS qui post foedus bella commovit: hinc Latinus ⟨VII 595⟩ ipsi has sacrilego pendetis sanguine poenas. *alii e communi sermone perfidum Rutulum dici volunt, quia ipsa Troiana est.* *VT autem pro 'quoniam': Plautus in Pseudulo* ⟨II 2, 66⟩ *ut lassus veni de via, me volo curare, et in Mostellaria* ⟨I 3, 63⟩ *eundem animum mihi oportet esse gratum ut impetravi pro 'quoniam'.*

232. *PRAECIPITES nomen pro adverbio, 'praecipitanter'.*

233. *RVMPIMVS propter illud* ⟨IX 117⟩ *continuo puppes abrumpunt vincula ripis.* INVITAE ac si diceret: malueramus tibi potius servire, quam in nympharum numina commutari. TEQVE PER AEQVOR QVAERIMVS *id est* haec nobis vagandi est causa, ut te invenire possimus.

234. REFECIT aut 're' vacat: aut quia ante in ipsis forma fuerat navium. *ergo alteram fecit.*

9 notas] georg. III 251

3 uigilia *L* uigilu *H* || uergilius *F* || 4 et *ante* quem *om. ASRL* || 8 *ad* INMITTE *s. v.* laxa *T* || ARDENTES *G* || 9 udor *F* || 10 radentes *F* || 11 *ad* SACRO D. V. *s. v.* hoc argute dicit ne miretur aeneas deas esse *T* || 12 dixit] dicit *R*, *om. AS* || 13 argumentumque *A* (men *del. a*) argentumque *M* || 14 NOS . . . definitiones] et loquitur per definitiones. Nos sumus ideae pinus niphe classis tuas sane *e. q. s. F* || 17 pendes *R* || *ad v.* 231 *in marg.* quidam communi sermone . . . quoniam *T* || 18 volunt *om. F* || 19 autem *om. F* || pro quoniam posuit *T* || 20 lapsus *F* || immostellariae *F* in mustellaria *T* || 21 undem *F* || oportet *ex* oportebit *T* || ut impetraui] impetu qui *F* ut impetu *T* || 22 *ad* PRAECIPITES *s. v.* praecipitanter *T* || PRECIPIENTES *G* || pro] quod *G* || pro praecipitantur *G* || 24 *ad* RVPIMVS *s. v.* propter . . . ripis *T* || continue *F* || 25 malueram *M* || 26 nomina *HF* || 27 causa est *F*, ut . . . possimus *omittens* || te invenire] te iuuare *Fabricius*, te invenire et iuvare *Masvicius* || 29 reuocat *ASH* uacat re *F* || in . . . navium] nauum iniserat forma *F* || 30 alteram *Daniel*: altam *F*

235. DEDIT ESSE DEAS Graeca figura, ut ⟨V 262⟩ donat habere viro. *AEVVM inmortalitatem.* *AGITARE διάγειν, hoc est agere.*

238. IAM LOCA IVSSA TENENT ut et supra ⟨VIII 547⟩ diximus, hoc κατὰ τὸ σιωπώμενον accipiendum est; nam intellegimus, eum equites misisse per terram.

240. NE CASTRIS IVNGANT aut 'se' subaudis: aut 'iungant' pro 'iungantur'.

241. *SOCIOS VENIENTE VOCARI antiquo verbo militiae usus est: viros enim 'vocari' significat eos, qui necessitate in bellum, non voluntate conveniunt.*

244. *CRASTINA LVX deest 'veniat', hoc est crastina lux veniat tantum. [et crastina lux] si ad Aeneam referas 'spectabis' et 'non inrita dicta putaris', 'crastina lux' subaudiendum 'cum venerit'. si autem ad lucem 'spectabit' legas, 'crastina lux' suspendendum. quidam* CRASTINA LVX MEA SI NON INRITA DICTA PVTARIS INGENTES RVTVLAE SPECTABIT CAEDIS ACERVOS 'spectabit' est vera lectio, et ordo est 'si mea dicta inrita non putaris, crastina lux ingentes acervos caedis videbit': nam male quidam 'spectabis' legunt et ad lucem referunt. quod non procedit; nullus enim sic loquitur: o Aenea, nisi quae dico minime credis, o lux crastina ingentes caedis acervos videbis. *alii more antiquo 'lux' pro 'luce' accipiunt: Lucilius in tertio hinc media remis Palinurum pervenio nox pro 'nocte'. Longus ait deest 'venerit': unde et ipse 'spectabis' legit.*

246. *DEXTRA DISCEDENS INPVLIT mire 'discedens': adiuvatur enim pulsus recedente eo qui inpulerit.*

247. HAVD IGNARA MODI *inpulit navem libramenti peritia et* moderationis: quippe quae fuerat navis. *FVGIT pro 'velociter' posuit.*

---

21 Lucilius in tertio] fragm. XV ap. Muell. p. 13

---

2 *ad* AEVVM *s. v.* immortalitatem, *ad* AGITARE *s. v.* agere *T* || diatein *F* || 3 TENET *MF* || dixit *F* || 4 nam intellegimus equites eum per terram quas paulo post pallas fugientes reuocat misisse *F* || 8 *ad v.* 241 *in marg.* cum dicit socios uocari primus in arma iube antiquo uerbo . . . conueniunt *T* || 11 *ad* CRASTINA L. *s. v.* scilicet ueniat tantum *T* || 12 et crastina lux *seclusi* || et] *fort.* ut *vel* ut et || 13 crastina] et crastina *Daniel* || si autem ad lucem] *scilicet 'referens'* || 14 crastina lux suspendendum] *i. e. post 'crastina lux' sermo suspendendus est.* suspendendum *distinxi, ut* quidam *ad Servium eosque qui sententiam eius probant referatur. Daniel post* suspendendum quidam *lacunam indicavit. ceterum Masvicius et Burmannus* CRASTINA LVX . . . quidam *non ediderunt. ac verum est* deest . . . tantum *et* si ad Aeneam . . . cum venerit *verba non solum inter se simillima esse, sed etiam ad illud redire quod infra Longo tribuitur* || 16 spectabit *om. F* || haec est uera lectio *F* || 18 spectabilis *H* || 19 nisi *scripsi*: si *libri* || 20 minime] firmiter *Ml* || 22 pro nocit *F, corr. Daniel* || 24 adiuuator *F* || 25 pulsas *F* || 26 nouem *F* || libramenti peritia *Heynius adnot. ad v.* 247: libramento peritiae *F* || 27 *schol. ad* FVGIT *ante schol. ad* HAVD I. M. *hab. F* || *ad* FVGIT *s. v.* fugit a (*l.* ad) celeritatem nimiam pertinet *T* || *fort.* pro 'velociter pergit *vel* procedit' posuit. *possis et* propter velocitatem posuit

248. OCIOR ET IACVLO *breviter tribus comparavit, quoniam et sagittam ventis aequavit.*

249. INDE ALIAE CELERANT *CVRSVS hoc est,* inde aliae nymphae *aliarum* navium cursus celeriores efficiunt, sicut fecerat Cymodocea. *an 'aliae' naves?* INSCIVS *id est* rerum quas audierat; nam credere ex aperto non poterat.

250. OMINE augurio promissae victoriae.

251. *CONVEXA hic 'convexa' epitheton est, quia ait 'supera convexa': alibi solum 'convexa' principale est.*

252. ALMA PARENS IDAEA DEVM alma proprie est tellus ab eo quod nos alat, abusive tamen etiam aliis numinibus hoc epitheton datur. terram autem *ipsam* constat esse matrem deum: unde et simulacrum eius cum clavi pingitur; nam terra aperitur verno, hiemali clauditur tempore. DINDYMA mons Phrygiae.

253. TVRRIGERAEQVE VRBES civitates turritae, *quas terra gerit;* unde et cum corona turrita mater pingitur deum. AD FRENA LEONES *ideo* hoc fingitur, quod omnis feritas maternae subiacet adfectioni et subiugata est. *figurate autem 'leones ad frena cordi', id est frenati leones.*

254. PROPINQVES familiare efficias, *prosperes, matures, propitium facias,* ut ⟨I 526⟩ et propius res aspice nostras.

255. PHRYGIBVSQVE ADSIS ac si diceret, et cultoribus tuis.

256. TANTVM EFFATVS breviter, ut supra ⟨251⟩ ait, propter lucem iam maturam, id est plenam; nam non crepusculum, sed lux *iam* matura describitur. REVOLVTA *id est* aperta, sicut contra involutum dicimus esse quod clausum est. RVEBAT autem *non occidebat, sed* oriebatur, *cum impetu veniebat, quia per orbem:* ut ⟨II 250⟩ et ruit Oceano nox. et est in sensu hysteroproteron: prius enim nox fugatur, sic dies oritur.

---

10 Alma . . . tempore] exscr. mythogr. III 2, 3

---

3 hoc est *Daniel,* est *om. F* ‖ 4 celeriores efficiunt] efficiunt contationes *F,* celeriores *om. G. fortasse in archetypo fuit* efficiunt citatiores ‖ 8 *ad* CONVEXA *s. v.* conuexa aut aliquando est epiteton ut in hoc loco aut principale ut (*cf.* IV 451, VII 543) per caeli conuexa *T* ‖ epiteton *G* ‖ quia *Daniel*: qui *F* ‖ 10 alma] ordo est alma *F* ‖ proprium *AS* ‖ 11 tamen *om. MF* ‖ numinibus *MF*: nominibus *reliqui* ‖ 15 tera *F* ‖ 16 cum terrata corona mater deum pingitur *F* ‖ 17 ideo *hab. M* ‖ maternae] id est terrae *superscr. l* ‖ subiecit *AS* subiaceret *F* ‖ 18 et subiugata est *om. F* ‖ *ad* AD FRENA *s. v.* id est frenati *T* ‖ cordi] biiugi *Daniel* ‖ 20 familiare] facilius *F* ‖ *ad* PROPINQVES *s. v.* propitium facies (*sic*) matures *T* ‖ maturas *F* ‖ 23 EFFATVR *F* ‖ ait] dixit *F* ‖ 24 non] nec *F* ‖ culum (*de 'crepusculum'*) . . . prius *om. H* ‖ 25 sicut e contrario quod inuoluitur clausum est *F* ‖ 28 est autem in sensu ysteronproteron ante enim est ut nox fugetur et sic lux aduentet natura *F.* (natura *videtur ex lemmate insequentis scholii per errorem iterato ortum esse.* naturae *coni. F. Schoellius*)

257. MATVRA *multa, quasi tempestiva et quam iam esse oportebat: aut satis plena et clara.*

258. SOCIIS EDICIT secundum dicta nymphae. † *SIGNA SEQVANTVR numquid literarum figura faciunt pervolutam?* SIGNA SEQVANTVR vel tesserae vel tubarum, vel *re vera* signa militaria.

264. QVALES SVB NVBIBVS ATRIS altis modo.

265. STRYMONIAE vero GRVES a fluvio Thraciae Strymone, iuxta quem habitant. haec autem comparatio non ad telorum pertinet iactum, sed ad Troianorum clamorem.

266. FVGIVNTQVE NOTOS aut quosvis ventos frigidos: nam etiam grues significant tempestatem futuram, ut in georgicis ⟨I 374⟩ legimus aut illum surgentem vallibus imis aeriae fugere grues: aut re vera 'notos'; horum enim calorem fugiunt cum revertuntur in Thraciam *ex Aegypto.* *SECVNDO num laeto? Troianorum clamor ex gaudio.*

269. ADLABI CLASSIBVS AEQVOR cum classibus labi; *aut aequore classem labi. quidam ita exponunt, ut hoc ad phantasiam Rutulorum referant, quoniam admirantibus his unde tanta fiducia animos Troianorum incessisset, repentina facies multarum navium adpropinquantium perinde visa est, atque si ipsum aequor cum classibus allaberetur.*

270. ARDET APEX CAPITI ex sequentibus intellegimus Aeneae armorum fieri descriptionem; nam dicturus est ⟨276⟩ 'at non audaci Turno fiducia cessit', quamvis talia arma conspiceret. si tamen primam respicias conexionem, quasi de Turno videtur dicere: quod non procedit. 'apex' coni altitudo hoc loco. est autem Homeri et locus et comparatio. hoc autem iste violentius posuit, quod ille stellae tantum facit comparationem, hic etiam stellae pestiferae,

25 apex coni altitudo] cf. Isid. or. XVIII 14, 2 et Serv. ad Aen. XII 492

3 secundum edicta *M* ‖ *Floriacense ad* SIGNA S. *scholium, quod non recepit Masvicius, Burmannus a Cerda et aliis ad ea quae v.* 265 *sqq. de gruibus dicta sunt relatum esse narrat. interpretem scripsisse conicio* DANT SIGNA num quia litterarum figuras faciunt per volatum? *cf. Serv. ad Aen.* I 398. *pro* figura *Daniel* figuram *edidit* ‖ 4 SEQVAMVR *M* ‖ 5 uel tubarum uel tesserae uel re uera signum litaria *F* ‖ 6 QVALIS *libri* ‖ altis modo] id est altis *M* ‖ 7 vero *om. F* ‖ strimoniae *R* ‖ 9 clamorem] nam et homerus sic posuit a quo sumpta est comparatio (*Il.* III 2) *Τρῶες μὲν κλαγγῇ . . . κακὴν ἔριδα προφέρονται add. D* ‖ 10 NOTHOS *AR* NHOTOS *L* NATOS *M* ‖ frigidos *om. F* ‖ 11 etiam] etiam et *F* ‖ grues] grauem *M* ‖ ut . . . legimus] ut ostendit ipse uergilius dicens *F* ‖ 12 aut] ut *ASl* ‖ 13 grues] graues *F* ‖ 14 in Thraciam] ad macedoniam *F* ‖ 16 labi cum classibus *F* ‖ 17 *ad v.* 269 *in marg.* quidam . . . allaberetur *T* ‖ ut] et *Daniel* ‖ 18 referant *T*: referunt *F* ‖ animos T. i.] animorum inuasisset teucros *T* ‖ animos *Masvicius*: animo *F* ‖ 19 reptina *F* (repentina *G*) ‖ navium *om. F* ‖ 20 ac si *T* atque se *G* ‖ alaberetur *F* ‖ 22 at non] *cf.* IX 124 ‖ 23 quamvis] licet *F* ‖ 25 apex . . . loco] apicem tamen modo coni altitudinem dicit *F* ‖ 26 comparatio] *Il.* XXII 26—31 *add. Stephanus Fabricius alii, Il.* VI 506 *ὡς δ᾽ ὅτε τις . . . ἵππων add. D. Servius ipse Il.* V 4 *sqq. comparari voluisse videtur.*

respiciens quas clades Rutulis sit inlaturus Aeneas. *possumus tamen 'apex capiti' accipere utrumque eum fuisse conplexum cum dicit 'ardet apex capiti cristisque a vertice flamma funditur', et sacerdotis per apicem et viri fortis facere mentionem. dicitur autem apex virga, quae in summo pilleo flaminum lana circumdata et filo conligata erat, unde etiam flamines vocabantur. hoc autem nomen a veteribus tractum est: apere enim veteres ritu flaminum adligare dicebant; unde apicem dictum volunt.*

272. COMETAE SANGVINEI LVGVBRE RVBENT pro 'lugubriter'. cometae autem latine crinitae appellantur. et stoici dicunt has stellas esse ultra XXXII. quarum nomina et effectus Avienus, qui iambis scripsit Vergilii fabulas, memorat. Plinius etiam Secundus dicit, cometas stellas esse naturales, quae apparent certis temporibus. item hoc quoque commemorat, cometas fieri de planetis quinque, unde interdum bonum, interdum pessima significant. nam si de Venere aut Iove fiant, optima praenuntiant; si de Marte aut Saturno, deteriora: nam Mercurialis semper talis est, qualis ille cui cohaeret; unde et minister deorum fingitur. hinc est *ergo* quod modo ait 'cometae sanguinei lugubre rubent', id est noxii. *hanc stellam Electram dicunt, cum qua Iuppiter concubuit. quae cum Troiam ardentem videret, capillum lacerabat atque ita in astra est recepta. sane Avienus cometarum has differentias dicit: stella, quae obliquam facem post se trahens quasi crinem facit, Hippius vocatur. ista si ab occasu solis in ortum veniat, mala Persidi et Syriae ostendit; si ad meridiem attenderit, Africam et Aegyptum a malis relevat, solis pecoribus pestem*

---

4 dicitur autem apex e. q. s.] cf. Isid. or. XIX 30, 5 ‖ 10 cometae . . . memorat] exscr. Isid. or. III 70, 17 ‖ 11 Avienus] in Arateis Avienus cometarum nomina et effectus non commemorat ‖ 12 Plinius] nat. hist. II § 89 de cometis loquitur: neque tamen illa quae Servius ei tribuit ibi inveniuntur. ceterum Serviana exscripserunt schol. Strozzianus ad Germ. Ar. p. 186, 15 Breys. et mythogr. III 9, 6 ‖ 19 Hanc stellam . . . recepta] cf. Avien. Arat. 585 sqq.; schol. Germ. p. 149 Breys.; schol. Luc. I 529

---

1 quasi (*l.* quas sit) rutulis clades inlaturus *F* ‖ 2 cum dicit . . . funditur *secludenda videntur* ‖ 3 a] ac *F* ‖ 4 fortis] fortes *F* ‖ 5 pileum *F, correxi. cf. Serv. ad Aen.* II 683. pileûm *Commelinus* ‖ lana *Commelinus*: luna *F* ‖ 10 cometas autem latina lingua crinitas appellamus has autem stellas stoïci ultr xxxa (*sic*) dies esse dicunt *F* ‖ isthoici *H* ‖ 11 affectus *RH* ‖ abienus *M* abiemus *F* ‖ 12 commemorat qui uirgilii fabulas iambis scripsit *F* ‖ 13 apparent] appellarent *F* ‖ 14 item] ita *F* ‖ 15 bona *M*, bonum interdum *om. F* ‖ 16 pronuntiant *ASH* ‖ optima p.] meliora significant *F* ‖ 17 mercualis *AS* (*corr. as*) mercurius *F* ‖ 18 fungitur *M* ‖ 19 ait modo *F* ‖ hanc stellam . . . quaerat *hab. T* 21 uiderat *libri, corr. Daniel* ‖ ita *om. T* ‖ 22 auienius *F* ‖ comitarum *F* ‖ facem post] facemq: *F* ‖ 23 crim̄ *F* ‖ ippius *F* iuppius *G* ippyus *T* ‖ 24 solis *om. T* ‖ hortum *G* ‖ perside *F* persidę *T* ‖ sirie *G* sirię *T* ‖ 25 adtenderit *G* ‖ aficam *F* ‖ egiptum *T* ‖ reuelat *F*

denuntians; si septemtrionem respexerit, Aegyptum bellis et miseriis premit; si occidentem attenderit, gravat Italiam et quicquid ab Italia usque ad Hispanias tenditur; si a meridie in septemtrionem ierit, a bellis quidem externis securitatem denuntiat, sed seditiones domesticas significat. alter cometes est, cui ex gladio nomen est, nam graece ξιφίας appellatur. cuius tractus est longior et pallidus color, neque comas habere dicitur, et hebetior eius flamma est. qui si orientem attenderit, regem Persidis dolis significat appetendum, denuntiat et bella; etiam Syrios pari conditione involvit; et Libyam atque Aegyptum fraude et insidiis nuntiat posse laborare. quod si occidentem attenderit, foedera nocua regionis eius regi significat, quae dicit per puellam conrogatam in nuptias posse dissolvi. alter cometes est, qui lampas appellatur et quasi fax lucet. hic cum orientem attenderit, omnes illas orientis partes dicit nebulis posse laborare frugesque eorum caliginoso aere corrumpi; si meridiem attenderit, Africam dicit siccitate et serpentibus posse laborare; si occidentem spectaverit, Italiam dicit adsiduis fluminum inundationibus laborare; si septemtrionem viderit, famem gentibus septemtrionalibus significat. est etiam alter cometes, qui vere cometes appellatur; nam comis hinc inde cingitur. hic blandus esse dicitur. qui si orientem attenderit, laetas res ipsi parti significat; si meridiem, Africae aut Aegypto gaudia; si occidentem inspexerit, terra Italia voti sui compos erit. hic dicitur apparuisse eo tempore quo est Augustus sortitus imperium; tunc denique gaudia omnibus gentibus futura sunt nuntiata. si septemtrionem attenderit, prospera universa significat. est alter cometes in tympani modum, qui nec valde lucet, et electri colorem habet, quem disceum vocant. iste quoniam ex uno loco non solet gigni, orbi terrarum caedes, rapinas, bella et cetera mala significat. sextum cometen appellari ex regis Typhonis nomine Typhonem dicunt, qui semel in Aegypto sit visus, qui non igneo, sed sanguineo rubore fuisse narratur; globus ei modicus dicitur et tumens, crinem eius tenui lumine

1 denuntias *F* ‖ septētrionem *F* ‖ repexerit *G* ‖ Aegyptum] ex egyptum *F* ‖ premit] p̄misit *F* ‖ 2 adtenderit *G* ‖ 3 tendit *Daniel* ‖ in septemtrionem *om. T* ‖ ierat *F* ‖ 5 comites *F* ‖ 6 xifas *F* siphax^{s} *T* ‖ 7 habetior *F* ‖ se *G* ‖ adtenderit *F* ‖ 8 persidi *F* ‖ significet *F* ‖ denuntiauit *F* ‖ denuntiat et bella] significat et bella] significat et bello *T* ‖ 9 sirios *libri* ‖ patri *F* ‖ inuolui *T* ‖ libiam *libri* ‖ 10 nuntiet *F* ‖ laborare *T*: laborem *F* ‖ attenderit *T*: ettende *F* ‖ 11 nova *libri, corr. Schoellius* ‖ regis *G* ‖ conrogatam *T*: congregatam *F* ‖ 12 aliter *G* ‖ Lampadias *Masvicius* ‖ 13 quasi si fax *T* ‖ adtenderit *F* ‖ partes *om. G* ‖ 14 frugesque . . . posse laborare *om. F* ‖ caligoso *T* ‖ 16 assiduis *T* ‖ 18 est et cometes *T* ‖ qui vere *om. G* ‖ 19 comis] comes *F* ‖ hinc blandus *T* ‖ 21 gaudias *F* ‖ terre taliae *F* ‖ 23 ortitus *F* ‖ 25 aliter *F* ‖ timpani *F* ‖ qui nec *T*: quia et *F* ‖ 26 iste . . . gigni *T*: quoniam iste ex uno locoń sol et gignit *F* q. i. ex imo loco solet gigni *Masvicius* ‖ 28 cometem *F* ‖ 29 sanguine *F T, corr. Daniel* ‖ 30 crim̄ *F* ‖ lumeni *F*

apparere ferunt, qui in septentrionis parte aliquando fuisse dicitur. hunc Aethiopes dicuntur et Persae vidisse et omnium malorum et famis necessitates pertulisse. quarum †ple uel inpleniores differentias, vel in Campestro vel in Petosiri, siquem delectaverit, quaerat.

273. SIRIVS ARDOR Sirius stella est in ore canis, quae, ut in tertio ⟨141⟩ diximus, quantum in ipsa est, pestifera est, sed pro qualitate adiacentium aut vincitur aut maioribus utitur viribus: hinc est quod, cum certo tempore semper oriatur, non semper est noxia. *sed secundum physiologicos, idcirco* (*canis*) *caloris sidus putatur, quod id animal igneam vim habet: nam quod natura inimicum umorem habeat, propterea fieri ut aegre aquam hauriat ad restinguendam sitim: nam ideo eos, qui rabidi canis morsu continguntur, aquam refugere et, ni cito subveniatur, perire siti, quia †nifus eius animalis, quod contrarium umori sit, similiter in corpore humano saeviat.*

275. LAEVO noxio *hic, ut* ⟨II 54⟩ *si mens non laeva fuisset: alibi pro bono, ut siquem numina laeva sinunt. an potius 'laevo' notio, quia canis circa austrum est et astrologi notia quae sunt in caelo sinistra vocant?* quod autem ait 'contristat lumine', cum de stella loqueretur, quam armis splendentibus comparavit, bene hoc Statius ad ipsa arma transtulit, dicens armaque in auro tristia.

5 Sirius . . . non semper est noxia] exscr. schol. Strozz. ad Germ. Ar. p. 167 Breys. et mythogr. III 9, 6 || 16 siquem] georg. IV 6 || 19 Statius] Theb. III 223

1 septemtrionib; *F* septemtrioni *T* || 2 et omni malorum et fames necessitatis *FT, corr. Masvicius* || 3 quarum] *i. e. stellarum.* quorum *Masvicius, fortasse recte* || ple uel inpleniores diferentias *F* plena uel in pleniores differentias *T. fortasse* plures differentias vel in Plinio, *ut* vel in plinio *in archetypo vel supr. vers. vel in marg. adscriptum fuerit: nam non puto ab ipso interprete Plinium laudatum esse.* plures differentias vel in Avieno *Schoellius* || in Campestro] in Necepso *Masvicius; sed cf. Zinck* 'der Mythol. Fulgentius' *p.* 91 || 4 uel impetus sirisique *F* uel impetus syrisiquem *T, corr. Commelinus. Petosirin Plinius inter auctores libri secundi commemorat et Firmicus Maternus math. praef. 2 et aliis locis. cf. Teuffel Gesch. d. roem. Lit. ed.* IV *p.* 952 || 6 sed] et *F* || 7 aut . . . tempore *om. F* || 8 oriatur *om. F* || 9 fisiologicos *F* || idcirco *Barthius ad Stat. Theb.* I 634: idcirca *F* id circa *Daniel* || canis *addidi. possis et* secundum physiologos canis idcirco || calidius *Masvicius* || id animal igneam *scripsi:* idã aligneam *F* Ida malignam *Daniel* ita malignam *Barthius l. l.* || 10 natura inimicum umorem *ego,* naturam inimicam humori *Barthius l. l.*: natura inimicum morem *F* naturam inimicam ori *Masvicius* natura vermiculum in ore *conl. Plin. n. h.* XXIX § 100 *Schoellius* || 11 aegre *scripsi*: aegro *F* agro *Barthius l. l.* || aquam h. a. r. s. idoneam. Eos *e. q. s. Barthius l. l.* || 13 cito *Daniel*: tico *F* || nifus *F*: nisus *Daniel* virus *Barthius l. l. fortasse* aquae metus; *nam* aq; (*i. e.* '*aquae*') *post* qɩ (= *quia*) *facile omitti poterat.* λύττα *vel* λύσσα *Schoellius* || 14 umori *Barthius*: ori *F* || 16 nomina *F* || sinum *F* || *ad* LAEVO *s. v.* noxio siue notio quia illa quae sinistra sunt in caelo astrologi notia uocant a noto id est austro *T* || leue *F* || 17 noxio *Daniel* || astralogi *F* || notia *quod T exhibet coniectura invenit Barthius l. l.*: uotitia *F* iudicia *Masvicius* || in eo caelo *Masvicius* || 18 ait *om. F* || 20 austro *M* (*corr. m*) || tristitia *ASHF* tristicia *L* (*corr. l*)

277. *PRAECIPERE pro 'praecipiendi et depellendi'.*

279. QVOD VOTIS OPTASTIS ADEST magna ars persuadentis est, ut quod cupit fieri, in praeiudicium trahat. sic hoc loco quia vult Turnus, ut optent pugnam eius socii, hanc eos semper dicit optasse. PERFRINGERE DEXTRA fortiter facere. et bene verbo usus est militari.

280. IN MANIBVS non iam in votis, sed in manibus res est. ESTO pro 'sit': tertia *namque* persona est. 'referto' autem pro 'referat'.

281. REFERTO FACTA PATRVM alii hic distinguunt, ut sit, referat modo unusquisque facta patrum et laudes. et secutus Sallustium hoc dixit, qui ait, Hispanorum fuisse, ut in bella euntibus iuvenibus parentum facta memorarentur a matribus. alii distinguunt 'nunc magna referto facta', ut duas res dixerit: nunc unusquisque et suorum factorum meminerit, et laudis parentum.

283. *EGRESSIQVE si 'egressi', figurate dictum est.*

284. *AVDENTES FORTVNA IVVAT Terentianum fortes fortuna adiuvat. et potest haec sententia et superioribus adplicari et per se separatim intellegi.*

285. VERSAT QVOS DVCERE CONTRA cogitat quidem, sed non facit, ne diviso exercitu utrobique vincatur: quod sequentia indicant, nam paulo post ⟨308⟩ dicturus est 'et rapit acer totam aciem in Teucros'.

286. CONCREDERE 'con' vacat.

287. ALTIS 'puppibus', non 'pontibus'.

288. PONTIBVS *transtris*, scalis navium. *SERVARE pro 'servaverunt'.*

289. LANGVENTIS tranquilli. BREVIBVS vadis. *SE CREDERE pro 'crediderunt'.*

290. PER REMOS id est scaphis. *et deest 'descendunt'.*

291. NON SPIRANT legitur et 'sperat', quod et melius est: nam

11 Sallustium] hist. II 14 Dietsch., 19 Kr. || 17 Terentianum] Phorm. I 4, 25

2 OBTASTIS *LM* || OPTATIS *H* || ars] res *AS* || persuadendi *R*, est *omittens* || 4 dixit *M* || 5 PERFINGERE *M* || 7 res est] *om. AS*, est res *F* || 8 pro *om. F* || sic *F* || est] usus est *M* || autem *om. M*, autem pro *om. F* || 10 alii . . . facta patrum *om. F* || distingunt *libri* || 11 et . . . ait] traxit autem hoc de sallustio qui dicit *F* || 12 fuisse] morem *add. Stephanus* || 13 iuvenibus *om. RLH* (*add. l*), adulescentibus *F* || facta parentum *F* || maioribus *Rl* matoribus *H. cf. Dietschii adnot.* || 14 in duas res *l* || 21 utrubique *Fa* || vincantur *vulgo* || 24 CONCEDERE *F* || concauat *L* conuocat *H* uacat con *F* || 25 potentibus *F* || 26 *ad* PONTIBVS *s. v.* nauium transtris *T* || trastris *F* || scalis *om. F* || *ad* SERVARE *s. v.* pro seruauerunt *T* || 30 *ad* PER R. *s. v.* id est scaphas scilicet descendunt *T* || 31 sperat] sperant *AS* spera ut *F* || et *om. F*

dum vada esse non sperat, incidit in ea. NON SPERAT] *quia 'fracta non remurmurat unda, sed mare inoffensum crescenti adlabitur aestu'.*

293. PRECATVR *modo cum precibus hortatur.*

295. TOLLITE FERTE ad celeritatem nimiam dictum est. FINDITE ROSTRIS militari felle dictum est, ut etiam terra ipsa quodam modo sentiat hostis adventum.

297. STATIONE statio est portus temporalis; nam portus est ubi hiematur. sed modo statio siccum litus significat: hoc enim dicit: potiar terra, et navem frangere non recuso.

302. INNOCVAE innocuus est cui non nocetur, innoxius qui non novit nocere; sed hoc poetae plerumque confundunt. *'innocuae' quibus non sit nocitum; alibi* ⟨VII 229⟩ *litus innocuum, quod non noceat.* SED NON PVPPIS TVA *ἐπιδιόρθωσις et προσφώνησις.*

303. DORSO INIQVO dorsum est durior harena, quae remeantibus fluctibus et euntibus *plerumque* densetur et in modum saxi durescit, quod a nautis pulvinus vocatur, *a Graecis θῖν: Homerus παρὰ θῖνα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης. Probus 'vadi dorso' pro 'vado' dictum putat, ut in georgicis* ⟨III 436⟩ *dorso nemoris.* INIQVO sibi nocenti.

304. SVSTENTATA *non ab alio, ut* ⟨338⟩ *fratremque ruentem sustentat dextra, sed quasi ἀνακωχεύουσα: vel 'sustentata' cum sustentaretur. Melissus 'sustentata' pro suspensa accipit: nam ideo et 'anceps' est, cum huc atque illuc nutaret.* FLVCTVSQVE FATIGAT subaudis 'eam': nam 'fluctus' nominativus est singularis.

---

7 statio . . . hiematur] cf. Isid. or. XIV 8, 39; diff. verb. 535 || 10 innocuus . . . quod noceat] cf. Non. p. 444, 27 M. Isid. or. X 125; diff. verb. 293 || 15 et in modum saxi durescit] cf. Isid. or. XI 1, 91 || 16 Homerus] Il. I 34 || 17 Probus] cf. Steupius de Probis p. 101

---

2 inoffensum suum et rtq. *F* || 3 *ad* PRECATVR *s. v.* cum precibus hortatur *T* || 4 *schol. ad* TOLLITE F. *om. F, sed ab alia manu ad* Tollite *haec in marg. adscripta sunt* erigite ad celeritatem nimiam. *eadem G in marg. habet* || *ad* TOLLITE F. R. *s. v.* bis idem dicit tollite ferte tamen ad hortationem conuenit *T* || nimiam] *om. M,* nimirum *Masvicius* || 6 sentiat *om. M* || 7 statio est *om. F* || portu temporali *F* || 8 stationem *F* || hoc autem *R* nam hoc *F* || 9 potior *A* patiar *F* || 10 innocius *R* innocuus primo *F* || qui nocere nescit *F* || 11 hoc] *om. AS,* haec *R* || *ad* INNOCVAE *s. v.* id est quibus non est nocitum *T* || innocuum *F, correxi* || 12 non noceat *Burmannus*: non *om. F* || 13 *ad* PVPPIS T. T. *s. v.* profonesis id est exclamatio hoc loco *T* || epidiorthosis et prosphonesis *F* || 15 et euntibus *om. F* || densetur *RF*: densatur *reliqui. cf. ad Aen.* VII 794 || 16 indurescit *vulgo* || quod] hoc *F* || oina *F* oin *G* || 17 παραcποnφαcοc θεncεc *F* || vadis dorso *Daniel* || 18 *schol. ad* INIQVO *om F* || 20 *ad v.* 304 *in marg.* sustentata pro dum sustentaretur. quidam intellegunt suspensa *T* || 21 rustentat *F* || *ἀνακωχεύουσα Schoellius*: ΑΝΤΟΥΚωΟCΑ *F* *αὐτοκινοῦσα Daniel* || ue *F,* vel *Daniel* || 22 Melissus *scripsi*: melis *F* melius *Daniel. Melissus ad Aen.* IV 146 *commemoratur* || accipitur *Masvicius* || 23 mutaret *G*

305. EXPONIT IN VNDIS ideo 'in undis', non 'in undas', quia in ipso loco res agitur, nec est mutatio.

306. *FRAGMINA antique dictum: nam 'fragmenta' dici debere non nulli adserunt.*

311. OMEN PVGNAE Sallustius pugnam illam pro omine bello futuram. ideo ergo 'omen', quia, sicut nunc, sic ubique vincet Aeneas. INVASIT AGRESTES quia dixit ⟨VIII 8⟩ et latos vastant cultoribus agros.

312. THERONE hoc nomen in Pindaro lectum est tantum. *et bene in honorem victoris victum laudat.*

314. TVNICAM SQVALENTEM splendentem loricam. *'squalentem auro' splendentem auro. et significat copiam densitatemque auri in squamarum speciem intexti: squalere enim dictum a squamarum crebritate atque asperitate, quae in serpentum pisciumve coriis visuntur: alibi* ⟨XI 770⟩ *quem pellis aenis in plumam squamis auro conserta tegebat, et alibi* ⟨XI 487⟩ *iamque adeo rutilum thoraca indutus aenis horrebat squamis. quidquid igitur inculcatum obsitumque aliqua re erat squalere dicebatur.* HAVRIT 'ferit' modo significat, *sed non nudum latus, sed quod aperuerat: et putatur hysteroproteron. quidam militarem elocutionem putant: cum enim a latere quis aliquem adortus gladio occidit, 'haurit illum' dicunt.*

316. ET TIBI PHOEBE SACRVM omnes qui secto matris ventre procreantur, ideo sunt Apollini consecrati, quia deus est medicinae,

---

5 Sallustius] hist. inc. 61 D. 27 Kr. ‖ 11 SQVALENTEM splendentem] cf. Non. p. 404, 14 M. ‖ squalentem auro e. q. s.] cf. Gell. II 6, 19 sqq.; Macrob. Sat. VI 7, 17 sqq. ‖ 18 HAVRIT ferit] exscr. Luct. Plac. ad Stat. Theb. II 46. cf. Non. p. 319, 25 M. ‖ 22 omnes . . . dicantur] exscr. mythogr. III 8, 15. cf. Isid. or. IX 3, 12

---

1 quia non est loci mutatio sed in uno eodemque loco res agitur *F* ‖ 3 *ad* FRAGMINA *s. v.* fragmenta *T* ‖ FRAMINA *F* ‖ 5 omine *AL:* omni *SRHM* omnibus *F* (ominibus *Daniel*) omine omni *coni. Dietschius. cf. ad Aen.* I 456 ‖ 6 belli *Stephanus* ‖ 7 uincit *ASF* ‖ dixit] supra ait *F* ‖ laetos *F* ‖ 9 *ad* O. THERONE *s. v.* bene . . . laudat uictum *T* ‖ 10 uictoris asuictum *F. an* victoris Aeneae uictum? ‖ 11 luricam *RL* ‖ *ad v.* 314 *in marg.* squalere non sordium plenum esse tantummodo, ut nunc consuetudine persuasum est, sed honesta re habundare et refertum esse ueteres probabili auctoritate posuerunt ducique hanc proprietatem a squamis putauerunt: ut quod fuerit qualibet re densatum et honustum squalere dicatur. ergo hic squalere intellegitur copiam densitatemque auri intexti in squamarum speciem id est a squamarum crebritate *T.* squalere . . . squalere dicatur *e Nonii cap.* VI *p.* 452, 19 *M. petita sunt* ‖ squalentum auras *F* ‖ 12 densitatem *G* ‖ 13 intertexti *Daniel* ‖ 14 uisunt *F, corr. Daniel* ‖ 15 pelli *F* ‖ plumum *F* ‖ 16 tegerebat *F* regerebat *G* ‖ rutulum toraca *F* ‖ 17 horebat *F* ‖ qmis *G* ‖ 18 *ad* HAVRIT A. *s. v. et in marg.* non nudum sed quod apparuerat. et putatur esse histeroproteron. quidam italicam elocutionem accipiunt quia cum aliquis quemlibet aggressus gladio occidit haurit illum dicunt *T* ‖ modo ferit sed non *F* ‖ 20 militarem *Schoellius*: italicam *libri* ‖ 21 aurit *F e corr. quid a prima manu scriptum fuerit non potest dignosci.* ausit *Daniel* ‖ 22 secto ex matris *M* ‖ 23 ideo *ASMl*: deo *RLH, om. F* ‖ apollini consecrati sunt *F*

per quam lucem sortiuntur: unde Aesculapius eius fingitur filius; ita enim eum procreatum supra ⟨VII 761⟩ diximus. Caesarum etiam familia ideo sacra retinebat Apollinis, quia qui primus de eorum familia fuit, exsecto matris ventre natus est, unde etiam Caesar dictus est: licet varia de etymologia huius nominis dicantur, ut diximus supra ⟨I 286⟩.

317. QVOD LICVIT PARVO legitur et 'cui licuit'. *et respexit ad illud, quod ferrum nunc iuvenis vitare non potuit, quod parvus evasit.* *NEC LONGE pro 'nec multo post', adverbium loci pro temporis antique.*

320. *IVVERE MANVS id est suae.*

321. VSQVE tamdiu, donec. *DVM TERRA donec [in] terra.* *LABORES PRAEBVIT nove dixit, cum bona praeberi dicantur. an ideo 'praebuit', quod haec Herculi profuerunt, ut ad inmortalitatem per ista perveniret.*

322. ECCE PHARON legitur et 'Pharo', ut ⟨V 451⟩ it clamor caelo, ut sit dativus ab eo, quod est 'hic Pharus'. si autem 'Pharon' legeris, figuratum est; nam de nominativo transit ad dativum, dicens 'clamanti'. *INERTES aut quod alii inertiam obiecerint: aut quia, ubi pugnari oportet, loqui inertis est.*

324. FLAVENTEM MALAS flaventes malas habentem, primae aetatis. *et est ordo: tu quoque Cydon miserande iaceres, dum sequeris Clytium flaventem prima lanugine malas, id est dum adulescentem sectaris, cuius amore flagrabas: qui iuvenum tibi semper erant.*

325. INFELIX NOVA GAVDIA CYDON de Cretensibus accipimus quod in amores puerorum intemperantes fuerunt: quod postea in Laconas et in totam Graeciam translatum est, adeo ut et Cicero dicat in libris de re publica, obprobrio fuisse adulescentibus si amatores non haberent. propter quod poeta Cydonem inducit ama-

---

26 Cicero in libris de re publ.] p. 835 Halm.

---

1 per quem *mythographus* ‖ fictus est *F* ‖ 2 ita enim cum esset procreatum ium ut supra *F* ‖ 3 qui *om. ASH* ‖ 4 etiam] etiam et *F* ‖ 5 ethimologia *libri plerique* ‖ 7 *ad* CASVS E. F. *s. v.* ad hoc respicit hoc quod ferrum iuuenis ... euasit *T* ‖ 9 *ad* NEC L. *s. v.* nec multum post *T* ‖ 10 *ad* MANVS *s. v.* scilicet suae *T* ‖ 11 donec *om. F* ‖ *ad* DVM *s. v.* donec *T* ‖ 12 *ad v.* 321 *in marg.* noue dixit praebuit labores cum bona praebere (*sic*) dicantur. sed ideo praebuit quia haec herculi profuerunt ut per ista ad immortalitatem ueniret *T* ‖ 13 ertuli p̄fuerunt *F* ‖ pesrista *G* ‖ 14 perueneret *F* ‖ 15 PHARO *F* ‖ ut ... caelo *om. F* ‖ 17 transiit *ASR* ‖ 18 clamanti] clamantis in ore *F* (clamantis *ortum ex* clamanti s. = sistit) ‖ *ad* INERTES *s. v.* aut quod ... inertis est *T* ‖ alii] *malim* alii ei ‖ obiecerint *Commelinus*: obicerint *F* obiciur *T* (ur *litteris deletis alia manus superscr.* ret, *ut factum sit* obiciret) ‖ 20 *Serviana Serviani libri post* in propriis nominibus (*p.* 428 *lin.* 6) *habent*, *ubi Floriacensis quoque* flauentē malas habentem *iterat* ‖ primae aetatis *om. F* ‖ 22 males *F* ‖ aduliscentem *F* ‖ 23 *inter* flagrabas *et* qui *haud scio an* Dardania stratus dextra securus amorum *omiserit librarius* ‖ 25 fuerint *M* ‖ 26 lacones *LH* ‖ in] non *F* ‖ 27 libro *F*

torem. novimus autem Cydonas Cretenses dici. sane 'Cydon' quando nomen est proprium, 'Cy' naturaliter producit; si appellativum, corripit 'Cy', ut ⟨XII 858⟩ Parthus sive Cydon, telum inmedicabile torsit. tamen Statius etiam in proprio corripuit, ut haec regi promissa Cydon haec Lampe dabamus: quod fecit, abutens licentia qua utimur in propriis nominibus. NOVA GAVDIA quem tunc primum amare coeperat.

326. STRATVS id est paene. *SECVRVS AMORVM hoc loco 'oblitus': aliter ⟨I 350⟩ securus amorum germanae, id est contemnens, non curans.*

327. MISERANDE pro 'miserandus'; nam pro nominativo vocativum posuit, ut contra ⟨XII 192⟩ socer arma Latinus habeto: licet illic possit accipi 'socer arma Latinus habeat': nam 'habeto' et secunda et tertia persona est. tamen etiam *et* alibi nominativum pro vocativo posuit, ut ⟨VIII 77⟩ corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum.

328. STIPATA COHORS *id est* unanimiter veniens.

329. *SEPTEM NVMERO hoc est pro 'septem': et deest 'quia': veteres enim ita enuntiabant: Lucilius in IV. hi prae se portant ingentes munere pisces triginta numero. an potius proprie? credibile est enim ut saepius iecerint.* SEPTENAQVE TELA more suo pro 'septem', ut 'bina' pro duobus: ⟨VIII 168⟩ *frenaque bina.*

331. *STRINGENTIA CORPVS quidam ἐμφατικώτερον putant, id est iam stringentia. alii participium praesens pro futuro accipiunt, id est quae nisi essent deflexa, stringere habuerant.* DEFLEXIT PARTIM S. C. ALMA VENVS male ait Donatus, hoc loco ante dictorum oblitum esse Vergilium, quod post Iovis prohibitionem bellis facit numina interesse, non respiciens, Iovem magis deos hortatum esse in foe-

4 Statius] Theb. II 623 ‖ 19 Lucilius in IV.] fragm. XXVI ap. Muell. p. 25

1 nouimus enim *F* ‖ cydones *M* ‖ quando . . . sive Cydon *om. F* ‖ 2 si *om. RLH* (*add. l*) ‖ 4 etiam] etiam et *H* ‖ ut *om. F* ‖ 5 legi *F* ‖ 6 qua utimur in omnibus propriis *MF* ‖ 7 quem] quae *R* ergo quem *F* ‖ tum *F* ‖ primum *om. M* ‖ 8 id est] deest *MF* ‖ poenae *F* ‖ *ad* SECVRVS A. *s. v.* oblitus in hoc loco alibi contemnens *T* ‖ oblitus] *om. F*, indulgens *Masvicius* ‖ 9 contempnens *F* ‖ 12 contra *om. F* ‖ 13 illic] hic *L* ‖ 14 et secundae et tertiae personae est *M* ‖ persona *om. L* ‖ 15 posuit] *om. L*, legimus *F* ‖ 17 COORS *AL* CHOORS *SRFa* CONORS *H* ‖ unianimiter *LHF* ‖ 19 hi] bi *F* ‖ mĥigentes *F*. mi ingentes *coni. Muellerus* ‖ 21 iacerint *F*. *ceterum* et deest 'qui', *sic enim pro* quia *scribendum videtur, post Lucilii verba,* an potius . . . iecerint *post Servianum ad* SEPTENAQVE T. *scholium collocanda esse puto.* ‖ 23 *ad* STRINGENTIA C. *s. v.* quidam enfaticos accipiunt id est iam stringentia. ergo stringentia nudantia ac per hoc uulnerantia. alii accipiunt praesens pro futuro participio id est quae nisi essent deflexa stringere habuerant *T* ‖ enfaticoteron *F* ‖ 24 pro *om. F* ‖ acopiunt *G* ‖ 25 stringere debuerant *Masvicius, sed cf. praef. p.* LXXIII ‖ 27 uergilium *HF*

dera, quam a bellis prohibuisse: nam et paulo post tam Iuno, quam Iuturna bellis intererunt.

332. ACHATEN omnia nomina quae in 'tes' exeunt, vocativum in 'a' mittunt, ut 'Achates Achata', 'Thymoetes Thymoeta'.

333. SVGGERE TELA MIHI ordo est: suggere tela mihi, quae in campis Iliacis in Graecorum stetere corporibus: nullum enim dextera mea in Rutulos sine causa iaculabitur telum eorum, quae iam sunt caede hostium comprobata. *qui vero 'steteruntque in corpore Graium' per coniunctionem, non per pronomen legunt, hi non 'que' sed 'autem' debuisse dici putant, et mutatam a poeta coniunctionem. alii 'que' coniunctionem pro 'enim' ponunt, ut* ⟨VII 51⟩ *primaque oriens erepta iuventa est.*

336. TRANSVERBERAT scindit.

338. *HVIC FRATER SVBIT 'huic subit' id est prope venit.*

339. TRAIECTO MISSA LACERTO quae fuerat missa retro acto lacerto.

340. PROTINVS iugiter, continue. TENOREM currendi modum, *id est eodem impetu fertur.*

341. MORIBVNDA morienti similis. quod ita esse etiam Sallustius comprobat et ostendit, qui ait quasi vitabundus per tramites et saltuosa loca exercitum ductare: nam Iugurtha non vitabat legatum, sed se eum vitare simulabat. nam quia nomen est, ideo significat similitudinem, non passionem. quod si participialiter diceretur, a passivo veniret: omnia enim a passivo participia in 'dus' exeunt. MORIBVNDA similis morienti: non enim participialiter aliquid significat, sed nominis habet significationem. nominis autem significatio similitudinem habet, non passionem. quando dico 'moriturus est', vere moriturus est; moribundus autem

---

19 morienti similis e. q. s.] cf. Gell. XI 15; Diom. p. 402, 30 K.; Prisc. IV 35 (I p. 137, 16 H.); Serv. comm. in Don. p. 441, 18 K. Isid. or. X 181 || Sallustius] Iug. 38, 1

---

1 et *om. AS* || 4 achate *L* (achata *l*) || 6 mea dextera *M* || 7 in rutulos destare (*sic*) mea *F* || sine causa] sine in casū *F*. incassum *in archetypo supra* sine causa *adscriptum fuisse videtur* || 8 steterunt quae *F, corr. Daniel* || grauum *F* || 9 iunctionem *F, corr. Daniel* || non 'que' sed 'autem' *Ribbeckius adnot. crit. ad h. v.*: neque sed aud (aut *G*) *F* neque sic haud *Daniel* neque sic *Masvicius. possis et* non 'que' sed 'ut' || 10 deci *F* || *ad* STETERANTQVE I. C. G. *s. v.* quidam accipiunt que coniunctionem pro enim positam *T* || 11 ꝑima quae *F* || 14 *ad* SVBIT A. *s. v.* succedit siue huic prope uenit *T* || venit *om. F* || 15 fuerat missa *om. M* || 17 *ad* TENOREM *s v.* id est modum hoc est eodem impetu fertur *T* || 19 quod ita] qui ait *F* || 20 comprobat et *H*: comprobans *RL*, *om. reliqui* || per saltuosa loca et tramites *Sallustius* || 21 saltuosa] occulta *F* || 22 eum *RFl*: cum *reliqui* || 23 quod si] nam si *F* || 24 participia] pia *R* principia *F* || 25 MORIBVNDA . . . quasi vitabundus *om. F*

non vere, sed similis morienti est: unde et Sallustius dixit quasi vitabundus. *NERVIS aut necessarie additur 'nervis', aut 'nervis' tantum 'pependit'.*

342. FRATRIS DE CORPORE RAPTO si diceret 'fratrum de corpore', speciosius esset: quod ideo omisit, quia hasta Alcanoris tantum vulneraverat manum, in Maeonis vero haeserat corpore.

344. *EST LICITVM quoniam non contra dixerat.* FEMVR 'femur' dicimus, quia legitur *et declinatur* 'huius femoris'; illius vero ablativi non invenitur nominativus ⟨788⟩ laetus eripit a femine, licet Caper in libris enucleati sermonis dicat 'femen'; sed non ponit exemplum. ergo aut 'hoc femur', aut 'hoc femen': nam 'femus' non dicimus penitus.

345. HIC CVRIBVS hoc est 'tunc'. et est ordo: tunc fidens primaevo corpore advenit Clausus Curibus, qui erat de Curibus, ut Verres Romulia: aut 'fidens Curibus', *id est multitudine,* ut ⟨VII 706⟩ ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum agmen agens Clausus.

346. RIGIDA *id est* tenens eam, non vibrans et iaciens.

350. BOREAE DE GENTE SVPREMA aut originem ducentes a Zetho et Calai, qui filii Boreae et Orithyiae nymphae fuerunt, ut 'de gente' de genere accipiamus: aut certe in hyperboreis montibus natos, unde est origo venti Boreae. *'suprema' autem pro 'supremi Boreae'. si autem, ut quidam volunt, Boream principium generis accipiamus, erit 'suprema' dictum pro 'summa': quod si ventum intellegimus, 'suprema' ultima modo: sicut (enim) dictum est, initium flandi Boreas concipit (ab hyperboreis montibus).* ISMARA Thraciae civitas a monte Ismaro *dicta. hic autem feminino 'Ismara', quia patriam dixit, ibi neutro iuvat Ismara Baccho conserere.*

7 femur dicimus e. q. s.] cf. Charis. p. 87, 2 et p. 130, 36 K.; Prisc. VI 52 (I p. 238, 9 H.) Ritschl opusc. II p. 439 sqq. || 15 Verres Romulia] Cic. in Verr. act. I 8, 23 'Q. Verrem Romilia' || 28 iuvat] georg. II 37

1 morientis *M* || 4 si] ac si *M*. *ceterum hoc scholium non consentit cum illis quae ad v.* 339 *Servius adnotavit* || 6 maonis *ASH* madeonis *F* || haeserat] heicerat *F* || 7 quoniam non contra dixerat *quid sibi velint non intellego. fortasse* q. n. contra direxerat *i. e hastam, ut adversum Aeneae corpus figeret.* || 8 dicitur *F* || quia lectum est et declinatur *FM* || 9 femine] femore *H* || 10 ponit *RL*: ponat *ASHM* probat *F* || 14 clausus qui clausus curibus qui erat de curibus *ASHF* lausus qui lausus (lassus *L*) curibus qui erat de curibus *RLh* lausus qui erat de curibus *M* lausus curibus id est qui erat de curibus *l* || 15 uerres uel uerus *L* uerus *H* uerris *F* || de romula *M* de romulia *l* || 17 lausus *LMh* || 18 hoc est *M* || 20 zeto *M* || et Orithyiae *om. M* || orithiae *AR* horithiae *L* orithyae *H* orinthiae *F* || 22 uento *F* || 25 enim *add. Masvicius* || 26 boras *F* laboras *G* || ab hyperboreis montibus *supplevi. cf. Isid. or.* XIII 11, 13 || 27 hinc *G* || autem *ego*: n *F* enim *Daniel* || faeminio *F* (feminino) *G* || 28 ibi] *malim* alibi || neutro *ego*: neutra *F* neutri id est *Daniel* neutrius est *Masvicius* || Ismara] in maria *F* || baccha *F* bacca *G*

354. EXPELLERE TENDVNT *hoc est* loco se invicem movere contendunt.

355. LIMINE *decenter dictum*, id est *in* litore.

356. MAGNO AETHERE id est aere in magno; nam venti in aethere non sunt, sed in aere: sic supra ⟨265⟩ atque aethera tranant cum sonitu pro 'aerem'.

359. OBNIXA OMNIA CONTRA mare mari, nubes nubibus, venti ventis. legitur et 'obnixi', ut referatur ad ventos.

361. HAERET PEDE PES pro 'pedi'; nam antiptosis est. et est Homeri versiculus.

362. *ROTANTIA ut Eleusinae matris volventia plaustra: 'rotantia' ergo quae rotantur.*

363. *TORRENS non Tiberis, sed quicumque alius fluvius ad tempus crescens.*

364. *INSVETOS ACIES INFERRE PEDESTRES quia saxis, quae torrens intulerat, inpediti Arcades, omissis equis pedestrem pugnam insueti inierant et a Latinis pellebantur.* ARCADAS accusativus est pluralis, cuius ultima syllaba ideo brevis est, quia nominativus pluralis 'es' terminatur, ut 'hi Arcades', ut 'delphines delphinas'.

365. LATIO SEQVACI *metonymia* pro 'Latinis', *ut* alibi ⟨II 265⟩ invadunt urbem somno vinoque sepultam.

366. DIMITTERE QVANDO *'quando'* siquidem. et est Romanae militiae: nam in locis inpeditis equos comitibus dabant et pedestri certamine confligebant.

369. QVO FVGITIS hoc amare dictum est. et iam preces sequuntur. *PER VOS ET FORTIA FACTA adiurat eos per ipsorum facta, quoniam non habet puer proprios titulos: nam est ei prima militia.*

370. *PER DVCIS EVANDRI melius 'ducis', quam si dixisset 'regis': hoc enim nomen exprimit ducentem in proelia: Sallustius quo cupidius in ore ducis se quisque bonum et strenuum ostentantes*

---

11 Eleusinae] georg. II 37 ‖ 28 melius ducis e. q. s.] exscr. Isid. or. IX 3, 22 ‖ 29 Sallustius] hist. inc. 63 D. 29 Kr.

---

6 aere *HMF* ‖ 7 OBNOXIA *M* ‖ 8 omnixa *R* obnoxi *L* om[h]nixi *H* ‖ 10 et uersus est homeri *F* ‖ versiculus] (*Il.* XVI 215) *ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ vulgo additur* ‖ 11 *ad* ROTANTIA *s. v.* quae rotantur uoluuntur *T* ‖ 12 rogantia *F* ‖ 13 *ad* TORRENS *s. v.* quilibet fluuius ad tempus crescens *T* ‖ 15 quae *Commelinus*: quos *F* ‖ 16 arcade *F* Arcadae *Daniel* ‖ insuaeti *F* ‖ 17 merant *F, corr. Daniel* ‖ 18 ultima pars sillaba *AS* ‖ 19 ut] item *F, om. M* ‖ 20 metonimia *F* ‖ 22 *ad* QVANDO *s. v.* siquidem siue aliquando *T* ‖ 23 comitibus] militibus *F* ‖ 25 CON FVGITIS *R* CONFLIGITIS *H* ‖ et iam] nam *M* iam *F* ‖ secuntur *ASF* ‖ 26 adiuret *F* ‖ 27 malitia *F* ‖ 28 medius *F* ‖ 29 praelia *Daniel*: p̄ba *F* ‖ 30 sese *Isidorus* ‖ et strenuum ostentantes *om. Isidorus*

non dixit 'proconsulis'. DEVICTAQVE BELLA finita, exhausta: nam hostis vincitur, non bellum.

371. *SVBIT succedit, ut* ⟨VI 812⟩ *cui deinde subibit.* *LAVDI ut solet, virtuti: potest et proprie intellegi.*

372. FIDITE NE PEDIBVS dativus est 'pedibus': nam 'fido tibi' dicimus.

374. HAC VOS ET PALLANTA DVCEM PATRIA ALTA REPOSCIT hoc vult patria, ut per caedes hostium revertamur.

375. NVMINA NVLLA PREMVNT argumentatur a facili, dicens, non contra deos, sed contra mortales bella tractamus.

377. ECCE MARIS quod est efficax, in fine posuit: nam dicit eos quo fugiant non habere, cum terra teneatur ab hostibus, mare autem pedibus transire non possint. castra vero ingredi turpissimum est: aut certe etiam hoc inpossibile, si ab hostibus obsidentur, ut quidam volunt, intellegentes ⟨308⟩ 'et rapit acer totam aciem in Teucros' scilicet suam, quam ducebat, ceteris relictis. MAGNA CLAVDIT NOS OBICE PONTVS *periphrasis, id est mari claudimur. et* modo usus habet, ut 'hic obex' dicamus, unde quidam 'magno obice' legunt. antiqui etiam 'haec obex' dicebant, secundum quod est 'magna obice'. hinc est quod non nulli vitant generis dubietatem et legunt 'magni', scilicet 'maris'. Caper tamen in libris dubii generis probat dici et 'hic obex' et 'haec obex', quod, ut diximus, hodie de usu recessit.

378. *TROIAM id est castra Troianorum.*

379. DENSOS PRORVMPIT IN HOSTES ut eos hortaretur exemplo.

380. FATIS INIQVIS exitum praeoccupavit futurum.

381. MAGNO PONDERE *hoc est* magni ponderis, ut ⟨III 286⟩ aere cavo clipeum pro 'aeris cavi'.

383. RECEPTAT ideo frequentativo usus est, quia haerentem hastam ossibus avellere facile non poterat. *et expressit moram quandam et molitionem extrahentis.* ergo 'receptat' est frequenti con-

29 ideo frequentativo usus est e. q. s.] cf. Macrob. de diff. et soc. gr. lat. v. 21, 8; de verbo 8, 14

1 non dixit in ore consulis *Isidorus* ‖ 3 *ad* SVBIT *s. v.* succedit *T* ‖ 5 nam fidenti dicimus *LH* (*corr. l*) ‖ 8 per decaedes hostium *F* ‖ 10 non deo sed contra mortalis *F* ‖ 12 quo] qui *F* ‖ terra] contra *R* ‖ 14 est *ASRL*: sit *reliqui* ‖ etiam hoc *om. F* ‖ obsidentur *om. AS* ‖ 16 ceteris *RL*: certis *ASHF* certens *M* ‖ 17 *ad* CLAVDIT N. O. P. *s. v.* perifrasis est hoc loco id est cladimur (*sic*) mari *T* ‖ 19 haec obix *F* ‖ 20 quod] quia *F* ‖ uitantes *F* ‖ 21 Caper] asper *F* ‖ 22 haec obix *F* ‖ quod] quia *F* ‖ 24 *ad* TROIAMNE *s. v.* hoc est castra troianorum *T* ‖ 28 clipeum] magni gestamen abantis *add. F,* pro aeris cavi *omittens* ‖ 29 quia ossibus inhaerentem hastam facile auellere minime poterat *F* ‖ 30 *ad* RECEPTAT *s. v.* hoc dicendo exprimit magnam moram et molitionem extrahentis *T* ‖ 31 frenti *F*

cussione divellit. *tale est et illud* ⟨II 671⟩ *clipeoque sinistram insertabam aptans.*

384. *QVEM NON SVPER OCCVPAT* *'quem super' Lagum, subauditur 'stantem'.* SVPER OCCVPAT quem non desuper occupat: ideo autem 'desuper', quia Pallas ad evellendam hastam fuerat inclinatus.

385. NAM PALLAS ANTE RVENTEM DVM FVRIT ordo est: nam eundem Pallas ante excipit, id est dolo interimit; ille enim incautus fuerat, furens propter crudelem mortem sodalis, unde et incautus fuerat.

387. TVMIDO IN PVLMONE et naturaliter tumido, et quia furebat. 'in pulmone' autem 'recondit' archaismos est pro 'in pulmonem'.

388. *HINC STHENIVM PETIT pro 'tunc', loci adverbium pro temporis.* RHOETI DE GENTE VETVSTA ANCHEMOLVM haec fabula in Latinis nusquam invenitur auctoribus. Avienus tamen, qui totum Livium iambis scripsit, hanc commemorat, dicens Graecam esse. Rhoetus ergo Marrubiorum rex fuerat in Italia, qui Anchemolo filio Casperiam superduxit novercam: hanc privignus stupravit. quo cognito cum eum pater persequeretur et ad poenam vocaret, fugiens ille se ad Turnum contulit: *ad Daunum. merito ergo in bello Turni Dauni filio Anchemolus gratiam reddit. 'gente' autem 'vetusta' ideo, quia a Phorco, deo marino, originem ducere legitur. hoc totum Alexander Polyhistor tradit, quem Lucius Sulla civitate donavit.*

390. *VOS ETIAM GEMINI ut supra* ⟨324⟩ *tu quoque flaventem prima lanugine malas.*

392. SVIS etiam suis: Lucanus ⟨III 608⟩ et amissum fratrem lugentibus offert. *et est absolutum, suis omnibus, non suis parentibus tantum.*

393. DISCRIMINA differentias.

---

2 aptant *F* ‖ 3 *malim* 'quem super' id est super Lagum. et subauditur 'stantem': *ut interpres poetam hoc voluisse dicat: Pallantem super Lagum stantem non occupat Hisbo.* ‖ 4 stantem id est quem *e. q. s. Masvicius* ‖ SVPER OCCVPAT . . . occupat *om. F* ‖ quem *Servius ad Pallantem referri vult* ‖ 7 interemit *F* ‖ 8 fuerat *RLHM: om. AS,* ruebat *F et Vossianus Burmanni.* ruerat *Masvicius. malim* ille enim ruebat furens ‖ 12 STELENVM *G* ‖ 13 ROETHI *vel* ROETI *libri* ‖ Latinis *om. M* ‖ 14 abienus *MF* ‖ qui totum uel uirgilium et roetus liuium iambis scripsit haec commemorat *M, hinc* qui totum Virgilium et Livium *Stephanus* ‖ libium *F* ‖ 15 scribit *R* ‖ 16 ergo] go *M* ‖ miarrubiorum *H* marruiorum *F* ‖ in Italia *om. F* ‖ anechemolo *ASh* a nec hemoco *H* ‖ oasperiam *M* ‖ 17 qua re cognita *F* ‖ 18 insequeretur *F* ‖ se ille *F* ‖ 19 ad Turnum *Floriacensem quoque hoc loco habere consulto moneo,* se ille contulit ad Daunum *Commelinus* ille se ad Daunum contulit *Masvicius* ‖ ad Daunum] *corrigitur Servianum scholium ex alius interpretis testimonio, qui ad Daunum, Turni patrem Anchemolum fugisse narravit* ‖ *an* Turno? ‖ 20 anchemelus *F* ‖ *ad v.* 388 *in marg.* ideo dicit de gente uetusta quia a deo phorco marino originem duxisse legitur *T* ‖ 21 forco *F* ‖ origine *F* ‖ 22 lucilius silla *F* ‖ 26 lugientibus *M*

394. THYMBRE pro 'Thymber', metri causa metaplasmum fecit: *ipse enim superius 'Thymber' dixit.* EVANDRIVS possessivum est modo, non patronymicon.

395. *DECISA SVVM mire 'suum', tamquam dominum, a quo fuerat separata.*

396. SEMIANIMESQVE MICANT DIGITI FERRVMQVE RETRACTANT Ennii est, ut oscitat in campis caput a cervice revulsum, semianimesque micant oculi lucemque requirunt: quem versum ita *ut fuit*, transtulit ad suum carmen Varro Atacinus.

397. TVENTES modo videntes, alibi defendentes *significat.*

398. DOLOR ET PVDOR sic *de* Mezentio ⟨870⟩ aestuat ingens uno in corde pudor mixtoque insania luctu. *alii dolorem alicuius studii ardorem et promptam gloriae cupiditatem veterum more dictum volunt, ut Graeci πόνον appellant: Lucilius in quinto nam omnibus unus dolor est captus labosque.*

399. FVGIENTEM RHOETEA PRAETER *id est* praeterfugientem.

400. *TANTVMQVE MORAE* FVIT ILO subaudis: ad mortem Ili hoc spatium fuit tantum, et haec sola mora, quo minus Ilus periret. *de cuius morte cum nihil dicat, intellegendum est.*

402. *INTERCIPIT quia intercipi aliena dicuntur.* TEVTHRA ab eo quod est 'hic Teuthras huius Teuthrae', quomodo 'Aeneas Aeneae'.

403. TYREN ab eo quod est 'hic Tyres'.

404. *SEMIANIMIS potest et 'semianimis' ab eo quod est 'semianimus' legi.*

405. OPTATO id est ex voto: per aestatem enim venti frequenter optantur et quasi contingere videntur ex voto, *quia † difficuli aestate validiores sunt.*

406. *DISPERSA ex diversis locis.*

407. *MEDIIS absolute dixit.* EXTENDITVR VNA sicut duces diversis locis commissa proelia continuaverant.

7 Ennii est] ann. v. 462 Vahl. ‖ 14 Lucilius in quinto] v. 55 Muell. ‖ 20 quia . . . dicuntur] cf. Don. ad Ter. Eun. I, 1, 35

1 THYMBRAE *A* TIMBRE *L* THIMBRE *H* ‖ 4 *ad* SVVM *s. v.* scilicet corpus uel dominum *T* ‖ 5 seperata *F* superata *G* ‖ 7 Ennii est ut] de ennio sublatum est ille enim ait *F* ‖ 9 ad suum carmen transtulit *F* ‖ atacenus *Serviani libri* ‖ 10 modo intuentes alias *F* ‖ 11 si *F* ‖ de *hab. Ml* ‖ 12 *ad* DOLOR *s. v.* dolorem quidam accipiunt alicuius studii ardorem et prompta gloria (*sic*) cupiditatem *T* ‖ aliicuius tudi *F* ‖ 15 est captu' *Muellerus*: recaptus *F* receptus *Daniel* ‖ lapusque *F*, *corr. Daniel* ‖ 16 propter fugientem *LH* (*corr. l*) ‖ 17 subaudis . . . tantum] hoc tantum spadum *F* ‖ et] ut et *M* ‖ 19 cum] eum *F* ‖ 20 uocatiuus ab eo *M* ‖ 21 huius Teuthrae *et* Aeneae *om. F* ‖ quomodo] sicut *F* ‖ 23 semianimus legi *Daniel*: semanibus imus legi *F*. *fortasse* semianimus intellegi ‖ 25 frequentis *F* ‖ 26 difficili *Daniel* difficulter *Burmannus* quia inde igniculi a. v. sunt *vel* fiunt *Schoellius* ‖ 28 *ad* DISPERSA *s. v.* in diuersis locis *T* ‖ 29 *schol. ad* EXTENDITVR *v. om. F*

408. ACIES VVLCANIA ideo abusus est, quia comparatio ad bellum pertinet: nam de igne aciem dicere satis incongruum est: ergo 'acies Vulcania'. vis ignis, quae late per campos effunditur.

409. *ILLE SEDENS non quasi Pallas, pugnantibus suis, nihil agat, sed comparatur illius securitati huius voluntas.* VICTOR cui vota processerunt, voti compos, *ἐπιτυχών.* OVANTES abusio est, non proprietas.

410. COIT OMNIS IN VNVM *id est conpellitur:* unanimiter omnes fortiter faciunt.

411. SED BELLIS ACER 'sed' modo inceptiva particula est, ut in Sallustio saepius, sicut 'at' interdum: nam non est coniunctio ratiocinantis.

412. IN SVA COLLIGIT ARMA post scutum se clausit, alibi ⟨XII 491⟩ et se collegit in arma.

415. ELATAM IN IVGVLVM iugulo suo vulnus minantem.

417. FATA CANENS quasi divinus. alii 'cavens' legunt; secundum quod non statim et divinus: nam et ab aliis audita cavere potuerat.

418. CANENTIA LVMINA aut hypallage est pro 'ipse canens': aut physicam rem dixit; dicuntur enim pupillae mortis tempore albescere.

419. INIECERE MANVM PARCAE traxerunt debitum sibi. et sermone usus est iuris: nam manus iniectio dicitur quotiens, nulla iudicis auctoritate expectata, rem nobis debitam vindicamus. *TELISQVE SACRARVNT EVANDRI multis experimentis ostenditur Vergilium subtiliter et aliud agentem ritum vetustissimorum sacrorum referre. hic ergo cum dicit 'telisque sacrarunt Euandri' docet, quidquid destinatum fuerit diis, id sacrum appellari. perveniri autem ad deos non posse, nisi libera ab onere corporis fuerit anima: quod nisi morte fieri non*

---

10 'sed' modo . . . ratiocinantis] cf. Don. ad Ter. Andr. II 1, 10 et IV 1, 42; Eun. II 3, 55 ‖ 25 multis experimentis ostenditur e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 7, 3

---

1 abusus est] aciem dicens *add. Ml* ‖ 2 nam de igne *om. F* ‖ dicere aciem *RM,* aciem *om. LH* (*add. l*) ‖ satis] nimis *F* ‖ ergo] enim *F* ‖ 4 non quasi . . . voluntas *hab. T* ‖ pallus *G* ‖ ageret *T* ‖ 5 cui uota processerunt *om. F* ‖ 6 uoto *R* ‖ ЄПITYXON *A* etinyxωN *R* ЄПNVXωN *H* ЄПTIXωN *F, om. M, radendo deleta vox in L* ‖ 8 conpellit *F, correxi* ‖ unianimiter *RLHF* ‖ 11 at] ait *H* ad *F* ‖ 13 post . . . alibi] scuto se tegit albi *F* ‖ se clausit] sed audit *R* ‖ 16 divinus] accipitur *add. Ml,* apparet *add. Masvicius* ‖ 17 nam *om. F* ‖ cauere potuerat et ab aliis audita *F* ‖ 19 est *om. F* ‖ 23 est *om. F* ‖ 25 multis experimentis . . . interitus *hab. T* ‖ 26 suptiliter *T* ‖ et *om. T* ‖ refferre *F* ‖ hinc *T* ‖ 27 quicquid *T* ‖ distinatum *F* ‖ 28 fuerit *om. F* ‖ 29 liber ab onere *FT* libera onere *Daniel* ‖ fuerit] non fuerit *F* ‖ mortem *F*

potest. oportune ergo his sacratum Halesum loquitur, cum inminebat interitus.

421. DA NVNC THYBRI PATER vicinum invocat numen, circa cuius ripas bella tractantur: sic supra 〈IX 402〉 tu, dea, tu praesens nostro succurre labori.

422. *DVRI aut fortis, aut asperi et crudelis in hostes.*

423. TVA QVERCVS in tuis ripis creata. *sane superius de speciebus stativi augurii dictum est, in quibus capillorem esse diximus, quod hoc loco tangit. capillor autem dicitur cum auspicato arbor capitur et consecratur Iovi Fulguri: dicit enim his versibus 'da nunc, Thybri pater, ferro, quod missile libro, fortunam' et reliqua, 'haec arma exuviasque viri tua quercus habebit': hic ergo cum arborem nominat, videtur veteris ritus inducere mentionem.*

424. AVDIIT modo exaudiit et ad effectum deduxit, paulo post tantum audiit, ut 〈464〉 audiit Alcides iuvenem. DVM TEXIT dum spoliat; nam tempus praesens est, non praeteritum ab eo quod est 'tego': sic Plautus ego hunc hominem hodie texam pallio. *et 'tegit' 'te' primam syllabam corripit, ut tantum positione longa sit.*

425. *INERMVM et 'inermem' dicimus et 'inermum'.*

426. AT NON CAEDE VIRI TANTA PERTERRITA SINIT AGMINA subaudis 'esse'.

427. *PRIMVS ABANTEM ideo 'primus', quia comites eius exemplum secuti sunt; nam infert 'sternitur Arcadiae proles sternuntur Etrusci' et 'agmina concurrunt ducibusque et viribus aequis'.*

428. *OPPOSITVM obstantem, fortiter pugnantem. et quidam dubium volunt, utrum 'pugnae oppositum', an 'nodum pugnae', quod est melius.*

NODVMQVE MORAMQVE bene addidit 'moram', ne 'nodum' aliud acciperemus: nam 'nodus' proprie est densa peditum multitudo, sicut 'turma' equitum, ut lectum est in disciplina militari. 'nodum' ergo pro difficultate accipe, quae vix possit resolvi.

---

7 superius] cf. Aen. III 83 || 17 Plautus] Amphitr. I 1, 138 || 28 nam nodus . . . resolvi] exscr. Isid. or. IX 3, 60

---

1 his] hic *Daniel* || alesum *T* || 4 sicut *L* sicu *H* || 6 *schol. ad v.* 422 *hab. T* || crudeli *G* || 7 superius . . . mentionem *hab. T* || 8 esse diximus *om. F* || 9 capillor *T* capillas *F* || arbor *Masvicius*: arbore *FT* || 10 consecretur *F* || ioui fulgori *F* iouis fulguri *T cf. Preller Roem. Mythol.* I *p.* 190 *sq. ed.* III || 13 ritus *om. F* || 15 ut audiit *om. F* || DVM *et* dum *om. F* || 16 non praeteritum *om. R* || non] nam *F* || 17 tego] texo *RM*, non praeteritum ab eo quod est tego *add. R* texis non p̄mtū ab eo quod est tego *add. M* || sic *om. RLH* (*add. l*) || hodie texam *ASMF*: detexam *RLH*. *cf. Goetzii et Loewii adnot. ad Amphitr.* I 1, 138 || 18 syllibam *F* sillabam *G* || corripit *Masvicius*: corripuit *F* || longo *F* || 22 PRIMVM *F* || 25 *ad* OPPOSITVM *s. v.* obstantem fortiter pugnantem *T* || 27 addit *R* || alium *RH* aliut *F* || 29 turma *LF*: turmae *ASRM* turmo *H* || ut] et *AS* || nodum . . . accipe] modo autem nodum pro difficultate posuit *F* || 30 difficilitate *S*

430. GRAIS INPERDITA CORPORA TEVCRI quos Graeci perdere nequiverunt. Teucros autem accipimus quos secum duxit Aeneas; nam ait 〈VIII 547〉 quorum de numero qui sese in bella sequantur praestantes virtute legit. aliter non procedit: nam paulo post erupturi sunt qui obsidentur in castris. *'inperdita' autem quis ante hunc?*

432. EXTREMI ADDENSENT ACIES Lucanus 〈IV 780〉 quantum pede prima relato constringit gyros acies. 'denseo' autem secundae coniugationis est. NEC TVRBA MOVERI TELA MANVSQVE SINIT Lucanus 〈VII 495〉 gladiosque suos conpressa timebat. *quidam sane 'turbam' multitudinem accipiunt; nam plurali numero 'turbas' perturbationes dixerunt et strepitus: unde et Terentium turbas lampadas propter strepitum volunt dixisse, cum parcus senex* (*nec*) *puerperam per publicum duci suadeat nec strepitum per turbas adhiberi.*

438. MAIORE SVB HOSTE sub hostilitate: nam sub diversis hostibus pereunt.

439. *MONET SVCCEDERE LAVSO expositio talis est: monitus a sorore continuo secat agmen, atque ut vidit socios.*

442. *FEROR pro 'ferri debeo', id est ire debeo.*

443. *CVPEREM IPSE PARENS SPECTATOR ADESSET aspere et amare dictum: multa enim mala graviora videntur si ante oculos nostros eveniant, quam si audiantur. tale est et in secundo* 〈538〉 *de Polite qui nati coram me cernere letum fecisti: non enim obicit Pyrrho, quod occiderit, quia hoc ius belli exigebat, sed quare vidente patre: et his similia, ut* 〈VI 308〉 *inpositique rogis iuvenes ante ora parentum et* 〈XII 636〉 *an fratris miseri letum ut crudele videres? et* 〈XII 638〉 *vidi oculos ante ipse meos et* 〈XII 936〉 *victum tendere palmas Ausonii videre.*

444. AEQVORE IVSSO pro 'ipsi iussi'. et est usurpatum par-

---

12 Terentium] Adelph. V 7, 9 ‖ 29 pro ipsi iussi] cf. Macrob. Sat. VI 6, 3

---

1 quae *F* ‖ 2 teucros uero accipiamus *F* ‖ 4 aliter *ASM*: alias *reliqui* ‖ 5 erupti *RL* (*corr. l*) ‖ qui obsidentur *om. F* ‖ 7 ADDENSANT *HF* ‖ 8 primo *M* ‖ relatu *R* relecto *F* ‖ 10 gaudiusque *RH* ‖ 11 *ad v.* 432 turba multitudinis constipatio. nam plurali numero . . . adhiberi *hab. T* ‖ 13 nec *add. Schoellius* ‖ puerperam *Burmannus*: perperam *libri* ‖ 14 dissuadeat *Burmannus* ‖ 15 aduersis *F* ‖ bus (*de* hostibus) pereunt *om. F* ‖ 17 *ad* MONET S. L. *s. v.* expositio . . . socios *T* ‖ 18 agmentatque *F* ‖ 19 *ad* FEROR *s. v.* ferri debeo id est ire *T* ‖ ire debeo *scripsi*: credebo *F* redibo *Daniel* ‖ 20 *ad v.* 443 hoc aspere et acerbe est dictum quia multo sunt grauiora mala quae ante oculos nostros eueniunt quam quae audiuntur. tale est et in secundo . . . ausonii uidere *T* ‖ 22 et] ut *F* ‖ polito *T* ‖ 23 lictum *F* ‖ fecisti] fecisse *F*, *om. T* ‖ pirro *F* pirho *T* ‖ 24 hoc ius] ocius *G* ‖ 25 regis *F* rugis *T* ‖ 26 misere *F* miserae *T* ‖ ut *om. T* ‖ uiderem *F* uidere *T* ‖ 29 *schol. ad v.* 444 *om. F* ‖ ipsi iussi] ipsius *R*

ticipium: nam 'iubeor' non dicimus, unde potest venire 'iussus'. sic ergo hic participium usurpavit, ut Horatius verbum, dicens haec ego procurare et idoneus imperor et non invitus. ergo satis licenter dictum est, adeo ut huic loco Probus [hic corruptum] alogum adposuerit.

445. TVM deinde.

446. *STVPET IN TVRNO id est in Turnum intuens.*

447. *OMNIA quae omnia? an circa Turni arma et corpus?*

448. TYRANNI regis superbi.

449. AVT SPOLIIS EGO IAM RAPTIS LAVDABOR OPIMIS AVT LETO INSIGNI dilemma argumentum, quod est ab utraque parte firmissimum et concludit adversarium. SPOLIIS OPIMIS quae dux duci detrahit, ut diximus supra ⟨VI 855⟩, sunt spolia opima.

450. *SORTI PATER AEQVVS VTRIQVE EST 'sorti' pro 'casui' et 'fortunae'. AEQVVS hoc est aequo animo feret, si cecidero: quia dixerat Turnus 'cuperem ipse parens spectator adesset'.*

452. FRIGIDVS ARCADIBVS COIT IN PRAECORDIA SANGVIS praesagio mortis futurae.

453. *PEDES APPARAT IRE ne videatur pugnae iniquitate vicisse.*

---

2 Horatius] ep. I 5, 21

---

nam iubeor . . . hic participium *om. LH* (*add. l*) ‖ iussus] quamvis interdum sic dicatur, ut Lucanus (III 146) 'cuius servaveris umbram si quidquid iubeare velis *add. Fabricius* ‖ 2 sic *om. R* ‖ hoc participium *R* ‖ dicens *om. RLH* (*add. l*) ‖ 3 ergo *libri* ‖ icloneus *L, ut videtur,* idoneos *Ml* ‖ inperor *H* ‖ 4 dictum est] dicemus *L* (*corr. l*) dicem *H* ‖ huic *Masl*: hic *ASRLH* ‖ probus a longam posuerit *AS* probus ad longam posuerit *RLH* probus hic corruptum .a. longam posuerit *M*. adeo ut huic loco Probus hic correptum A longum posuerit *Stephanus,* adeo ut Probus huic loco corrupto alogum apposuerit *vel* hoc loco corrupto alogum posuerit *Burmannus,* ut hoc loco Probus ut corrupto alogum posuerit *Steupius de Probis p.* 85, ut Probus hunc locum corruptum aut ἀκυρολογίαν posuerit *Wollenbergius de Probo p.* 11. *cf. Bergkius opusc. philol.* I *p.* 591, *Ribbeckius prol. p.* 151. hic corruptum *cum unus Monacensis habeat haud scio an eam scripturam rectius dicas inde ortam esse quod ad* a longam *aliquis adscripserit* hoc corruptum, *ut Servii sint* adeo ut huic loco (*vel* hoc loco) Probus alogum adposuerit (*vel* posuerit). *quod si verum est Probus alogum posuisse putandus est quod poetam mendose scripsisse, non quod verba corrupta esse iudicaverit. cf. Isid. or.* I 20, 27 '*alogus nota quae ad mendas adhibetur*'. hic ἄλογον Probus posuerit *F. Schoellius. ceterum Maximiliano Bonnet qui Parisinum* 7530, *ex quo commentarius de notis editus est, iterum contulit, in eo codice a prima manu* alongus *scriptum esse,* alogus *correctori deberi visum est.* ‖ 7 *ad* STVPET I. T. *s. v.* intuens turnum *T* ‖ 8 *ad* OMNIA *s. v.* et arma et corpus *T* ‖ 11 dilemnatum argumentum *AS* delima argumentum *Ml* argumentum dilemmatum *F*. Dilemma et est cornutus syllogismus argumentum *Stephanus. cf. Serv. ad Aen.* II 675 ‖ quod . . . adversarium] quod aduersarium ab utraque parte concludit *F* ‖ 13 supra *om. F* ‖ spolia opima sunt *F* ‖ 14 *ad* SORTI *s. v.* condicioni casui fortunae, *ad* AEQVVS *s. v.* aequo animo *T* ‖ et] *an* vel ? ‖ 15 ferit *F* feret et si *F. Schoellius* ‖ occidero *Daniel* ‖ quia] quae *F* ‖ 16 spectabor *F* ‖ 19 *ad* PEDES A. I. *s. v.* ne uideretur aequa non uicisse pugna *T*

454. SPECVLA CVM VIDIT AB ALTA hoc ad currus altitudinem spectat, leo ad Turni violentiam atque feritatem. et est ordo: utque leo advolat, talis est Turni imago venientis.

457. CONTIGVVM postquam vidit eum venisse intra iactum teli, scilicet ut posset feriri.

458. IRE PRIOR PALLAS subaudis 'voluit'. *alii 'ire' pro 'it' legunt, ut sit infinitivus pro indicativo.* *SI QVA si quo modo.* FORS fortuna. *et dictum est* propter illud ⟨284⟩ audentes fortuna iuvat. *AVSVM num pro 'audentem'?*

460. *PER PATRIS HOSPITIVM deest 'mei'.*

461. TE PRECOR ALCIDE supra contra inferiorem hostem fluminis imploravit auxilium: nunc contra hostem maiorem viribus deum invocat virtute praestantem.

462. CERNAT SEMINECI ad illud quod ait Turnus 'cuperem ipse parens spectator adesset' hic dicit 'ipse suum cernat interitum'.

463. VICTOREMQVE FERANT MORIENTIA LVMINA TVRNI Donatus dicit 'meminerint', sed melius est 'sustineant', quasi pondus et poenam: nec enim meminisse possunt oculi.

465. LACRIMASQVE EFFVNDIT INANES hic ostendit eventum futurum.

467. STAT SVA CVIQVE DIES sectis philosophorum poetae pro qualitate negotiorum semper utuntur, nec se umquam ad unam alligant nisi quorum hoc propositum est, ut fecit Lucretius, qui Epicureos tantum secutus est. scimus autem inter se sectas esse contrarias: unde fit ut in uno poeta aliqua contraria inveniamus, non ex ipsius vitio, sed ex varietate sectarum. illud namque quod ait in quarto ⟨697⟩ sed misera ante diem, Epicureorum est, qui casibus cuncta concedunt: nunc quod dicit 'stat sua cuique dies', stoicorum est, qui dicunt fatorum statuta servari. sane prudenter fecit ut fluxam et vagam opinionem Epicureorum daret homini, *id est sibi,* — nam illud ex persona poetae dictum — hanc autem validam daret Iovi: nam stoici et nimiae virtutis sunt et cultores

---

21 sectis philosophorum e. q. s.] exscr. mythogr. III 9, 9

---

3 imago] magno *R* ‖ venientis] Homerus (*Il.* III 23) ὥς τε λέων ἐχάρη μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας *add. Fabricius* ‖ 4 vidit eum] uidus *F* ‖ actum *F* ‖ 5 possit *HF* ‖ 6 voluit] voluit ire *Daniel* ‖ alii ire *Daniel*: abire *F* ‖ 7 legunt] *an* intellegunt ? ‖ pro *om. G* ‖ *ad* SIQVA *s. v.* si quo modo *T* ‖ si quando *Daniel* ‖ 9 *ad* AVSVM *s. v.* audentem *T* ‖ 11 fluminis . . . contra *om. LH* (*add. l*) ‖ 14 ad] contra *R* ‖ 15 hoc *M* ‖ 19 eventum] exitum *R* euandrum *H* uentum *F* ‖ 23 hoc *om. RLH* (*add. l*) ‖ fecit] sicut *R* ‖ 24 contrarias] uarias *F* ‖ 29 est *om. RL* (*add. l*) ‖ 31 dictum] in quarto *add. M,* est *add. F*

deorum. 'stat' *autem* fixa est. 'dies' *vero* tempus vitae; nam feminino usus est genere: cum enim masculino utimur, re vera diem significamus. *sane prudenter negaturus a causa coepit, quia qui rogat, dum suspensus expectatione est, potest audire causam, cur sibi postea negatum sit; ceterum si statim neges, non admittit excusationem: ideo negaturus Iuppiter sic coepit.* BREVE TEMPVS VITAE quia quandoque finitur: ipse paulo post ⟨861⟩ Rhaebe diu, res si qua diu mortalibus ulla est, viximus, item Cicero quid est enim hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum?

468. OMNIBVS EST magna consolatio, quae ostendit non esse dolenda communia. *quis enim indignetur, contingere eum quod omnium est?* SED FAMAM EXTENDERE FACTIS contra illud quod occurrebat, vitanda esse ardua, si *communis omnibus mors esset,* vita brevis, dicit ideo amandas esse virtutes, ut vitae brevitas fama et gloriae meritis possit augeri.

469. OPVS officium.

470. GNATI DEVM ut Achilles Thetidis, Memnon Aurorae, Ascalaphus Martis.

471. SARPEDON secundum Vergilii declinationem, ut ⟨IX 694⟩ nothum Sarpedonis alti, paenultima habebit accentum in nominativo; secundum Homerum, qui et Sarpedontos et Sarpedonos facit, et ultima et paenultima *syllaba habet accentum.* ETIAM SVA TVRNVM multi 'et iam' legunt, ut sit 'ecce'. et pertinet ad consolationem si cito periturus est ille qui vincit.

472. METAS fines, ut ⟨I 278⟩ his ego nec metas rerum nec tempora pono. PERVENIT bene ad exprimendum celerem mortis adventum praeterito usus est tempore.

473. RVTVLORVM REICIT ARVIS respiciendo fecit partem feliciorem, ut ⟨II 690⟩ aspice nos hoc tantum: quicquid enim Iuppi-

---

1 stat fixa est] cf. Non. p. 391, 32 M. ‖ 8 Cicero] pro Marcello 9, 27

---

2 nam cum masculino dicimus *F* ‖ 3 prudenter . . . excusationem *hab. T* ‖ cepit *FT* ‖ quia . . . est] dum enim rogat et suspensus expectatione est *T* ‖ 4 postea sibi *T* ‖ 5 non *T*: nec *F* ‖ 7 finitur] finitum *F,* ideo breue tempus dixit *add. Ml* ‖ 8 mortalibus] egris *add. R* ‖ viximus *om. F* ‖ Cicero] uō *F* ‖ quod *F* ‖ enim *om. R* ‖ 9 ipsum cicero diu *M* ‖ in] iri *AS* ‖ 11 eum] sibi *Masvicius* ‖ quod omnium *Daniel*: quodemonium *F* quodemonio *G* quod *δαιμόνιον Schoellius* ‖ 12 OSTENDERE *H* ‖ 13 si breuis est uita *Serviani libri* ‖ 14 famae *AS* ‖ 15 inmeritis *F* ‖ 19 uergilii *F* ‖ 20 paenultima *F. Schoellius de acc. ling. lat. p.* 213: ultima *libri* ‖ habebit accentum] heccentum *F* ‖ 21 sarpedonis et sarpedontos *F* ‖ 23 multi et iam legunt] licet possit etiam legi multi et iam legunt *Ml* ‖ et iam] en iam *coni. Heynius* ‖ 24 si cito *ASl*: scito *RLH* sic cito *M* cito *F* ‖ 26 ad exprimendam celerem mortem aduentum *H* ad primendum celeritatem mortis aduentum *F* ‖ 29 quicquid *ASMFl*: quippe quidquid *R* quippe quod *L* quippe quid *H*

ter videt, admodum iuvat. REICIT 're' naturaliter brevis est et eam pro longa posuit: sic alibi reice, ne maculis infuscet vellera pullis: quod licet possit excusari, quia cum facit 'reieci', 'i' inter duas vocales posita, producit superiorem, ut dicamus longam eam esse spe, quia per declinationem longa futura est: tamen quia in hac re argumentum magis est quam ratio, dicamus ectasin factam, quae poetis plerumque conceditur.

475. FVLGENTEM DIRIPIT ENSEM ne iacto telo inermis esset.

477. VIAM MOLITA hoc est cum difficultate quaesivit: per quod et soliditas clipei, et minus firmus hastae iactus ostenditur.

* 478. *STRINXIT tactu modico praeteriit: ita enim ab antiquis dicebatur: et est significatio levis vulneris.*

479. *FERRO PRAEFIXVM ROBVR periphrasis hastae.*

481. NVNC MAGE SIT legitur et '*nunc* magis est', unus tamen sensus est. sed si 'mage' legamus, propter metrum dictum est pro 'magis', sicut etiam 'pote' pro 'potis': Persius ⟨I 56⟩ qui pote? vis dicam? nugaris, cum tibi, calve: quod adeo in usum venit, ut etiam in prosa inveniatur: Cicero in frumentaria mage condemnatum hominem in iudicium adducere non posse. PENETRABILE pro 'penetrale' dicitur: nam quod penetrat 'penetrale' dicitur, quod autem penetratur 'penetrabile'.

482. *TOT FERRI TERGA non dicit quot terga, sed multa.*

483. *CVM PELLIS quidam 'pellis' humiliter dictum accipiunt.*

484. CVSPIS INGENS ita accipiendum est, ne incongruum sit, de puero si dixeris 'ingens pectus'. sane cuspidem abusive pro hastae mucrone posuit.

485. ET PECTVS PERFORAT hic subdistinguendum, ut 'ingens', sicut diximus, ad superiora possit referri.

---

2 reice] georg. III 389 | 9 MOLITA . . . quaesivit] cf. Don. ad Ter. Andr. IV 2, 24 ‖ 15 pro magis e. q. s.] cf. Don. ad Ter. Adelph. II 3, 11 ‖ 20 nam quod . . . penetrabile] exscr. Isid. diff. verb. 435

---

1 uidit *F* ‖ 3 reieci 'i' inter *ego*: reiecit inter *Hl* reicit inter *L* reiacet inter *R* reieci inter *reliqui* ‖ 4 vocales 'i' posita *vulgo* ‖ 5 spe *om. H* ‖ quia *LH*: qua *ASRMl* p qua *F* ‖ 6 re *om. LH* ‖ ectasin] haectasin *AS* tectas in *R* et ectasin *L* sectas in *H* ‖ 7 plerumque poetis *AS* ‖ 8 DERIPIT *F* ‖ acto *L* iacito *F* ‖ 9 *ad* VIAM M. *s. v.* rei inanimatae dat sensum *T* ‖ 11 *scholia ad v.* 478 *et* 479 *hab. T* ‖ modico tactu *T* ‖ ita . . . dicebatur *om. T* ‖ 13 peristrasis *G* perifrasis est *T* ‖ 14 NVNC *RLHM*: TVNC *AS* NVM *F* ‖ MAGE SIT] MAGIS *F* ‖ 15 est sensus *F* ‖ magea *R* ‖ 16 etiam pote] etiam potes *H, om. F* ‖ potis *L* positis *F*: potes *reliqui* ‖ 17 vis dicam] iuridicam *F* ‖ mugaris *R* ‖ cum tibi calve *om. F* ‖ 18 cicero in uerrinis *F* ‖ condempnatum *ASRM* (p *del. a*) ‖ 20 *schol. ad* PENETRABILE *om. F* ‖ pro penetrali *L* (*corr. l*) pro penetrabili *H* ‖ dicitur *om. A* ‖ nam . . . dicitur *om. LH* (*add. l*) ‖ dicitur *om. R* ‖ 22 quod *F* ‖ 24 est *om. F* ‖ 25 si dixeris *om. F* ‖ 27 PERFORAT . . . SEQVVNTVR *om. H* ‖ ut ingens *om. L* (*add. l*)

487. ANIMVSQVE SEQVVNTVR 'animus' pro anima: nam animus consilii est, anima vitae. *quidam secundum Epicureos animam per totum corpus divisam esse volunt, et exinde posse fieri ut quis amputata parte corporis vivat: animum vero esse τὸ ἡγεμονικὸν animae, sine quo vivere non possumus: ergo secundum sectam sibi notam poetam locutum.*

488. *SONITVM SVPER ARMA DEDERE Homeri est ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ.*

491. REFERTE EVANDRO potest et hic distingui, potest et supra 'referte', ut sit 'Euandro remitto qualem meruit filium'.

493. *QVIDQVID pro 'quodcumque': Plautus in Bacchidibus quidquid est nomen sibi.* SOLAMEN HVMANDI EST *solacium dolentis scilicet patris:* quia *hoc* solacium est viventium, humare defunctos.

494. STABVNT constabunt. *hoc ergo dicit: non illi* parvo, non parvo periculo, *constabunt Aeneae hospitia. et est proverbialis sensus.*

496. BALTEI potest et synaeresis esse 'baltei', potest et hypermetrus versus; nam sequens a vocali inchoat. balteus autem a numero singulari masculini est tantum generis: Iuvenalis ⟨VI 256⟩ balteus et tunicae et cristae: in numero vero plurali et neutri: idem Iuvenalis ⟨IX 111⟩ quotiens rumoribus ulciscuntur baltea.

497. INPRESSVMQVE NEFAS insculptum Danaidum nefas. Donatus tamen 'inpressum' dicit coactum, quod a patre conpulsae sunt facere. *sane fabula talis est. Aegyptus et Danaus fratres fuere. sed*

---

1 nam . . . vitae] exscr. Isid. or. XI 1, 11; diff. verb. 37 ‖ 7 Homeri] Il. IV 504 ‖ 11 Plautus in Bacchidibus] v. 19 Ritschl.

---

1 SECVNTVR *LF* ‖ 2 quidam . . . poeta loquitur (*sic*) *hab. T* ‖ 3 totam *T* ‖ 4 τὸ ἡγεμονικόν *Daniel*: TO NOMONKON *F* TO NOMONIKON *T in ras.* ‖ sine qua *F* ‖ 5 sectam *om. F* ‖ notam sibi *F* ‖ poeta locutus *Daniel* ‖ 9 et hic distingui potest et supra *R* ‖ supra 'referte'] ad superiora referri *L* superare ferte *H* ‖ 10 qualem meruit filium *om. F* ‖ 11 QVICQVID *G* ‖ Plautus] plabitus (h *supra*) *F* ‖ haccidibus *G* ‖ quicquid est nomen est sibi *G* ‖ 13 solacium *RF*: solatium *reliqui* ‖ 14 parvo non parvo periculo *om. LHM* (*add. l*). *ceterum* PARVO *ASR* ‖ 15 hospitium *F* ‖ 16 BALTHEI *LF* ‖ sinheresis *AS* sineresis *RL* syneresis *HM* ‖ baltei] *om. ASM*, balthei *F* ‖ 17 sequens . . . singulari *om. LH* (*add. l*) ‖ incoat *F* ‖ autem . . . Iuvenalis balteus *om. F* ‖ a numero *ASMl*: numero *R* in numero *vulgo* ‖ 19 baltheus *L* ‖ manicae *Iuvenalis* ‖ et neutri est *Ml* ‖ 20 ut idem *F* ‖ quoties *R* quociens *L* ‖ rumoris *AS* ‖ balthea *F* ‖ *ad* BALTEI *quae Isidorus or.* XIX 33, 2 *de balteo exponit* (balteum . . . dependent) *in marg. Turonensis adscripta sunt* ‖ 21 *scholium ad v.* 497 *hab. T* ‖ insculptum] insultum *L* (*corr. l*) instultum *H* sculptumque *FT* ‖ 22 conpulsi *H* ‖ sint compulsae *T* ‖ *ad* Danaidum *haec in marg. adscripsit l* quorum (*sic*) fabula talis est. danaus et egistus beli filii fuerunt. ex his danaus L. filias habuit et egistus totidem filios. danaus coactus a fratre ut filias suas eius iuuenibus daret in matrimonium in ipso nuptiarum die gladios uirginibus dedit quibus illae ex praecepto patris sponsos suos interfecerunt excepta una (excepta Hypermestra quae Lynceum servavit *Steph. et Fabr.*): *quae post* facere *collocata ediderunt Stephanus et Fabricius*

cum inter vos contentio de Memphidis imperio fuisset, multis saepe † aduotus contumeliis Danaus fratri Aegypto cessit imperio et relicta ⟨*patria*⟩ *ad Peloponnesum perrexit. cuius cives ibi rex factus a suo nomine Danaos appellavit. quod cum Aegyptum momordisset, veritus, ne Danaus de filiabus per generos et nepotes auxilia conquireret, fraude concepta, filiis suis quinquaginta fratris filias in matrimonium postulavit. quas Danaus, dolorem exilii retinens, mox promisit. sed cum factae essent nuptiae, sponsae omnes sponsos suos, monente patre Danao, nuptiali nocte necaverunt: sola Hypermestra servato Lynceo fugam dedit, qui post adeptus patruum Danaum interemit. hae Danaides apud inferos hanc poenam habuisse dicuntur, ut in dolium pertusum aquam mittant.* NEFAS *declinatione caret.* SVB NOCTE *pro 'in nocte'.*

499. CLONVS EVRYTIDES laus ab artifice, ut ⟨IX 302⟩ mira quem fecerat arte Lycaon, item divini opus Alcimedontis. CAELAVERAT AVRO *non auro caelaverat, sed in auro.*

500. OVAT *iactat, gloriatur. et est ordo, quo spolio potitus ovat gaudetque.*

501 NESCIA MENS HOMINVM *hoc ad Turnum pertinet:* quia propter hunc periturus est balteum, quem nunc se sustulisse laetatur.

502. SERVARE MODVM *num quia 'nescia', ideo 'nec servare modum'?* SVBLATA elata.

503. MAGNO CVM OPTAVERIT EMPTVM *'magno emptum'*, scilicet pretio: sic *et* alibi ⟨II 104⟩ et magno mercentur Atridae. et est sensus talis: erit tempus quo Turnus optabit quovis pretio redimere, ne ipse Pallantem occidisse videatur.

505. MVLTO GEMITV cum multo gemitu. MVLTO GEMITV *lacrimis: minus est hic 'cum'.*

507. O DOLOR hos duos versus plerique a poeta dictos volunt, alii a sociis qui reportant cadaver. 'dolor' autem propter *illud* 'haec

---

14 divini] buc. III 37

---

1 menfidis *F* memfitidis *T* ‖ 2 aduotus *F* provocatus *T* adductus *Daniel. fort.* adrosus *vel* violatus *vel* adfectus ‖ imperio *om. T* ‖ relicta patria *scripsi*: rtq. *F, om. T.* Minervae consilio *Masvicius. possis et* relicta Memphide ‖ 3 peloponessum *F* poloponessum *T* ‖ 4 danaus *F* ‖ ueritas *F* ‖ 5 conquirere *F* ‖ 6 quinquaginta *Commelinus*: ut *F, om. T.* ul *Daniel, lacuna indicata.* ultra *Burmannus. error inde videtur ortus quod* L. *numeri nota pro 'vel' coniunctionis compendio habita est* ‖ filius *F* ‖ postulauit in matrimonium *T* ‖ 7 quas] qua *T* ‖ exili *F* exillii *T* ‖ 9 servato . . . interemit *om. F* ‖ linceo *T* ‖ 12 mittunt *F* ‖ 13 CLONIVS *L* ‖ EVPYTIDES *H*: EVRTYDES *F* EVRITIDES *reliqui* ‖ 15 celauerat *F* ‖ 16 *ad* OVAT *s. v.* iactat gloriatur *T* ‖ 18 *ad v.* 501 hoc ex persona poetae dictum est et licet generalis (*sic*) sit proprie tamen ad turnum pertinet *T* ‖ 20 *ad* ET SERVARE M. *s. v.* quia nescia ideo nec seruare *T* ‖ num quia *scripsi*: numquam *F* ‖ 24 sensus autem talis est *F* ‖ 26 cum multo gemitu] subaudi cum *R, om. F* ‖ 28 duos *an omittendum sit dubitat Ribbeckius*

te prima dies bello dedit, haec eadem aufert', 'decus' propter *illud* 'cum tamen ingentes Rutulorum linquis acervos'.

510. *MALI TANTI de morte Pallantis scilicet, ut postea inferantur quae praeterea addit.* CERTIOR AVCTOR id est nuntius verus.

511. TENVI DISCRIMINE LETI modico mortis interstitio: per quod magna Pallantis virtus ostenditur, quo interempto omnis est in fugam conversus exercitus.

512. VERSIS fugatis.

513. *LATVMQVE PER AGMEN* 'latum limitem ardens agit per agmen', id est facit: sic melius, quam si dicas 'latum per agmen'. ergo sic intellegamus, aut per ordinem, aut per hypallagen; nam et supra sic ait ⟨IX 321⟩ haec ego vasta dabo et lato te limite ducam.

515. PALLAS EVANDER IN IPSIS OMNIA SVNT OCVLIS erat rectum: Pallas, Euander, mensae quas advena primas tunc adiit, dextraeque datae, in ipsis omnia sunt oculis. sed perite scissa est narratio, per quam animus Aeneae perturbatus exprimitur.

517. *TVNC ADIIT quidam 'tunc' pro 'quondam' accipiunt.*

518. *QVATTVOR HIC IVVENES emphasis virtutis quod multos, quod iuvenes, quod armatos, quod rapit: minus enim fuerat si dixisset 'capit': unde in XI. ⟨81⟩ vinxerat et post terga manus, quos mitteret umbris inferias.*

519. INFERIAS QVOS IMMOLET VMBRIS inferiae sunt sacra mortuorum, quod inferis solvuntur. sane mos erat in sepulchris virorum fortium captivos necari: quod postquam crudele visum est, placuit gladiatores ante sepulchra dimicare, qui a bustis bustuarii appellati sunt.

520. CAPTIVO SANGVINE pro 'captivorum', ut ⟨VII 184⟩ captivi pendent currus, item ⟨II 765⟩ captivaque vestis congeritur: et est, ut diximus, speciosus ornatus.

521. MAGO dativus est, ut supra ⟨401⟩ Ilo namque procul. *CONTENDERAT adversum iecerat.*

522. *ILLE ASTV 'astu' pro scientia bellica.* SVBIT subsidit.

---

3 *ad* MALI TANTI *s. v.* id est de morte pallantis *T* ‖ MALI TANTI] ADVOLAT AENEAE *F* ‖ 5 *schol. ad* TENVI D. L. *post* fugatis *hab. F* ‖ per] propter *F* ‖ 6 quo] quod eo *L* ‖ 7 uersus *AS* ‖ 9 agit id est facit per agmen *F* ‖ 10 sic . . . agmen *om. F* ‖ ergo . . . hypallagen *om. LH* (*add. l*) ‖ ergo] et *F* ‖ 14 primus *HM* ‖ 16 exprimitur] ostenditur *F* ‖ 17 *ad* TVNC *s. v.* quondam *T* ‖ quodam *F* ‖ 18 *ad v.* 518 enfasis est hoc loco uirtutis quod multos quod iuuenes quod armatos quod uiuentes rapuerit *T* ‖ enfasis *F* ‖ 20 post erga *G* ‖ 22 QVAS *F* ‖ 23 quod . . . solvuntur] ab inferis dictae *F* ‖ quod] quae *R* ‖ 25 busturiarii *H* bustiarii *F* ‖ dicti sunt *F* ‖ 26 sunt] nam et homerus facit ab achille seruari quos ad patrocli sepulcrum immolet (*Il.* XXI 26) ὁ δ' ἐπεὶ κάμε χεῖρας ἐναίρων . . . θανόντος *add. D* ‖ 29 ut dictum est *F* ‖ 31 *schol. ad* CONTENDERAT *et* ILLE A. *hab. T* ‖ 32 astu *om. G* ‖ subsidus *R* subiit *M* subdidit *F*

524. PER PATRIOS MANES ET SPES SVRGENTIS IVLI per eas personas rogat, propter quas precatur. *et bene, ut in belli calore, breviter omnes locos ad impetrandam veniam conplectitur.*

526. PENITVS DEFOSSA TALENTA multi enim divitias suas obruebant: unde Horatius quid iuvat inmensum te argenti pondus et auri furtim defossa timidum deponere terra? sane melius 'infossa' diceret, quam 'defossa', ad quod est metri necessitate conpulsus: nam fugit dubiam syllabam. *et quidam volunt, tria genera argenti vel auri poetam conplexum, signatum, factum, infectum: signatum, quod in vasis et signis, ut 'caelati argenti'; infectum quod in massis, ut 'infectique mihi'. atqui talentum non ad numerum solet, sed ad pondus referri; nisi forte usum temporis sui heroicis temporibus poeta voluerit applicare.*

528. NON HIC VICTORIA TEVCRVM VERTITVR *in meo scilicet interitu.* Lucanus ⟨III 337⟩ non pondera rerum, nec momenta sumus.

529. *DABIT DISCRIMINA 'dabit' aut conpensabit, aut faciet, ut quas turbas dedit. 'discrimina' autem differentiam circa eventum et victoriam.*

532. GNATIS PARCE TVIS *'talenta parce' per accusativum Plautine dictum, qui ait in Milite* ⟨IV 6, 5⟩ *parce vocem. sane* qui in Vergilium scripsit declamationes, de hoc loco hoc ait *ex persona Aeneae:* 'inprobus es, qui aut regi dones, aut filios exheredes'. 'parce' autem est secundum antiquos 'serva', ut apud Lucilium et Ennium invenitur. quod autem dicit 'gnatis parce tuis', cum supra

---

5 Horatius] sat. I 1, 41 ‖ 17 quas turbas dedit] Ter. Eun. IV 3, 11 ‖ 23 apud Lucilium] ex libr. inc. CXVIII Muell. ‖ 24 Ennium] cf. Vahleni ad ann. v. 200 adnotatio ‖ quod autem dicit e. q. s.] cf. Gell. II 13 et Don. ad Ter. Hec. II 1, 15

---

2 propter quod *F* ‖ precatur] petatur *H*, aeneas *add. Ml* ‖ *ad* PER P. M. *s. v.* bene . . . complectitur *T* ‖ breviter *om. T* ‖ 3 inperandam *F* perandam *G* ‖ 6 tumidum *F* ‖ supponere *R* ponere *H* ‖ 8 syllabam] et hic locus est homeri (*Il.* VI 46) *ζώγρει Ἀτρέος υἱέ . . . ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν add. D* ‖ *ad* TALENTA *in marg.* talentum non ad numerum sed ad pondus solet referri. usum temporis sui heroicis temporibus uoluit applicare, *s. v.* 527 tria genera auri et argenti est poeta complexus signatum in caelatis uasis factum in speciebus diuersis. infectum in massis *T* ‖ gera *G* (genera *g*) ‖ 10 signatum . . . signis] signatum est quod in nummis, factum quod in vasis et signis *Masvicius ex Isidoro, ut videtur, cuius haec verba sunt* (*or.* XVI 18, 13) *'tria autem sunt genera argenti et auri et aeris: signatum, factum, infectum. signatum est quod in nummis est, factum est quod in vasis et signis, infectum quod in massis'. cf. praef. p.* XLV. *refutavit interpretis ineptias Heynius.* ‖ 14 *ad* NON H. *s. v.* id est in meo interitu *T* ‖ 17 *ad* DABIT *s. v.* compensabit siue faciet, *ad* DISCRIMINA *s. v.* id est . . . uictoriam *T* ‖ facit *F* ‖ 20 dictum] uolunt *add. G* ‖ in] inter *LH* (*corr. l*), *om. AS* ‖ 21 dedamnationes scripsit *F* ‖ declinationes *SH* ‖ de] in *ASMl* ‖ 24 GNATIS PARCE TVIS atqui supra dixit gnatoque patrique. quo modo ait gnatis? non est contrarium *Serviani libri*

dixerit 'gnatoque patrique', non est contrarium: nam 'liberos' etiam unum dicimus filium, adeo ut Terentius etiam filiam 'liberos' dixerit, ut in Hecyra ⟨II 1, 15⟩ qui illum dignum decreverunt, suos cui liberos committerent, ubi pater de filio ad uxorem loquitur. ergo usurpavit, respiciens ad 'liberos', ut gnatos de uno diceret. COMMERCIA vicissitudines et ignoscendi facultatem; *vel captivorum redemptionem.*

533. *IAM TVM PALLANTE PEREMPTO pro 'iam tum cum Pallantem peremit'.*

534. *HOC PATRIS ANCHISAE MANES idem sentire et patrem et filium dicit, quasi hoc commodum ad illos pertineat.*

537. NEC PROCVL HAEMONIDES hoc nomen licet possit esse patronymicon, quia in 'des' exit, ut dicamus Haemonis filius, tamen melius est ut id proprium esse dicamus, quia nusquam aliud nomen eius aut praemissum est aut secutum: ergo simile est patronymico, ut sit 'Haemonides' sicut Thucydides.

538. INFVLA fascia in modum diadematis, a qua vittae ab utraque parte dependent: quae plerumque lata est, plerumque tortilis de albo et cocco.

539. INSIGNIBVS ARMIS Asper sic legit et utitur Sallustii exemplo, qui ait equo atque armis insignibus: Probus vero 'insignibus albis' dicit legendum, ut vestes albas accipiamus, quae sunt sacerdotibus congruae, sicut Statius de Amphiarao dicit.

540. *AGIT* CAMPO *insequitur* per campum.

541. IMMOLAT quasi victimam, ut ille consueverat: nam hoc verbo ad sacerdotis nomen adlusit. *sane immolari proprie dicuntur hostiae, non cum caeduntur, sed cum accipiunt molam salsam: Cato in originibus ita ait Lavini boves immolatos, prius quam cae-*

---

17 fascia . . . cocco] exscr. Isid. or. XIX 30, 4 || 20 Sallustius] hist. inc. 85 D. 53 Kr. || 25 quasi . . . adlusit] exscr. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VII 710 || 27 Cato in originibus] II fragm. 27 Iord., 55 Peter.

---

3 ut *ante* in *om. F* || haecira *AS* echyra *R* echira *L* ecyra *HMF* || decreuerant *AS* decreuerint *F* || 4 libertos commiterent *H* || filia *exemplaria impressa pleraque* || 5 ut gnatos] gnatos *AS* (ut gnatos *a* cum gnatos *s*) gnatos cum *M* || 6 COMMERTIA *RLM* || *schol. ad* COMMERCIA *hab. T* || vicissitudines] belli *add. T* || et *om. F* || facultatem ignoscendi *F* || vel] siue etiam *T* || 12 esse et patronymicon *L* || 14 id] ad *AS* || numquam *MF* || 15 permissum *F* || 16 tuchidides *ASL* thuchidides *R* heŭcydides *H* tuchydides *M* tydides *F* || 18 quae] quia *F* || 20 legunt *F* || 22 albus *R* || albas uestes *F* || 23 sunt *om. F* || congruum *F* ||
purpureas
dicit de amphiarao *F* || eam fiaraco *R* amfiarco *H* || dicit] albaque puncieas interplicat infula cristas (*Theb.* IV 218) *add. D. Barthius Servium de Theb.* VI 330 *sq cogitasse dicit* || 24 *ad* AGIT *s. v.* insequitur per campum *T* || 27 con ceduntur *G* || 28 lauini *F* Lauius *Daniel* || immolatus *F, corr. Masvicius*

derentur profugisse in †siciliam. INGENTIQVE VMBRA TEGIT aut magnitudine corporis sui, *aut clipei* obumbrat eius cadaver: aut 'ingenti umbra', id est morte tegit, ut ⟨746⟩ in aeternam clauduntur lumina noctem: aut 'ingenti umbra tegit' secundum usum accipiendum, id est insultatione eum opprimit et adumbrat, *ut superatos dicimus adumbratos: aut 'ingenti umbra tegit' † aut inferior tegat adversum hostes a fortiore quod institutum uiuunt causa spoliorum detrahendorum: sequitur enim 'arma Serestus lecta refert humeris'.* SERESTVS Serestos duos intellegamus, unum in castris et unum cum Aenea: nam Troiani nondum erupere de castris, ut intellegamus eum quem supra ⟨IX 169⟩ dixit. ergo duo sunt; nec mirum, cum et ipse dixerit, quod exemplo esse possit ⟨124⟩ Assaracique duo.

542. LECTA REFERT proprie dixit: nam spolia quae aptantur tropaeis, legi dicuntur, id est eligi. *TIBI REX GRADIVE ut* ⟨VI 18⟩ *tibi, Phoebe, sacravit.* TROPAEVM declinatio latina est, unde paenultima habebit accentum; in numero vero plurali quia tropaea dicimus, sicut Graeci, nec aliquid inde mutilamus, erit in antepaenultima accentus, sicut apud Graecos.

543. INSTAVRANT ACIES κατὰ τὸ σιωπώμενον ante fusas accipimus ex eo quod dixit 'instaurant'. VVLCANI STIRPE CREATVS notandum stirpem de patre dictam, cum semper de longa generis significatione dicatur.

544. *VENIENS pro 'qui venerat'.*

545. DARDANIDES patronymicon a maioribus. *ANXVRIS ENSE SINISTRAM quidam ex hoc volunt intellegi etiam Vmbronem occisum: constat enim vere ab Aenea occisum, sicut ipse in catalogo ait* ⟨VII 756⟩ *sed non Dardaniae medicari cuspidis ictum evaluit.*

---

22 cum semper . . . dicatur] exscr. Isid. or. IX 5, 13

---

1 in silvam *Brissonius de form.* I 27. *cf. Iordani adnot.* ‖ 3 tegit *om. F* ‖ ut] aut *F* ‖ in aeternum nam c. l. nocte *H* ‖ 5 insultatione] in salutatione *AS* vel in salutatione insultatione *L* (vel in salutatione *del. l*) exultatione *F* ‖ 6 superato *F* ‖ aut] ut *Daniel.* ut inferiorem tegit adversum hostes fortior *Masvicius. malim* ut inferior tegitur a. h. a fortiore ‖ 7 minuit *Daniel* innuit *Burmannus, fortasse recte. videtur enim interpres poetae hoc tribuisse: Aeneam Haemonidis corpus quasi umbram texisse, ut ipse tutus spolia detraheret.* ut inferior (*i. e. Serestus*) tegatur a. h. a. f. q. i. volunt *Schoellius* ‖ 9 *scholium ad* SERESTVS *om. F* ‖ 10 nam *ASRl:* tamen *LHM* ‖ 15 tropeis *HF* tropheis *reliqui* ‖ legi *om. R* ‖ id est eligi] unde ista legit *F* ‖ 16 TROPHEVM *ASRM* TROPHAEVM *L* TROPAEVM *HF* ‖ 17 habebit . . . in antepaenultima *om. LH* (*add. l*) ‖ habet *l* ‖ vero *om. R* ‖ 18 mutuamus *Lion, inde* mutamus *Schoellius de acc. ling. lat. p.* 210 ‖ erit . . . Graecos] erit graecus accentus scilicet tertia syllaba a fine *F* ‖ 20 ante] nam ante *L* ‖ fusos *RH* confusas *L* ‖ 21 ex . . . instaurant] ergo instaurant aduersus aenean *F* ‖ STIRPE . . . notandum *om. M* ‖ 22 dictum *H* ‖ 24 *ad* VENIENS *s. v.* pro cui (*sic*) uenerat *T* ‖ 26 uolunt intellegi uolunt *F* ‖ 27 sicut ipse hoc libro in catalogo *Daniel* ‖ 28 dardanum edicari *F* ‖ ebaluit *F*

546. *DEIECERAT plusquamperfecto usus est ad exprimendam celeritatem, ut* ⟨XII 430⟩ *suras incluserat auro.*

547. DIXERAT ILLE ALIQVID proverbialiter dictum est, ac si diceret, non mirum sic occisum esse eum qui sibi plurimum adrogabat. *Cornutus ut sordidum inprobat.*

548. CAELOQVE ANIMVM FORTASSE FEREBAT forte *se* exaequaverat caelo, ut de Aenea Drances ⟨XI 125⟩ quibus caelo te laudibus aequem: *aut 'ferebat' elevabat, quod solus esset maiore senectute victurus, debellatis omnibus, id est Aenea cum suis.*

549. *LONGOS pro 'multos'.*

551. SILVICOLAE FAVNO DRYOPE QVEM NYMPHA CREARAT Faunus hoc loco quidam rusticus intellegendus est, non deus, sicut supra Anxyr, quem legimus Iovem. *alii Fauni filium, sed antequam Faunus in deorum numero reciperetur.* non nulli etiam nympham non deam volunt, sed graece sponsam dictam, *vel quae recens nupta sit,* ne incredibile sit ex duobus numinibus procreatum esse mortalem: quamquam haec numina secundum Aristotelem aliquando moriantur: *nam et Eryx, Veneris et Neptuni filius, ab Hercule occisus est.*

522. ILLE REDVCTA id est longa, ut ⟨VI 703⟩ interea videt Aeneas in valle reducta. et intellegimus protenta hasta Tarquiti arma esse inpedita. alii 'reducta' retro acta dicunt, quod non procedit.

553. *INPEDIT non permisit usui esse ad protegendum Tarquitum.*

555. *DETVRBAT TERRAE hoc est in terram.*

556. *SVPER HAEC INIMICO PECTORE FATVR quaeritur quid tantum iste commiserat, ut sic saeviret Aeneas? sed ubique de morte Pallantis obicitur dolor.*

557. ISTIC NVNC sarcasmos est, id est hostilis inrisio. *'istic' autem pro 'hic'.* *NON TE OPTIMA MATER utrum vere mater, an terra patria?*

---

4 adrogabat] *μὴ μέγ' εἴπῃς add. Fabricius. cf. Soph. Ai.* 386 *μηδὲν μέγ' εἴπῃς* ‖ 5 Corintus *Daniel* Corinthus *Commelinus* ‖ 6 exaequauerat se *M* ‖ 7 quibus] ꝑ quibus *R* ‖ 8 aut ferebat *add. Daniel.* elevabat *autem* . . . cum suis *in dextro Floriacensis margine a manu recentiore scripta sunt* ‖ 11 faunus quidam hoc loco *F* ‖ 12 intellegendum *F* ‖ non] nam *F* ‖ 13 ansyr *F* ‖ 14 etiam] et *F* ‖ 15 sed *om. LH* (*add. l*) ‖ dictam sponsam *M* ‖ dictum *F* ‖ 17 quamquam] quandoque *R* ‖ aristotilem *ARF* aristotelen *LH* ‖ moriantur] perire credantur *F* ‖ 18 Neptuni] nuptum *F* ‖ 20 tarcyti *ASRL* tarquito *H* turquiti *F* ‖ 23 *ad* INPEDIT H. *s. v.* non permittit usui esse ad se protegendum *T* ‖ tarquinium *F* ‖ 24 *ad* DETVRBAT T. *s. v.* deicit in terram *T* ‖ 25 *ad* INIMICO P. F. *s. v.* irato. et hoc dicendo exprimit irati personam. et haec omnia morte pallantis agebantur *T* ‖ quid] qđ *F* ‖ 26 seruiret *G* ‖ 28 ISTINC *R* ISTA *H* ‖ sarcaismos *HM* arcaismos *F* ‖ inrisio] homeri est uersus (*Il.* XXI 122) *ἐνταυθοῖ νῦν κεῖσο . . . ἀργέτα δημόν add. D* ‖ *ad* ISTIC *s. v.* hic *T* ‖ 29 *ad* OPTIMA M. *s v.* aut re uera mater aut patria terra *T*

558. PATRIO SEPVLCHRO *aut* etiam hinc apparet, Faunum hominem fuisse: *aut, ut quidam volunt, potest hoc ad matrem referri, ut dicat Aeneas quod mater eum sepelire non possit in sui patris monumentis, id est in avi eius materni.*

559. *ALITIBVS FERIS* σαρκοφάγοις οἰωνοῖς: *Plautus avi me ferae similem faciam, ut praedicas.*

560. INPASTI ita avidi, ut semper credantur inpasti, sicut de harpyiis dixit ⟨III 217⟩ et pallida semper ora fame, quasi fame.

561. *PRIMA AGMINA qui agminis erant primi.*

562. *FORTEMQVE NVMAM FVLVVMQVE CAMERTEM fulvum* ξανθόν. *horum in catalogo meminit.*

564. AVSONIDVM pro 'Ausonidarum', sicut 'deum' pro 'deorum': nam 'Ausonidum' a genere feminino venit ut 'haec Ausonis' *et* 'hae Ausonides'. 'Ausonidarum' vero venit ab eo quod est 'hic Ausonida huius Ausonidae'. TACITIS REGNAVIT AMYCLIS inter Caietam et Terracinam oppidum constitutum est a Laconibus, qui comites Castoris et Pollucis fuerunt — *cum Glauco, filio Minois, in Italiam venerunt et misti cum Ausonis* — et ab Amyclis, provinciae Laconicae civitate, ei inditum nomen est. Lacones itaque isti cum secundum Pythagoream sectam a caede omnium animalium abstinerent — unde Iuvenalis ⟨XV 173⟩ cunctis animalibus abstinuit qui tamquam homine — et ex vicinis paludibus natas serpentes occidere nefas putarent, ab iisdem interempti sunt: unde Amyclas tacitas dicit, id est Pythagoreas: nam Pythagorica virtus est quinquennale silentium. *Cicero propter nimiam modestiam perisse illos ait, dum a finitimis accipiunt iniurias et tacent eas.* est et alia expositio: cum frequenter falso nuntiarentur hostes et inani terrore civitas quassaretur, lata lege cautum est ne quis umquam hostis nuntiaret

---

5 Plautus] Captivi I 2, 14

---

1 hic *ASR* ‖ 5 capto φαγοις ναως *F* σαρκοφάγοις ὀρνέοις *Daniel* οἰωνοῖς *ego* ‖ 8 arpiis *ALHF* arpyis *RM* ‖ ora famae *L* ora stime *F* ‖ quasi fame *ASMl*: quasi famae *R* quasi prae fame *H* quasi de fame *F* quasi famelicae *Fabricius. cf. Serv. ad Aen.* III 218 ‖ 9 *ad* PRIMA A. *s. v.* qui primi erant agminis id est praecipui et praestantes uirtute *T* ‖ FVLVAM *F* ‖ 10 *ad* FVLVVMQVE *s. v.* aut splendidum aut rufum aut flauum *T* ‖ 11 in catalogon *F* ‖ 13 hae ausonides *ASLM*: huius ausonidis *R* haec ausonides *H* haec ausonidis *F* ‖ 14 uenit *om. F* ‖ 15 huius] et hic *F* ‖ AMICLIS *ALH* MICLIS *R* ‖ caietem *ASM* ‖ et Terracinam *om. M* ‖ 16 tarracinam *AS* terrecinam *L* terraecinam *H* ‖ 18 *expectatur* et misti sunt cum Ausonibus ‖ prouinciae suae laconicae *F* ‖ 20 phitagoricam *L* proagoream *H* pitagoriam *F* ‖ 21 unde . . . homine *om. F* ‖ a cunctis *ASMl* ‖ se abstinuit *ASM* ‖ qui *AS*: quia *RLH, om. Ml* ‖ 22 homine] homines *AS, om. RLH,* ab hominibus *Ml* ‖ et *om. RLH* (*add. l*) ‖ ex vicinis] a tucinis *F* ‖ notos *R* natos *L* ‖ 23 amiclis tacitis *R* ‖ 25 uimiam *F* ‖ illo *F* ‖ 26 et tacentas *F* ‖ 27 inani terrore] iam int̄ errore *F* ‖ 28 quassaretur] concuteretur *F*

adventum. postea cum vere hostis veniret, nullo nuntiante, ex inproviso civitas capta est: unde tacitae Amyclae dictae sunt, quod periere silentio. hinc est quod ait Lucilius mihi necesse est loqui: nam scio Amyclas tacendo perisse. *vel 'tacitis' de quibus taceatur, id est ignobiles et non dignae aliqua opinione: vel hypallage est pro 'ipse tacitus'.*

565. AEGAEON QVALIS ipse est *qui* et Briareus *dicitur, Caeli et Terrae filius. alii hunc ex Terra et Ponto natum dicunt, qui habuit Cottum et Gygen fratres. hic contra Titanas Iovi adfuisse dicitur, vel, ut quidam volunt, Saturno.* IGNEM PECTORIBVS ARSISSE Asper dicit, ignem hunc animae intellegendum calorem, venientem ex ferocia, ut sit 'cum vim suae crudelitatis efflaret', *ut in georgicis* ⟨II 140⟩ *spirantem naribus ignem de equo.* alii ignem hunc fulminis volunt, ut sit dictum quemadmodum in primo ⟨44⟩ illum expirantem transfixo pectore flammas. sane notandum 'ignem arsisse', cum igni alia res ardeat.

567. *IOVIS CVM FVLMINA CONTRA quia dicitur flammam emisisse oribus suis contra Iovis fulmen. Homerus nihil dicit aliud, quam centum manus cum habuisse et auxilio eum Iovi adversus Neptunum, Iunonem et Minervam fuisse. et forte aut suum ignem, aut Iovis acceptum spirasse pro eo, ut sit 'contra' non adversus Iovem, sed similiter, a pari, ut Terentius in Adelphis in capite comoediae* ⟨I 1, 25⟩ *ille ut item contra me habeat facio sedulo.*

568. *PARIBVS id est inter se paribus.*

569. SIC ut non unam manum putares: namque ad hoc pertinet

---

3 Lucilius] fals. adscript. XXVI Muell. cf. Ribbeckii adnot. ad Afran. Prodit. I || 7 cum schol. ad v. 565 et 567 cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. II 596 || 18 Homerus] Il. I 403

---

1 postquam *F* || veniret *om. LH* (*add. l*) || 3 hinc . . . Lucilius] unde lucilius ait *F* || est *om. H* || 4 sico *H* || amiclas *RLF* miclas *H* || *ad* TACITIS R. A. *s. v.* de quibus . . . pro ipse tacitus uolcens *T* || uel tacite *F* || 5 teceatur *F* || et indignae *T* || vel] el *F* || 7 Briareus] homerus ἐν τὸ (*sic*) ᾱ ἰλιάδος (403) ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοί, ἄνδρες δέ τε πάντες Αἰγαίων' *in marg. add. D. his in* VI. (287) 'et centumgeminus Briareus' *add. Fabricius* || 8 ponte *F* || 9 Cottum *scripsi*: coeum *F* || gigen *F* || 10 IGNEM ARSISSE IN PECTORIBVS *F* || ARSSE *R* || ARSISSE Asper] Aristaeus *H* || 11 animae] anime *RH* nā nimium *F* na* nimium *Daniel, inde* nativum *Masvicius* animae nimium *Burmannus* || calorem] excalare *H* || 12 suam *F* || afflaret *L* || ut . . . de equo] *non edidit Daniel.* non tauri spirantes naribus ignem *Vergilius* || 16 alia ardeant *F* || 17 emisse *F* || 18 Iovis *Masvicius*: iouem *F* || 19 cum *F* || 20 *ad v.* 567 *in marg.* quidam intellegunt aut suum aut iouis ignem acceptum spirasse ut sit contra non aduersus sed similiter id est a pari quia secundum fabulam ioui dicitur affuisse pugnanti contra titanas *T* || 21 spirasse pro eo] intellegendus est *vel* fingitur *vel simile quid videtur supplendum esse.* et forte ait aut (*l.* 20) *Schoellius* || non *T*: nr̄a *F* nostra *Daniel* || 24 *ad* PARIBVS *s. v.* inter se *T*

comparatio, ut intellegamus, eum multitudinis vice dimicasse. *DESAEVIT autem hic valde saevit, alias saevire desinit.*

570. INTEPVIT MVCRO nimia scilicet caede.

571. QVADRIIVGES propter homoeoteleuton noluit dicere 'quadriiugos', et contulit se ad aliam declinationem: nam et 'quadriiuges' et 'quadriiugos' dicimus, sicut 'inermis' et 'inermus', 'exanimis' et 'exanimus'.

572. ATQVE ILLI equi scilicet, nam ad superiora retulit: quod sciendum est esse vitiosum; interposuit enim 'adversaque pectora'. LONGE GRADIENTEM longis gradibus incedentem: et est militaris incessus. *aut e longinquo.*

574. *EFFVNDVNTQVE DVCEM et hoc loco omisit occisum, ut supra* ⟨545⟩ *Dardanides contra furit.*

575. BIIVGIS erit nominativus 'hic biiugus': nam *alias* biiugibus faceret, si esset tertiae formae ab eo quod est 'hic biiugis, huius biiugis'.

579. *ADVERSAQVE INGENS hoc est adversus ipse cum hasta apparuit. et bene 'ingens' visus, cum adversa hasta minaretur.*

581. NON DIOMEDIS EQVOS NEC CVRRVM CERNIS ACHILLIS duos obicit a quibus est victus Aeneas, nec tamen usquequaque: nam eorum impetus evitavit.

583. *VESANO hic poeta adfectionem suam accommodavit dicendo 'vesano'.*

585. DICTA PARAT potest legi et 'dicta parat contra'.

586. PRONVS PENDENS 'pronus' nomen est, nam et comparatur, ut 'pronior'. si autem participium esset, fieret vitiosa elocutio sine interpositione coniunctionis.

587. *ADMONVIT praeterito praesenti.* PROIECTO extento, ut ⟨III 699⟩ proiectaque saxa Pachyni. *PROIECTO] id est ante iacto.*

---

2 *ad* DESAEVIT *s. v.* hoc loco ualde saeuit *T* ‖ 4 quadraiugos dicere *F* ‖ 5 contulitque *M* ‖ se ad aliam . . . dicimus *om. LH* (*add. l*) ‖ quadriiugos et quadraiugis *F* ‖ 6 inermes et inermos *ASMl* inermus et inermis *F* ‖ exanimes et exanimos *ASMl* exanimus et exanimis *F* ‖ 8 nam et superiora *LH* (*corr. l*) ‖ 9 uitium *RLH* (uitiosum *l*) ‖ pectora] alibi (VIII 207) 'praestanti corpore tauros avertit, totidem forma superante iuvencas atque hos *add. Fabricius* ‖ 11 incessus] et est homeri ut μακρὰ προβιβάς *add. D. cf. Il.* XIII 18 ‖ aut longinquo *F, correxi* ‖ 12 *ad* EFFVNDVNTQVE *s. v.* effusum in hoc loco et iam occisum debemus intellegere *T* ‖ misit *F, corr. Daniel* ‖ 15 si esset formae tertiae declinationis ut hic biiugib; huius biiugis faceret *F* ‖ 17 *ad v.* 579 aduersa hasta id est ipse aduersus *T* ‖ aduersas *F* ‖ hasti *G* ‖ 18 visus cum adversa *Commelinus*: usus cum ad diuersa *F* ‖ 20 usque *LH* (quaque *add. l*) ‖ 21 impetus] tempus *F* ‖ 22 VAESANO *G* ‖ hoc *F, corr. Daniel* ‖ adfectationem *Daniel* ‖ 23 uaesano *G* ‖ 24 para *H* parent *F. dicit Servius et post* parat *et post* contra *distingui posse* ‖ 26 locutio *LF* (elocutio *l*) ‖ 28 praeteritum pro praesenti *Masvicius* ‖ extento *ASMF:* intento *RH* extento *L, sed* ex *in ras. l. cf. schol. Dan. ad Aen.* III 699 ‖ 29 *ad* PROIECTO *s. v.* intento ante iacto *T*

592. LVCAGE NVLLA TVOS CVRRVS FVGA SEGNIS EQVORVM PRODIDIT A. V. V. E. H. V. haec adlocutio contraria est superiori, hoc enim continet: obiecisti mihi quod sim et a Diomede et ab Achille conversus in fugam; te vero, o Lucage, nec equorum tarditas prodidit, quod mihi contigit cum a Diomede occisus est Pandarus qui in eodem curru dimicabat, nec aliqua umbra equi tui sunt territi, quod factum saepius in Homero legitur, sicut *et* paulo post ⟨643⟩ Turnum agit imago bella deserere. potest tamen et ad illud referri quo tempore eum ab Achille nube cava Neptunus eripuit, ut in quinto ⟨808⟩ commemoratur. *potest et ad aliud referri, quod Niphaeus paulo ante* ⟨570⟩ *ab equis suis proditus est.*

594. IPSE ROTIS SALIENS sarcasmos est; nam per inrisionem dictum est, *qui non morte deiectus es:* ille enim vulneratus ceciderat. 'rotis' *autem* curru, a parte totum.

598. SINE permitte, relinque, patere, *id est* συγχώρησον.

601. LATEBRAS ANIMAE PECTVS definitio est pectoris, *id est in quo anima latet et continetur.*

602. EDEBAT quasi ad spectaculum: unde et munerum editores vocantur. *FVNERA caedes, ut* ⟨II 361⟩ *quis funera fando explicet.*

603. *TORRENTIS AQVAE notandum quod 'aquae' addiderit, cum absolute 'torrens' dicatur.*

604. *MORE FVRENS exposuit superiora epitheta.* *TANDEM ERVMPVNT solutam obsidionem ostendit.*

605. *ASCANIVS PVER syllepsis. est ordo: Ascanius et iuventus; nam 'obsessa' et ad Ascanium pertinet.*

608. VT REBARE ut arbitrabaris, verum est quod Troiani Veneris virtute nituntur. et dictum est per ironiam: nam superfluo quidam hanc orationem simpliciter dictam volunt, ut re vera dicat Iuppiter per se nihil posse Troianos. quod falsum est, adeo ut Iunonis oratio ad ironiam, non ad simplicia verba respondeat. NEC TE SENTENTIA FALLIT hoc per parenthesin dictum est.

---

1 *ad* AMARIS (*v.* 591) *s. v.* acerbis duris. et hoc cum dicit habitum futurae orationis ostendit *T* ‖ 7 et *Daniel*: a *F* ‖ 8 agit *RLH*: cogit *reliqui* ‖ 9 cava] *om. RLHM* (*add. l*), causa *F* ‖ 10 ut *om. F* ‖ commemorat *F* ‖ 11 nifaeus *F* ‖ palilo *F* ‖ 12 sarcaismos est qui non morte deiectus est nam per *e. q. s. F. verborum ordinem emendavit et* es *pro* est *scripsit Masvicius* ‖ 15 CYNXωPHHCON *A* CYNXωPHCON *SM* ЄCYNXωPHCON *RH* CINXωPhICON *L* CYNXωPN *F* ‖ 16 est *ante* pectoris *om. RHM* ‖ *ad* LATEBRAS A. *s. v.* in quibus anima latet et continetur *T* ‖ 19 *ad* FVNERA *s. v.* scilicet caedes *T* ‖ caedis *F* ‖ 20 *schol. ad v.* 603 *hab. T* ‖ 21 torrens absolute *T* ‖ 22 epithea *F* (epitheta *G*) ‖ *ad* ERVMPVNT *s. v.* nunc ostendit solutam obsidionem *T* ‖ *ad v.* 604 *in marg.* sillemsis, *s. v.* 605 talis est ordo tandem erumpunt ascanius et iuuentus et castra relinquunt ut obsessa ad ascanium referatur *T* ‖ 24 syllempsis *F* sillemsis *G* ‖ 26 ueneris utuntur auxilio *F* ‖ 27 superflue *F* ‖ 28 hanc orationem uolunt dictam simplicem *F* ‖ 29 quod] quia *F* ‖ 30 respondent *AS* responderit *R* respondeant *H*

609. VIVIDA *id est* fortis, ut ⟨V 754⟩ sed bello vivida virtus.

611. CVI IVNO SVMMISSA humilis. et quia intellexit obliqua Troianorum accusatione inpugnari suum pudorem, etiam ipsa respondet oblique.

612. TRISTIA *vel quae tristem faciant: vel quae* severa: Terentius tristis veritas inest in vultu atque in verbis fides, item contra Vergilius furias amnemque severum, *id est tristem.*

615. QVIN ut non: nam confirmativa particula est. *quidam hunc ordinem esse volunt: namque si mihi, quae quondam fuerat, vis in amore foret, non hoc mihi negares, quin possem pugnae subducere Turnum. alii hoc genus elocutionis accipiunt, ut per ea quae per parenthesin posita sunt, reliquo sensui occurratur, non his quae primo posita sunt: hic enim ad illud quod insertum est 'non hoc mihi namque negares omnipotens' 'quin et pugnae subducere Turnum et Dauno possem incolumem servare parenti'. alioquin dempta hac parenthesi, non congruit primum cum postremo, si ita dicas 'si mihi quae quondam fuerat quamque esse decebat, vis in amore (foret), quin et pugnae abducere Turnum et Dauno incolumem possem servare parenti': Plautus in Cistellaria is servus, sed abhinc annos factum est* XVI., *cum conspicatus est primo crepusculo puellam exponi.*

617. NVNC PEREAT TEVCRISQVE PIO DET SANGVINE POENAS ductus est; nam non agit ut pereat, sed magis favet eius saluti: *nam statim subicitur, cur indigne fiat 'ille tamen nostra deducit origine nomen', ut in secundo* ⟨103⟩ *iamdudum sumite poenas, hoc Ithacus velit et magno mercentur Atridae.* quod autem dicit 'pio sanguine', Aeneae eum latenter exaequat, qui ubique inducitur cultor deorum.

5 Terentius] Andr. V 2, 16 ‖ 7 furias] georg. III 37 ‖ 18 Plautus in Cistellaria] Casin. prol. 39

1 sed] seuo *H* sit *F* ‖ 2 intellegit *F* ‖ 3 troianorum ex accusatione *AS* ‖ 5 *ad* TRISTIA *s. v.* seuera uel quae tristem faciunt *T* ‖ 6 ueritas *libri, nisi quod* seueritas *l* ‖ in *om. F* ‖ atque . . . fides *om. F* ‖ fides *H*: fidens *RL*, *om ASM* ‖ 7 e contra *F* ‖ uergilius *F* ‖ 8 non *om. L* ‖ nam] iam *S*, *om. H* ‖ firmatiua *L* affirmatiua *vulgo* ‖ est] non est *AS* ‖ quidam . . . puellam exponi *hab. T* ‖ 9 uolunt esse *T* ‖ quandam *G* ‖ fuerant *F* ‖ 10 amore] mare *F* ‖ foret] fuisset *T* ‖ necares *F* ‖ subduceretur nam *F* ‖ 11 per parenthesin *T*: parenthesis *F* parenthesi *Daniel* in parenthesi *Commelinus* ‖ 13 non] nam *F* ‖ 14 omnipotens] accommodatur *supplendum videtur.* dic enim (*l.* 13) *Schoellius* ‖ 15 empta *F* ‖ parentesi *T* ‖ 16 primo *F* ‖ si *ante* mihi *om. G* ‖ 17 uis in amore *T* iusta *F* (*ortum ex* uis i. a.) ‖ 19 cistellarius seruus *F* cistellaria seruus *T* ‖ factus *T* ‖ XVI *T* xui *F* XIII. *Daniel* ‖ 22 ductus est *libri. cf. Fortunat. ars rhet.* I 5 (*p.* 84, 23 *Halm*) '*quid est ductus? quo modo tota causa agenda sit.*' *fortasse* ductus subtilis est *scripsit Servius. cf. Fortunat. l. l. p.* 85, 1 '*subtilis qui est? cum aliud est in themate, aliud in agentis voluntate*'. *apud Servium* sermo obliquus, non aperte ductus *edidit Fabricius, reliqui Stephanum secuti sunt qui* δεικτικός *dedit* ‖ non enim *F* ‖ 23 ura (*i. e.* '*vestra*') *F* ‖ 24 addudum *F*

618. ILLE TAMEN quamquam moriturus est, tamen a diis originem ducit. NOSTRA divina, *id est aut Iovis, aut Iunonis, aut omnium deorum.*

619. QVARTVS PATER abavus: nec est contrarium illud, *quod ait supra* ⟨76⟩ cui Pilumnus avus: potuit enim fieri ut et avus eius et abavus a Pilumno Pilumni nominarentur. *ergo per patris appellationem ostendit cognationem.*

621. *REX AETHERII BREVITER SIC FATVR ubique reges breviter loquentes ostendit* ⟨16⟩ *Iuppiter haec paucis et* ⟨I 561⟩ *tum breviter Dido vultum demissa profatur.*

622. SI MORA PRAESENTIS LETI ex Iovis concessione quali arte egerit Iuno, cognoscitur, scilicet ut Turnus posset evadere. CADVCO morituro.

623. PONERE facere, *vel, ut quidam volunt, constituere et decernere: alii 'ponere' pro 'dare', ut* ⟨XII 878⟩ *haec pro virginitate reponit? sane 'ponere' facere,* sic*ut* Lucilius Homerum secutus, qui ait *ἄλγε' ἔθηκε* id est fecit. *alii 'ponere' putare, ut solet dici 'pone me hoc fecisse'.*

625. HACTENVS INDVLSISSE VACAT *id est sufficit.* ingenti arte locutus est: nam dicendo 'vacat' ostendit, supra hoc breve spatium ulterius bonam stellarum inradiationem Turni fata differre non posse: unde non ait 'indulsisse libet', sed 'vacat', ac si diceret: iam undique in mortem truditur Turnus, hoc tantum vacat spatium, *id est intervallum temporis, quasi hoc spatium, hic locus est ut parumper differatur.* hinc est quod et supra ait ⟨472⟩ metasque dati pervenit ad aevi.

626. VENIA VLLA beneficium, quod te speras mereri. *et duas habet significationes: quod petitur, ut hic, et quod conceditur, ut* ⟨903⟩ *si qua est victis venia hostibus, oro.*

627. *MVTARIVE deest 'posse'. an mutatum iri?*

---

16 Lucilius] ex libr. inc. CXIX ap. Muell. p. 153 ‖ Homerum] Il. I 2

---

1 a diis *RL*: ab his *ASH* ad his *F* a nobis *M* ‖ 2 et iunonis *G* ‖ 4 nec] non *L* ‖ 6 atauus *F* ‖ *s. v.* 619 per istius appellationem ostendit cognationem. ideo non est contrarium quod alibi dicit cui pilumnus auus *T* ‖ 8 *ad* BREVITER *s. v.* breuiloquium dat semper regibus uirgilius *T* ‖ FATVS *F* ‖ 11 artu *H* astu *Masvicius* ‖ 12 possit *ASF* ‖ 14 *ad* PONERE s. *s. v.* quidam intellegunt constituere decernere alii facere alii dare ut haec pro uirginitate repone (*sic*) *T* ‖ 17 ΑΛΤΕΕΘΗΚΕΝ *A* ΛΛΕΕΟΗΚΕΝ *S* ΑΦΕΕΟΚΕΝ *R* ΛΓΕΟΟΚΕΝ *L* afe eokem *H* ΑΓΕΕΟΚΕΝ *M* ΒΑΤΕΟΘΝΚΕ *F* ‖ 19 *ad* VACAT *s. v.* sufficit *T* ‖ 20 supra h. b. s. nullum (nullam *Daniel*) b. s. i. futuram ex quo turni *e. q. s.* *F* ‖ 21 bonarum *Fabricius* ‖ differri *L* ‖ 22 licet *F* ‖ 23 traditur *F* ‖ *ad* VACAT *s. v.* id est hoc tantum uacat spatium id est interuallum temporis ut parumper differatur *T* ‖ 28 *ad* VENIA V. *s. v.* beneficium et uenia duo significat quod petitur . . . uictis hostibus uenia (*sic*) *T* ‖ quod ponitur *F*

628. QVAE VOCE GRAVARIS quae negas fato; vox enim Iovis fatum est: Statius et vocem fata secuntur. hoc autem dicit: utinam quae negas voce, id est fato, mente praestares. nam si Iovis vox fatum est, potest aliud fando fati ordinem commutare. 'gravaris' autem negas, graviter fers. et hac elocutione non nisi per accusativum utimur, ut si dicas 'gravor adventum tuum', id est graviter fero, gravor praesentiam tuam: nam et ipse sic dixit 'quae gravaris'. aliter non dicimus in hac significatione. similiter etiam accusativo casu utimur, cum volumus absolutam facere elocutionem et per gerundi modum aliquid dicere, ut 'petendum mihi est equum, codicem, byrrum' — hinc Vergilius ⟨XI 230⟩ aut pacem Troiano ab rege petendum, *sic* Sallustius castra sine vulnere introitum — nam si dixeris 'petendus est codex', iam non per gerundi modum *agis*, sed participialiter loqueris.

629. RATA firma, perpetua.

631. VERI VANA FEROR *id est* sum veritatis ignara.

632. *ORSA pro dictis et fatis.*

634. NIMBO SVCCINCTA *id est* nubibus, quia praemisit 'agens hiemem': quod nisi esset, splendorem acciperemus, qui est circa corpus deorum.

636. *TVM DEA potest sensu integro 'dea' detrahi.* NVBE CAVA erit nominativus 'haec nubes'; nam 'nubs' non dicimus, quod ait Livius Andronicus, qui primus edidit fabulam [Latinam] apud nos.

638. IVBASQVE propter equinam caudam, quae esse solebat in galeis, ut ⟨869⟩ cristaque hirsutus equina.

639. DIVINI ADSIMVLAT CAPITIS hoc ex persona poetae dictum est *de Aenea,* intuentis futura: nam post mortem in numerum referetur deorum. INANIA nec a membris, nec a mente venientia.

641. OBITA *morte* sumpta, suscepta et conpleta: *obiri enim supremus dies dicitur.*

1 Statius] Theb. I 213. cf. Luct. Plac. ad h. v. || 12 Sallustius] hist. IV 45 D., 3 Kr. || 15 RATA firma perpetua] cf. Isid. or. V 24, 21

1 QVOD *RLH* || quae *om. RLH* (*add. l*) || 2 fata *om. LH* || autem] enim *F* || 4 aliud] aliquid *exemplaria pleraque* || fati ordinem *om. F* || 5 feres *ASM* || 6 adgrauor *LH* (grauor *l*) || 7 sic] id *F, om. LH* (*add. l*) || 10 gerundum *R* || ut petendum . . . gerundi modum *om. L* (ut petendum pacem troiano ab rege petendum . . . modum *add. l*) || 11 birrum *M* || uergilius *F* || aut *F*: ait *ASM* et *RH* || 12 Sallustius . . . introitum *om. RH* || 15 FATA *AS* || 16 summitatis ignara *H* || 17 *ad* ORSA *s. v.* dicta *T* || 21 *ad* TVM D. *s. v.* integro sensu potest subtrahi dea *T*. *in marg. idem haec habet* caua. sinuosa concaua et potest hoc de corporalibus et de incorporalibus intellegi || senso *F* || detharahi *F* detharai *G* || 22 nominatiuus est *F* || nubs] nubis *M* || 23 liquius *H* libius *F* || Latinam *om. F* || 25 ut] unde est *F* || 27 inuentis *L* (intuentis *l*) innuentis *Masvicius* || feretur *F* || 29 sumpta *om. F* || *ad* MORTE O. *s. v.* suscepta impleta quia obiri dicitur proprie supremus dies *T*

642. AVT QVAE SOPITOS D. S. S. *'quae somnia' pro 'qualia insomnia', quae per somnum videmus.*

643. EXVLTAT 'exultare' est gaudere, et per se plenum est: nam 'insultare' est irridere inimicos. et dicimus 'insulto tibi', licet Sallustius dixerit multos ab adulescentia bonos insultaverat: quamvis possit illic alia esse significatio, id est in multos bonos insultaverat, hoc est impetum fecerat.

644. INRITATQVE VIRVM TELIS ideo hac arte agit Iuno et imagine decipit Turnum, quia si ei ex aperto fugam suaderet, more viri fortis ille fugae praeponeret mortem, cum praesertim ipse in sequentibus dicat ⟨XII 646⟩ usque adeone mori miserum est?

648. TVRBIDVS elatus adrogantia, tumens.

649. *PACTOS nunc passivum, ut 'pacta puella'.*

650. TELLVS QVAESITA PER VNDAS sic alibi ⟨XII 359⟩ en agros et quam bello, Troiane, petisti Hesperiam metire iacens.

651. VOCIFERANS SEQVITVR sequens clamabat, non ante dixit et sic est secutus.

652. NEC FERRE VIDET SVA GAVDIA VENTOS proverbium est 'venti ferunt gaudia', id est laetatur incassum: sic supra ⟨IX 310⟩ sed aurae omnia discerpunt, item ⟨XI 794⟩ partem mente dedit, partem volucres dispersit in auras.

653. FORTE RATIS descriptio per parecbasin facta, non enim a superioribus pendet, sed ante dictis adiungitur, ut ⟨VIII 416⟩ insula Sicanium iuxta latus. has autem descriptiones esse aptas et raras convenit, sicut etiam Horatius docet in arte poetica, dicens ⟨15⟩ purpureus late qui splendeat unus et alter adsuitur pannus: sunt enim ornatui. CREPIDINE SAXI crepido est abrupti saxi altitudo. *crepidines etiam templorum dici ipsos suggestus, in quibus aedes sunt conlocatae: et crepidines viarum, id est ipsae eminentiae*

---

5 Sallustius] hist. inc. 83 D. 50 Kr. || 28 crepido est e. q. s. ap. Serv.] exscr. Isid. or. XVI 3, 3

---

1 pro] per *G* || 2 per] pro *G* || 4 non insultare et inridere *F* || 5 multos *om. ASM* || ab *om. R* || aduliscentia *LF* adulescia *H* || insultaverat] sultauerat *F* || 6 quamvis . . . insultaverat *om. F* || significatione *coni. Dietschius* || id est . . . fecerat *om RLH* (*add. l*) || 7 exultauerat *AS* || 8 hoc *F* || 9 decepit *H* || quia si] quasi *HF* || 10 fugae *om. LHM* (*add. l*) || 16 iaces *LF, corr. l* || 17 non] nam *LM* || 18 et *om. F* || 20 laetantur *R* || 21 discrepant *F* || 22 uolucris *LF* uoluens *H* || 23 parebasin *RH* parentesin *L* (ecbasin *l*) parechasin *F* || 24 a *om. ASM* (*add. a*) || 26 et] sed *H* || sicut . . . poetica] sicut etiam in arte poetica sicut aratius docet *F* || 27 adsuetur *F* || 29 *ad v.* 653 *in marg.* crepidines dicuntur etiam suggestus id est eminentia loca in quibus collocantur aedes. et altitudines uiarum dextera leuaque dicuntur etiam crepidines *T* || 30 conlocutae *F* || id est] idem *F*

dextrae sinistraeque. sane hoc loco antiptosis facta est propter metrum: 'coniuncta' ergo 'crepidine' pro 'crepidini', sicut ⟨361⟩ haeret pede pes pro 'pedi'. *est autem ablativus pro dativo.*

655. OSINIVS ipse est quem supra ⟨166⟩ Massicum dixit. ergo, ut diximus, [si] Osinius proprium est, Massicus appellativum: licet possit fieri ut duo nomina unius sint, ut Numa Pompilius, Alexander Magnus, *Numanus Romulus* ⟨IX 589⟩. *alii volunt non eundem esse Massicum, quem Osinium; nam duas civitates supra commemorat, Clusium et Cosam: et tradunt potuisse fieri ut hic Osinius rex quidem unius de memoratis fuerit civitatibus, sed sub imperio Massici egerit: nam et Rhamnetem* ⟨IX 325⟩ *et Romulum* ⟨IX 593⟩, *quos in ducum ordinem non numeravit, reges fuisse dixit. alii hunc postea κατὰ τὸ σιωπώμενον volunt venisse, quia in catalogo eius non meminit.*
CLVSINIS ORIS Tusciae civitate.

658. TRANSILIT hoc sermone festinantis celeritas indicatur.

659. *VIX PRORAM asyndeton: sic enim melius.* RVMPIT SATVRNIA FVNEM *debuit dici 'cum rumpit Saturnia funem'*, *ut* ⟨I 34⟩ *vix e conspectu Siculae telluris, cum Iuno aeternum servans. ideo autem 'rumpit'*, ne deprehenso dolo *Turnus* ad bellum rediret.

660. *REVOLVTA PER AEQVORA NAVEM hypallage est pro 'revolutam navem'.*

661. ILLVM AVTEM AENEAS ABSENTEM IN PROELIA POSCIT sic melius, quam sicut non nulli volunt — Vrbanus namque sic legit — 'ille autem Aenean absentem in proelia poscit', ut 'obvia multa virum dat corpora morti' de nautis in navi inventis intellegamus. quod non procedit; nam absens dicitur qui recedit: quod nunc Turno congruit, non Aeneae qui interest proeliis. *'ille autem Aenean'*

4 ipse est e. q. s.] cf. Macrob. Sat. V 15, 7

1 dextra *F* ‖ hoc loco] hoc *AS* hic *Fa* ‖ 2 crepidinis *HF* ‖ 5 ut diximus] ut supra dixi *F* ‖ si *om. F. fortasse* ergo, ut diximus supra, Osinius *e. q. s., ut* si *ortum sit ex* s. (= '*supra*') ‖ est *om. LH* (*add. l*) ‖ 6 posset *F* ‖ 7 Magnus] paris *F* ‖ quidam uolunt . . . non meminit *hab. T* ‖ 8 q̄mosinium *G* ‖ 9 cossam *T* ‖ rex quidem unius *Daniel*: rex quidmunius *F* rex qđ minimus *T* ‖ 10 ciuitatibus *T*: ciuitatis *F* ‖ 11 ducam *F* ‖ 12 hanc *F* ‖ 13 quia] quā *F* ‖ 14 CLVSINIS] OSINIVS *H* ‖ ciuitatem *L* (*corr. l*) ciuitatis *F* ‖ *ad* TREPIDA (*v.* 656) *s. v.* aut festina aut re uera trepida *T* ‖ 16 *ad* RVMPIT *s. v.* cum *T* ‖ 18 e] eo *F* ‖ 19 in bello *F* ‖ 20 *s. v.* 660 quidam uolunt hypallagen hoc loco non per aequora reuoluta sed reuolutam nauem *T* ‖ 22 sic melius . . . poscit *om. H* ‖ sic melius . . . intellegamus] sic melius quam sicut nonnulli uolunt ille autem aenean absentem in proelia poscit ut sicut urbanus obuia multa uirum demittit corpora morti de nauibus inuentis intellegatur *F* ‖ 24 aeneam *ASM* ‖ poscit . . . non procedit] poscit, ut quasi ad Turnum possit referri. OBVIA MVLTA VIRVM DEMITTIT CORPORA MORTI Quod Vrbanus dici arbitratur de nautis in navi inventis, non procedit *Fabricius* ‖ obuiam *ASM* (*corr. a*) ‖ 25 in] de *L* ‖ 27 ille autem Aenean . . . corpora morti *haud scio an secludenda sint. nam Servianae ex-*

legunt, † *quo si ita est quia Aeneas 'multa virum demittit corpora morti'.*

665. MEDIO ad medium. TVRBO vis venti.

666. IGNARVS RERVM *id est* artis per quam evaserat: *hoc est nesciens hoc pro salute sua factum, ideoque et 'ingratus', nam et queritur.*

668. OMNIPOTENS GENITOR duo antonomasiva pro uno proprio, ut ⟨II 615⟩ Tritonia Pallas. TANTON pro 'tantone'. et constat mutilatas partes orationis accentum in eodem loco habere, in quo etiam integrae habuerunt: nam moria, id est minores particulae, ut ut 'que, ne, ve, ce', quotiens iunguntur aliis partibus, ante se accentum faciunt, qualislibet sit syllaba quae praecedit, sive brevis sive longa, ut 'musaque, huiusve, illucce, tantone', *adduce, deduce:* et haec mutilata similiter proferuntur, scilicet sub eodem accentu.

670. *QVO FEROR? VNDE ABII? bene variavit adverbia et pronomina.* QVEMVE REDVCIT? '*quem*' qualem, ut ⟨IX 479⟩ hunc ego te Euryale aspicio? et quasi nescius sui est in tanta rerum permutatione.

671. LAVRENTISNE ITERVM M. quasi deliberatio est.

672. QVID MANVS ILLA VIRVM? syllepsis per genus: nam a manu, id est multitudine, ad viros, *a feminino ad masculinum,* transitum fecit. *ergo figuratum et per genus et per numerum. est autem mira defectio, id est quid dicunt?*

673. *QVOSVE NEFAS Asper 'quosne' legit et adnotavit 'ne' pro 've', quasi expletiva particula.*

674. PALANTES VIDEO intellegimus eum non longe a terra fuisse: nam quod ait supra 'medio fert aequore', ut diximus, 'ad medium' accipiendum est. aut quia medium dicitur omne quod est

---

positionis argumentum iterari videtur, quod primo in margine scriptum tum ipsi scholio adiunctum esse suspicor. ‖ aeneā *F* ‖ 1 quo si ita est *F* quosita est *G* quod si ita est *Commelinus* quod si ita est, qui Aeneas . . . morti? *Schoellius* quod frustra est *ego. Masvicius haec edidit* Illi autem Aeneas legunt, quod ita est quia *e. q. s.* ‖ 3 TVRBO vis venti *om. LH* ‖ 4 *ad* INGRATVSQVE *s. s. v.* nesciens pro salute sua hoc gestum et ideo conqueritur *T* ‖ 5 nescies *F* ‖ 6 antonomasiua *R* antenomasiua *F*: antonomasia *reliqui* ‖ proprio] posuit *add. R* ‖ 7 TANTO *HF* ‖ 9 memoria *ASLH* (*corr. al*) ‖ 10 ce] se *F* ‖ quoties *R* ‖ 11 sit *om. LH* ‖ syllaba praecedat *L* ‖ 12 huiusue *R* (*probat F. Schoellius de acc. ling. lat. p.* 140): hiusue *L* huiusce *reliqui* ‖ illucce *RM*: illuc *LH* (*del. l*), *om. reliqui* ‖ tontone *LH* ‖ adduce deduce *del. F. Schoellius l. l.,* deduce *om. F* ‖ et haec] ad haec *F* ‖ 13 accentum *F* ‖ 14 adurbia *F* ‖ 18 *ad* LAVRENTISNE *s. v.* potest esse genitiuus si subaudias urbis et accusatiuus *T* ‖ 19 syllempsis est *L* ‖ nam a manu *om. H* ‖ 20 id est multitudine . . . transitum fecit] *sic locum constituit Masvicius*: id est multitudine ergo a feminino ad masculinum dicendo manus adiuro (*leg.* ad uiros, *om. Daniel*) transitum fecit *F* ‖ 21 facit *ASM* ‖ *ad* QVID M. I. V. *s. v.* figura est hoc loco per genus . . . quid dicunt *T* ‖ 22 qđ *F* ‖ dicent *Masvicius* ‖ 23 QVOSQVE *G* ‖ *ad* QVOSVE *s. v.* ue in hoc loco potest pro expletiua accipi *T* ‖ asper quos neglegit *G* ‖ 24 explatiua *F* ‖ 26 ad] aut *L* ‖ 27 omne] romane *H*

inter finem et initium, ut ⟨V 1⟩ interea medium Aeneas iam classe tenebat. GEMITVMQVE CADENTVM ACCIPIO hinc apparet de Aenea dictum ⟨662⟩ 'obvia multa virum demittit corpora morti'.

675. IMA TERRA dolet sibi etiam infelicium vota sublata: siquidem in mari constitutus optare *sibi* hiatum non potest terrae. imam autem terram prudenter dixit, quae *sustinet et* continet maria.

676. MISERESCITE VENTI pro petentis qualitate nonnumquam etiam mors videtur esse miseratio, ut hoc loco, item supra ⟨IX 491⟩ figite me, si qua est pietas. *'miserescite' autem quis ante hunc? ab eo quod est 'miseresco' et 'miserescimus'.*

677. *TVRNVS ADORO id est iuxta veteres, qui 'adorare' adloqui dicebant: nam ideo et adorea laus bellica, quod omnes cum cum gratulatione adloquebantur, qui in bello fortiter fecit.* ADORO 'ad' vacat, et est metri causa additum.

678. SYRTIS ubi harenosa sunt loca syrtes vocantur: ergo 'inmittite me ad saeva vada syrtium' aut *ad* harenosa loca, aut re vera ad syrtes, id est *ad* mundi extrema, quo me nec fama comitetur, *id est ubi me nemo sciat desertorem esse.*

681. MVCRONE INDVAT aut *καταχρηστικῶς* dixit 'induat' pro 'feriat': aut hypallage est pro 'mucronem suo induat corpore'. si enim 'induere' est vestire, non mucrone corpus induitur, sed induitur mucro corpore, id est tegitur et vestitur.

682. CRVDVM crudelem, cruentum. *EXIGAT aviditas mori cupientis ostenditur.*

686. ANIMI MISERATA pro 'animo miserata': nam figurate locutus est, sicut ⟨XII 19⟩ o praestans animi *iuvenis* pro 'animo', id est illa re.

---

15 ubi . . . vocantur] cf. Isid. or. XIII 18, 6

---

2 hoc *R* (hinc *r*) huic *H* ‖ 3 aduia *H* ‖ dimittit *Serviani libri* ‖ 4 etiam *om. F* ‖ lata (*de* sublata) . . . potest *om. LH* (*add. l*) ‖ siquidem] nam *F* ‖ 9 si qua] quasi *F* ‖ 11 *ad* VOLENS VOS TVRNVS A. *s. v.* cupiens et desiderans. potest intellegi et iuxta ueteres qui adoro alloquor dicebant. inde et adorea laus bellica quod eum omnes cum gratulatione qui fortiter fecisset in bello alloquebantur *T* ‖ id est] alloquor *add. Masvicius* ‖ 12 adoria *F* ‖ eum] cum *Daniel* ‖ cum gratulatione] congratulatione *F* ‖ 13 adloquebantur eum *Daniel* ‖ fecit. alii 'adoro' pro 'oro' ut 'ad' uacet et sit metri causa additum *Daniel* ‖ 15 SYRTES *RHF* ‖ sunt *om. H* ‖ 16 me *om. AS* ‖ aut re vera . . . comitetur *om. LH* (*add. l*) ‖ 18 *ad* NEC CONSCIA F. S. *s. v.* id est ubi nesciat me quisquam fuisse desertorem quia desertores dicebantur qui deserta militia uagabantur *T* ‖ 19 catacresticos *AF* catachresticos *RHM* catachresticus *L* ‖ 23 *ad* EXIGAT E. *s. v.* compellat. et hoc uerbo auiditas moriendi ostenditur *T* ‖ 25 ANIMIS *LH* ‖ misera *M* ‖ 26 animi] animis *L* (*corr. l*) animus *H* ‖ animo] et illius rei *add. Stephanus et Fabricius*, et praestans illius rei *add. Masvicius et qui eum secuti sunt* ‖ 27 id est] *om. LHM* (*add. l*), pro *Stephanus et Fabricius*. id est illa re *secludenda videntur.*

688. AD VRBEM Ardeam. et ideo sic longe, ne ex propinquo statim rediret, et ut eum adfectus retineret parentis.

689. AT IOVIS INTEREA MONITIS novimus sacrilegum esse Mezentium, *novimus quoque* Iovem etiam adhortatum esse alios deos, ut a bello desisterent, et dixisse ⟨112⟩ rex Iuppiter omnibus idem. quomodo ergo procedit 'at Iovis interea monitis'? dicimus primum, Iovem iustitiae favere, non partibus: quod si est, iure Mezentium in Turni locum facit venire, ut iustum proelium inveniatur, ne una penitus sit pars a ducibus destituta. quod autem dicitur, sacrilegum Iuppiter admonere non debuit, non admonet, ut vincat, sed ut possit perire. illud etiam frustra quaeritur, quemadmodum numini sacrilegus obtemperare potuerit, cum Mezentium non aperte Iuppiter moneat, sed ei iniciat tale desiderium: unde est ⟨IX 182⟩ dine hunc ardorem mentibus addunt, Euryale? an sua cuique deus fit dira cupido? MONITIS ab eo quod est 'haec monita' hic venit dativus; nam et 'hos monitus' dicimus, ut Persius ⟨I 79⟩ hos pueris monitus patres infundere lippos. sed a quarta declinatione nec singulari dativo utimur nec plurali: nam unum nomen est de his, quae licet duplicem habeant declinationem, tamen aliquibus eorum casibus propter asperitatem non utimur, ut 'laurui lauribus', cum et 'huius laurus' et 'ab hac lauru' dicamus.

691. CONCVRRVNT TYRRHENAE ACIES quae specialiter odio Mezentii in bellum ruebant.

692. *VNI ODIISQVE bene repetitur 'uni', ut ostendat conspirationem Etruscorum olim Mezentio incumbere.*

693. PRODIT IN AEQVOR extenditur: hinc Iuvenalis ⟨XII 77⟩ quae pelago occurrunt medio longeque relinquunt Italiam.

694. PONTO contra pelagus: nam dativus est.

695. *VIM CVNCTAM id est violentiam, impetum. CAELIQVE MARISQVE sicut Mezentius odiorum et telorum totius exercitus.*

697. FVGACEM velocem modo, *vel fugientem.*

---

1 et ideo sic longe *om. LH* (*add. l*) ‖ 2 statim rediret] posset in bella redire *R* ‖ redirent *F*, et *omittens* ‖ et ut . . . parentis *om. R* ‖ 3 novimus . . . Mezentium] supra legimus *R* ‖ 4 adhortatum *A*: et ortatum *SH* et hortatum *MF* exhortatum *L* hortatum *R* ‖ 7 primo *ASMF* ‖ 9 una pars penitus sit *F* ‖ dicit *RLH* ‖ 12 obtemperare] oboedire *F* ‖ potuit *RLH* ‖ 13 ei *om. F* ‖ initiat *RM* ‖ 16 hic datiuus uenit ab eo . . . monita *F* ‖ ut] ex *F* ‖ 17 hoc *H* ‖ lyppos *H* ‖ 19 nomen est] singulari datiuo *add. LH* ‖ 20 asperitatem] auctoritate (*sic*) *F* ‖ ut] sed *F* ‖ 21 laurui] lauri *AS* ‖ lauru *ASLM*: lauro *RH* laura *F* ‖ 22 mezenti *HF* ‖ 23 in bella *R* ‖ 24 *ad v.* 692 *in marg.* bene repetit ut ostendat conspirationem etruscorum olim praemiditatam (*sic*) fuisse contra mezentium *T* ‖ uni] cunii *F* ‖ 25 mezentiū *G* ‖ 27 quod *F* ‖ longe *R* ‖ relinquant *F* ‖ 28 contra *om. F* ‖ 29 *ad* VIM C. *s. v.* uiolentiam, *ad* MINAS *s. v.* impetum *T* ‖ CVNCTANTEM *F* ‖ 30 totius exercitus *om. F* ‖ 31 *ad* FVGACEM *s. v.* uelocem uel fugientem *T*

698. LATAGVM OCCVPAT OS pro 'Latagi os occupat'. et est Graeca figura, in Homero frequens, ut si dicas *ἔκρουσεν Ἀχιλλέα τὸν πόδα*, id est Achillem percussit pedem pro percussit Achillis pedem.

699. POPLITE PALMVM ea parte, qua plurimum poterat.

700. *SEGNEM SINIT qui vulneratus nihil iam efficere potuit.*

701. DONAT HABERE Graeca figura, ut ⟨V 248⟩ argenti magnum dat ferre talentum.

703. *THEANO mater Mimantis.*

705. CISSEIS Hecuba filia Cissei secundum Euripidem, *nam* secundum alios Dymantis *est*. quod autem ait 'face praegnas', haec ratio est, quia antequam pareret, facem se peperisse vidit in somnis. *PARIN CREAT plus est, quam si diceret 'face praegnas † incendit paret.* VRBE PATERNA OCCVBAT subaudis 'Paris': quod ut non diceret, metri est necessitate conpulsus: *nam deest 'qui', ut sit 'qui urbe paterna'.*

706. IGNARVM LAVRENS HABET ORA MIMANTA scilicet casus sui; vera tamen est lectio 'ignarum', id est ignoratum, qui nesciretur: et est supina significatio, sicut in quarto ⟨71⟩ liquitque volatile ferrum nescius pro 'qui nesciebatur'. *alii hypallagen volunt esse, ut sit 'Mimas in Laurenti ora ignota iacet'.*

707. *AC VELVT ILLE antiqui 'ille' vel magnitudini vel nobilitati*

---

18 ignarum . . . nesciebatur] cf. Gell. IX 12, 20 sqq.

---

1 occupatur *exemplaria pleraque* ‖ 2 ΚΡΟΥCΕΝ ΑΧΥΛΑΕΑ ΤΟΝ ΠΟΑΑ *A* ΕΚΡΟΥΧΕ ΠΑCΙΑΑΟΑ onada *L* ΕΚΡΟΥCΕΝ ΛΧΙΛ ΛΕΛ ΤΟΝ ΛΟΛΛ *H* ΕΚΡΟΥCΕ ΛΑΧΙΑΑΕΑ ΤΟΝ ΠΟΑΑ *M* ΕΚΡΙΟCΕ ΑΧΙΜΕΑ ΙΟΝ ΠΟΑ *F* ‖ 3 pro . . . pedem *om. L* ‖ 6 *ad* SEGNEM S. *s. v.* segnem dicit inutilem qui nihil efficere potuit iam uulneratus *T* ‖ potuit] *om. F,* possit *Commelinus* ‖ 8 talentum ferre dat *LHM* ‖ 9 minantis *F* ‖ 10 secundum Euripidem] secundum eripiden *AS* secundum eripedem *F, om. LH (add. l),* in Hecuba (*v.* 3) *Πολύδωρος Ἑκάβης παῖς γεγὼς τῆς Κισσέως add. Stephanus* ‖ 11 ait *om. ASF* ‖ praegnas *LHF*: pregnantis *A* pregnans *RMa* ‖ 12 quod *F* ‖ faculam *ASF* ‖ 13 diceret *Daniel*: dicere *F* ‖ *incendit Parin *Daniel,* genuit Parin *Masvicius. Danielem sequor qui inter* praegnas *et* incendit *non nulla intercidisse indicavit. videtur enim interpres de creandi verbo insolentius de matre posito dubitasse. itaque persuasit sibi fortasse sic dixisse poetam, ut Hecubam cum Parin ederet simul incendium Troiae 'creasse' i. e. effecisse significaret, vel Hecubam Paride edito causam factam esse 'incendii patriae', quae voces ipsae haud scio an lateant sub corruptis 'incendit paret'. cf. Serv. ad Aen.* VII 320. face praegnas Parin edit parit *coni. F. Schoellius* ‖ 14 OCCVPAT *ASF* OCCVPABAT *H* ‖ 15 nam *sine ratione positum esse moneo.* nisi *coni. F. Schoellius* ‖ ut sit qui *om. F, hab. G* ‖ 17 ignarus scilicet *F* ‖ 18 ignorum *ASRH* ‖ 19 sopina *AS* ‖ in quarto liquitque] in quarto libro ut quae (que *M*) *ASM* ‖ 20 *ad v.* 706 *in marg.* quidam uolunt esse hypallagen hoc loco ut sit at mimas in laurentis ora ignota iacet *T* ‖ ypallagen *F* ‖ 21 ut] aut *F,* sit *omittens* ‖ iacet] ille graui *add. F, quibus verbis suum locum dedit Daniel* ‖ 22 *ad v.* 707 *in marg.* ille. antiqui hoc pronomen magnitudini uel nobilitati assignabant *T* ‖ magnitudine *G* ‖ nobilitate *F*

adsignabant, ut ⟨I 3⟩ *multum ille et terris et* ⟨XII 4⟩ *Poenorum qualis in arvis saucius ille gravi.*

708. ACTVS coactus in retia.

709. DEFENDIT texit, ut hic mihi dum teneras defendo a frigore myrtos. VESVLVS mons Liguriae *est* iuxta Alpes. Liguria autem cohaeret Tusciae, de qua fuerat Mezentius: unde satis est congrua comparatio. *sane de hoc Vesulo quidam duo flumina, Rhodanum et Padum, nasci dicunt, quorum unus, id est Rhodanus, in Tyrrhenum mare, alter, id est Padus, in Adriaticum fluit.* MVLTOSQVE pro 'multosve': non enim vicina est palus Laurentia monti Vesulo, ut possit unus idemque aper intellegi. *sane* LAVRENTIA pro 'Laurens': nam *vera et* recta derivatio haec est.

710. PASTVS pro 'pastum', nam supra ait 'quem': ergo antiptosis est.

711. INHORRVIT ARMOS id est armis inhorruit: aut certe in armos horruit et erexit saetas.

712. *IRASCI deest 'est'.*

713. TVTIS CLAMORIBVS praeter periculum: *id est ipsi tuti.*

714. IVSTAE IRAE *quibus quasi odium est* propter illud ⟨VIII 485⟩ mortua quin etiam iungebat corpora vivis componens manibusque manus atque oribus ora.

717. CVNCTATVR disponit se per omnes partes. TERGO scuto, ut ⟨IX 410⟩ et venit adversi in tergum Sulmonis.

719. CORYTHI DE FINIBVS Corythus est et civitas Tusciae, et mons, et rex, pater Dardani: unde nunc ad quodvis potest referri '*de finibus Corythi*'.

720. GRAIVS HOMO oriundo quidem Graecus, sed qui nunc de Tuscia venisset ad bellum.

721. MISCENTEM perturbantem.

---

4 hic mihi] buc. VII 6 ‖ 22 TERGO scuto] cf. Non. p. 414, 8 M.

---

1 signabant *G* ‖ 2 anaruis *F* ‖ 4 huc *Vergilius* ‖ 5 uesulus mons est liguriae autem iuxta *F* ‖ est *hab. M* ‖ 7 est satis congrue *F* ‖ *ad* VESVLVS Q. P. A. *s. v. et in marg.* mons liguriae. de hoc monte dicunt quidam rhodanum et padum principium sumere quorum rhodanus defluit in tyrrhenum mare padus in adriaticum fluit *T* ‖ 8 nas *F* nasci *Daniel* ‖ 10 multasuae *F* ‖ palus] pars *A* ‖ monti] a monte *F* ‖ 12 nam haec est uera (uera et *Daniel*) recta deriuatio *F*. *ceterum scholium ad* LAVRENTIA *post* antiptosis est *hab. Serviani libri* ‖ 13 pro pastus *LH* (*corr. l*) ‖ 16 et ... saetas] per quod erectas sutas (*sic*) accipimus *F* ‖ 17 *ad* VIRTVS *s. v.* scilicet est *T* ‖ 18 propter periculum *RL* ‖ *ad* TVTISQVE *s. v.* ipsi tuti *T* ‖ 19 *ad* IVSTAE *s. v.* quibus est quasi odium *T* ‖ quasi quibus *F* ‖ illud *om. F* ‖ 23 integrum *AM* (*corr. a*) ‖ *ad* INFRENDENS *s. v.* seuiens. proprie infrendens dicitur dentes inter se comprimens quia proprie frendere est dentibus frangere *T* ‖ 25 pater dardani rex *F* ‖ quosuis *AS* quossuis *H* ‖ 27 quidam *F* ‖ 28 uenit *R*

722. PVRPVREVM PENNIS *galeam significat purpureas cristas habentem; aut certe 'purpureum pinnis' pulchrum*, bene galeatum, ut ⟨IX 161⟩ purpurei cristis iuvenes, id est pulchri. PACTAE CONIVGIS hic ordo est: conciliata primo, dein conventa, dein pacta, dein sponsa.

724. VAESANA FAMES alibi ⟨VI 276⟩ et malesuada Fames. FVGACEM velocem.

725. SVRGENTEM *IN CORNVA id est* crescentem, cornibus eminentem.

726. COMASQVE ARREXIT naturale enim est, ut irati leones erigant iubas.

727. LAVIT ab eo quod est 'lavo lavis': nam hoc verbum et primae est coniugationis et tertiae, a qua nunc ait 'lavit', item Horatius lavit amne crines, item *alibi* neque dulci mala vino lavere. *ergo 'lavitum' et 'lavit', sicut Plautus in Pseudolo* ⟨I, 1, 10⟩ *easque lacrimis lavis, id est umectas.*

731. INFRACTA aut valde fracta: aut re vera infracta.

732. ORODEN istum Oroden, virum fortem, intellegimus in fugam necessitate *esse* conversum: nam ipse paulo post dicturus est ad hortandos socios ⟨737⟩ 'pars belli haud temnenda viri, iacet altus Orodes'.

733. *NEC IACTA CAECVM unum sensum per duos extulit. 'caecum vulnus' autem, quod averso infigitur.*

735. FVRTO insidiis.

736. *PEDE NIXVS ET HASTA deest 'ait'.*

737. HAVD TEMNENDA VIRI Asper 'viris' legit, *ut sit, aliis haud temnenda: alioqui ipse ait 'fugientem haud est dignatus Orodem sternere'.* ALTVS magnus, ut ⟨875⟩ sic pater ille deum faciat, sic altus Apollo.

---

12 Horatius] carm. IV 6, 26 ‖ 13 item alibi] carm. III 21, 1

---

1 *s. v.* 722 hoc est bene galeatum aut significat galeam purpuream habentem aut purpureas cristas *T* ‖ PINNIS *HF* ‖ 2 galeum *F* ‖ ut *om. ASM* (*add. a*) ‖ 3 pulchri *om. H,* id est pulchri *in ras. l* ‖ *ad v.* 722 *in marg.* pactae aut conuentae aut promissae. talis autem ordo est ut primo dicatur conciliata deinde conuenta postea pacta nouissime sponsa *T* ‖ PACTA CONIVGI *F* ‖ 7 velocem] Homerus (*Il.* III 24) *εὑρὼν ἢ ἔλαφον κεραὸν ἢ ἄγριον αἶγα add. D* ‖ 10 arrigant iubar *H* ‖ 12 a *om. LH* ‖ qua] quia *L* ‖ 13 lavis *Horatius* ‖ namque *F* ‖ malo *L* ‖ 14 tauit *F* ‖ 15 lavis] laus *F* ‖ *ad* ALACER (729) *s. v.* argutus uelox expeditus, *ad* ATRAM (730) *s. v.* contritam aut squalidam cruore *T* ‖ 16 valde] nimium *F* ‖ 19 ad hortandos socios *om. F, pro* est pars *idem exhibet* certari ‖ aut *L* (haud *l*) haut *H* ‖ uiris *M* ‖ 21 per duos *scripsi*: et duos *F.* *ἠθικῶς F. Schoellius. possis et* unus sensus est sed duos extulit ‖ *ad* CAECVM D. *s. v.* id est quod auersum infigitur *T* ‖ 22 aduerso *F* ‖ 25 ut sit aliis *Masvicius*: ut ait allſſ *F* ut ait all* *Daniel* ‖ aud *F* ‖ 27 deum ille *HM,* ille *om. L* (*add. l*) ‖ 28 apollini *ASM* (*corr. a*)

738. PAEANA SECVTI paean proprie Apollinis laus est, sed abusive etiam aliorum dicitur; unde Pindarus opus suum, quod et hominum et deorum continet laudes, paeanas vocavit. *quamvis quidam alium Paeana esse, alium Apollinem velint, sed vere 'Paean' Apollo. tamen paeana carmen esse victoriae Aeschylus docet, quod ideo Apollini dicatum est, quia malorum avertendorum potens est: unde et ab Homero ultricem inmittens pestilentiam inducitur.*

740. NEC LONGVM LAETABERE duo dixit: nec diu laetaberis, nec *diu* me indefenso. Homeri autem more morienti dedit scientiam futurorum. LONGVM *autem* pro 'longe': nomen pro adverbio posuit.

742. SVBRIDENS per iracundiam ridens loquitur: unde et illud per inrisionem dictum accipitur 'ast de me divum pater atque hominum rex viderit', id est viderit utrum Mezentio possit nocere ille quem vos deorum et hominum creditis esse rectorem.

744. EDVXIT CORPORE TELVM quo facilius posset perire: Lucanus ⟨VI 232⟩ non eget ingestis, sed vulsis pectore telis.

745. DVRA QVIES blandae contraria: sic dictum est et 'somnus ferreus'.

747. CAEDICVS ALCATHOVM hoc loco est confusio in aliquibus nominibus: nam quis sit Troianus, quis *sit* Rutulus, ignoratur.

748. RAPO Rapon dicitur, sicut Tarchon; sed metri causa 'n' detraxit, ut possit synaliphe fieri, sicut supra ⟨VIII 603⟩ haud procul hinc Tarcho *et Tyrrheni tuta tenebant.*

750. INFRENIS casu equi asperrimi, qui frenorum sperneret regimen. infrenos autem etiam homines dicimus, ut ⟨IV 41⟩ hinc

---

1 sed *om.* *F* ‖ 2 etiam] et *F* ‖ 3 *ad* PAEANA S. *s. v.* quidam affirmant esse pean proprie carmen uictoriae quod ideo dicatum apollini tradunt quia potens est repellere uel inmittere mala *T* ‖ quamvis . . . inducitur] *uberiorem de Paeane expositionem contrahendo ab homine imperito corruptam esse apparet. cf. Macrob. Sat.* I 17, 15 *sqq.* ‖ quidem *F, corr. Barthius ad Stat. Theb.* VIII 224 ‖ 4 alium Apollinem *Barthius*: alii apollinem *F* ‖ 5 aescilus *F* ‖ 8 dicit *F* ‖ 9 dium me *F* ‖ autem more morienti . . . tua autem pietas prudenter est additum quasi (*v.* 812) *in Lipsiensis fol.* 242 *a manu recentiore, quae correctoris* (*l*) *esse videtur, scripta sunt.* ‖ 10 futurorum] veluti Patroclum morientem Hectori mortem praedicere (*Il.* XVI 851) *ἄλλο δέ τοι ἐρέω . . . Ἀχιλῆος ἀμύμονος Αἰακίδαο* et Hectorem Achilli (*Il.* XXII 358) *φράζεο νῦν . . . ἐνὶ Σκαιῇσι πύλῃσιν add. Stephanus. Homeri versus D quoque habet* ‖ nomen est pro aduerbio *F,* posuit *omittens* ‖ 11 et illud *om.* *F* ‖ 15 quo] equo *S* a quo *ML* ‖ 16 neget *A* ‖ uulsis *M*: auulsis *reliqui* ‖ corpore *F* ‖ 17 blandae *H* blande *R*: blanda *ASML* blanda et *F* ‖ *ad v.* 745 *in marg.* a contrario declamauit dicendo duram requiem et ferreum somnum *T* ‖ est *om.* *F* ‖ et] ut *F* ‖ 18 ferreus] est autem homeri (Homeri comparatio *Stephanus*) *Il.* XI 241 *ὣς ὁ μὲν αὖθι πεσὼν κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον add. D* ‖ 21 metri causa] propter synalipham *F* ‖ n] *om. HM,* nam *F* ‖ 22 ut . . . fieri *om.* *F* ‖ sinalyffa *A* sinaliffa *S* synalipha *RH* synalifa *M* sinalipha *L* ‖ 24 spernet *AS* spernet *ex* sperneret *L* spernit *a* ‖ 25 hinc] hunc *M,* et *Vergilius*

Numidae infreni cingunt. dicimus autem et infrenus et infrenis, sicut inermus et inermis.

751. PROCESSERAT AGIS *scilicet* contra Messapum dimicaturus: quod nequivit efficere, nam a Valero ante quam ad Messapum perveniret, occisus est.

752. HAVD EXPERS non ignarus virtutis parentum.

754. IACVLO ET LONGE FALLENTE SAGITTA iactu longe fallentis sagittae: nam ἓν διὰ δυοῖν dixit, ut ⟨III 467⟩ hamis auroque trilicem, item ⟨I 61⟩ molemque et montes *insuper altos. an 'longe' valde?*

755. *MAVORS fortuna bellica.*

756. *FVNERA mortes.* CAEDEBANT legitur et 'cedebant', id est terga vertebant, secundum quod 'ruebant' insequebantur significat. si autem 'caedebant', id est occidebant, 'ruebant' id est cadebant.

758. IRAM MISERANTVR INANEM generaliter dicit omnem iram bellicam: ubi enim tam inanis iracundia est, quam in bello, ubi ut pereamus irascimur? *aut quia nulla causa tam iusta est, ut propter eam bellum geri debeat: nam ideo ait 'et tantos mortalibus esse labores'. an 'inanem' non iuste conceptam? sic inanis fletus Aristaei, ut qui scilicet tanti non fuerint, propter quos ille sic lamentaretur.*

759. *AMBORVM pro 'utrorumque'.*

761. PALLIDA TISIPHONE non ipsa dea, sed effectus furiae, *id est furialis ardor*, hoc est insania.

763. ORION CVM PEDES INCEDIT MEDII PER MAXIMA NEREI STAGNA Orion, ut etiam in primo ⟨535⟩ diximus, Oenopionis regis filius fuit, ei concessus a Iove, Mercurio Neptunoque, susceptis hospitio. hic venator inmensi corporis fuit, qui quodam tempore susceptus a rege *Oenopione*, cum vellet eius filiam vitiare, ille iratus *opem Liberi patris, cuius erat filius, inploravit. is satyros misit, qui soporem infunderent Orioni et sic velut vinctum Oenopioni traderent*

---

19 inanis] georg. IV 375 ‖ 25 Orion e. q. s.] cf. mythogr. I 33

---

1 cingitur *AS* cinguntur *M* ‖ 3 mesapum *ASR* ‖ 4 quod] quem *F* ‖ nequid *R* ‖ a *om. AS* ‖ mesapum *ASR* ‖ ueniret *H* ‖ 7 iactu] iaculo *F* ‖ 8 en dya din *A* en dia dum *R* en dya diin *L* en dia dyn *HM* en dia di in *F* ‖ 10 *ad* LONGE *s. v.* ualde *T* ‖ 11 *ad* MAVORS *s. v.* id est fortuna bellica *T* ‖ 12 mortis *F* ‖ CEDEBANT *R* ‖ caedebat *ASML* caedebant *H* ‖ 13 uertebat *a* ‖ 14 cedebant *R* ‖ ruebant est *M*: ruebant id est *reliqui* ‖ caedebant *L* cedebant *H* (*corr. man. rec.*) ‖ 15 MISERANT *R* MISERATVR *F* ‖ dixit *R* ‖ 17 *ad v.* 758 *in marg.* inanem iram quia nulla causa tam iusta est ut propterea debeamus bellum gerere. siue inanem inutiliter conceptam sicut fletus aristei *T* ‖ propterea *Daniel* ‖ 18 generi *F* ‖ 19 iusta *F* ‖ fletur *G* ‖ 24 *ad* QVAM M. O. *s. v.* quam posuit per defectionem tam *T* ‖ 25 regis *om. R* ‖ 26 ei] et *RH* ‖ ab *F* ‖ 27 qui] diu *F* ‖ 29 inplorabitis *G* ‖ satiros *F*

arbitrio eius puniendum. tum ille Oenopion sopito ei oculos sustulit. caecus itaque Orion cum consuleret quemadmodum oculos posset recipere, responsum est ei, posse lumina restitui, si per pelagus ita contra orientem pergeret, ut loca luminum radiis solis semper offerret. quod ille efficere ita potuit: nam cum audisset strepitum cyclopum Iovi fulmina fabricantum, sono ad eos ductus, unum de his suis humeris superposuit et eo duce oraculi praecepta conplevit. non autem incongrue fingitur ire potuisse per medium pelagus, quasi filius pro parte Neptuni. haec autem comparatio pertinet ad solam corporis proceritatem. *alii hunc Orionem tantae magnitudinis dicunt fuisse, ut nulla eum altitudo maris ingredientem potuerit morari, unde inter sidera receptus. sane 'incedit' pro 'incessit', praesens pro praeterito.* PER MAXIMA *autem* NEREI STAGNA epitheto elevavit tapinosin more suo.

766. *REFERENS pro 'ferens' more antiquo: nam 're' abundat.*

770. INPERTERRITVS prima est conpositio, non secunda: nam hoc est 'perterritus' quod et 'territus', et tunc est vera conpositio, cum sermonis natura corrumpitur. *sane 'inperterritus' quis ante hunc?*

771. *MOLE SVA STAT hoc est in sua mole, ut dicitur 'in vestigio'.*

772. SPATIVM EMENSVS QVANTVM SATIS HASTAE speciosa elocutio.

773. *DEXTRA MIHI DEVS sic dictum est, ut* ⟨280⟩ *in manibus Mars ipse viri, ut non alium sibi putet deum esse sacrilegus, quam dextram et fortitudinem.*

774. VOVEO consecro et dico. PRAEDONIS praedones sunt qui populandam alienam invadunt provinciam, *ut* alibi ⟨VII 362⟩ perfidus alta petens abrepta virgine praedo.

775. TROPAEVM tropaeum dictum est ἀπὸ τοῦ τρέπεσθαι, id

---

25 praedones sunt . . . provinciam] exscr. Isid. or. X 219 || 28 tropaeum . . . ab exultatione] exscr. Isid. or. XVIII 2, 3

---

1 onepion *G* || eius oculos tulit *F* || 2 posset oculos *ASL* || 3 ei *om. H* || posse hoc fieri *F* || 4 luminis *F* || referet *F*, referret *Daniel* || 5 ita non potuit *a* || 6 ductus est *F* || 7 umeris *F* || 8 nam incongrue *F* (non autem incongrue *man. rec.*) || 10 alii . . . praeterito *post* more suo *hab. F, huc transposuit Daniel* || 13 releuauit *F* || 15 *ad* REFERENS *s. v.* re abundat et more antiquo posuit *T* || *ad* ANNOSAM M. O. *s. v.* annosam multorum annorum. et potest hoc referri ad comparationem hastae *T* || *ad v.* 767 INGREDITVRQVE S. *e. q. s.* Homeri versiculus (*Il.* IV 443) *οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει Fabricius* || 18 cum sermo natura conuertitur *F* || 19 *ad* MOLE S. S. *s. v.* id est in uestigio suo *T* || sua] saeva *Daniel* || 20 speciosissima *F* || 21 locutio *M* || 22 *ad v.* 773 *in marg.* sic est hoc dictum quemadmodum . . . fortitudinem *T* || in omnibus *G* || 23 uiris *TG* || deum putet sibi esse *T* || 24 dexteram *T* || 26 populando *Isidorus* || prouintiam *Serviani libri* || 27 abrepta] obducta *F* abducta *Vergiliani libri* || 28 TROPEVM *AS* TROPHEVM *RM* TROPHVM *L* TROPHAEVM *H* || tropaeum] *om. ASML*, tropheum *R* tropeum *H* || ΑΠΟ ΤΟΥ CΤΡΟΠΕCΕΙΛ *R* ΑΠΟ ΤΟΥ ΤΡΕΠΕCΤΕ *L* ΑΤΟ ΤΟΥ ΤΡΕΛΕCΕΙΛ *H* ΑΠΟ ΤΟΥ CΤΡΕΠΕ *F*

est ab hostium conversione: unde qui hostem fugasset, merebatur tropaeum, qui autem occidisset, triumphum, ἀπὸ τοῦ θριαμβεύειν, id est ab exultatione. sciendum sane Lauso propriam ideo nihil profuisse pietatem, quod in eum pater mente sacrilega munera transferebat deorum et ei occisorum spolia devovebat.

778. ANTOREM erit nominativus 'hic Antores', quomodo 'Diores': nam si 'Antor' fuerit nominativus *singularis numeri*, metri ratio non procedit: omnia enim Graeca nomina 'or' terminata, in obliquis casibus corripiuntur, ut 'Hector Hectoris', 'Nestor Nestoris', 'Castor Castoris'.

779. *MISSVS AB ARGIS profectus, ut* ⟨VI 812⟩ *missus in imperium magnum.*

781. ALIENO VVLNERE telo quod in Aenean fuerat destinatum. CAELVMQVE ASPICIT ut ⟨IV 691⟩ alto quaesivit caelo lucem item ⟨X 899⟩ hausit caelum mentemque recepit: naturaliter enim morientes cupiunt satiari extremo lucis aspectu.

782. DVLCES MORIENS REMINISCITVR ARGOS inter physica signa moriturorum etiam hoc legitur, patriae aspectum desiderare perituros, *ut* ⟨IV 468⟩ *et Tyrios deserta quaerere terra. an ex facti paenitentia? qui ad patriam redire comtempserat.*

784. LINEA TERGA lino enim tegebantur scuta, ut posset inhaerere pictura.

785. *INTEXTVM TAVRIS OPVS pro tergis: Plautus ubi vivos homines mortui incursant boves.* IMAQVE SEDIT INGVINE hypallage est 'ima hasta' pro 'in imo inguine'.

788. A FEMINE ut etiam supra ⟨344⟩ diximus, secundum Caprum erit nominativus 'hoc femen', licet nusquam lectum sit, ut etiam ipse commemorat.

790. LACRIMAEQVE PER ORA VOLVTAE non viri fortis, sed filii est considerata persona.

791. OPTIMA FACTA alii legunt 'optime': *est autem prosphonesis.* HIC in hoc loco, vel in hoc bello: nam adverbium est.

23 Plautus] Asin. I 1, 20

2 ᴀᴨᴏ ᴛᴏ ᴘɪᴀᴍʙᴇʏᴄɪɴ *A* ᴀᴨᴏ ᴛᴏʏ ᴏᴘɪᴀᴍʙᴇʏᴄ *R* ᴀᴨᴏ ᴛᴏʏ ᴘɪᴀᴍʙᴇʏᴄɪɴ *L* ᴀᴛᴏ ᴛᴏʏ ᴏᴘɪᴀᴍʙᴇʏᴇ *HM* ᴀᴨᴏ ᴛᴏʏ ΘᴘɪᴀᴍʙᴇᴄᴇɪΝ *F* ‖ 3 nil *ASL* ‖ 8 in] ino *AS* o in *L* ‖ 9 corripiunt *Hs. fortasse Servius scripsit* 'o' in obliquis casibus corripiunt ‖ 11 *ad* MISSVS *s. v.* profectus *T* ‖ 13 telum *AS* ‖ 15 haud sit *RH* hauxit *F* ‖ 19 *ad* DVLCES M. R. A. *s. v.* id est ex facti penitentia recordatur doloris sui pondus qui in patriam redire contempserat *T* ‖ 20 paenitentiā *F* ‖ quia *Masvicius* ‖ 24 IMA HASTA hypallage est pro in imo inguine *RH* ‖ 30 consideranda *F* ‖ 31 est autem prosphonesis *Daniel*: si autem propanesis *F* ‖ 32 in hoc loco vel in hoc bello *Lion*: in hoc loco uel bello *M* in hoc bello *ASRL* in hoc loco *H* in loco *F*, nam *omittens*

792. SI QVA FIDEM TANTO EST OPERI L. V. *'si qua' pro 'si', ut* ⟨I 181⟩ *Anthea si quem: aut pro 'si quam fidem'. et quaeritur 'si qua fides' a praeterito, an de futuro dicat.* 'tanto' *autem* 'operi' non de suis carminibus dicit — nec enim sibi adrogaret — sed 'tanto operi', id est pietati et virtuti tuae: nam hic est sensus: ego quidem facta tua, o Lause, et mortem ex pietate venientem non silebo, si tamen credet vetustas ex scelerato homine pium filium fuisse procreatum.

794. *INVTILIS pro 'vulnere debilitatus'.* INQVE LIGATVS pro 'inligatusque': et est tmesis cum hysterologia.

795. INIMICVM HASTILE cuiusdam quasi picturae pompa describitur.

797. IAMQVE ADSVRGENTIS DEXTRAE *ordo est:* iamque subiit mucronem Aeneae dextrae adsurgentis et plagam ferentis. *'subiit' autem 'mucronem' iuxta usum praesentem accusativo iunxit, cum alibi antique dativo iunxerit, ut* ⟨VII 161⟩ *muroque subibant: quod suis locis plenius dictum est.*

798. MORANDO SVSTINVIT moram iniciendo eius impetum lusit.

800. DVM GENITOR NATI PARMA P. A. de historia est: nam Scipio Africanus cum esset vix annorum decem et septem, patrem suum defendit in bello, nec cessit viginti et septem confossus vulneribus.

802. *FVRIT AENEAS dolore scilicet, quod sibi Mezentius esset ereptus. et est integrum: quamquam furit, tenet se tamen.*

803. *EFFVSA SI QVANDO GRANDINE praeteritum pro instanti posuit.*

804. PRAECIPITANT praecipitantur.

805. *TVTA LATET ARTE quod scilicet se perite a tempestate defendunt. 'tuta' autem 'arte' quae tuetur.*

806. *ALTI FORNICE SAXI concameratione, caverna.*

---

3 a praeterito *F* an praeterito *Daniel* an de praeterito *Masvicius. fortasse* et quaeritur 'si qua fidem' et reliqua de praeterito an de futuro dicat *i. e. quaeritur poetae sententia utrum haec fuerit: si vetustas rei permittet ut ei fides habeatur, an haec: si posteri tanto operi fidem habebunt* ‖ 5 ergo *F* ‖ 7 crederet *vulgo* ‖ 8 creatum *R* ‖ 9 *ad* INVTILIS *s. v.* uulnere debilitatus *T* ‖ pro] prout *G* ‖ *ad* INQVE LIGATVS *s. v.* histerologia est quia primo debuit illigatum dicere postea inutilis *T* ‖ 13 iamque] quae *F* ‖ 14 et] ac *R* ad *H* ‖ *ad* SVBIIT *s. v.* cum quadam euitatione suscepit *T* ‖ 15 iuncxerit *F* ‖ 21 nec cessit] cum esset *RH* ‖ confusus *F* ‖ 23 *ad* FVRIT A. T. T. S. *s. v.* scilicet qui mezentius fuit ei ereptus. et subaudiendum est quamquam furit tenet se id est cohibet *T* ‖ 26 *schol. ad v.* 804 *om. RH* ‖ 27 ARCE *F* ‖ *ad* TVTA L. ARTE *s. v.* qua se tutatur quod perite se defendat a tempestate *T* ‖ dependunt *F* ‖ 28 tuta autem arce *leg.* arte *Masvicius*: ut aut ante *F* ‖ qu&tuetur *F* qua&uetur *G* quae tuetur *Daniel* ‖ 29 *ad* ALTI F. S. *s. v.* conca molis curuae *T* ‖ concameratione caverna *scripsi*: concam arationis curuae *F* concavi arationis curvae *Daniel* concavi, arcuationis curvae *Masvicius*

807. DVM PLVIT hic distinguendum: nam si iunxeris 'dum pluit in terris', erit archaismos; debuit enim dicere 'in terras'. tamen sciendum est hemistichium hoc Lucretii ⟨VI 630⟩ esse, quod ita ut invenit Vergilius *ad suum* transtulit *carmen.* *IN TERRIS VT POSSINT et viator et rusticus, quibus opera sunt in terris.*

808. EXERCERE DIEM hypallage est pro 'ipsi per diem exerceri'.

809. NVBEM BELLI DVM DETONET bellantum impetum sustinet, donec deferveat. et bene translationem fecit a vicina conparatione.

812. FALLIT TE INCAVTVM PIETAS TVA quod credis idcirco me pium tibi veniam posse concedere, quia et ipse pietatis intuitu dimicas pro patris salute. 'tua' autem 'pietas' prudenter est additum, quasi non a parente descendens.

815. FILA LEGVNT proprium fuerat 'rumpunt'; tamen 'legunt' aut colligunt est, aut transeunt, ut ⟨III 292⟩ litoraque Epiri legimus. EXIGIT ENSEM PER MEDIVM et cetera. poetica descriptio est: nam re vera fieri non potuit, ut gladius et transiret per *medium* corpus iuvenis, et in corpore iuvenis absconderetur: nam 'exigit' est 'ex eo agit trans corpus'.

817. PARMAM id est levia arma, non clipeum. 'minacis' autem non Lausi; non enim ipse minatus fuerat. ergo ordo est 'mucro minacis', Aeneae scilicet. *aut si ad Lausum referas 'minacis', num audacis et fortis?*

819. *IMPLEVITQVE SINVM SANGVIS mire expressus est sinus tunicae sanguinem excipiens nec tramittens.* VITA PER AVRAS CONCESSIT MAESTA AD MANES *vita,* id est anima. et abusive dictum est; nam ad inferos simulacrum pergit, non anima.

820. *CORPVSQVE RELIQVIT potuit sine hoc sensus esse.*

825. PRO LAVDIBVS ISTIS quia et contra fortiorem et pro patris salute dimicare conatus est: ideo enim *et* pluraliter 'laudibus' dixit. *alii 'laudibus' pro virtutibus, ut solet poeta, dictum tradunt.*

---

13 legunt colligunt] cf. Non. p. 332, 3 M. || 19 PARMAM id est levia arma] exscr. Isid. or. XVIII 12, 6 || 23 mire ... tramittens] cf. Macrob. Sat. IV 6, 13 sq.

---

1 hic distinguendum . . . dum pluit *om. H* || 2 sarcasmos *L* arcaismo *H* || 4 ut *om. ASLM* (*add. a*) || inuentum *L* || uergilius *F* || 6 pro ut ipsi per diem exerceri possint *Daniel, sed* ut *et* possint *a recentiore manu in Floriacensi addita sunt* || 7 DETONET *F*: DETINET *ASRLM* et Et *H* || bellantium *F* || 8 facit *H* fecit *ex* facit *L* || 10 condere *AS* || 12 descendens] discedens *F*. cum in deos pater sit impius et pietas in filio sit nulla patris imitatione *add. D* || 14 aut colligunt aut rumpunt aut etiam transeunt *Masvicius* || 16 et *om. F* || 17 iuvenis ... corpus *om. H* || exiit *AS* (exigit *a*) exigit ensem *M* || 18 est ex eo] et haec *M* (et eo *m*), *om. F* || 21 *ad v.* 817 *in marg.* si ad lausum minacis referas audacis et fortis accipe *T* || 23 *ad* IMPLEVITQVE *s. s. s. v.* mire . . . transmittens *T* || 25 usiue *F* || 29 nam ideo *F* || 30 *ad* LAVDIBVS I. *s. v.* quidam laudibus uirtutibus accipiunt *T* || ut solet a poeta *Daniel*

826. PIVS AENEAS TANTA DABIT INDOLE DIGNVM propter vitandam adrogantiam tertia persona usus est, *ut* ⟨I 48⟩ *et quisquam numen Iunonis adoret?* 'indoles' autem est proprie imago quaedam virtutis futurae.

827. QVIBVS LAETATVS HABE TVA moris enim fuerat ut cum his rebus homines sepelirentur quas dilexerant vivi.

828. SI QVA EST EA CVRA REMITTO aut more illo dixit quo solet sepultura ad ipsa cadavera non pertinere — licet umbris, sicut in sexto ⟨326⟩ legimus, prosit — ut ⟨VII 4⟩ si qua est ea gloria signant, item de Pallante ⟨XI 52⟩ vano maesti comitamur honore: aut certe, si qua est ea cura Mezentio, id est patri sacrilego, qui superos inferosque contemnit. *an de tota hac re dubitat?*

830. AENEAE MAGNI DEXTRA CADIS sic alibi ⟨XI 688⟩ nomen *tamen* haud leve patrum manibus hoc referes, telo cecidisse Camillae.

832. *SANGVINE TVRPANTEM non ipsum turpantem, sed ut accidit, ita dixit.* COMPTOS DE MORE CAPILLOS antiquo scilicet more, quo viri sicut mulieres componebant capillos: quod verum esse et statuae non nullae antiquorum docent, et personae quas in tragoedis videmus similes in utroque sexu, quantum ad ornatum pertinet capitis.

833. INTEREA dum haec geruntur. et omnino sic est apud poetas 'interea', sicut apud Sallustium 'eodem tempore'.

834. VVLNERA SICCABAT LYMPHIS *siccabat aqua. sed et* nove et physice locutus est; nam cum aqua omnia infundantur, *hic* ait siccari vulnus *aqua. et ratio vera est;* fluxus enim sanguinis aquarum frigore continetur. LEVABAT inclinatione recreabat.

835. *ADCLINIS quis ante hunc?* PROCVL modo 'iuxta' significat, ut serta procul, tantum capiti delapsa, iacebant.

836. GRAVIA ARMA QVIESCVNT *cur illa pendeant, haec in terra sint, docuit dicendo 'gravia arma': unde et 'quiescunt' dixit.* bene 'gravia', ut et galeam arma, sed levia intellegamus. et talis est

3 indoles . . . futurae] exscr. Isid. or. X 124. cf. comm. Luc. V 17 || 29 serta] buc. VI 16

1 DABAT *ASMl* || 7 quo] quod *ASMF* || 8 sepulturam *F* || 9 in sexto *ASF*: in septimo *RLM* in septem *H* || 12 contempnit *ASRM* || tote *G* || 14 haec *F* || 16 *ad* TVRPANTEM *s. v.* fedantem *T* || sed] si *G* || 17 more *om. LH* (*add. l*) || 18 et statuae et nonnullae *RLH* (*alterum* et *del. l*) || 19 et *ante* personae] *om. R*, etiam *F* || tragoediis *LM* targoedis *H* || 24 aqua sed et *Daniel*: quasedet *F* || 25 infunduntur *RL* (*corr. l*) || 26 quia fluxū enim *F* || 27 LAVABAT *F* || reclinatiòne *F* || 28 iuxta *om. ASR* || 29 iacebat *F* || 31 grauiora arma *F* || bene ergo gravia *Daniel* || 32 et *ante* galeam *om. F* || galeam et alia arma *Lion* || sed] et *F*

figura, sicut illa Sallustii leonem atque alias feras, ergo et leo fera est. 'quiescunt' autem quasi in terra posita, quoniam galea, quae pendebat, poterat et moveri.

838. COLLA FOVET sustinens se arboris trunco. FVSVS PROPEXAM IN PECTORE BARBAM barbam in pectus *in*fusam habens. archaismos autem est quod ait 'in pectore' pro 'in pectus', sicut alibi ⟨VI 339⟩ mediis effusus in undis pro 'in medias undas'. *'propexam' autem quis ante hunc?*

839. MVLTA pro 'multum', sicut et pede terram crebra ferit pro 'crebro'. *MVLTVMQVE REMITTIT hoc pro 'saepe'.*

841. SVPER ARMA FEREBANT supra scutum, *si*cut supra ⟨506⟩ inpositum scuto referunt Pallanta frequentes.

842. *INGENTEM ATQVE INGENTI VVLNERE Homeri dictum κεῖτο μέγας μεγαλωστί.*

845. AD CAELVM TENDIT PALMAS increpans deos, quasi sacrilegus. et sciendum uno eodemque tempore non eum potuisse et inhaerere corpori et manus ad caelum levare, licet poeta ista coniunxerit. CORPORE INHAERET aut inhaeret Lauso suo corpore: aut certe hysterologia est, ut sit 'haeret in corpore': melius tamen est ut sit antiptosis pro 'corpori', ut ⟨361⟩ haeret pede pes pro 'pedi'.

848. PER VVLNERA SERVOR aut re vera 'per vulnera', quia per totum eius corpus mucro transierat: aut invidiose 'vulnera' ait pro 'vulnus', sicut Terentius non perpeti meretricum contumelias, cum de Thaide loqueretur.

850. NVNC DEMVM EXILIVM INFELIX NVNC ALTE VVLNVS ADACTVM solacio enim viventis filii utrumque fuerat ante tolerabile.

851. IDEM EGO qui nunc causa tuae mortis fui, feci ut et exulis et sacrilegi filius esse dicereris.

---

1 Sallustii] Iug. VI 1 ‖ 9 et pede] georg. III 499 ‖ 13 Homeri] Il. XVI 776 ‖ 24 Terentius] Eun. I 1, 3

---

2 est *om. LH* (*add. l*) ‖ 8 *ad* PROPEXAM *s. v.* promissam longam siue compositam id est fusam habens propexam barbam in pectus *T* ‖ 9 crebre *F* ‖ 10 *ad* REMITTIT *s. v.* iterum dirigit *T* ‖ 12 scuto *F*: clipeo *Serviani libri* ‖ 13 ΚΕΙΤΟ ΜΕΤΑC ΜΕΤΑΛΟC *F* *λελασμένος ἱπποσυνάων add. Daniel* ‖ 16 et sciendum non enī unū eodemque tempore potuisse *F* ‖ uno *om. H* ‖ *ad* SVCCEDERE D. (*v.* 847) succumbere id est uictum summitti *T* ‖ 23 ait pro] aut per *R* ‖ 24 per te *LH* (perpeti *l*) ‖ 25 cum una esset thais de qua loquebatur *F* ‖ de *om. LH* (*add. l*) ‖ thalide *R* thelide *H* thaide *L, sed* ai *in ras. l*) ‖ 27 solatio *libri* ‖ *ad v.* 850 *in marg.* tacite mouet pathos et quasi per definitionem. rem enim quae mouere miserationem potest dilucide non dicit sed facit intellegi. nihil enim aliud ex hoc intellegendum est quam hoc esse altum uulnus amittere filium *T ex Macrobii Sat.* IV 4, 23 ‖ 28 fui] qui *RH* (fui feci *in ras. l*) ‖ fecit *H*

852. PVLSVS OB INVIDIAM excusat, ne merito expulsus esse videatur.

854. OMNES PER MORTES per omnia mortis genera, *nam una mors est: aut* '*per mortes omnes*', id est per diversa supplicia: *aut quasi non una tantum morte dignus.*

857. VIS ALTO VVLNERE TARDAT alti vulneris violentia.

858. *HAVD DEIECTVS non deiectus animo.*

860. ADLOQVITVR MAERENTEM tristem. haec enim animalia secundum Homerum, cum sint tristia, indicant dominorum mortem futuram. *et proprie* '*adloquitur*' *dixit: est enim* '*adloqui*' *consolari.*

861. RHAEBE DIV RES SI QVA DIV MORTALIBVS VLLA EST hoc loco notant Vergilium critici, quod homini sacrilego dedit prudentem sententiam: quam rem ratio naturalis excusat. ea enim quae per naturam movent animos, in quamvis personam cadunt, illa vero tantum sunt prudentium, quae non nisi consilio et ratione deprehenduntur: unde et Terentius servis dat plerumque sententias prudentissimas quidem, sed quae se per naturam offerunt cunctis, ut n e quid nimis.

862. SPOLIA ILLA CRVENTA arma Aeneae, Lausi cruore perfusa — inde intulit 'et caput Aeneae', per quod etiam spolia Aeneae intellegimus — nam Lauso nihil detraxerat; dixit enim ⟨827⟩ 'arma, quibus laetatus, habe tua'. *si autem* '*cruenti*', *intellexeris scilicet crudelis: sic enim convenit personae loquentis.*

863. *LAVSIQVE DOLORVM num* '*Lausi dolorum*' *ut* ⟨II 784⟩ *lacrimas dilectae pelle Creusae?*

864. AVT APERIT SI NVLLA VIAM VIS aut si nullam ostendit fortitudo rationem. '*aperit*' *autem praesens pro futuro.*

865. NEQVE ENIM FORTISSIME CREDO quod dignaberis habere

---

16 Terentius] Andr. I 1, 34

---

3 nam *om. G* ‖ 4 supplicia] per quae uenitur in mortem *add. D* ‖ *ad* OMNES P. M. *s. v.* scilicet non una morte dignus *T* ‖ 6 TARDET *Serviani libri* TARDAT *F* ‖ 7 *ad* DEIECTVS *s. v.* scilicet animo *T* ‖ 9 cum sint tristia] tumescunt tristitia quando *AS* sunt tristia quando *F* tunc sunt tristia *l* ‖ 10 futuram] est autem Homeri comparatio (*Il.* XIX 404) τὸν δ' ἄρ' . . . οὖδας ἵκανεν *add. Stephanus. ex his* ἄφαρ δ' ἤμυσε . . . ἵκανεν *D quoque habet* ‖ *ad* ADLOQVITVR *s. v.* proprie dicit. alloquitur enim more ueteri significat consolatur *T* ‖ 11 *ad v.* 861 pathos cum scilicet ad muta vel ad inanimalia dirigitur sermo *T ex Macrob. Sat.* IV 6, 10 ‖ RHOEBE *AS* RHEBE *reliqui* ‖ 12 uergilium *F* ‖ cretici *RLFa* stritici *H* ‖ 14 illa . . . deprehenduntur *om. LH* (*add. l*) ‖ 15 sunt tantum *M* ‖ 19 Lausi cruore . . . spolia Aeneae *om. LH* (*add. l*) ‖ 20 unde *MF* ‖ 21 detraxerat] dixerat *F* ‖ enim] autem *F* ‖ 22 letatur *R* ‖ ruenti *F*. *ceterum ipse interpres scripsisse videtur* CRVENTI scilicet crudelis *e. q. s.*; si autem *et* intellexeris *is qui pleniorem commentarium composuit parum apte addidit, ut hoc scholium cum Serviano coniungeret.* ‖ 26 nulla *ASMl* ‖ ostenderit *F* ‖ 27 *ad* APERIT *s. v.* ostendit praesens pro futuro *T* ‖ 28 ENIM *om. RLH*

dominos Teucros, scilicet ignavos: nam hoc intellegimus ex eo quod dixit equo 'fortissime'. plerumque enim ex alterius personae vituperatione vel laude, quid de alia dicatur, agnoscimus, ut hoc loco Troianos vituperatos ex equi laude cognoscimus. item alibi e contra ⟨IV 215⟩ et nunc ille Paris, scilicet adulter: nam illo loco ex persona Paridis vituperatur Aeneas.

867. EXCEPTVS TERGO equo se praebente susceptus: quod fieri plerumque conspicimus.

868. IACVLIS ONERAVIT A. aviditas saevientis exprimitur, ut saepius.

869. *AERE CAPVT FVLGENS quia supra* ⟨835⟩ *procul aerea ramis dependet galea.*

871. *VNO IN CORDE PVDOR 'uno' autem pro eodem. tribus vero adfectibus conturbatum significat, pudore, ira, dolore, quae potentia sunt singula.*

875. *SIC PATER ILLE DEVM FACIAT bene in perniciem contemptoris deorum deos invocat.* *SIC ALTVS APOLLO aut venerabilis; aut quia in excelso loco consecratus est.*

876. *INCIPIAS deest 'ut'.* INFESTA HASTA in vulnus parata, id est protenta.

879. QVA PERDERE POSSES deest 'me': nam hoc dicit, nisi extincto filio nulla se ratione potuisse superari.

880. NEC DIVVM PARCIMVS VLLI *hoc ideo*, quia Aeneas invocaverat deos, ut 'sic pater ille deum faciat, sic altus Apollo'.

881. DESINE scilicet mortem minari: quoniam libenter moriturus advenit.

883. *INDE ALIVD id est iacit telum.*

884. VMBO scutum: nam a parte totum intellegimus.

885. *TER CIRCVM enarravit quid esset 'ingenti gyro'.* LAEVOS

21 nam . . . superari] cf. Macrob. Sat. IV 4, 24

2 equo *om. R* || 3 alio *AS* || ut . . . cognoscimus *om. AS* || 5 et] ut *RLH* || nam illico *F* || 7 exceptus *ASFl* || 8 conspicimus] in consuefactis (mansuefactis *Masvicius*) equis *add. D* || 9 ut *om. RLHM* (*add. l*) || 11 aera *G* || ramis] armis *F* || *ad* RAPIDVS (*v.* 870) iratus aut ardens cupiditate dimicandi *T* || 13 PVDOR] et rlq. *add. G* || 14 podore *G* || *ad* VNO I. C. *s. v.* id est in eodem corde, *ad v.* 871 *in marg.* tribus affectibus . . . dolore quae per se plurimum ualent *T* || 15 *v.* 873 TER id est saepius *D* || 16 bene . . . invocat *hab. T* || 17 *ad* SIC A. A. *s. v.* uenerabilis aut qui in excelso loco est consecratus *T* || uenerabis *F* || 19 *ad* INCIPIAS *s. v.* scilicet ut *T* || 20 protenta] portenta *R* parata *H*, id est protenta *om. L* (*add. l*) || 22 nulla potuisse potuisse ratione *A* (*prius* potuisse *del. a*) nulla potuisse ratione *S* nulla se potuisse ratione *F* || 26 aduenit *H*: adueni *R* aduenio *ASMF* aduenio *L*, *sed* o *in ras. l* || 27 *ad* INDE A. *s. v.* scilicet telum iecit *T* || 29 *ad* TER C. *s. v.* nunc exponit quid sit ingenti giro *T* || TE *G*

EQVITAVIT IN ORBES secundum artem militiae: nam eques stans facillime superatur a pedite. in laevam autem partem ideo circuibat, ut Aeneae dexteram partem circumveniret, quae utique nuda erat.

888. *TOT SPICVLA TAEDET hic ostendit quid sit 'figitque volatque'.*

889. PVGNA INIQVA pedes contra equitem.

890. MVLTA MOVENS utrum in ipsum, an in equum tela torqueret, quo vulnerato Mezentius carebat effugio. INTER TEMPORA id est in frontem.

891. BELLATORIS EQVI per quem bellum geritur. aliter hominem dicimus bellatorem, qui bellum gerit.

894. INPLICAT inpedit. CERNVVS cernuus equus dicitur qui cadit in faciem, quasi in eam partem cadens qua cernimus: unde et pueri quos in ludis videmus ea parte, qua cernunt, stantes, cernuli vocantur, ut etiam Varro in ludis theatralibus docet.

895. CLAMORE INCENDVNT CAELVM implent. et abusive dixit. TROESQVE *hoc est Troiani* gaudio. LATINIQVE *scilicet* dolore.

896. *ADVOLAT AENEAS multi haec nolunt distingui, quasi simul fiant.*

899. HAVSIT CAELVM M. R. hoc est aerem: Lucretius ⟨IV 132⟩ in hoc caelo, qui dicitur aer. et hoc dicit: postquam respiravit et mentem recepit post perturbationem ex equi venientem ruina.

900. HOSTIS AMARE aspere. et hoc Homeri est de telo dictum, quod hic ad hominem transtulit: ille enim ait πικρὸν ὀιστόν.

901. NVLLVM IN CAEDE NEFAS mori viro forti nefas non est,

11 cernuus e. q. s.] cf. Non. p. 21, 3 M. || 21 Homeri] Il. IV 118

1 artes *A* (artem *a*) || 2 partem *om. LH* || circuibat *ASLM* circumibat *RF* circabat *H* || 3 ut aeneae in dexteram partem ueniret *R* || partem *om. SF* || 4 *ad* TAEDET *s. v.* piget. hic . . . uolatque *T* || SPECVLA *F* || fugitque *G* || 5 pedes] pes de *H* pedis *F* || equitem] equa est *H* || 7 IN TEMPORA *ASM* || 9 geritur] *πολεμιστηρίον add. D* || aliter *om. F* || hominem] non bene *L* || 10 geritur *F* || 11 cernulus *F* (*puncta infra posuit man. rec.*) || dicitur equus *ASF* || 12 quasi in ea parte *H* || cadens *om. LHM* || qua cadens *R* || qua *La*: quae *AHM* que *F* quam *Stephanus et Daniel. e Sangallensi Hagenus qui cum Danielino exemplari eum contulit nihil enotavit.* || cernitur *R* || 13 pueros *F* || quos . . . stantes] quos ludentes uidemus et a parte qua cernuntur stantes *R* || ludis] ludenste *H* || ea a parte *L, sed* a *eadem, ut videtur, manus delevit* || qua] quae *ASH* (*corr. a*) || stantes] *κυβιστῶντες Commelinus a Salmasio* (*cf. Plin. exercit. pag.* 148) *accepit, sed idem Salmasius* (*p.* 628) stantes *probat et verba Servii his interpretatur 'Cernui pueri in ludis dicebantur qui capite in solo sistebant pedibus in aerem erectis.'* || cernuli *ASRFL* (*sed* nuli *in ras. l*) cernui *HM* || 14 uocatur *H* || ludis] uidemus ea parte *add. F,* libris *Stephanus* || licet *H* docet *L, sed* do *in ras. l* || *ad* CERNVVS A. *s. v.* cernuus dicitur proprie inclinatus quasi quod terram cernat *T* || 15 et *om. H* || 17 ATVOLA *G* || fiunt *F* || *ad* ET SVPER HAEC (*v.* 897) aut insuper aut super ipsum loquitur *T* || *ad* EFFERA VIS (*v.* 898) ultra humanum modum fera *T* || 20 turbationem *RLF* (perturbationem *l*) || 21 aspere *libri* || et est hoc homeri *R* et est homeri *LH* (hoc et est h. *l*) et hoc est h. *M* || 22 ΚΑΙ ΠΙΚΡΟΝ *AS* ΝΙΚΡΟΝ *L* ΓΙΚΡΟΝ *H* || 23 more uiri fortis *L* (*corr. l*) || non est] unde in primo (94) aeneas et fortis et pius (inducitur *add. Fabricius*) sic loquens 'o terque quaterque beati' *add. D*

nec ego sic ut vincerem veni, hoc est cum voluntate procumbo. *ergo aut nihil acerbi in morte se passurum ait; aut nihil nefandum Aenean commissurum, si se volentem interfecerit, quia mori decreverit, si mortem filii non potuisset ulcisci.* NEC SIC AD PROELIA VENI *hoc est ut vincerem, aut victus mortem deprecarer: ergo libenter occumbo.*

902. NEC TECVM MEVS HAEC PEPIGIT MIHI FOEDERA LAVSVS hoc est non cum hoc pacto a te Lausus recessit, ut *ego* vitam requiram. 'foedera' autem 'pepigit' per translationem dixit, id est non sic pugnavit Lausus, ut ullum mihi vitae relinqueret desiderium.

903. VENIA beneficium, ut ⟨I 519⟩ orantes veniam.

904. *ACERBA MEORVM quasi hoc de Aenea non senserit.*

905. HVNC ORO DEFENDE FVROREM inimicorum iram et post fata saevire cupientem. 'defende' autem est prohibe, ut dum teneras defendo a frigore myrtos. et bene petit ab Aenea *sepulturam,* quod scit eum ultro concedere, ut probavit in filio: petit autem non de eius pietate dubitans, sed timens iram suorum.

907. HAVD INSCIVS litotes figura: non enim dicit 'non ignarus', sed expectans omnibus votis, ut ⟨VII 261⟩ munera nec sperno, id est libenter accipio. in hac autem figura plus cogitatur, quam dicitur.

908. VNDANTIQVE ANIMAM DIFFVNDIT IN ARMA CRVORE ordo est 'in arma undanti cruore animam diffundit', cuius sedem plerique sanguinem volunt esse. et sic est dictum *hoc,* ut ⟨487⟩ una eademque via sanguis animusque sequuntur.

---

13 dum] buc. VII 6

---

2 *s. v.* 901 id est nihil acerbi se passurum in morte ait . . . decreuerit *T* || ergo aut nihil . . . libenter occumbo *post* nefas non est *hab. F, in quo Serviana* nec ego . . . procumbo *a reliquis maiore spatio separata sunt.* || acerui *F* || 3 eneam *T* || conmissurum *F* || interficerit *F* || mori] mortem ipse *T* || 4 potuisset *ego*: notuisset *F* uoluisset *Daniel* ualuisset *Commelinus* || *ad v.* 901 *in marg.* id est ut uincerem nec uictus mortem deprecarer. ergo uoluntate occumbo *T* || 8 dixit *om. AS* || 9 mihi *om. RLH* (*add. l*) || 12 et *om. R* || 13 facta *AS* || 15 ultra *L* (*corr. l*) || 17 non *ante* ignarus *om. L* (*add. l*) || 18 expectans] spectans *ASl* expertus *L* || 23 et sic est dictum *om. AS* || ut] quomodo illud *F* || 24 sanguisque *La* || sequuntur] item (I 98) 'tuaque animam hanc effundere dextra' quasi quae in cruore fouetur *add. Fabricius* || EXPLICIT LIBER DECIMVS . INCIPIT LIBER VNDECIMVS FELICITER *A* EXPLICIT LIBER X. INCIPIT LIBER XI. *LM*

SERVII GRAMMATICI

IN VERGILII AENEIDOS LIBRVM VNDECIMVM COMMENTARIVS.

1. OCEANVM INTEREA SVRGENS AVRORA RELIQVIT more suo praetermisit noctis descriptionem, quam transisse indicat praesens ortus diei. et hoc est unde ait Horatius nec verbum verbo curabis reddere fidus interpres: quae enim naturalia sunt omnibus patent. *'surgens' autem quae surrexit, ἀναστᾶσα.*

2. AENEAS QVAMQVAM ET SOCIIS DARE TEMPVS HVMANDIS P. C. consuetudo Romana fuit ut polluti funere minime sacrificarent. si tamen contingeret ut uno eodemque tempore et funestaretur quis et cogeretur operam dare sacrificiis, elaborabat ut ante sacra compleret quam funus agnosceret: unde etiam Horatius Pulvillus in Capitolii dedicatione cum ab inimicis ei filius nuntiaretur extinctus, *ut quidam putant falso, ut alii, pro vero*, ait 'cadaver sit', nec voluit funus agnoscere, donec templa dedicaret. secundum quem ritum etiam Aeneas inducitur ante operam dare sacrificiis, et sic ad sociorum et Pallantis sepulturam reverti.

3. PRAECIPITANT CVRAE urgent: longam enim dilationem sepultura non patitur. *sane cum 'quamquam' praemisisset, non intulit 'tamen', ut alibi libertas quae sera tamen respexit inertem cum 'tamen' dixerit, non praemisit 'quamquam'. 'dare' vero 'tempus' relinquere, id est ut breve: et habet emphasin propter multitudinem nego-*

---

1 more suo e. q. s.] cf. Don. ad Ter. Eun. III 5, 46 || 3 Horatius] a. p. 133 || 7 consuetudo Romana fuit e. q. s.] cf. Serv. ad Aen. VI 8 || 13 secundum . . . reverti] exscr. mythogr. III 6, 28 || 18 libertas] buc. I 27

---

3 unde] quod *F* || ait] ēut *R* || verbo] uerbū *H* || 5 *ad v.* 1 surgens quae surrexerat transacto tempore noctis *T* || surgentis *F* || surrexit ἀναστᾶσα *scripsi*: surrexanaetaca *F* surrexit ἀνὰ et κατά *Daniel* || 9 laborabat *LH* (elaborabat *l*) elaborat *F* || sacra *om LH* (*add. l*) || 10 puluilius *RH* || 14 ad sociorum ad pallantis *F* || 16 urguent *F* || sepulturae *F* || 17 *ad* VOTA DEVM (*v.* 4) *s. v.* deest hic tamen *T* || 18 ut tibi *F* || 19 vero] ūro (*i. e.* '*vestro*') *G* || 20 et abec emfasin *F* || negitiorum *F*. *post* negotiorum *lacunam indicavit Daniel. ceterum ad v.* 4 *in marg.* habet hic locus enfasin propter multitudinem negotiorum *T*

tiorum. TVRBATAQVE FVNERE MENS EST funere Pallantis κατ' ἐξοχήν: nam est haec consuetudo apud poetas, ut a plebe segregent duces. sic paulo post ait ⟨22⟩ interea socios inhumataque corpora terrae mandemus et intulit *segregans* maestamque Euandri primus ad urbem mittatur Pallas. sic dictum est ⟨I 30⟩ reliquias Danaum atque inmitis Achilli, item ⟨II 506⟩ forsitan et Priami fuerint quae fata requiras.

4. PRIMO VICTOR SOLVEBAT EOO antequam luctum subiret et funestaretur. 'primo' autem 'Eoo' subaudimus 'tempore'; nam graece ἠώς dicitur quam nos auroram vocamus: Homerus *ait* ῥοδοδάκτυλος ἠώς. quod nomen Latini traxerunt per derivationem, ut dicerent ⟨II 417⟩ et laetus eois Eurus equis, item ⟨I 489⟩ eoasque acies. sane ut etiam supra ⟨II 417⟩ diximus, in hoc sermone prima syllaba naturaliter longa est, sed cum opus fuerit, corripitur, aut licentia nominis proprii, aut quia eam vocalis sequitur.

6. CONSTITVIT TVMVLO in colle, quia tropaea non figebantur nisi in eminentioribus locis: Sallustius de Pompeio ait devictis Hispanis tropaea in Pyrenaei iugis constituit. ex quo more in urbibus tropaea figuntur arcubus exaedificatis. ideo autem nunc tropaeum ponit Aeneas, quia nondum plenam est victoriam consecutus, sed occiso Mezentio fugavit exercitum: plenae enim victoriae, ut supra ⟨X 775⟩ diximus, triumphus debetur. et persolvit vota vel propter tanti ducis interitum, vel quia fas erat etiam de primitiis *belli* sacrificare. *'tumulo' autem deest 'in', id est in tumulo.* *INDVIT ARMA ut ⟨83⟩ indutosque iubet truncos hostilibus armis.*

7. TIBI MAGNE TROPAEVM BELLIPOTENS *videtur interrupta descriptio.* hoc per parenthesin dictum est *et prosphonesin.* [*et post*

17 Sallustius] hist. IV 29 D., 53 Kr. ‖ 19 ideo autem e. q. s.] cf. Isid. or. XVIII 2, 3

1 Pallantis] scilicet et est *add. R* ‖ et aetexochen *AS* catexochen *RHM* catexo khem *L* ‖ 3 ait *om. LH* ‖ 9 funeraretur *ASHF* (*corr. a*) ‖ primo autem eoo ... triremis aplustre (*v.* 9) *om. L* (*in marg. add. l*) ‖ 10 eos *libri* ‖ ΡΟΑΟΔΑΚΤΥΑC ΗωC *A* ΠΟΛΟΔΑΚΤΥΛCΗΟC *l* rododactilos eos *reliqui* ‖ 14 corripitur] eous *add. AS* eos *add. F* ‖ 15 aut quia etiam uocabulus sequitur *F* ‖ 16 in colle] in tumulo in colle *ASMl* ‖ non figebantur ... Hispanis tropaea *om. H* ‖ 17 nisi *om. R* ‖ ait] aut *ASl, om. F* ‖ de victis *Dietschius* ‖ 18 spanis *F* ‖ impyrena ei *A* impyrenei *S* in pirinei *RH* in pyrenei *l* in pyrinee *F* ‖ 19 figuntur *Fs*: finguntur *AS* figebantur *RMl* fingebantur *H* ‖ in arcubus *ASMl* ‖ ineo *RH* ‖ 20 quia] quoniam *ASR* ‖ 21 plena uictoria enim *F* ‖ 23 fas erat ut etiam de primitiis (primiciis *AS*) sacrificaretur *ASMl* ‖ 25 armis] sine nomine *add. F, quod librarii errore ex insequenti scholio huc inlatum esse apparet* ‖ 26 *ad* TIBI M. T. *s. v.* uidetur hic interrupta esse descriptio. et est prosfonesis id est exclamatio. et duo epiteta ponit sine nomine *T* ‖ interruptio *F* ‖ 27 et post reddita *seclusi. voluit significare is qui plen. comm. composuit descriptionem, prosphonesi interruptam, verbis quae sunt 'aptat rorantes' e. q. s. continuari. si*

reddita.] *'magne' autem 'bellipotens' antonomasia per duo epitheta sine nomine.*

8. APTAT apte locat et congrue *ponit vel figit, ut* ⟨VIII 721⟩ *aptatque superbis postibus.*

9. TELAQVE TRVNCA VIRI *id est* praefracta; ita enim in tropaeis poni consueverunt: Iuvenalis ⟨X 134⟩ et fracta de casside buccula pendens et curtum temone iugum victaeque triremis aplustre. *vel 'trunca tela' quae de suo clipeo legerat: ideo enim 'trunca', quod in evellendo praefracta.* ET BIS SEX THORACA PETITVM PERFOSSVMQVE LOCIS duodecim vulneribus adpetitum: quia, ut supra ⟨II 278⟩ diximus, totius Tusciae populus in duodecim partes fuit divisus, ut ⟨X 202⟩ gens illi triplex, populi sub gente quaterni, qui singulis lucumonibus parebant. moris autem fuit ut interemptos duces omnis vulneraret exercitus, sicut etiam de Hectore Homerus commemorat. unde est ⟨II 278⟩ quae circum plurima muros accepit patrios. *non ergo ab Aenea, sed ab his qui* ⟨X 692⟩ *uni odiisque viro telisque frequentibus instant: quod ostendit Mezentius, cum sub Aeneae telis iaceret* ⟨X 904⟩ *scio acerba meorum circumstare odia: neque enim hoc in illo momento periculi meminisset, nisi eos cerneret inminere.*

10. CLIPEVMQVE EX AERE figuratius, quam si 'aereum' diceret, *ut alibi* ⟨IV 138⟩ *cui pharetra ex auro.*

11. ENSEM COLLO SVSPENDIT EBVRNVM vaginam eburneam. sane 'ebur eboris' facit, non 'eburis', sicut 'murmur murmuris': unde quia in principalitatis declinatione varietas invenitur, etiam derivatio varia est: nam 'eburnus' facit ab eo quod est 'ebur', 'eboreus' ab eo quod est 'eboris'. *'collo' autem, id est de collo. paulatim de trunco arboris humanam figuram fecit, ut et sinistram illi det et collum: quod valde quaeritur, an bene.*

14. MAXIMA RES EFFECTA VIRI occiso tanto duce: simul etiam

---

quis retineri velit et post reddita, *ei sic verba collocanda videntur* videtur interrupta descriptio et post reddita. hoc . . . prosphonesin *vel sic* hoc . . . dictum est. videtur i. d. prosphonesi, et post reddita ‖ 3 apta *F* ‖ *ad* APTAT *s. v.* figit atque ponit ut aptat superbis postibus *T* ‖ fugit *F* ‖ 5 post fracta *R* praefecta *H* perfracta *Fl* ‖ 6 cassile *F* ‖ 7 pucula *F* ‖ pendet *F* ‖ currum *RM* ‖ te more *F* ‖ iugumque *R* ‖ trireremissaplustre *H* ‖ 8 aplustra *R* aplaustre *F* ‖ *ad* TRVNCA V. *s. v.* id est de suo clipeo quasi in euellendo praefracta *T* ‖ ques *F* ‖ legeret *F, correxi* ‖ 12 sibi genti *F* ‖ 15 commemorat] (*Il.* XXII 367) *ἦ ῥα καὶ ἐκ νεκροῖο . . . ἀνουτητί γε παρέστη add. D* ‖ 16 accipit *HF* ‖ 17 unū odiis quiro *F* ‖ 18 eum *F* ‖ 19 acerbum eorum *F* ‖ 20 inmineret *F* ‖ 24 ebor *F* ‖ 26 eburneus *R* ‖ eboreus] eborneus *AS* eburneus *RLHMF* ‖ 27 quod est ebor eboris *D* ‖ *ad* COLLO *s. v.* de collo, *ad v.* 11 *in marg.* paulatim . . . collum *T* ‖ 28 fecit figuram *T* ‖ illum *F*

tropaei ostenditur causa. *et verecunde cum ipsius opus sit, impersonaliter ait.* ABESTO absit: nam tertia persona est.

15. QVOD SVPEREST id est de reliquo: et est absoluta elocutio, *ut* ⟨IX 155⟩ *quod superest laeti bene gestis corpora rebus.* ET DE REGE SVPERBO PRIMITIAE aut hoc dicit: primitiae istae quas fecimus, non de plebe sunt, sed de rege superbissimo, *id est Mezentio:* aut certe regem superbum Turnum accipiamus — nam de ipso legimus ⟨X 445⟩ at Rutulum abscessu iuvenis tum iussa superba miratur — ut sit sensus: haec spolia et hanc primam belli partem superbo Turno sustulimus. nam hoc epitheton proprium Turni est, quod ei Vergilius pro ingenti scelere dat. apud maiores enim superbia ingens facinus fuit, adeo ut Tarquinius pro multis sceleribus superbi nomen acceperit.

16. MEZENTIVS HIC EST *pro* 'talis est', ut ⟨IX 479⟩ hunc ego te Euryale aspicio? *id est talem. et utrum per contemptum an per commendationem hoc pronuntiandum?* MVROSQVE LATINOS *bene quasi hoc solum restet. et hoc dicit:* iam campestri superavimus proelio, restat ut etiam obsidione vincamus: credit enim quod sibi iam aperte nullus occurrat. nec inaniter: nam et paulo post dicturus est Turnus ⟨515⟩ furta paro belli, et in duodecimo ⟨34⟩ Latinus vix urbe tuemur spes Italas.

18. ARMA PARATE ANIMIS aut hypallage est pro 'armis parate animos': aut certe est mutanda distinctio, ut sit 'animis et spe praesumite bellum'. 'praesumite' vero 'bellum' id est mente praeoccupate, ut supra Turnus ⟨IX 156⟩ et pugnam sperate parari. bene autem ait 'praesumite', quasi rem iam sui iuris, ut ei deberi videatur certa victoria.

19. *NE QVA MORA ordo 'ne qua mora inpediat'.* VELLERE SIGNA ADNVERINT SVPERI ne in mora sitis, cum captatis auguriis ad bellum exire coeperimus. 'vellere' autem proprie dixit, quia Romana signa figebantur in castris, et cum ad bellum eundum fuisset, captatis auguriis avellebantur e terra: nam alibi ea figi non licebat.

---

2 nam *om. AS* ‖ 3 id est *om. RLHM* (*add. l*) ‖ 8 at *ASF:* ac *reliqui* ‖ rutulo *RH* ‖ iuuentis *H* iuuenes *F* ‖ tum *F*: tunc *reliqui* ‖ 9 miratus *Vergilius* ‖ 10 superbo *om. F* ‖ 11 est turni *R,* est *om. H* ‖ uergilius *F* ‖ 12 pro *om. H* ‖ 13 superbi nomen *om. AS* ‖ acciperet *LH* acciperat *F* ‖ 14 est *om. LHM* (*add. l*) ‖ 15 *ad* MEZENTIVS H. E. *s. v.* id est talis et siue per contemptum siue per commendationem est pronuntiandum istud hic *T* ‖ 16 bene dicit quasi . . . restet *hab. T* ‖ 17 campestri] pedestri *L* ‖ 18 restat] superest *F* ‖ etiam *om. F* ‖ 21 tuentur *L* (*corr. l*) ‖ 23 mutata *LH* (*corr. l*) ‖ et spem praesumite rebus *L* (bellum *l*) et pe praesumite rebus *H* ‖ 24 vero *et* id est *om. LHF* (*add. l*) ‖ 25 parari] pari *H* sperari *F* ‖ 26 deberi *om. AS* ‖ 28 ne qua mora *Daniel*: ne quā ordo *F* ‖ 29 nec mora sit cum *ASMl* ‖ 30 dictum *ASM* ‖ 31 figebantur] uidebantur *RH* ‖ 32 e *om. AS* ‖ figi ea *RL*

sed inter auguria etiam hoc habebatur, si avellentem facile sequerentur, adeo ut cum filio in Orodis bello sit Crassus occisus, qui iturus ad proelium avellere signa vix potuit. *quod etiam Flaminio contigit, qui cum imperasset signa tolli eaque non possent moveri, effosso solo in quo erant fixa, vi magna extrahi praecepit, et infeliciter apud Trasimennum pugnavit. alii 'vellere' movere accipiunt: Ennius rex deinde citatus convellit sese, et in sacris 'convelli mensa' dicitur cum tollitur.*

20. *ADNVERINT SVPERI bene in adhortatione nihil se inauspicato vel sine deorum voluntate facturum promittit: ideo non dixit, cum ego iussero, sed cum dii iusserint.*

22. INTEREA SOCIOS donec tempus obsidionis adveniat. *et 'interea socios inhumataque corpora terrae' ἓν διὰ δυοῖν pro 'corpora sociorum'.*

23. QVI SOLVS HONOS ACHERONTE SVB IMO EST *hoc ideo intulit, quia in sexto* ⟨329⟩ *de insepultis dixit* centum errant annos volitantque haec litora circum: *Palinurus Aeneae* ⟨VI 366⟩ *portusque require Velinos sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.* et bene 'Acheronte sub imo', quia haec res ad umbras tantum pertinet: nam apud prudentes homines nullius momenti sunt ista.

24. *ITE AIT vitiose in media oratione 'ait' positum critici notant.* EGREGIAS ANIMAS ingenti arte laudat potius quam miseratur extinctos, ut praesentium animos in bella succendat. *QVAE SANGVINE NOBIS HANC PATRIAM eleganter hoc et oratorie ad exhortationem audientium sumptum est: nam laus defunctorum viventium exhortatio est. et*

---

6 Ennius] ann. v. 449 Vahl. || 25 eleganter hoc e. q. s.] cf. Macrob. Sat. IV 4, 9

---

1 habebant *L* (habebatur *l*) habebantur *H* || 2 in Orodis] modoris *LH* in orientis *M*, in *om. R* || Crassus] ausus *LH* || occisus *om. L* || 3 proelium] parthiam *F* || hoc flaminio contigit qui . . . tollitur *hab. T* || faminio *G* || 4 moveri] loco euellere *T* || effusio *F* suffosso *T* || 5 magnam *F* || extra *G* || praecipit *F* || 6 trasynimynan *F* trasyniminan *G* trasymenium *T* || alii] quidam *T* || Ennius . . . sese *om. T* || 7 in sacris etiam *T* || conuelle *F* || 9 bene satis in adhortatione . . . ideo non dicit cum iussero sed cum dii uoluerint *hab. T* || 11 diuusserint *F* divi iusserint *Daniel* || 12 *ad* SOCIOS I. C. *s. v.* EN ΔIA diin dixit pro corpora sociorum *T* || 13 endyadi in *F* endiadi in *G* || 16 propter 'centum . . . circum' *Serviani libri* || 17 pallinurus *F* || 18 saltim *F* || 19 et bene acherontis ait quia *R* || acherontis *M* || 22 *ad v.* 24 *in marg.* notant cretici uitiose positum a uirgilio in media oratione ite ait *T* || cretici *F* || 24 succendat] succendant *F*. Homerus (*Il.* I 3) ἰφθίμους ψυχάς *add. Fabricius* || *ad* ANIMAS Q. S. N. *s. v.* animas ponit pro corporibus. in quo est etiam nouum quod patriam pro regione posuit uel terra cum patria sit ciuitas ut non nullis idoneis placet auctoribus uel urbes (*l.* urbs) parentum *T* || 25 *s. v.* 25 eliganter et oratorie . . . et bene patriam quasi fiduciam gerat quasi uicerit. et uelut dum hortatur epitaphion facit *T* || et hoc *F*, *transposui* || 26 est *om. T*

bene 'patriam' ait, tamquam fiduciam gerit quasi vicerit. sane cum hortatur socios ut sepeliantur occisi, ipse defunctis velut epitaphion dixit.

27. QVEM NON VIRTVTIS EGENTEM Ennii versus est. *'egentem' sane nos ablativo iungimus.*

28. FVNERE MERSIT ACERBO *'acerbo'* inmaturo: translatio a pomis.

31. QVI PARRHASIO EVANDRO Arcadico a civitate Arcadiae, quam Donatus vult a parra avi dictam: quod procedit, si parra nomen est Graecum; si autem Latinum est, stulte sensit, nam Graecum nomen etymologiam Latinam non recipit. *alii Iovis filium Parrhasium dicunt, qui habuit Arcadem filium, ex quo primo Parrhasii, post Arcades dicti sunt. sane Arcadum genera fuerunt quattuor, Parrhasiorum, Maenaliorum, Azanorum, Cynaethorum. alii non Azanos et Cynaethos, sed Azanes et Cynaetheos dicunt.*

32. *FELICIBVS AEQVE hic non felicitas comparatur, sed ut est illud di meliora piis: non quia haec bona sunt, sed bona optat.*

33. IBAT pro 'ierat'. ALVMNO alumnus est qui graece τρόφιμος dicitur: quod nomen quia Latinum non est, ut ab eo quod est nutritor, inveniamus eum qui nutritus est, transiit ad nomen aliud et alumnum dixit.

35. ILIADES CRINEM DE MORE SOLVTAE has Aeneae ancillulas intellegimus: nam omnes matres, hoc est mulieres nobiles, in Sicilia remansisse dixit, excepta Euryali matre, de qua legimus ⟨IX 215⟩ quae te sola puer multis e matribus ausa persequitur? *'crinem' autem 'solutae', ut* ⟨VII 503⟩ *palmis percussa lacertos.*

36. VT VERO AENEAS FORIBVS SESE INTVLIT ALTIS naturale enim est ut intermissa lamenta repetantur, cum aliquis notus advenerit: sic in Statio ingressis ducibus denuo defletur Archemorus.

---

3 Ennii] ann. v. 587 Vahl. || 12 sane Arcadum . . . dicunt] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 292 || 16 di] georg. III 513 || 28 in Statio] Theb. VI 37, quem ad versum Luct. Plac. Servianum ad h. l. scholium adscripsit.

---

3 egentes *G* || 7 arcadio *F* || 8 a parra auidiae tā *A* a parraui dictam *HM* || 10 quidam iouis filium . . . dicunt *hab. T* || 11 parasium *G* || archadem *G* || prima *F* || 12 genera autem arcadum .iv. fuerunt *T* || 13 parrasiorum *F* || moenaliorum *F* menaliorum *T* || cynethorum *G* || alii autem non *T* || 14 azanos *T*: exanas *F* || cynethos *T*: cythenos *F* || Azanes *ego*: axanes *libri* || Cynaetheos *ego*: cyneros *F* cyrenes *T* || 15 *ad* SED NON F. A. *s. v.* non est comparatio felicitatis sed sic est dictum quem ad modum in superioribus dii meliora piis *T* || hic *Masvicius*: hinc *F* || 17 trofimos *vel* trophimos *libri* || 18 Latinum] in latino *s* in latinitate*F* || 19 nutritur *F* || *ad* ALVMNO *s. v.* hoc loco ueteres accipiunt positum a uirgilio alumno pro domino *T. cf. Non. p.* 243, 7 *M.* || 22 omnes honestas matres *M* || 24 multis *RF*: tantis *reliqui* || 25 crimen *F* || ut] in *G* || 28 Archemorus] aethemorus *RF* aetemorus *H.* mox ut maerentia dignis . . . accensae clamore fores *add. Itali*

39. NIVEI FVLTVM PALLANTIS late patet hoc epitheton: referri enim potest et ad candorem pristinae pulchritudinis, et ad pallorem ex morte venientem, et ad frigus quod proprium mortuorum est, ut ⟨VI 219⟩ corpusque lavant frigentis et ungunt.

40. LEVI IN PECTORE pulchro, puerili, nondum saetoso.

42. TENE INQVIT iteratio est; nam supra ait 'lacrimis ita fatur obortis', sicut in quinto posuit ⟨547⟩ et fidam sic fatur ad aurem et paulo post ⟨551⟩ intulit dic ait. sane sciendum hanc adlocutionem talem esse, qualis illa ⟨IX 479⟩ ubi defletur Euryalus: nam locis omnibus commovet miserationem, ab aetate, a tempore, a vulnere, a spe parentis. CVM LAETA VENIRET INVIDIT FORTVNA MIHI ac si diceret: quantum noceret adversa, cum laeta talem intulit casum? videtur autem dolere quod queri non potest de Fortunae crudelitate, quae ei uno eodemque tempore et tanta contulit beneficia, et tale intulit damnum. 'tene' *autem* 'invidit Fortuna mihi', ut Liber pampineas invidit collibus umbras.

45. DISCEDENS DEDERAM κατὰ τὸ σιωπώμενον hoc intellegimus: nam abscedens nusquam est Euandrum adlocutus Aeneas.

48. CVM DVRA PROELIA GENTE subaudimus 'fore'.

50. FORS ET VOTA FACIT forte — *utrumque enim dicimus* — etiam vota suscipit. potest et unum esse 'forset', id est 'forsitan'. CVMVLATQVE ALTARIA DONIS *id est* et sacrificat, et suscipit vota. naturaliter autem queritur de errore mentis humanae.

51. NIL IAM CAELESTIBVS VLLIS DEBENTEM vivi enim superorum sunt, mortui ad inferos pertinent, unde in duodecimo ⟨646⟩ vos o mihi manes este boni, quoniam superis aversa voluntas. superis autem debemus omnia donec vivimus, ideo quia, ut dicunt physici, cum nasci coeperimus, sortimur a Sole spiritum, a Luna corpus, a Marte sanguinem, a Mercurio ingenium, a Iove honorum desiderium, a Venere cupiditates, a Saturno humorem:

16 Liber] buc. VII 58 ‖ 27 superis autem . . . extincti] cf. Beda de temporibus IV (vol. VI p. 124 Gil.) de temp. rat. VIII (VI p. 160 sq. Gil.), exscrips. mythogr. III 9, 7

2 candorem] splendorem *ASM* ‖ 3 et *ante* ad frigus *om.* *ASHM* ‖ proprie *ASM* ‖ 4 urgunt *H* ‖ 5 pulchre *AS* ‖ 6 ita *F*: sic *Serviani libri* ‖ 7 sicut] sin *F* ‖ 8 et paulo post . . . Euryalus *om.* *RH* ‖ 9 illa] illa non *F* illa noni *Lion* ‖ 10 ab aetate . . . a spe parentis *om.* *F* ‖ 12 talem *om.* *F* ‖ 13 dolore *ASHF* ‖ 15 tene *om.* *AS* ‖ invidit] inquit *F* ‖ 20 VOTA FACIT . . . forset *om.* *H* ‖ 21 etiam] etiam et *F* ‖ suscepit *R* ‖ id est] ideo *AS* unum *F* ‖ forsitam *F*, *in quo haec adduntur* uota facit et iam uota suscipit ‖ 23 horrore *H* terrore *F* ‖ 24 supero sunt *AS* (ad superos *s*) superiorum sunt *F* ‖ 26 uosq. mihi *R* ‖ manes *om.* *RH* ‖ 27 vivimus] debemus autem omnia *add.* *AS* debemus autem *add.* *R* ‖ ideo *om.* *AS* ‖ 30 honorum *ASM*: horum *RH* omnium *F*. *cf. Serv. ad Aen.* VI 714 ‖ cupiditatem *AS* ‖ umorem *HF*

quae omnia singulis reddere videntur extincti. *secundum physicam disciplinam dicit: tradunt enim physici omnia nos mereri a superis, quae rursus extincti reddimus ipsis potestatibus supernis. quod et Plato videtur astruere qui dicit, quod cum de effluxione fontium non aliarum quarumlibet rerum, sed ipsarum stellarum, fuerint animae corporibus commodandae, quicquid de ipsis fontibus stellarum ebullit, hoc intellegi debere stellas. ergo priusquam in corpora ingrediantur animae per haec signa erratica transeuntes, singula supra dicta singulae accipiunt, item exeuntes singula singulis redhibere dicit quae in corpus venientes perceperunt.*

52. VANO MAESTI COMITAMVR HONORE inani, ut supra ⟨X 828⟩ diximus, quantum ad vivos pertinet.

53. *INFELIX NATI FVNVS hoc quidam ἀνακόλουθον et vulgare accipiunt; sed eleganter ad exprimendum patris adfectum ad patrem orationem convertit.*

54. HI NOSTRI REDITVS id est tales, ut ⟨16⟩ manibusque meis Mezentius hic est. *EXPECTATIQVE TRIVMPHI modo de se loquitur.*

55. HAEC MEA MAGNA FIDES κατὰ τὸ σιωπώμενον: quam de Pallantis reditu promiserat patri. *AT NON EVANDRE aut mutavit declinationem: nam 'Euander' facit, ut ipse x ⟨515⟩ Pallas, Euander in ipsis: aut Graecum vocativum fecit ὦ Εὔανδρε.* PVDENDIS VVLNERIBVS *id est* a tergo inlatis: et est consolatio. *quid autem 'pudendis' sit, ipse exposuit dicendo 'pulsum aspicies'.*

56. NEC SOSPITE antiptosis est pro 'sospiti'. et hoc dicit: si fugisset vulneratus a tergo, ipse ei optares interitum. *alii: non talem habes, inquit, filium, quo sospite tibi dirum funus optares, quod parentes sibi precari solent ob nequitiam liberorum. alii: non optabis, inquit, sospiti filio mortem. quod magis heroicae personae convenit. et [quero] 'sospite' pro 'sospiti'.*

59. HAEC VBI DEFLEVIT hoc est postquam haec cum lacrimis dixit; 'flere' enim est cum voce lacrimare: unde habemus in sexto

1 uiderentur *AS* ‖ secundum physicam . . . perceperunt *e Turonensi edidit Daniel* ‖ et hoc secundum *Daniel* ‖ 2 dicit *om. Daniel* ‖ 12 diuos *F* ‖ pertinet] nam talia de mortuis fiunt ad solatium superstitum ut est apud Ciceronem in Catone maiore (XX 73) 'Solonis quidem sapientis elogium est quo se negat velle suam mortem dolore amicorum et lamentis vacare: vult, credo, se esse carum suis' *add. Fabricius* ‖ 13 *schol. ad v.* 53 *e Turonensi edidit Daniel* ‖ anacoluthon *T* *ἀνέκδοτον Daniel* ‖ 14 eliganter *T* decenter *Daniel* ‖ ad patrem o. c.] nunc ad patrem redit *Daniel* ‖ 16 id est *om. RHM* ‖ *ad* NOSTRI R. *s. v.* totum dolendo dicit, *ad* EXPECTATIQVE *s. v.* et de se ait *et* a te *T* ‖ 19 AVT NON EVANDER *F* ‖ 21 ΕΥΑΝΔΡΕ *F* ‖ 24 est *om. RH* ‖ 25 fuisset *M* ‖ ipsi *Stephanus et Daniel* ‖ *ad v.* 55 *in marg.* quidam sic accipiunt non habuisti inquit talem filium cui sospiti dirum funus optares quod parentes solent precari ob nequitiam liberorum. alii ita non optabis inquit sospiti filio mortem et hoc magis heroicae personae conuenit *T* ‖ 29 quero *F* quare *Daniel*

⟨426⟩ continuo auditae voces, vagitus et ingens infantumque animae flentes in limine primo.

60. TOTO LECTOS EX AGMINE Troianos, Tuscos, Arcadas.

63. EXIGVA quamvis enim magna sint, orbitati patris prodesse non possunt; *sed tamen exhibenda sunt patri, quia debentur. aut est sensus: non quidem responsura luctui, sed tamen sollemnia: ergo iustitiae potius causa quam solacii.*

64. FERETRVM *'feretrum' locus ubi mortui feruntur. et est Graecum nomen: nam* graece φέρτρον dicitur, unde per diaeresin feretrum fecit, *dictum a ferendo:* nam latine capulus dicitur: unde ait Plautus capularis senex, id est vicinus capulo, qui dictus est capulus ab eo quod corpus capiat.

65. VIMINE QVERNO sunt aliquae durae derivationes; tamen eis sic utimur ut 'quernum vimen', item 'colurnum veru', ut pinguiaque in veribus torrebimus exta colurnis, 'ficulnum lignum', ut Horatius olim truncus eram ficulnus, inutile lignum, item 'aprugnum callum'.

66. OBTENTV FRONDIS INVMBRANT veluti cameram quandam capulo ramorum extensione fecerunt.

67. AGRESTI SVBLIMEM STRAMINE hoc est supra frondes ponunt: nam hic reddit quod omiserat supra dicens 'extructos toros', nec addens unde.

68. DEMESSVM participium est, veniens ab eo quod est 'metor'. sane ab eo quod est 'meto' praeteritum perfectum 'messui' facit.

69. *LANGVENTIS HYACINTHI 'languentis' aut postquam decerptus sit: aut quia non est acuti coloris: aut quando demittit caput. sane Hya-*

---

8 feretrum . . . eo quod corpus capiat] cf. Isid. or. XX 11, 7 ‖ 11 Plautus] mil. glor. III 1, 34 ‖ 14 pinguiaque] georg. II 396 ‖ 16 Horatius] sat. I 8, 1

---

1 continue *F* ‖ 3 arcades *F* ‖ 5 *ad* SED DEBITA P. *s v.* id est quae debentur et est sensus non quidem profutura sed tamen sollemnia. ergo iustitiae causa non solacii fiunt ista *T* ‖ aut] autem *G* ‖ 6 solemnia *G* ‖ 9 fertron *ASH* feretron *R* fretron *M* ferton *F* ‖ per diaeresin . . . fecit] per dieresin dicitur in feretrum feretrum fecit *H* per dieresin fertron feretrum fecit *M. fort.* φέρετρον feretrum ‖ 10 capulus] poculus *H* ‖ unde et plautus ait *F* ‖ 11 vicinus] dignus *AS* ‖ qui . . . capiat *om. HF* ‖ qui] et *M* ‖ 12 ab *om. M* ‖ 14 seis sicutimos *F* ‖ utimur] cum adiunctione alterius nominis *add. Fabricius* ‖ item *om. F* ‖ colornum *AS* colyrnum *F* colyrnu *H* ‖ 15 colyrnis *H* colarmis *F* ‖ 16 inutile lignum *om. F* ‖ 17 callum] gallum *RH.* pro aprinum ut Plautus (*Pers.* II 5, 4) *add. D* ‖ 20 SVBLIMEN *F* ‖ hoc est . . . unde *om. H* ‖ super *MF* ‖ 21 reddidit *ASR* ‖ omisit *F* ‖ instructos *R* ‖ 23 principium *F* ‖ est *om. AS* ‖ 24 sane . . . meto *om. RH* ‖ meto] metū *AS* ‖ 25 *ad* LANGVENTIS H. *in marg.* aut postquam decerptus est aut qui non est acuti coloris aut quando demittit caput. fuit autem secundum fabulas filius eurotae uel ut quidam uolunt yali *T* ‖ decerptos *F* ‖ 26 dimittit *F* ‖ hiacinthus *F* hiacincthus *G*

cinthus puer fuit Eurotae, vel, ut quidam volunt, Oebali filius. cetera de hoc in bucolicis ⟨III 63⟩ *dicta sunt.*

70. SVA FORMA RECESSIT *id est* propria pulchritudo.

72. AVROQVE OSTROQVE RIGENTES unum 'que' vacat et est additum hiatus causa.

73. LAETA LABORVM figura est 'laetus illius rei'; nam modo dicimus 'laetus labore', 'laetus ingenio'.

74. *SVIS MANIBVS SIDONIA DIDO ut* ⟨IV 263⟩ *dives quae munera Dido. 'suis' autem 'manibus' ut heroides solebant.*

75. DISCREVERAT depinxerat. simul et amantis adfectus ostenditur.

76. HARVM VNAM *'unam' pro 'alteram'*, de duobus *scilicet* et 'horum alterum' et 'horum unum' possumus dicere: nam artigraphi hoc tantum vetant, ne de duobus 'alium' dicamus, quod de multis proprie dicitur. sane figurate dixit 'vestem induit', ut ⟨II 275⟩ exuvias indutus Achillis, cum in usu sit 'induit illa re', ut ⟨83⟩ indutosque iubet truncos hostilibus armis, *id est truncos indutos iubet offerri. sane hoc videtur secundum caerimonias flaminum subtiliter dixisse. flamini enim nisi unum mortuum non licet tangere, sed Aeneas plurimos postea occidit. sed aliud est in bello occidere, aliud mortuum tangere. sciendum est tamen, Aeneae omne genus sacerdotii tribui.*

77. ARSVRASQVE COMAS OBNVBIT AMICTV harum unam, *id est de duabus vestibus*, induit iuveni, altera caput eius velavit: nam supra duas vestes dixit esse prolatas. 'obnubit' autem velavit, translatio a nubibus quibus tegitur caelum: unde et nuptiae dicuntur, quod nubentum capita *obnubantur, id est* velantur.

78. LAVRENTIS PRAEMIA PVGNAE mittit praemia, quae de praeda

---

12 de duobus . . . dicitur] cf. Isid. diff. verb. 30 || 25 translatio . . . velantur] exscr. Isid. or. IX 7, 10. cf. Donat. ad Ter. Hec. IV 4, 34

---

1 eorotae *F* || Oebali *Commelinus* (*cf. Ovid. metam.* X 196): hybabili *F* || *quae ad* seu mollis violae *Masvicius edidit* subaudi florem *in libris non inveniuntur* || 6 LAETA BOVM *F* || 7 labore] ut indutusque iuuat truncos hostibus *add. F. cf. lin.* 16 || laetus ingenio *om. HF* || 8 didiues *F* didues *G* || *ad* SVIS QVONDAM *s. v.* sicut heroides solebant *T* || 10 et *om. ASM* || mentis *H* || 12 *ad* VNAM *s. v.* alteram *T* || alternam *F* || 13 alternum *F* || unum] omnium *F, om. H* || ortographi *R* || 14 uetunt dicere ne . . . dicamus *F* || 16 indutus] induit *M* || achilli *F* || illas res *R* illa res *H* || ut] et *RH, om. F* || 17 iube *F* || *ad v.* 76 *in marg.* secundum cerimonias flaminum uidetur hoc dixisse . . . tangere. et omne genus sacerdotii tribuitur aeneae *T* || 19 non nisi *T* || non *om. T* || 20 aeneas autem postea plurimos *T* || 21 aliud *ante* mortuum *om. G* || sane sciendum est tamen *F* || sacerdotio *F* || 23 *ad* AMICTV *s. v.* scilicet alterius uestis *T* || 24 duobus *F* || 25 autem] autem est *ASM* aut *F* || 26 nupte *R* || 27 uelentur *M* || 28 mittit] multi *F*

Laurentis pugnae sustulerat: nam praeda est quae eripitur, praemium quod offertur.

80. EQVOS ET TELA QVIBVS SPOLIAVERAT HOSTEM vel Pallas, vel Aeneas: nam ambigue positum est. spolia autem cum proprie ea tantum sint quibus hostis spoliari potest, ut lorica vel vestis, abusive iam spolium dicitur quicquid hostibus tollitur: unde est ⟨VI 168⟩ postquam illum vita victor spoliavit Achilles. *alii 'equos et tela, quibus spoliaverat hostem' ad Pallantem volunt tantum pertinere, quia in antiquis disciplinis relatum est, quae quisque virtute ornamenta consecutus esset, ut ea mortuum eum condecorarent: Sallustius exuant armis equisque.*

81. VMBRIS INFERIAS proprie: nam inferiae sunt sacra mortuorum.

82. CAESO SANGVINE pro 'caesorum', ut supra ⟨X 520⟩ captivoque rogi perfundat sanguine flammas: nec enim sanguis caeditur.

84. IPSOS FERRE DVCES suos scilicet, qui illis mille praeerant. melius tamen est, iubet truncos ferre ipsos duces, id est ducum spolia, ut tropaea duces ipsos dixerit: sic supra ⟨16⟩ manibusque meis Mezentius hic est *de tropaeo. 'duces' autem, ut Halaesum et eiusmodi, quos occiderat Pallas, duces ipsi portarent; nam ducum fuerat tropaea portare: ut habeat pater solacium de victoria filii et honor funeri accedat.* INIMICAQVE NOMINA FIGI pro 'inimicorum'. dicit autem adfixos tropaeis titulos cum nominibus occisorum.

85. DVCITVR INFELIX ACOETES quasi qui consternatus nimio dolore ire non poterat. et bene ex rerum permutatione expressit doloris magnitudinem, dicens ita doluisse Acoeten, ut paene carens humano sensu per se ire non posset, et equum ita sensisse interitum domini, ut in humanum migraret adfectum: nam et lacrimabat et

---

11 Sallustius] hist. inc. 22 D., hist. III 68 Kr. || 14 pro . . . caeditur] cf. Macrob. Sat. VI 6, 3 || 26 et bene . . . cadaver] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IX 207

---

7 uictus *R* || 8 quidam equos et tela . . . equisque *hab. T* || uolunt referri quia *T* || 9 qua *T* || 10 esses *F* || eā mortuum *F* || eum *om. T* || condecoraret *F* || 11 exuit *T* || 12 proprie enim *F* || 15 nec enim sanguis caeditur *om. HF* || 16 caeditur] dicitur *R* || 17 suos] sua *R. an* eos ? || 18 melius tamen est truncos iuuet pro ducum spoliis ferre ipsos duces *F* || 19 dixerint *F* || sicut *F* || 20 de tropaeo. duces halesum accipiamus et huiusmodi quos occidit pallas ut ipsos portarent ipsi duces nam ducum . . . accedat *T* || alesum *F* || 22 uictoris *F* || 23 onor fueri *G* || 24 occisorum] duci *add. R* || 27 acoetē *A* acoethaeno *H, ut omittens* || 28 posset *H*: posse *F* possit *reliqui* || et *om. ASF* || uita *R* || 29 migraret] negaret *F* || lacrimat *F*

sponte sequebatur cadaver. *et bene cum hominis sit 'ire', equi 'duci', de homine ait 'ducitur', de equo 'it lacrimans'.*

86. FOEDANS vel cruentans, vel lacerans.

87. TERRAE *id est* in terram. *et figurate 'sternitur terrae', ut* ⟨XII 382⟩ *truncumque reliquit harenae.*

88. *PERFVSOS SANGVINE CVRRVS aut captivos, aut ipsius Pallantis.*

89. *POST BELLATOR EQVVS militaris enim disciplinae fuit, ut equus usque ad sepulchrum duceretur, armiger perversa arma gestaret: unde hanc consuetudinem videtur poeta servasse.* POSITIS INSIGNIBVS sine faleris. quod autem equum dicit lacrimare non mirum est, cum Homerus etiam divinantem induxerit. *Plinius solum equum praeter hominem lacrimare et doloris adfectum sentire dicit.* AETHON nomen equi, quo etiam Aurorae equus vocatur. *quod autem equus bellator dicitur et phalanx comitatur, iuxta morem Romanum ait, ut dignitas in regii adulescentis servetur exequiis, quia apud Romanos quod erat vivo concessum, mortuo non adimebatur.*

90. *GVTTIS GRANDIBVS bene 'grandibus', quia de equo.*

91. NAM CETERA TVRNVS VICTOR HABET *κατὰ τὸ σιωπώμενον* et alia eum sustulisse intellegimus, non tantum balteum, ut legimus supra ⟨X 496⟩: *nam sola hasta et galea ostenditur remansisse.*

92. PHALANX *phalanx* lingua Macedonum legio. quod autem ait 'maesta', Arcadas intellegimus: unde infert 'Teucrique sequuntur Tyrrhenique duces'. et hoc est quod ait supra ⟨60⟩ et toto lectos ex agmine mittit mille viros.

---

11 Plinius] nat. hist. VIII § 157. cf. Isid. or. XII 1, 43 ‖ 21 lingua Macedonum legio] cf. Isid. or. IX 3, 46

---

1 equi 'duci' de homine ait 'ducitur' *scripsi*: equi duce homine autem ducitur *F* equi ducere hominem autem duci ait *Daniel* ‖ 2 de eo quo *F, corr. Daniel* ‖ id *F* ‖ 4 in terra *MF* ‖ 6 *ad* CVRRVS *s. v.* aut captiuos currus aut ipsius pallantis *T* ‖ captiuus *F* captivorum *Daniel* ‖ 8 gestiret *F* ‖ 9 *schol. ad* POSITIS I. *om. H* ‖ 10 quod autem . . . mirum est *om. F* ‖ equum] eum *R* ‖ cum horus et diuinitatem induxerit *F* ‖ 11 induxerit] Xanthum equum Achillis mortem (*Il.* XIX 408) *καὶ λίην σ' ἔτι νῦν . . . μοῖρα κραταιή* et paulo post (416) *ἀλλὰ σοὶ αὐτῷ . . . δαμῆναι.* equos autem Achillis inducit Patroclum lugentes (*Il.* XVII 426) *ἵπποι δ' Αἰακίδαο . . . ὑφ' Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο add. D* ‖ 12 DETON *AS* ‖ nomen *om. F* ‖ 13 vocatur] uocatus *H.* vel a splendore nam *αἴθω* ardeo dicitur, vel a cursus celeritate quasi *αἰεὶ θέει* (*ἀεὶ θέων vulgo*) id est perpetuo currens indefessus *add. D* ‖ *ad v.* 89 *in marg.* quod equus bellator dicitur . . . adimebatur. militaris autem disciplinae erat ut equus ad sepulcrum usque duceretur armiger arma gestaret unde hanc consuetudinem uidetur poeta seruasse *T* ‖ 14 falanx comitatur *T*: pallanx omittatur *F* ‖ 15 regni adulescentis *F* ‖ exequiis conseruetur *T* ‖ 16 adimabatur *F.* militaris autem disciplinae erat *non debuit e Turonensi addere Daniel; pertinent enim haec verba ad ea quae in illo codice sequuntur. cf. lin.* 7 ‖ 17 *ad* VMECTAT GRANDIBVS *o. s. v.* bene dicit grandibus quia de equo loquebatur. plinius dicit solum animal praeter hominem equum lacrimare et doloris affectum sentire *T* ‖ 19 ut legis supra *H* ‖ 22 inferius *ASM* ‖ teucrique secuntur quasi tyrrhenique omnes *F*

93. VERSIS ARCADES ARMIS lugentum more mucronem hastae, non cuspidem contra terram tenentes: *quoniam antiqui nostri omnia contraria in funere faciebant:* scuta etiam invertentes propter numina illic depicta, ne eorum simulacra cadaveris polluerentur aspectu, *sicut habuisse Arcades Bacchylides in dithyrambis dicit: et hoc*, ut non nullis frustra placet: nam lugentum mos est prioris habitus inmutatio. *alii 'versis armis' in oblicum versis scutis, ne splenderent insignia: arma autem scuta dici ipse declarat, ut* ⟨X 841⟩ *Lausum socii exanimem super arma ferebant. sed potest hoc de armis versis non ad Arcadas solum, sed ad omnes pertinere. an 'versis armis' quod interempto Pallante victos iam se Arcades arbitrabantur. alii dicunt hunc morem fuisse, ut de suo duce numquam voce quereretur exercitus, ne seditio paulatim insurgeret, verum armorum ordinem mutantes scuta supina portarent. ergo vel Aeneas ab Arcadibus arguitur quod Pallas non sit vindicatus, vel Euander quod novi hospitis gratia adulescentem temere in bella proiecerat.*

94. COMITVM potest pro 'comitantum' accipi.

95. GEMITVQVE deest 'cum'.

96. NOS ALIAS HINC AD LACRIMAS ad aliam sepulturam, *id est ad ceteros sepeliendos, qui eodem proelio ceciderunt.*

97. SALVE AETERNVM MIHI MAXIME PALLA AETERNVMQVE VALE Varro in libris logistoricis dicit, ideo mortuis 'salve' et 'vale' dici, non quod aut valere aut salvi esse possunt, sed quod ab his recedimus, eos numquam visuri. hinc ortum est ut etiam maledicti significationem interdum 'vale' obtineat, ut Terentius valeant qui inter nos discidium volunt, hoc est ita a nobis discedant, ut numquam ad nostrum revertantur aspectum. ergo cum mortuo dicitur 'vale', non etymologia consideranda est, sed consuetudo, quod nullis 'vale' dicimus nisi a quibus recedimus.

100. ORATORES legati, a perorando pro republica nominati:

---

5 Bacchylides in dithyrambis] p. 1231 ap. Bergkium poet. lyr. Gr. ed. III || 22 Varro in libr. logist.] p. 258 Ries. || 25 Terentius] Andr. IV 2, 13. cf. Don. ad hunc v. || 30 legati . . . nominati] exscr. Isid. or. X 195.

---

1 lugentium *RF* || mucronem hastae] nam hastam *AS* || hastam *M* || 3 faciem *G* || numina] omnia *F* || 4 aspectu sicut habuisse aspectu sicut habuisse *e. q. s. F* || 5 bachilides *F* || 7 quidam uersis accipiunt in obliquum uersis scutis . . . adulescentem temere produxerat in bella *hab. T* || oblicum] est *add. G* || 8 autem arma *T* || declarat locus ille *T* || 10 ad *ante* Arcadas *om. F* || an] siue *T* || 11 interfecto *T* || arcades se uictos arbitrabantur *T* || 12 duce] ducere *G* || 16 aduliscentem *F* (adulescentem *G*) || tenere *F* || 17 comitatum *F* comitantium *Daniel* || 19 id est . . . ceciderunt *hab. T* || 22 historicis *R* locistoricis *H* || 23 possint *M* || 24 nusquam *F* || est *om. AS* || 25 ualeat *H* || 26 recedant *F* || 29 nisi a *om. H* || 30 a perorando] o porando *R*

quod 'orabant', id est agebant: unde et actores causarum 'oratores' appellantur. VRBE LATINA pro 'Latini', id est [de] Laurolavinio.

101. VELATI RAMIS OLEAE non coronati: nec enim lugentes decebat, *ut qui pro mortuis precabantur:* sed instructi et ornati, id est in manibus olivae ramos ferentes: sic Homerus στέμματ' ἔχων ἐν χερσίν. 'velari' autem ornari et illo loco significat ⟨V 366⟩ victori velatum auro vittisque iuvencum, cum vittis non aut velentur aut coronentur victimae, sed ornentur: *aut certe 'velati' ab omni iniuria tecti iure gentium.* VENIAMQVE ROGANTES beneficium. *et iuxta antiquum modum dictum est, hoc est sepulturam suis petentes.*

102. FERRO QVAE FVSA 'fusa' modo interempta, alias fugata; sed discernuntur epithetis, ut si dicas 'ferro fusus', vel 'metu fusus'.

103. REDDERET ostendit iam campos in Troianorum esse potestate.

104. *NVLLVM CVM VICTIS CERTAMEN deest 'esse oportere'.* ET AETHERE CASSIS *id est luce* vacuis: unde et retia 'casses' dicimus, et vestimenta araneorum casses dicuntur. hoc autem bene addidit, quod victi possunt innovare certamen.

106. *BONVS AENEAS ideo, quia ab eo facile impetratur.* HAVD ASPERNANDA iusta, non contemnenda: sepulturae enim beneficium generaliter debetur universis.

107. *VENIA quam petebant: aut 'venia' humanitate.* INSVPER ADDIT accumulat verbis beneficium, dicens pacem se etiam vivis velle praestare. 'pacem' autem ideo defunctis, quia ait supra ⟨104⟩ nullum cum victis certamen, et mortuorum pax sepultura est. unde elegit verbum *quod* utrisque, *tam vivis quam mortuis* aptum *esset.*

108. QVAENAM quanta et qualis: nam mirantis est; nec enim

---

5 Homerus] Il. I 14

---

1 *ad* ORATORES *s. v.* orare est agere inde actores causarum oratores dicuntur *T* ‖ quod orabant] qui adorabant *G* ‖ auctores *G* ‖ 2 de *om. RH* ‖ 3 nam coronati *F* ‖ 4 ut quia *F* ‖ 5 sicut *F* ‖ CTЄΛΛΔΛΛ ЄXON ЄN XЄPIN *R* CTЄaaaaT. exonen xepui *H* CTЄaaaaT exonen XЄPCIN *M* CTЄMMAT ЄXON XЄPOIN *F* ‖ 6 velari autem] uel amauit *R* ‖ 7 non ut uelentur *AS* non haud uelentur *F* ‖ 8 *ad v.* 101 *in marg.* quidam uelati accipiunt tecti scilicet ab iniuria iure gentium *T* ‖ 9 VENIAM precantes *AS* VENIAM P. *HM* ‖ *ad* VENIAM R. *s. v.* beneficium et iuxta . . . petentes *T* ‖ et *om. F* ‖ 10 modum] morem *T* ‖ est *post* dictum *om. F* ‖ petentibus *F* ‖ 11 fusa] quae fusa *RHM* ‖ 12 ferro fusus est *ASMF* ‖ metu fusus est *AS* ‖ 15 *ad* CERTAMEN *s. v.* scilicet esse oportere *T* ‖ esse] et se *F* ‖ oportet *Daniel* ‖ 16 *ad* AETHERE *c. s. v.* luce uacuis *T* ‖ priuatis uacuis *AS* priuati uacuis *M* ‖ 17 et . . . dicuntur *om. HMF. cf. ad georg.* IV 246 *et Aen.* II 85 ‖ et *R*: sed *S, om. A* ‖ 18 quod] quoniam *ASF* ‖ 19 quia . . . impetratur *hab. F* ‖ 22 *ad* VENIA *s. v.* aut uenia quam petebant aut etiam humanitate *T* ‖ patebant *F* ‖ 24 pacem *om. AS* ‖ autem] aut *AS* ‖ ait supra *om. R,* supra *om. H* ‖ 26 legitur *RH* ‖ quod tam vivis q. m. utrisque a. e. *F* utrisque *om. Daniel*

dubitat, cum ipse dicat 'indigna'. *ergo potest ἐπεξήγησις esse: quaenam vos fortuna inplicuit, quae est indigna bello. et mira est oratio conciliantis se hostibus suis.*

109. INPLICVIT *id est* involvit invitos. *'bello' autem incertum dativus an ablativus.*

110. *MARTIS SORTE PEREMPTIS ad illud* ⟨104⟩ *nullum cum victis certamen.*

112. NEC VENI pro 'nec venissem': tempus est pro tempore. *et vitavit* ὁμοιοτέλευτον.

113. NEC BELLVM CVM GENTE GERO *subaudiendum* 'sed cum Turno': per quod *populariter* eorum captat favorem, *aut seditionem eorum adversum regem invocat.*

114. *HOSPITIA hoc verbum duo significat:* ⟨*et quo ab alio recipimur,*⟩ *et quo aliquem recipimus.*

115. HVIC MORTI δεικτικῶς, quasi ostendit iacentes.

116. SI BELLVM FINIRE MANV hoc est internecione: potest enim et pace finiri.

117. *HIS MECVM DECVIT CONCVRRERE TELIS aut quibus Teucros parat pellere, aut tela sua ostendit, ut armatus in concilio fuerit.*

118. VIXET pro 'vixisset': et est syncope. DEVS AVT SVA DEXTRA DEDISSET victoria *enim,* vel vita duplici ratione consistit, aut virtute aut voluntate Fortunae.

119. MISERIS CIVIBVS quasi aliena culpa pereuntibus. *et bene commendatur dicentis bonitas, quasi et ipse eorum misereatur.*

120. OBSTIPVERE SILENTES id est obstupefacti sunt et silere coeperunt.

122. TVM SENIOR cui ab aetate praestabatur auctoritas. ODIIS ET CRIMINE DRANCES INFENSVS IVVENI TVRNO *aut qui eum odio semper et criminationibus persequebatur:* aut propter suum crimen, id

---

13 hoc verbum . . . recipimus] cf. Isid. diff. verb. 160

---

1 *s. v.* 108 potest hic esse efexegesis quaenam uos fortuna implicuit absolute. et quaenam fortuna tanto bello implicuit *T* ‖ efexegis *F* ‖ 6 *ad* MARTIS S. P. ad illud respicit . . . certamen *T* ‖ 8 pro *om. RHF* ‖ 9 oemoeteleuton *F* ‖ 11 *ad v.* 113 *in marg.* quasi seditionem eorum aduersum regem uocat *T* ‖ aut] aut ut *F* ‖ 13 et quo ab alio recipimur *inseruit Masvicius. cf. Serv. ad Aen.* VIII 532 ‖ 15 HVIC TVRNVM id est morti dicticos *e. q. s. F* ‖ dicticos *libri* ‖ *ad* SE OPPONERE M. *in marg.* quidam hic morti periculum accipiunt ex posterioribus intellegentes quod prius est *T* ‖ 16 internicione *AS* internetione *M* internitione *F* ‖ 18 *ad* HIS M. D. C. T. *s. v.* aut . . . ostendit quibus armatus in concilio fuerat *T* ‖ MEVM *F* ‖ quibus *T*: qui se *F* ‖ 21 uictoriam uel uitam (uictoria uel uita *M*) quia duplici ratione consistit uictoria aut *e. q. s. ASM* ‖ consistunt *RF* consistant *H* ‖ 23 bene commendatur . . . misereatur *hab. T* ‖ 24 miseratur *F* ‖ 26 coeperunt] uotum tantae beniuolentiae et uirtutis mirantes *add. ASM, nisi quod* mirantes *om. AS* ‖ 27 praestolabatur *F* ‖ 29 persequebantur *F*

est inertiam, quam semper virtuti constat esse contrariam: aut Turni crimine, qui tot viris causa mortis exstiterat.

124. ORSA REFERT coepta verba. O FAMA INGENS INGENTIOR ARMIS frustra ait Donatus, hoc nomen de his esse quae non recipiunt comparationem: nam quia augmentum recipit, et comparatur. alia illa sunt nomina, in quibus est dubitatio utrum comparentur, ut est 'perfectus': quod si velis comparare, incipit 'perfectus' non esse 'perfectus'.

125. CAELO TE LAVDIBVS AEQVEM pro his qui in caelo sunt, id est diis, ut ⟨VIII 64⟩ caeruleus Thybris caelo gratissimus amnis. *et est oratorium, non invenire paria verba virtutibus. 'caelo' autem dativus, 'laudibus' ablativus.*

126. IVSTITIAENE PRIVS MIRER BELLINE LABORVM figura Graeca 'miror illius rei' et 'regno illius rei', ut Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις: inde Horatius ait et qua pauper aquae Daunus agrestium regnavit populorum pro 'agrestibus populis'. *ita et hic 'iustitiae' 'laborum' genetivum pro ablativo posuit. si autem 'iustitiae' legeris, subaudiendum 'iustitiae laudibus'; si 'iustitia', subaudiendum 'praeditum'.*

128. SI QVA VIAM DEDERIT FORTVNA 'viam' rationem. et bene cum exceptione pollicetur dicens, si voluntatem nostram fortuna comitetur.

129. FOEDERA TVRNVS vel coniugii vel amicitiarum. *et potest videri deesse 'alia'.*

130. FATALES MOLES quia audierat ⟨112⟩ *nec veni,* nisi fata locum sedemque dedissent.

131. SAXA TROIANA ambitiose ait, quasi Troianis fataliter debita. *vel 'Troiana' in usum Troianorum.*

133. PEPIGERE DIES pacti sunt: nam ab eo quod est 'paciscor'

---

7 ut est perfectus e. q. s.] exscr. Isid. or. X 202 || 14 *Τενέδοιο*] Il. I 38 || 15 Horatius] carm. III 30, 11

---

3 ORSA . . . verba *om. F* || 7 quod] quia *M* || 11 *ad* QVIBVS *et* LAVDIBVS *s. v.* ablatiuus, *ad* CAELO *s. v.* datiuus, *ad* AEQVEM *s. v.* oratorium est . . . uirtutibus ut hoc loco *T* || patria *F* || 14 ut] *θαυμάζω ἐκείνου καὶ ἄρχω ἐκείνου add. Stephanus* || ΤΕΝΕΛΟΙΟ ΤΕ ΕΙΦΙΑΝΑCCIC *A* ΤΕΝΟΛΙΟΥΕΙCΧΙ ΑΝΑCCIC *R* teno . aio . techian . accic *H* tenoΔοιο τειchι αναccic *M* ΤΕΝΕΔΟΙΟ ΤΕ ΙΦΙ ΑΝΑCCIC *F* || 15 inde] ideo *R* || paupere *H* pauperi *M* || aquae *om. AM* || 16 id est pro *ASM* || pro agrestibus populis *om. H* || iustiae (iustitiae *G*) laboribus *F* || 17 si autem . . . laudibus *om. G* || iustitiā egeris *F, corr. Daniel* || *ad* IVSTITIAENE P. *s. v.* si per ablatiuum legerimus iustitiane subaudiendum est praeditum *T* || 18 perditum *G* || *ad* GRATI R. A. V. (*v.* 127) id est gratiam seruantes . et gratus tantum animo, gratissimus et animo et corpore *T* || 19 viam . . . et *om. MHF* || 22 *ad* FOEDERA *s. v.* id est alia *T* || 26 ambitiose] uitiose *F* || 27 *ad* TROIANA I. *s. v.* praeter hoc quod seruius dicit saxa troiana possumus intellegere in usum troianorum *T*

et 'pepigi' et 'pactus sum' facit, sicut ab eo quod est 'parco' et 'parsi' et 'peperci' *facit.* PACE SEQVESTRA media; nam*que* sequester est *aut* medius inter duos altercantes, *aut* apud quem aliquid ad tempus seponitur: *dictum autem a sequendo, quod eius qui electus sit, utraque pars fidem sequitur.* 'pacem' ergo 'sequestram' indutias dicit, id est pacem temporalem et mediam inter bellum praeteritum et futurum.

134. MIXTIQVE INPVNE LATINI apud maiores enim magna erat cura fidei, adeo ut *indutiis factis conloqui soliti essent duces populi Romani cum hostium ducibus, summaque severitate vindicaretur, si iniuriam se passos quererentur: denique obsessa urbe a Tarquiniis* inter Porsennam et Romanos factis indutiis, cum ludi circenses in urbe celebrarentur, ingressi hostium duces curuli certamine contenderent et victores coronarentur. '*inpune*' *autem hoc loco sine periculo.*

135. FERRO BIPENNI ad epitheton transtulit nomen proprium: nam bipennis per se plenum est et securim significat, ut ⟨II 627⟩ crebrisque bipennibus instant.

137. ROBORA modo genus ligni: nam est inter specialia nominatum.

138. PLAVSTRIS GEMENTIBVS sub pondere sonantibus.

141. QVAE MODO VICTOREM LATIO PALLANTA FEREBAT '*Latio*' *pro* '*in Latio*'. bene 'modo'; uno enim eodemque die et fortiter fecit et periit, ut ⟨X 508⟩ haec te prima dies bello dedit, haec eadem aufert. *alii* '*modo*' *paulo ante accipiunt, sed* '*modo*' *ait cum adfectu, ut acerbior luctus de tanta mutatione nasceretur: alii* '*modo*' *paene accipiunt.*

---

2 SEQVESTRA media e. q. s.] cf. Gell. XX 11; Suet. verb. diff. p. 276 Reiffersch.; Luct. Plac. ad Stat. Theb. II 425 et VII 542; Isid. or. X 260 et diff. verb. 195. vid. praef. p. XLI

---

1 et parsi et persi et peperci *H* ‖ 2 media] ac (et *R*) temporali *add.* *ASR* ‖ 3 apud] ad *F* ‖ 5 indutias *F*: inducias *reliqui* ‖ *ad* PACE S. *in marg.* sequestrum est proprie quicquid ad breue tempus apud aliquem deponitur certa sponsione *T* ‖ 8 *ad v.* 134 *in marg.* praeter hoc quod seruius dicit de cura fidei (apud maiores) etiam hoc adicere possumus (quod indutiis factis) soliti erant duces populi romani (cum ducibus) hostium colloqui summaque seueritate uindicabatur si iniuriam se (passos qu)ererentur *T*. *quae uncis inclusi in codice evanuerunt.* ‖ 9 indutus *G* ‖ conloquiis *F* ‖ 10 hostiam *F* ‖ seueritatem *F* ‖ uindicatum *F, correxi* ‖ 11 Tarquinio *Daniel* ‖ cum inter *F* ‖ 12 et Romanos *om.* *F* ‖ 13 hostium duces] quidam hostium *R* ‖ curruli *RH* eurili *F* ‖ certamine] certe manice *F* ‖ 14 *ad* INPVNE *s. v.* sine periculo *T* ‖ 15 *ad* ERRAVERE *s. v.* libere discurrerunt, *ad* IVGIS *s. v.* hic quidam distingunt et sequentibus applicant 'iugis', hoc est 'in iugis f. s. a.' quia 'errauere per siluas iugis' male iungi putant *T* ‖ 21 *ad* DOMVS (*sic*) E. M. R. (*v.* 140) per domos et moenia publica et priuata aedificia comprehendit *T* ‖ 22 enim *om.* *AS* ‖ 24 *s. v.* 141 quidam modo paulo ante accipiunt sed commouet affectum ut . . . accipiunt *T* ‖ ait *scripsi*: haud *F* aut *G* ‖ 25 adfecto *G* ‖ ut] et *G* ‖ tanto *F* ‖ 26 pene *FT* poene *G*

142. ARCADES AD PORTAS RVERE eos *nunc Arcadas* dicit qui intra civitatem sunt. *multa tamen exemplaria 'Arcades at portis ruere' habuerunt, ut coniunctio sit, non praepositio, ut* ⟨IV 404⟩ *it nigrum campis agmen pro 'per campos' et* ⟨IV 130⟩ *it portis iubare 'per portas'. 'ruere' autem, id est magna velocitate ferri, ut* ⟨III 676⟩ *excitum ruit ad portus et ruuntque effusi carcere currus. et 'ruere' pro 'ruebant', infinitum pro pronuntiativo.* DE MORE VETVSTO quia antea per noctem cadavera funerabantur cum faculis.

143. RAPVERE FACES *'rapuere'* raptim et festinanter tulerunt. *sed apud Romanos moris fuit ut noctis tempore efferrentur ad funalia — unde etiam funus dictum est — quia in religiosa civitate cavebant, ne aut magistratibus occurrerent aut sacerdotibus, quorum oculos nolebant alieno funere violari. inde etiam qui funeri praeerant a vespera primum vesperones, deinde vespillones dicti videntur. et magis moris Romani ut inpuberes noctu efferrentur ad faces, ne funere inmaturae subolis domus funestaretur: quod praecipue accidebat in eorum qui in magistratu erant filiis. ideo Vergilius Pallantis corpus facit excipi facibus, quia acerbum funus. funera autem alii a funalibus candelis, sebo vel cera circumdatis, dicta (tradunt), quod his praelucentibus noctu efferrentur mortui: alii a fungendo, quod eo supremo in eo qui decessit, officio fungimur, vel quod hi qui mortui sunt 'vita functi' dicuntur. alii tradunt, de filiis qui in potestate patris sint, non putari ius esse funus vocari fierique, quia servi loco sint parenti, et si id fiat, familia funestata sit. ergo hic merito Pallantis funus facibus celebratur, ut filii. alii, sicut Varro et Verrius Flaccus, dicunt: si filius familias extra urbem decessit, liberti amicique obviam procedunt, et sub noctem*

---

6 ruuntque] georg. III 104 || 10 sed apud Romanos . . . violari] cf. Don. ad Ter. Andr. I 1, 81 et 88

---

2 infra *RH* || *ad v.* 142 multa exemplaria at portis habuerunt . . . pro ruebat *T* || arcadas ut portis ruere habuerunt ut e coniunctio sit *e. q. s. F, inde* et portis *interpretem legisse Ribbeckius coniecit.* || 3 sit nigrum *F* || 4 agmen campis *T* || it] ait *G* || 5 excitum . . . et *om. T* || 6 ruunt *T* || 7 pro nuntiatiuo *G* || 8 funerabantur *ASR*: pel. pro funera ferebatur (ferebantur *h*) *H* perferebantur *M* proferebantur *F* pro funere ferebantur *Stephanus* || 10 moris fuit apud romanos ut . . . nemo rogabatur *hab. T* || noctis tempore *T*: noctites *F* noctibus *Kirchmannus de fun. Rom.* II 2 noctu *Commelinus* || efferentur *F* || 11 quia *om. T* || relegiosa *F* || cauebatur *T* || 13 hi qui *T* || 14 uesperones primum *T* || uispillones *FT* || et magis . . . faces] maxime autem impuberes noctu efferebantur ad faces *T* || 15 efferentur *F* || 16 in eorum filiis qui magistratui praeerant. ideo uirgilius corpus pallantis excipi facibus facit quia acerbum funus praemonstrat *T* || 17 uergilius *F* || 18 aceruum *F* || alii] alia *F, om. T* || a funalibus cera uel sebo circumdatis candelis *T* || 19 quod . . . a fungendo *om. F* || 20 supremo *T*: praesumo *F* || 22 sunt *T* || 23 quia . . . sit] serui loco ne familia funestata dicatur *T* || 24 ergo et pallantis *T* || 25 alii sicut *om. T* || 26 suo noctem *F*

in urbem infertur cereis facibusque praelucentibus, ad cuius exsequias nemo rogabatur. sane haec corpora sive proici iubebantur, a cadendo, sive quod sepultura carebant 'cadavera' dicta.

144. DISCRIMINAT *id est* dividit: unde et discrimen capitis muliebris dicitur, *ex eo quod caput auro discernat.*

146. *SUCCEDERE ut* ⟨103⟩ *tumulo sineret succedere terrae.*

147. INCENDVNT implent, ut ⟨X 895⟩ clamore incendunt caelum Troesque Latinique.

148. VIS VLLA nec aetatis inbecillitas, nec severitas regia.

149. FERETRO PALLANTE REPOSTO *id est* posito Pallantis feretro: nam antiptosis est.

152. NON HAEC O PALLA DEDERAS PROMISSA PARENTI CAVTIVS V. S. V. T. C. M. duplex expositio est. aut enim hoc dicit: non mihi talia promittebas, ut crederem cautius te dimicaturum; ut intellegamus proficiscentem Pallantem promisisse patri victoriam, caedem hostium, plurima spolia; qui enim haec cogitat, cautelae obliviscitur aviditate vincendi. aut certe 'non' pro 'nempe' accipiamus, ut in Terentio non tu hunc rus produxisse aiebas? id est 'nonne', 'nempe', ut nunc sit sensus: nempe haec mihi dederas promissa discedens, quia cautius fueras dimicaturus. *alii non 'parenti', sed 'petenti' legunt, ut non iure adfectionis quam filius patri debebat, sed humanitatis eum convenire videatur: petenti mihi, o Palla, fidem dederas te cautius quam fortius dimicaturum: et adfirmant, si 'parenti' legendum esset, potuisse dici 'non haec, o fili, dederas promissa parenti'. alii haec κατὰ τὸ σιωπώμενον dicta accipi volunt.*

154. IN ARMIS apud armatum, cuius consilium cupiditas victoriae plerumque conturbat.

---

2 sane . . . cadavera dicta] cf. Isid. or. XI 2, 35 et diff. verb. 522 || 4 dividit . . . discernat] cf. Isid. or. XIX 31, 8 || 17 in Terentio] Adelph. IV 2, 21

---

1 infertur in cereis *F* i. cum cereis *Masvicius* || facibusque *T*: facibus quoniam *F* || 2 rogatur *Lucius* || 4 mulierum *R* mulieribus *H* mulieris *M* || 5 capud *F* || 9 nec aetatis nec inbecillitatis *F* || 10 posito *om. AS* || 17 pro nonne et nempe *Fabricius* || nempe] nomen *H* || 18 non tu hunc rus produxisse aiebas *AS* non tu rus hinc produxisse aiebas *M* non tu hunc rus produxisse et aiebas *F* non tu hinc rus hunc prodiisse aiebas *R* non huc rus hinc prodisse aiebas *H* non tu eum rus hinc modo produxe aibas *Terentius.* non tu rus eum prodiisse aiebas *Donati ed. pr. in lemmate exhibere testatur Vmpfenbachius* || nonne] *om. ASF,* non pro *M* || 19 mihi haec *AS* || dederis *F* || 20 fueris *R* || pugnaturus *F* || *ad v.* 152 quidam legunt petenti ut non ex affectione sed ex humanitate eum conuenire uideatur . . . dederas promissa parenti *T* || 21 petenti] patenti *F* parenti *G* || debebat *Masvicius*: ducebat *F* || 22 eum uenire *F* || 24 potuisset *FT* || filii *F* || 25 cata to siopomenon *F* || 26 armatos *R* || cuius] cum *RH* || consilio *R* || cupido *RH* cupidos *F* || *ad* HAVD IGNARVS E. (*v.* 154) ex eo quod sperauit mouit pathos *T. cf. Macrob. Sat.* IV 6, 8

155. PRAEDVLCE DECVS *aut valde dulce, aut quasi inmaturum.*

156. PRIMITIAE *rudimenta, quasi Troiani.* BELLIQVE PROPINQVI *vel quod ante maturam aetatem Pallantis venerit: aut 'propinqui' nimium vicini, quo Pallas mitti posset. sane hoc bellum 'antarium' vocari solitum, quod sit ante urbem, quasi ante aras.*

157. DVRA *misera et infelicia.*

158. VOTA PRECESQVE MEAE supra ⟨50⟩ fors et vota fecit. TVQVE O SANCTISSIMA CONIVNX *'sanctum' non semper sacrum, neque religiosum est, ut hic, ubi 'sanctissima' incorruptae castitatis significat: unde et sanctae leges appellantur quae neque corruptae sunt, neque corrumpi possunt.*

159. FELIX MORTE TVA ea re felix, qua ceteri dolent. *et bene 'tua', ne, ut ipse, filii morte fieret infelix.*

160. VIVENDO VICI MEA FATA diu vivendo, ut in bucolicis ⟨IX 2⟩ o Lycida, vivi pervenimus. 'vici' autem 'mea fata', id est naturalem ordinem vita longiore superavi, *in hoc tantum, ut superstes essem filio meo:* namque hic ordo naturalis est, ut sint parentibus superstites liberi. fata ergo eius generalia dixit, referens se ad naturalem ordinem, non ad fatum proprium; nam fata superare nemo hominum potest. unde multi sic distinguunt 'contra ego vivendo vici' vitam scilicet filii: nam hoc est 'superstes restarem ut genitor': ut 'mea fata' per exclamationem dictum sit. sciendum tamen, etiam inrationabilia dolentibus dari. VIVENDO VICI] **id est supervixi: veteres enim 'vivendo vincere' dicebant supervivere, ut multa virum volvens vivendo saecula vincit: nam et in togatis 'victrices' appellantur, quae viros extulerunt: Plautus in Epidico ⟨II 1, 8⟩ quia tibi licuit eum vivendo vincere**.

161. RESTAREM essem.

---

4 sane . . . aras] cf. Fest. Paul. s. v. antarium ‖ 8 sanctum . . . possunt] cf. Macrob. Sat. III 3, 6 et Don. ad Ter. Adelph. V 7, 1 ‖ 24 multa] georg. II 295

---

1 aut . . . immaturum *hab. T* ‖ 2 quasi Troiani *quid sibi velit non intellego. fort.* quasi tironis ‖ 3 aut quod ante . . . ante aras *hab. T* ‖ ante naturam aetatem et pallantis *F* ‖ 4 sane *om. T* ‖ antarium uocabatur quod esset ante urbem id est ante aras *T* ‖ 6 *ad* DVRA *s. v.* infelicia *T* ‖ 7 *ad* TVQVE O S. C. *s. v.* incorruptae castitatis, *in marg.* frequenter sanctum religiosum significat. inde etiam sanctae leges dicuntur quae . . . possunt *T* ‖ 8 relegiosum *F* ‖ 10 corrupti sunt *F* ‖ 12 re] sorte *ASF* ‖ dolent *Ma*: dolentur *reliqui* ‖ *ad v.* 159 bene tua dicit ne ut ipse morte filii fieret infelix uiuendo *T* ‖ 13 ipsa *G* ‖ fierit *F* ‖ 15 vici . . . fata *om. R* ‖ 16 in *G*: an *F* ‖ ut] et *G* ‖ 18 liberi] filii *M* ‖ ergo eius *R*: eius ergo *H*, eius *om. reliqui* ‖ generaliter *AS* ‖ 21 scilicet filii id est superuixi . . . eum uiuendo uincere nam hoc est . . . dolentibus dari *F* ‖ est *om. R* ‖ superstite starem *RH* ‖ 23 dari *om. H* ‖ *ad* VIVENDO VICI *s. v.* hoc dicit uixi supra ueteres enim uincere uiuendo superuiuere dicebant nam in togatis uictrices appellabantur quae uiros extulerant *T* ‖ 25 vivendo] durando *Vergilius*

162. OBRVERENT RVTVLI TELIS *id est 'me'. et bene etiam sibi irascitur: sic enim natura maerentis exprimitur.* DEDISSEM reddidissem.

163. POMPA exequialis *scilicet.* ME *vehementius pronuntiandum. et bene 'Pallanta' ipsum nomen.*

164. NEC VOS ARGVERIM T. exonerat eorum pudorem, ne videantur ei causa orbitatis fuisse, dicens sibi hoc fataliter debitum. *'arguerim' autem alias indicaverim, ut* ⟨IV 13⟩ *degeneres animos timor arguit, alias accusaverim, ut nunc: Cicero arguis fatentem.*

165. SENECTAE deest aetati; nam senecta aetas dicitur: Sallustius senecta iam aetate. per se autem plenum est si 'senectus' dicamus, quod metri causa minus dixit: *nam si 'senecta', aut addendum 'aetas', aut intellegendum.*

166. QVOD SI INMATVRA MANEBAT *magnifice servat decorum, quod se revocat ad heroicam consolationem.*

168. DVCENTEM IN LATIVM TEVCROS CECIDISSE IVVABIT lucrum quodammodo putat, inpendisse pro amicorum felicitate filium, qui morti fuerat acerbo funere fataliter debitus. et est a qualitate beneficii solacium.

169. NON ALIO DIGNER TE FVNERE PALLA latenter hic Aeneae ostenditur pietas, qui in amici funus tanta contulit, ut pater amplius praestare non possit. *Alii 'dignem' legunt iuxta veteres ab eo quod est 'digno': Calvus hunc tanto munere digna, Pacuvius in Hermione cum neque me inspicere aequales dignarent meae, ipse Vergilius* ⟨III 475⟩ *coniugio Anchisa Veneris dignate superbo.*

170. QVAM PIVS AENEAS *deest 'quo', ut sit 'quam quo'.*

173. TV QVOQVE NVNC STARES INMANIS TRVNCVS IN ARMIS *id est in trunco armatus,* sicut isti duces, de quibus haec sunt tropaea: nam supra ait ⟨83⟩ indutosque iubet truncos hostilibus armis ipsos ferre duces.

174. ESSET PAR AETAS vel mea, vel filii; nam ad utrumque potest referri.

---

8 Cicero] pro Ligario IV 10 ‖ 9 Sallustius] hist. inc. 115 D., 86 Kr. ‖ 22 Calvus] fragm. 15 ap. Lachmannum ‖ in Hermione] fragm. IV ap. Ribb. p. 97 ed. II

---

1 *ad v.* 162 bene irascitur sibi *T* ‖ etiam *Daniel*: et in *F* ‖ 2 naturā merentis *F* natura immoerentis *Daniel* ‖ redissem *R* reddissem *H* ‖ 4 hmen *F* omen *Daniel* nominavit *Heinsius* nomen posuit *Masvicius* ‖ 7 *ad* ARGVERIM *s. v.* accusauerim alias indicauerim ut . . . arguit *T* ‖ 8 accusat *F* ‖ fatantem *F* ‖ 9 aetatis *RHM* ‖ 10 tam *M* ‖ 11 quod . . . dixit *om. HF* ‖ 13 magnifice . . . consolationem *hab. T* ‖ magnifici *F* ‖ 17 et est . . . solacium *om. H* ‖ ea qualitate *AS* aequalitate *R* ‖ 18 solatium *libri* ‖ 21 posset *ASM* ‖ 22 digna *F* ‖ huic t. m. magna *F, corr. Daniel* ‖ pacauius in hermone *F* ‖ 23 meae] me *F, om. Daniel* ‖ hinc ipse *Daniel* ‖ 24 uergilius *F* ‖ 25 *ad* QVAM *s. v.* scilicet quo *T* ‖ 26 *ad* IN ARMIS *s. v.* inter arma et inter tropea *T* ‖ 28 inductosque *F*

175. TEVCROS QVID DEMOROR ARMIS 'ab armis'. et hoc videtur dicere: dimittendi sunt Troiani, ut morte Turni satis fiat doloribus meis: quod etiam posteriora significant.

179. MERITIS VACAT HIC TIBI SOLVS FORTVNAEQVE LOCVS nihil est aliud quod possit vel virtus tua, vel fortuna praestare — nam his rebus victoria contingit — nisi ut occiso Turno et vindices filium et patrem consoleris orbatum.

181. SED GNATO MANES PERFERRE SVB IMOS ac si diceret hanc solam esse causam, quae eum cogat ad vitae patientiam, ut filio Turni nuntietur interitus.

183. EXTVLERAT LVCEM Asinius Pollio dicit, ubique Vergilium in diei descriptione sermonem aliquem ponere aptum praesentibus rebus, ut hoc loco, quia funerum et sepulturarum res agitur, dicit 'extulerat': item in quarto, quia est navigaturus Aeneas et relicturus Didonem, dicit ⟨585⟩ Tithoni croceum linquens Aurora cubile. quod licet superfluum sit, in multis tamen locis invenitur *necessarium*. MISERIS MORTALIBVS qui sunt subiecti tot casibus: Homerus δειλοῖσι βροτοῖσι, id est miseris mortalibus, non timidis.

184. OPERA ATQVE LABORES 'hoc opus' et 'haec opera' tunc dicimus, quando negotium ipsum quod geritur significamus; si autem feminino genere dixerimus 'operas', ipsas personas quae aliquid faciunt significamus; sicut 'custodia' dicitur quae custodit, ut ⟨VI 574⟩ cernis custodia qualis vestibulo sedeat: nam ut hi qui custodiuntur 'custodiae' dicantur, usurpatum est. unde male est in usu 'custodiae audiuntur'.

185. CONSTITVERE PYRAS 'pyra' est lignorum congeries; 'rogus' cum iam ardere coeperit dicitur; 'bustum' vero iam exustum vocatur. quem ordinem servat poeta, dicens 'constituere pyras', item ⟨186⟩ 'subiectisque ignibus atris ter circum accensos decurrere rogos', item postea ⟨200⟩ 'semustaque servant busta'.

186. MORE TVLERE PATRVM quia apud varias gentes diversa fuerunt genera sepulturae, inde est quod alii obruuntur, alii exurun-

---

11 Asinius Pollio] cf. Bergk Zeitschr. f. Alterthumsw. 1845 p. 119 ‖ 17 Homerus] Il. XXII 31 ‖ 26 pyra e. q. s.] exscr. Isid. or. XX 10, 9 diff. verb. 444. cf. comm. Luc. VIII 778 et p. 288 ed. Usener. ‖ 31 quia apud varias gentes . . . resolvi] exscr. mythogr. III 6, 29

---

3 etiam *om.* *R* ‖ 8 solam *om.* *AS* ‖ 9 cogit *R* ‖ 10 territus *H* ‖ 11 pallio *F* ‖ uergilium *F* ‖ 12 discriptionem *AS* discriptione *F* ‖ 13 agetur *RH* ‖ dicit] *om.* *AS*, dicet *H* ‖ 14 extulerat] nam et efferre est ad sepulturam ferre. Terentius (*Andr.* I 1, 90) 'effertur imus' *add.* *D* ‖ 17 qui sunt . . . non timidis *om.* *F* ‖ 18 ΛΙΛΥCΙ ΒΡΟΤΥCΙ *R* αιαYCΙ ΒΡΟΤΥCΙ *HM* ‖ timidis] cum δειλός et miserum et timidum significet *add.* *D* ‖ 23 uetiuolo *F* ‖ 24 dicuntur *HF* ‖ 27 iam exustum . . . inde est (*lin.* 32) *om.* *F* ‖ extinctum *AS* ‖ 32 exuruntur alii *om.* *R*

tur, alii proprias remittuntur ad patrias; alii per diem, ut nunc isti, alii per noctem, ut supra Pallas. et perite has varietates Vergilius posuit: namque Heraclitus qui omnia vult ex igne constare, dicit debere corpora in ignem resolvi. Thales vero qui confirmat omnia ex umore creari, dicit obruenda corpora, ut possint in umorem resolvi. IGNIBVS ATRIS atqui ignes atri non sunt; sed epitheton traxit de negotio, ut 'atris' diceret, hoc est funebribus, ut paulo post ⟨189⟩ maestum funeris ignem, id est funebrem: nam maestus esse non potest ignis. *ATRIS cum concipiuntur.*

187. CONDITVR IN TENEBRAS ALTVM CALIGINE CAELVM id est aer fumi obscuritate completur.

188. CINCTI FVLGENTIBVS ARMIS *id est incincti et instructi.* frustra hoc epitheton notant critici, quasi circumeuntes rogos alia arma habere debuerint. CINCTI instructi.

189. DECVRRERE ROGOS pro 'circum rogos cucurrere'. bene autem ait 'decurrere', non 'decucurrere': namque verba quae in praeterito perfecto primam syllabam geminant, ut 'curro cucurri', 'tondeo totondi', cum composita fuerint, geminare non possunt: nam 'decurri' et 'detondi' dicimus, non 'decucurri' neque 'detotondi': exceptis tantum duobus.

191. *SPARGITVR ET TELLVS LACRIMIS hysterologia est: nam prius est ut arma spargantur lacrimis, quae corpori adhaerent, quam terra.*

192. *IT CAELO pro 'in caelum'.* CLANGORQVE TVBARVM ante enim mortui ad tubam deducebantur: unde Persius ⟨III 103⟩ hinc tuba, candelae, tandemque beatulus alto conpositus lecto.

193. HIC ALII SPOLIA OCCISIS DEREPTA LATINIS secundum suae gentis ritum alii hostilia arma, alii peremptorum cremabant.

195. FERVENTESQVE ROTAS nimio scilicet cursu: alibi volat vi fervidus axis, Horatius metaque fervidis evitata rotis. *et 'ferventes' non 'modo ferventes', sed quae soleant fervere, ut* ⟨IV 135⟩ *spumantia frena.*

---

23 ante enim . . . lecto] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VI 121 ‖ 28 volat] georg. III 107 ‖ 29 Horatius] carm. I 1, 4

---

2 superius *R* ‖ uergilius *F* ‖ 3 igni *AS* ‖ 4 debere *om. R* ‖ thalesius *M* ‖ 5 ex umore . . . resolvi *om. F* ‖ umore *unus H* ‖ procreari *M* ‖ umorem *unus H* ‖ 7 funeribus *ASM* (*corr. am*) ‖ 10 *schol. ad v.* 187 *om. A* ‖ 12 *ad* CINCTI *s. v.* incincti instructi parati *T* ‖ 13 alia . . . ROGOS *om. H* ‖ 14 CINCTI instructi *om. F* ‖ id est instructi *vulgo* ‖ 15 ROGOS . . . cucurrere *om. R* ‖ currere *H* ‖ 16 non decurrere *RHF* ‖ nam *F* ‖ 17 ut curro curri toideo tondi *H* ‖ tondo tondi *M* (totondi *m*) ‖ 18 geminari *MF* ‖ 19 decondi *H* ‖ totondi *H* detondi *F* ‖ 20 duobus] do et sto *add. MD* ‖ 21 *s. v.* 191 ysterologia prius est enim . . . terra *T* ‖ 22 lacrimas *F* ‖ 23 *ad* CAELO *s. v.* ad caelum *T* ‖ 25 canendae lae *AS* ‖ 28 scilicet *om. H* ‖ 29 evitata] euictita *RH* euectita *M* ‖ 30 *ad* FERVENTESQVE R. *s. v.* non modo feruentes sed quae soleant feruere nimio scilicet cursu *T* ‖ ferventes *post* modo *om. F* ‖ sed *om. G* ‖ 31 *ad* NOTA (*v.* 195) aut cara aut re uera nota *T*

196. NON FELICIA TELA quibus se defendere nequiverunt.

197. MACTANTVR CORPORA MORTI aut 'in mortem': aut 'Morti' ipsi deae: Statius in scopulis Mors saeva sedet, Lucanus ⟨VI 600⟩ ipsamque vocatam quem petat e nobis Mortem tibi coge fateri. CIRCA autem ideo, quia, ut Homerus dicit, in morte Patrocli circa corpus extincti tam homines, quam pecora immolabantur, ut uno igni cremarentur: unde est in sexto ⟨228⟩ ossaque lecta cado texit Corynaeus aeno.

198. RAPTAS raptim advectas; nam post indutias rapere non poterant: aut certe *ante* 'raptas', belli scilicet tempore.

199. *IN FLAMMAM id est in rogum.*

201. *BVSTA bustum dicitur in quo mortuus conbustus est, ossaque eius ibi iuxta sunt sepulta. alii dicunt, ubi homo combustus est, nisi ibidem humatus fuerit, non esse ibi bustum, sed ustrinum.*

202. *INVERTIT CAELVM †pater illud quod in promptu est 'invertit caelum', ut ea pars quae noctem haberet, sub terra esset.* STELLIS APTVM coniunctum, ἀπὸ τοῦ ἅπτεσθαι.

204. INNVMERAS STRVXERE PYRAS hoc loco multis rebus ostendit inmensam caedem factam esse Rutulorum.

206. FINITIMOS TOLLVNT IN AGROS qui enim e longinquo venerant, referri non poterant. VRBIQVE REMITTVNT deest 'unicuique'. et meminit antiquae consuetudinis: nam ante etiam in civitatibus sepeliebantur, quod postea Duellio consule senatus prohibuit et lege cavit, ne quis in urbe sepeliretur: unde imperatores et virgines

---

3 Statius] Theb. IV 528 ‖ 12 bustum dicitur ... ustrinum] cf. Fest. Paul. s. v. bustum

---

3 deae] quae dea est *R* dea est *H* ‖ speluncis *AS* scopolis *H* speculis *Statii libri* ‖ lumus *H* ‖ 4 quem *RHMF*: quos *AS* ‖ petat e *HM*: pietate *R* petat a *ASF* ‖ 5 cogis *RH* ‖ 7 et uno igne cremabantur *F* ‖ 8 aeno] Homerus ἐν τῷ ψ (170) ad patrocli pyram ἐν δ' ἐτίθει ... δύο δειροτομήσας *add. D* ‖ 9 post] per *ASF* ‖ inducias *libri* ‖ 10 belli *om. F* ‖ 11 *ad* FLAMMAM *s. v.* id est rogum *T* ‖ 12 *s. v.* 201 bustum est quod mortuo soluitur ossaque eius ibi usta sunt. alii dicunt ... sed ustrinum *T* ‖ in quo ... sunt sepulta *Kirchmannus de fun. Rom.* III 1: id quo mortuos conbusta ẽ ossa quae eius sibi iusta sunt sepulta *F* id quo mortuus conbustus * ossaque eius ibi usta, sunt sepulta *Commelinus* id quo mortui combusta ossa sunt sepulta *Lucius* id quo mortui combusta erant ossa, quod eius ibi ossa usta sint sepulta *Heinsius* ‖ 13 nisi humatus ibi fuerit *T* ‖ 14 ibi *Daniel*: ubi *F, om. T* ‖ astrinum *F* ‖ 15 *s. v.* 202 illud scilicet quod in promptu est ut ea pars ... esset *T* ‖ pater] patet *Daniel. mihi interpretis nomen latere videtur. fortasse* Hater. *id est Haterianus, in archetypo fuit. cf. schol. Ver. ad* X 397. *possis et de Aspri nomine cogitare.* ‖ prumptu *F* promtu *G* ‖ 17 ΑΠΤΟΥ ΑΠΘΕCΕΑΙ *A* ΑΠΟ ΤΟΥ ΛΛΤΕCΒΛΤ *R* ΛΛΟ ΤΟΥ ΛΛΤΕCΒΛΤ *H* ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΝΤΕCΒΑΤ *M* ‖ *ad* NEC MINVS (*v.* 203) similiter *T,* etiam *D* ‖ 20 a longinquo *AS* ‖ 22 ciuitates *H* ciuitate *M* ‖ 23 duellio *RH*: a duellio *AS* duellino *M* a diulio *F. cf. Mommsenus C. I. L.* I *p.* 39 *adnot.* ‖ 24 lege cavit *ASF*: legauit *RHM* ‖ unde et imperatores *AS*

Vestae quia legibus non tenentur, in civitate habent sepulchra. denique etiam nocentes virgines Vestae, *quia legibus non tenentur,* licet vivae, tamen intra urbem in campo scelerato obruebantur.

208. NEC HONORE *ideo 'nec honore'*, quia 'nec numero', *quod in numero et ordine honos spectatur:* nam aliud verbum pendet ex altero. *alii 'nec' pro 'sine' accipiunt.* *TVNC pro 'tum', id est postquam cremare coeperunt.*

210. *TERTIA LVX mos enim erat tertia die ossa crematorum legi.*

211. *MAERENTES hoc et ad Latinos et ad Troianos potest referri. sane 'maerere' est cum silentio dolere, 'flere' ubertim lacrimas demittere, 'plorare' cum voce flere, 'plangere' cum aliquibus dictis miserabilibus pectus et faciem tundere, 'lugere' etiam cum habitus mutatione.* *ALTVM CINEREM quia dixerat* ⟨204⟩ *'innumeras struxere pyras'.* CONFVSA RVEBANT OSSA FOCIS aut quia dixit simul multos crematos: aut si ad honoratorum cadavera referas, ut supra ⟨197⟩ diximus, 'confusa' propter simul animalia concremata. 'ruebant' autem de cineribus eruebant. *adnotandum sane quod 'focos' dixerit pyras, cum focus ara sit deorum penatium. an quod focum dicat ubicumque ignis est et fovetur: unde et Varro focum dici vult.*

212. TEPIDOQVE ONERABANT AGGERE TERRAE hypallage, hoc est 'ossa tepida'.

213. PRAEDIVITIS more Graeco epitheton incongruum loco posuit.

214. LONGE PARS MAXIMA LVCTVS valde: et hoc est melius, quam quod legatur 'et longi'.

215. HIC MATRES quia scit ad aliquid haec nomina pertinere, non addidit 'deflebant filios aut maritos aut fratres'. *CARA PECTORA*

---

10 sane maerere . . . mutatione] exscr. Isid. diff. verb. 227 ‖ 16 RVEBANT eruebant] cf. Non. p. 380, 8 M. ‖ 18 an quod . . . vult] cf. Isid. or. XX 10, 1 et diff. verb. 307

---

1 quia legibus . . . virgines Vestae *om. R* ‖ 5 onus *F* honus *G* ‖ verbum *om. AS* ‖ ex alio *AS* ‖ *ad* NEC N. N. H. *s. v.* aliud pendet ex altero. quidam nec pro sine accipiunt *T* ‖ 6 *ad* TVNC *s. v.* pro . . . coeperunt *T* ‖ 8 *ad v.* 210 mos erat . . . legi. hoc tangit nunc *T* ‖ 9 *ad v.* 211 hoc et ad latinos . . . mutatione. altum cinerem . . . pyras. notandum hoc loco quod focos . . . uarro focum dictum putat (*sic*) *T* ‖ 10 sane] et *T* ‖ dolore *F* ‖ flere] ferre *G* ‖ ubertim *om. G* ‖ 11 miserabilis *F* ‖ 12 faciem et pectus tundere *T* pecus aut faciem condere *F* pectus aut f. tondere *Daniel* ‖ lugere etiam *om. T* ‖ 13 dixerat *T*: dixerit *F* ‖ 14 simul *om. F* ‖ 16 autem *om. RHM* ‖ 17 cinibus *H* ‖ adnotantum *F* ‖ focus *F* ‖ cum . . . ubicumque] cum focus sit deorum tantum penatium nisi forte focum dicat ubicumque *T* ‖ 19 fouebar *F* ‖ 20 *schol. ad v.* 212 *om. F* ‖ 22 incongruum loco *H*: incongruum (congruum *AS*) huic loco *ASM* incongruo loco *RF* ‖ 23 LONGO *AS* LONGI *F* ‖ et *om. F* ‖ 24 quam quod] quamquam *AS*, quod *om. F* ‖ 25 ad aliqua ea nomina pertinere *F* ‖ 26 addit *R* ‖ deflebant] et efflebant *M* ‖ *ad* CARA S. *s. v.* fratres desiderantia *T*

id est [*caros*] *fratres desiderantium, ut* ⟨I 646⟩ *cari stat cura parentis: et est periphrasis.*

218. *IPSVM ARMIS bene repetitum 'ipsum'.* IVBENT volunt, exposcunt.

220. INGRAVAT maiorem invidiam concitat, *id est graviora facit et onerat.* *VOCARI provocari.*

221. TESTATVR testificatur etiam legatorum fidem, qui cum eo fuerunt. *SOLVM et hic bene repetitum 'solum'.*

222. *SIMVL CONTRA VARIIS scilicet ut illi paci faverent, alii Turno.*

223. OBVMBRAT subaudis 'Turnum': tuetur, defendit. *et est* translatio ab arboribus *facta, quia nomen nobilium tamquam umbra est pro aliis.* hoc autem dicit: amor reginae ad favorem popularem plurimum proderat Turno.

224. MERITIS SVSTENTAT FAMA TROPAEIS *vel* quia multos occiderat, ut etiam ipse dicturus est: *vel secundum illud* ⟨XII 22⟩ *sunt oppida multa capta manu.*

226. ECCE SVPER insuper, *hoc est* ad cumulationem malorum. MAESTI hoc sermone eos nihil egisse significat. MAGNA DIOMEDIS AB VRBE legitur et 'magni'. *et tanto asperius videtur, quod, cum 'magnus' sit 'Diomedes', non audet adversus Aenean pugnare.*

227. *NIHIL OMNIBVS ACTVM breviter et laborem et studium comprehendit.*

228. NIL DONA NEC AVRVM ordinem legationis exsequitur dicens, inaniter perfecta esse omnia, quae possent efficaces legati perficere auro, precibus, promissione.

230. PACEM TROIANO AB REGE PETENDVM sicut etiam supra ⟨X 628⟩ diximus, cum per gerundi modum aliquid dicimus, per accusativum elocutionem formemus necesse est, ut 'petendum mihi est equum': Lucretius ⟨I 111⟩ aeternas quoniam poenas in morte timendum, item Sallustius castra sine vulnere introi-

30 Sallustius] hist. IV 45 D.; 3 Kr.

1 caros *seclusi* || desideratum *Daniel* desiderarunt *Commelinus* || stat] constat *F* || 5 conficit *F* || *ad* INGRAVAT *s. v.* grauiora facit *T* || id est] ideo *G* || 6 onerauit *F* honerauit *G* || *ad* SOLVMQVE *v. s. v.* turnum in bella *T* || 8 repetitum soluto *F, corr. Daniel* || 9 *ad* MVLTA SIMVL *c. v. s. v.* ut alii scilicet fauerent turno alii paci *T* || *ad* DICTIS *s. v.* illorum scilicet qui aderant pro turno *T* || 10 *ad* OBVMBRAT *s. v.* tuetur et est translatio ab arboribus. nomen enim nobilium quasi umbra est pro aliis *T* || et est *om. F* || 12 dicit *om. F* || 14 vel quia . . . capta multa manu *hab. T* || 17 hoc est insuper hoc est ad *e. q. s. F* || 19 tanto asperius . . . pugnare *hab. T* || 21 breviter . . . comprehendit *hab. T* || 25 auro precibus promissione *om. HMF* (*add. m*) || 27 gerendi *AS* || 28 firmemus *RH* || ut . . . equum *om. HM* || 29 aeternas . . . Sallustius *om. H* || 30 item *om. F*

tum: nam 'castra' accusativus pluralis est, qui multis errorem facit, ut videatur esse nominativus, quia neutra triptota sunt et similis est nominativus accusativo.

231. REX IPSE LATINVS qui aut consolari debuit, aut defendendae reipublicae aliud inire consilium.

232. FATALEM AENEAN MANIFESTO NVMINE FERRI modo '*fatalem*' perniciosum omnibus Aenean, *vel exitio futurum omnibus.* 'manifesto numine' *autem*, id est manifesto deorum iudicio, ad Italiam venisse, numinum ira testatur, quam cognoscimus tantorum caede sociorum. *et est ordo: fatalem Aenean ferri manifesto numine admonet ira deum.*

235. ALTA INTRA LIMINA COGIT quaeritur cur ad privatam domum convocetur senatus, qui non nisi ad publica et augurato condita loca convenire consuevit. sed scimus domum Latini augurato conditam et eandem tam templum fuisse, quam curiam: namque in superioribus legimus ⟨VII 170⟩ tectum augustum, id est augurio conditum, item paulo post ⟨173⟩ hinc sceptra accipere et primos attollere fasces regibus omen erat, hoc illis curia templum. merito ergo ad domum regis, quasi ad locum *gentibus* publicum, convocatur senatus: nam ait in septimo ⟨192⟩ tali intus templo divum patriaque Latinus sede sedens. idcirco etiam in Palatii atrio, quod augurato conditum est, apud maiores consulebatur senatus: ubi etiam aries immolabatur, quod, ut in septimo ⟨175⟩ diximus, Vergilius ad Latini transtulit domum. multi dicunt perite Vergilium nec templi nec curiae hoc loco fecisse commemorationem, sed tantum dixisse 'tecta regia', ut ostenderet, consilium quod initur, non esse complendum, quia nec rite est inchoatum: ea enim quae dicit Latinus, effectu carebunt.

236. OLLI 'illi' secundum Ennium. *et intellegendum κατὰ τὸ σιωπώμενον, Turnum quoque venisse, qui in superiore libro a Iunone subtractus pugnae Ardeam pervenerat.* FLVVNT festinanter incedunt.

238. ET PRIMVS SCEPTRIS primus inter sceptriferos. namque apud maiores omnes duces cum sceptris ingrediebantur curiam;

4 aut *om. F* || consulari *F* || aut] et *R* et aut *H* || defendendae rei p. *M*: defendere ip. *AS* defendere *R* defende rei p̄. *HF* aut defendere rem publicam aut aliud inire consilium *Lion* || 7 *ad* FATALEM *s. v.* perniciosum et exitio futurum omnibus *T* || 9 iram *R* || agnoscimus *H* || 10 falem *F* || nomine *F* || *ad* ANTE ORA R. (*v.* 233) ante faciem prospicientium scilicet admonent *T* || 13 condita . . . augurato *om. R* || 14 consueuerit *AS* consuerit *M* || 20 nam ait . . . consulebatur senatus *om. R* || 22 atrio] traio *H* || ditum (*de* conditum) est . . . Cumarum adlabitur oris (*v.* 239) *om. H* || 26 dixisse intra tecta *AS* || 27 rite] rectum *F* || est *om. AS* || 28 ea enim] et ea *F* || 29 *ad v.* 236 hic intellegitur cata to siopumenon etiam turnum uenisse qui in superioribus a iunone . . . peruenerat *T* || 31 *schol. ad* FLVVNT *om. F* || RVVNT *AS*

postea coeperunt tantum ex consulibus *sceptra gestare*, et signum erat eos consules fuisse. *aut quia et alii eiusdem partis reges erant, ut Turnus. sic Agamemnon dux (fuit) totius exercitus, diversae civitates proprios reges habuerunt.*

239. AETOLA EX VRBE REMISSOS quam condiderunt hi qui de Aetolia venerunt, Graeciae provincia, unde Diomedes habuit socios de tribus eius civitatibus, quas habet Aetolia, Pleurona, Olenon, Calydona. sic ergo dixit 'Aetola ex urbe', ut ⟨VI 2⟩ et tandem Euboicis Cumarum adlabitur oris. *ideo autem Diomedem Aetolum dicit, quia pater eius Tydeus Aetolus fuit, qui ad Argos fugit, quoniam fratrem patris sui occiderat.*

240. ET RESPONSA REPOSCIT mire ait 'reposcit': ante enim rex solet a legatis universa cognoscere et sic eos praesente populo iterum omnia iubere narrare. unde est ORDINE CVNCTA SVO: nam nihil licet praetermittere: unde et superflua narrare consuerunt.

243. VIDIMVS O CIVES DIOMEDEM *rhetorice protinus a re coepit; neque enim opus erat principio aliquo legationem referenti. et hic figura est hysteroproteron: natura enim hoc fuit prius dicendum 'atque iter emensi casus superavimus omnis' et tunc 'vidimus Diomedem Argivaque castra'. sed habet consuetudo ut qui tale aliquid nuntiant, protinus admoneant, ut puta 'vidi illum, erat illic, faciebat illud': ideo adiecit 'ille urbem Argyripam patriae cognomine gentis' et reliqua. illud etiam ordine congruo subiunxit ad perliciendum animum priusquam quicquam diceret 'munera praeferimus'. inde ordine 'nomen patriamque docemus, qui bellum intulerint', hoc est qui, unde, contra quos, qua causa. deinde ponitur oratio Diomedis, cuius sunt partes duae: una, qua se excusat; alia, qua etiam illis suadet ut bellum deponant: nam hoc in fine ora-*

---

2 consules fuisse *AS*: consulares fuisse *RMF* consulares esse *Daniel. cf. de hoc scholio Mommsenus Roem. Staatsr.* I[1] *p.* 341 *adnot.* 6 ‖ partes *F* ‖ 3 sicut *Masvicius* ‖ fuit *addidi* ‖ civitates *Masvicius*: ciuitatis *F* ‖ 4 regis *F* habuerint *F, correxi* ‖ 6 uenerant *M* ‖ diomedis *AS* ‖ sotios et de tribus *M* ‖ 7 oleon *M* oleum *F* ‖ calcedonia *R* ‖ 9 adlabimur *AS* ‖ *ad v.* 239 diomedem ideo dicit aetolum quoniam pater . . . occiderat *T* ‖ diomeden *F* ‖ 10 aeolus *T* ‖ 14 iubere] uiuere *F* ‖ narrari *M* ‖ 15 licet *om. HF* ‖ praetermittunt *F* ‖ narrari *M* ‖ consuerat *H* consueuerunt *F* ‖ 16 DIOMEDE *AS* ‖ rhetorice primo a re coepit neque enim principio opus fuerat legationem referenti. et est hic ysteroproteron. natura enim hoc prius dicendum fuerat . . . sicut ad singula inuenies dictum *hab. T* ‖ rethoricae (rethorice *G*) protinus are cepit *F* rhetorica protinus arte coepit *Daniel* ‖ 17 aliquid *G* ‖ 18 atque iterum casus *F* ‖ 21 ut puta vidi *T*: ut putauit *F* ‖ addidit *T* ‖ 22 argiripam *F* agriripam *G* ‖ et reliqua *om. F* ‖ 23 ordines *G* ‖ congruo *om. F* ‖ subiuncxit *G* ‖ perliciendum *T*: perlicendum *G* proliciendum *F* ‖ priusquam quicquam diceret *om. T* ‖ 24 inde congrue *T* ‖ unde *F* ‖ 25 intulerat *F* ‖ hoc est *om. F* ‖ quia causa *F* ‖ 26 ponitur *om. F* ‖ partes sunt duae *T* ‖ una quasi *F* quasi una *G* ‖ 27 alia qua] aliaque *F* altera qua *T* ‖ illi *et* deponat *T* ‖ finem *G*

tionis Venulus addit 'et responsa simul quae sint, rex optime regum, audisti'. excusatio Diomedis duplex est: fortes sunt Troiani et felices. fortes breviter ostendit per intermissionem 'mitto ea quae' et reliqua: frigidus enim locus erat, si virtutem eorum timere diceret quos vicit. Secundus locus multa continet: tam felices esse, ut de omnibus vindicarentur, et singula de singulis mire augendo exsequitur. novissimo loco de se dixit, ne ei obiceretur: quid te ista movent, si tu nihil passus es? et auxit quod amisit, et socios adiecit cum exclamatione 'haec adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt tempore'. ideo se contra Veneris filium excusat pugnare; nam sequitur 'ne vero, ne me ad tales impellite pugnas'. supererat ut pacem suaderet; ait enim 'munera quae patriis ad me portastis ab oris' et cetera. inde laudem Aeneae ita addidit, ut suam laudem servaret: ibi enim ubi se excusat, non hoc ait, quia fortis est non adero, sed illud 'quicumque Iliacos ferro violavimus agros', quasi hoc fatum fuerit omnium; hic ubi suadet pacem, aperte dicit, pares mihi non estis, et ait 'experto credite, quantus in clipeum adsurgat, quo turbine torqueat hastam', id est ego fatum timeo, vos virtutem timere debetis. nam quod adiecit 'si duo praeterea talis Idaea tulisset', non fuit contentus illum Hectori comparare, nisi adiunxisset 'hic pietate prior: coeant in foedera dextrae', id est quia pius est, bonus amicus erit. statim conclusit, sicut ad singula invenies dictum. quod autem ait 'vidimus, o cives, Diomedem', quasi res magna ei contigerit, qui talem virum viderit. sane aut 'Diomedem' legendum, ut sit Latinus accusativus: et admittitur ecthlipsis, ut ⟨I 3⟩ multum ille

23 aut Diomedem e. q. s.] cf. Macrob. Sat. V 17, 19

1 addit dicens *T* ‖ simul et reliqua *G,* quae . . . audisti *omittens* ‖ 2 audisti] et cetera *add. T* ‖ item excusatio diomedis duplex inducitur *T* ‖ sunt inquit troiani *T* ‖ 3 per intermissionem] dicendo *T* ‖ 4 frigidus . . . vicit] turpe enim erat dicere eorum uirtutem timere quos uicerat *T* ‖ uirtute *G* ‖ *an* timere se ? ‖ 5 tam] scilicet ita *T* ‖ ut de *T*: unde *F* ‖ 7 dicit *T* ‖ ne] tamquam *T* ‖ nihil tu *T* ‖ 8 omisit *T* ‖ socios *om. T* ‖ adiacit *F* ‖ 9 mihi] et reliqua *add. G,* iam . . . tempore *omittens* ‖ se *post* excusat *hab. T.* excusat *fort. pro* excusans negat *posuit interpres: quamquam suspicari possis* ideo c. V. f. recusat pugnare ‖ 11 ut] et *G* ‖ ait enim] dicit ergo *T* ‖ numera *F* ‖ quae et reliqua *G,* patriis . . . oris *omittens* ‖ 12 et cetera *om. F* ‖ laudem addit aeneae ita *T* ‖ 13 laudem *om. T* ‖ seruet *T* ‖ ubi enim se excusat *T* ‖ ait] aut *F* ‖ 14 non adero *scripsi*: non adeo *F, om. T,* non audeo *coni. Burmannus.* ‖ illud *om. T* ‖ 15 fuerit *T*: fuit *F* ‖ omnium *om. T* ‖ perte *G* ‖ aperte . . . ait] aperte sibi diceret pares esse nisi adiunxisset *T* ‖ 16 ait] ut *G* ‖ 17 adsurgat *om. F* ‖ id est] ueluti diceret *T* ‖ 18 ad ea tulisset *F* adtulisset *G* ‖ 19 non fuit . . . nisi adiunxisset] *i. e. non putavit Hectore comparato satis laudatum esse Aenean, nisi adiunxisset* ‖ hector *F* ‖ 20 hic] hoc *G* ‖ hoc est *T* ‖ qua *F* ‖ plus *FT, corr. Daniel* ‖ 21 *fort.* et satis multa conclusit ‖ 22 *ad* VIDIMVS O C. D. *s. v.* sic dicit quasi res magna ei contigerit . . . uiderit, *ad* ARGIVAQVE C. *s. v.* quia milites argiuos habuit qui eum secuti sunt *T* ‖ res] rex *G* ‖ 23 sane hic *Daniel* ‖ 24 et] *om. RH,* aut *F* ‖ eclypsis *AS* eclipsis *RF* etclipsis *HM, correxi*

et terris iactatus et alto: aut si Graecum accusativum facere voluerimus, 'Diomede' legamus, ut possit fieri synalipha, sicut ⟨IX 388⟩ Euryale infelix, qua te regione reliqui? si autem 'Diomeden' dixerimus, nec Latinum est, nec Graecum, nec versus ratio consistit: numquam enim ecthlipsis fit per 'n' litteram. tamen melius est ut 'Diomede' legamus, ut sit Graecus accusativus. nomina enim Graeca in 'ης' exeuntia, quae genetivum in 'εος' mittunt per plenam elocutionem, cum eundem casum per synaeresin in 'ους' miserint, accusativum in 'η' mittant necesse est, ideo quia cum naturam suam servant, accusativum in vocalem mittunt, non in consonantem, et debet synaeresis plenitudinis servare rationem: ut ecce *Διομήδης* plena declinatio est *τοῦ Διομήδεος τῷ Διομήδει τὸν Διομήδεα*, per synaeresin autem facit *τοῦ Διομήδους τῷ Διομήδει τὸν Διομήδη*. ergo hic accusativus ideo in 'η' exit, non in 'ν', quia cum integrum est hoc nomen, in 'εος' exit et crescit eius genetivus: si enim isosyllabus sit nominativo, accusativum in 'ν' mittit nec habet 'σ' in genetivo, ut *Θουκυδίδης, τοῦ Θουκυδίδου, τὸν Θουκυδίδην*: nam *Διομήδης* ideo in genetivo 'ς' habet, quia et cum integrum est et *Διομήδεος* facit, habet 'ς' consonantem.

244. CASVS S. OMNES itineris scilicet. et bene vilitatem singularum rerum generalitate vitavit, ne diceret flumina, latrones et cetera. *mire autem multa congesta, ne possit de legatorum desidia queri.*

245. *CONTIGIMVSQVE MANVM bene, quasi divinam: sic* ⟨243⟩ *'vidimus, o cives, Diomedem'.* QVA CONCIDIT ILIA TELLVS *ἐμφατικῶς* dixit pro 'urbs Ilia': nam terra non concidit, sed civitas, *Ilium.*

246. ARGYRIPAM Diomedes fuit de civitate quae Argos Hippion dicitur, de qua Homerus *Ἄργεος ἱπποβότοιο*, Horatius aptum dicet

27 Homerus] Il. II 287 ‖ Horatius] carm. I 7, 9

1 iactatur *F* ‖ 2 legatus *H* legatur *M* ‖ ut] et *AS* ‖ 3 diomedem *F* ‖ 4 latinus *AS* ‖ ratio *om. HM* ‖ 5 constitit *AS* ‖ ecthlipsis *F* eclypsis *ASM* eclipsis *RH* ‖ 6 legatur *HM* ‖ 7 ης] *graeca quae in hoc scholio inveniuntur in libris moneo latinis litteris scripta esse. librariorum errores omnes in hunc commentarium transcribere inutile visum est.* ‖ 9 miserunt *H* ‖ 10 suam *om. M* ‖ 11 et iam debet *F* ‖ ut ecce . . . facit *om. R* ‖ 12 plena declinatio est] plenā elocutionem *H* ‖ 13 per synaeresin seruare facit *F* ‖ 14 ν] en *AS* ‖ 15 cum] *om. R*, non *H* ‖ 16 sit] *om. RH*, sit in *F* ‖ nominatiuus *AS* ‖ ν] en *AS* ‖ 17 in genetiuum *F* ‖ *τοῦ Θουκυδίδου*] thoʏcʏdidoʏ *A* τωʏ tuchididu *R* totu chididu *H* totuchydidu *M* huc udiditon *F* ‖ 18 σ] es *R* us *F* ‖ habet] et habet *M* ‖ 20 uilitate *AS* utilitatem *F* ‖ 21 generalitatem *AS* generalitas *F* ‖ 23 *ad* MANVM *s. v.* scilicet diuinam *T* ‖ *fort.* bene 'contigimus' ‖ 24 diomeden *G* ‖ emphaticos *A* enfaticos *reliqui* ‖ 25 terra non concidit *M*: terrena (terra *as*) non cecidit *AS* terra noncidit *RH* terrena non concidit *F* ‖ 26 ARGYRIPPAM *ASM* ARGIRIPPAM *RH* ARGIRIPAM *F* ‖ argosippon *AS* argeripion *R* argorippion *H* argosippion *MF* ‖ 27 de qua] quia *AS* ‖ ᴀΡΓΟΙϹ ΙΠΠΟΒΟΤΟΙΟ *AS* Argos yppobotyo *R* argos ipsobotyo *H* argos ippobotyo *M* argos ippobotio *F* ‖ dicit *RF* dic̄ *A*

equis Argos. hic in Apulia condidit civitatem, quam patriae suae nomine appellavit et Argos Hippion dixit: quod nomen postea vetustate corruptum est, et factum *est* ut civitas Argyrippa diceretur: quod rursus corruptum Arpos fecit. *sane Diomedes multas condidisse per Apuliam dicitur civitates, ut Venusiam, quam in satisfactionem Veneris, quod eius ira sedes patrias invenire non poterat, condidit, quae Aphrodisias dicta est. item Canusium Cynegeticon, quod in eo loco venari solitus erat: nam et Garganum a Phrygiae monte Gargara vocavit. et Beneventum et Venafrum ab eo condita esse dicuntur.*

247. GARGANI CONDEBAT IAPYGIS ARVIS Iapygia pars est Apuliae, in qua est mons Garganus, *inminens Sipontinae civitati,* qui per Calabriam usque in Adriaticum tenditur pelagus: Lucanus ⟨V 380⟩ Apulus Adriacas exit Garganus in undas. 'Gargani' autem 'Iapygis' figura est pro 'Gargani Iapygii'. et haec est Iapygia Apuliae, a qua et Iapyx ventus est nominatus, *ad quam Iapyx delatus, unde sic nominatus est:* nam Iapydia Venetiae regio est, ab oppido dicta, unde est tunc sciat aerias Alpes et Norica si quis castella in tumulis et Iapydis arva Timavi. *sed in Gargani summitate duo sepulchra esse dicuntur fratrum duorum, quorum cum maior virginem quandam* ⟨*sibi*⟩ *despondisset et eam minor frater conaretur auferre, armis inter se decertati sunt ibique ad memoriam, invicem se occidentes, sepulti: quae res admirationem habet illam, qua si qui duo inter ipsam silvam agentes iter, uno impetu vel eodem momento saxa adversum sepulchra iecerint, vi nescio qua saxa ipsa separata ad sepulchra singula decidunt.*

---

17 tunc] georg. III 474

---

1 argos equis *AS* ‖ 2 et *om. F* ‖ argosippon *ASRMH* argosippion *F* ‖ 3 agrippa *RH* argiripa *F* ‖ 5 i satisfactionem *F* ‖ 7 aphrodisias *F*: astrodisias *G* Afrodisia *Daniel* ‖ item . . . Cynegeticon] n̄e canussū cine zetic̄ *G* ‖ cynezeticon *F, corr. Daniel* ‖ 8 solitos *F* ‖ frigia *F* strigia *G, corr. Daniel* ‖ 9 Venafrum *Commelinus*: beneafru *F* beneafur *G* Beneafrum *Daniel* ‖ *ad* VICTOR (*v.* 247) uel ex troia uel uoti compos *T* ‖ VICTOR distingue *R et Vossianus Burmanni* ‖ 10 GARGANII *HMF* ‖ ARVIS *om. A* ‖ 11 mons] apuliae memores *R* apulia mens *H* ‖ Garganus *om. H* ‖ inmineris *F* ‖ 12 in *om. AS* (*add. a*) ‖ adriacum *R* ‖ 13 exiit *F* ‖ garganus *S* gargarii *H* gargania *F* ‖ 14 pro garganii iapygis *AS* pro gargani igypi *M* pro garganii autem iapigii *F* ‖ 15 apulia *AS* ‖ a qua et *om. AS* ‖ iapys *F* ‖ 16 *an* nominata ‖ apiadia *F* iapidia *reliqui* ‖ 18 iapigis *R* ‖ *ad v.* 247 in gargani summitate . . . singula decidunt *T* ‖ 19 sepulchre *F* sepulcra *T* ‖ dicuntur esse duorum fratrum *T* ‖ 20 maior *T*: nor *F* ‖ quondam *F* ‖ sibi *addidi* ‖ dispondisset *F* desponsasset *T* ‖ et hanc ei conaretur minor auferre *T* ‖ fratres *F* ‖ 21 decertati sunt *F* (*cf. Neue Formenl.* II² *p.* 277): decertantes *T* decertarunt *Masvicius* ‖ 22 se occidentes inuicem sepulti sunt *T* ‖ illum *F* illa *T* ‖ qua si *Daniel*: quosi *F* ut si *T* ‖ 23 siluam ipsam *T* ‖ iter *om. F* ‖ 24 sepulcra *T* ‖ iacerint *F* ‖ ui nescio *T*: umescio *F*

249. MVNERA PRAEFERIMVS *ut illa ante orationem auxilium impetrent.*

250. QVI BELLVM INTVLERINT *quasi nominatis Troianis, quos vicerat, pronior futurus esset ad ferendum auxilium.*

251. PLACIDO SIC REDDIDIT ORE *ut solet, habitum futurae orationis ostendit.*

252. O FORTVNATAE GENTES qui habitatis regna Saturnia, id est o viri semper pace gaudentes! nam legimus ⟨VIII 324⟩ aurea quae perhibent, illo sub rege fuere saecula, sic placida populos in pace regebat. et bene hoc laudat, quod eis persuadere desiderat.

253. ANTIQVI AVSONII quia, qui primi Italiam tenuerunt, Ausones dicti sunt. QVIETOS quibus est amor pacis a maioribus traditus propter regnum Saturni.

254. IGNOTA LACESSERE BELLA scilicet Troianorum, non omnia generaliter bella: nam legimus ⟨VII 184⟩ captivi pendent currus curvaeque secures: *aut 'ignota' quae ignoraverint, quasi non suscepturi, si scissent.* SVADET autem 'vobis' subaudis: nam 'vos' a superioribus non potest subaudiri, quia non 'te', sed 'tibi suadeo' dicimus.

255. VIOLAVIMVS quasi sacros: nam violare de religionibus dicimus. et ingenti arte agit, ne aut victoriam suam sileat, aut non procedendo contra eos quos vicit, confiteatur ignaviam, dicens non esse contra eos pugnandum, quos vincere perniciosissimum est.

256. MITTO EA *oratorie, ut etiam sine illis, quae memoraturus est, quae omittit graviora videantur.*

257. QVOS SIMOIS PREMAT ILLE VIROS id est toto orbe celebris: *et 'premat' quasi hostes:* alibi ⟨I 100⟩ ubi tot Simois correpta sub undis scuta virum galeasque et fortia corpora volvit. *alii 'quos' pro 'quantos' accipiunt, ut sit pronomen pro nomine. 'ille' autem mire exsecratur.*

---

1 *ad* MVNERA P. *s. v.* ut illa scilicet ante orationem auxilium praestarent *T* ‖ 3 quasi . . . auxilium *hab. T* ‖ 5 *ad* PLACIDO S. R. O. *s. v.* habitum . . . ostendit *T* ‖ 7 habitatis *om. H* ‖ 8 aureaque *RHF* ‖ 12 quia *om. RH* ‖ 13 amor pacis *om. R* ‖ 17 *ad* IGNOTA L. B. quasi quae ignorauerint non suscepturi *T* ‖ aut ignota . . . si scissent *huc transposuit Daniel* ‖ 18 autem] *om. AS*, aut *F* ‖ nam vos . . . dicimus *M*: nam non potest dici suadeo te sed tibi *AS* nam uos a superioribus non potest dici *R* nam uos a superioribus non potest *H* nam uos a superioribus pendet aut ignota . . . suscepturis scissent (*sic*) *F* ‖ 20 dicimus suadeo *M* ‖ 21 de (*om. H*) religionibus (relegionibus *F*) dicimus *HF*: de religiosis (religionis *S*) dicimus rebus *AS* de religiosis dicimus *R* de relionibus dicimus rebus *M* ‖ 22 agit] ait *R* dicit *HM* ‖ 24 perniciosum *AS* ‖ 25 *s. v.* 256 oratorie dicit ut etiam illis quae memoraturus est grauiora uideantur quae omiserat *T* ‖ memoratus *F* ‖ 27 celeris *H* celebres *F* ‖ 28 *ad* PREMAT *s. v.* quasi hostes *T* ‖ 29 undas *HM* ‖ 30 *ad* ILLE *s. v.* ille dicendo mire execratur *T*

258. SCELERVM POENAS EXPENDIMVS OMNES id est luimus omnes poenas, quae sunt statutae sceleribus. alii 'sceleris omnis' legunt: nam 'omnes' non potest ad Graecos referri, quia non omnes pertulere supplicia. *sed si 'omnes', mire, ne putes forte factum. et adiuvandum pronuntiatione.*

259. VEL PRIAMO MISERANDA MANVS etiam Priamo, ut carmina vel caelo possunt deducere lunam. est autem Pacuvii qui ait si Priamus adesset, et ipse eius commiseresceret: *id est ut calamitas eorum qui vicerunt, gravior crederetur miserantibus victis.* SCIT TRISTE MINERVAE SIDVS fabula hoc habet: propter Cassandrae stuprum Graecis iratam Minervam, vel quod ei victores per superbiam sacrificare noluerunt: unde eos redeuntes gravissima tempestate fatigatos per diversa dispersit: Horatius cum Pallas usto vertit iram ab Ilio. re vera autem constat Graecos tempestate laborasse aequinoctio vernali, quando manubiae Minervales, id est fulmina, tempestates gravissimas commovent. unde perite dicendo 'sidus' utrumque complexus est: nam sidus et tempestatem significat et re vera sidus. haec autem numina quae inter sidera non videmus, licet sua signa propria non habeant, cum aliis potestate sunt permixta. ut ophiuchus ipse est Aesculapius, gemini Apollinis et Herculis esse dicuntur, sic Minervae aries esse dinoscitur.

260. VLTORQVE CAPHEREVS τὸ αὐτὸ est, id ist cautes Euboicae: nam Euboea insula est in qua mons Caphereus, circa quem Graeci periere naufragio. 'ultor' autem ideo dixit, quia Nauplius, Palamedis pater, dolens filium suum factione interemptum, ut in secundo ⟨81⟩ memoravimus, cum videret Graecos tempestate laborare, montem Caphereum ascendit et elata facula signum dedit vicini portus, qua re decepti sunt Graeci et inter asperrimos scopulos naufragium pertulerunt.

---

6 etiam Priamo] cf. Don. ad Ter. Andr. III 2, 9; Hec. I 1, 8 || carmina] buc. VIII 69 || 7 Pacuvii] ex inc. fab. XXVIII Ribb. p. 129 ed. II || 10 fabula hoc habet . . . dinoscitur] exscr. mythogr. I 181 et III 10, 6 || 13 Horatius] epod. X 13 || 23 Euboea insula est . . . pertulerunt] exscr. mythogr. I 144; II 201; Luct. Plac. ad Stat. Ach. I 93

---

2 sceleris omnis] sceleribus omnes *R* sceleris omnes *H* || 4 factum *Commelinus*: fructum *F* || 7 pacunii *H* || 8 conmiserescet *H* conmiseresceret *M* || 10 *schol. ad* SCIT T. M. S. *et ad v.* 260 *om. F* || 11 iratam esse mineruam *R* || uictores saperbia *H* uictores superbia *mythographi* || 15 manibiae *H* || 16 unde et perite *R* || 19 habent *ASHM* || 20 sunt *om. ASHM* || 22 *ad* EVBOICAE C. *s. v.* fidem necessario et rebus et locis adhibet *T* || to auto *AHM* tu auto *S* || est] ESIN *R* ē in *H* || 23 mons] mons est *RM* || 26 cum videret . . . adulteri manibus interiit (*v.* 268) *desunt in Hamburgensi cuius margines tanti ambitus scholia non capiebant* || cum videret] eos uidere *R* || 27 cafareum *R* || 28 et] et eos *AS, om. M* || 29 pertulere naufragia *AS*

262. ATRIDES PROTEI MENELAVS Agamemnon et Menelaus uno quidem fataliter fuerant supplicio destinati. namque Atreus et Thyestes fratres fuerunt in se invicem saevi, adeo ut Thyestes cum Aerope, fratris uxore, concumberet: quod dolens Atreus liberos ei epulandos adposuit. sed cum Thyestes post cognitum facinus requireret ultionem, ei Apollo respondit, posse alio scelere illius facinoris vindicem nasci, scilicet si cum Pelopia, filia sua, concumberet. quo facto natus est Aegisthus, fatalis in Atrei geminam subolem. sed Iuppiter Menelai fata miseratus est propter Helenae iugale consortium, et eum per diversa errare maluit, quam Aegisthi manibus interire. hic errans ad Aegyptum usque pervenit, ubi Proteus, deus marinus, regnaverat, cui aliquando rapta a Theseo Helena dicitur commendata: unde quidam dicunt quod ad eam petendam Menelaus ad Aegyptum profectus sit post bella Troiana. sunt qui volunt nec raptam esse a Paride Helenam, sed aliam causam belli fuisse Troiani, illam scilicet, quod Herculem, quaerentem Hylam, suscipere noluerunt. qui autem volunt eam raptam a Paride, hoc dicunt, quod recepta a Proteo per Theseum ad Menelaum transitum fecerit et sic eam Paris rapuerit: secundum quod, ut supra diximus, Menelaus ad Aegyptum Iovis voluntate pervenit, scilicet ne ab Aegistho posset interimi. quod autem ait 'Protei columnas' ratione non vacat: nam columnas Herculis legimus et in Ponto et in Hispania. hunc autem Proteum fortissimum et invictissimum constat fuisse. novimus autem quod omnes fortes Hercules dicebantur: unde videtur hoc adfectasse Vergilius, ut pro finibus 'Protei columnas' diceret, quas habuit Hercules, ut ostenderet eum etiam Herculem dictum. ADVSQVE COLVMNAS PROTEI usque ad fines Aegypti, hoc est usque ad Pharon, ante insulam, nunc partem Alexandriae: Lucanus ⟨X 509⟩ nunc claustrum pelagi cepit Pharon: insula quondam in medio stetit illa mari sub tempore vatis Proteos, at nunc Pellaeis est proxima muris. 'Protei' autem Latinus est genetivus, constrictus per synaeresin. 'adusque' autem sic est dictum quemadmodum ⟨VII 289⟩ Siculo prospexit abusque Pachyno: nam

2 fuerunt *AS* ‖ 3 fuerunt et in se *R* ‖ in se] ense *F* ‖ cum maeropa *AS* cum merope *RM* cum europe *F* ‖ 4 liberos eius ei *M* ‖ 7 uī inuicem nasci *AS* uim ulcisci *M, in quo supra* alio . . . ulcisci *man. rec. haec scr.* alium sceleris illius uindicem nasci ‖ 9 facta *F* ‖ 11 hic] is ergo menelaus *F* ‖ protheus, *ut et infra, ASRM* ‖ 14 post *om. R* ‖ quidam uolunt raptam esse *F* ‖ 16 ylam *RF* yliam *M* ‖ 18 per] apro *R* ‖ 20 peruenerit *AS* ‖ ne ab aegypto potuisset interim *F* ‖ possit *AS* ‖ 22 calumnias herculis *F* ‖ 23 inuictum *F* ‖ constat *om. RM* ‖ 24 hoc *om. F* ‖ 25 uergilius *F* ‖ ut *om. AS* (*add. a*) ‖ 26 herculis *F* ‖ 29 plaustrum *A* laustrum *F* ‖ coepit *AMF* coepti *R* ‖ 30 proteus *F* ‖ peleis *AM* palleis *R* pellacis *F* ‖ 32 constrictus *om. AS* ‖ 33 Pachyno] protei *F* ‖ nam cum praepositioni numquam cohaereat praepositio *AS*

cum praepositio praepositioni numquam cohaereat, 'abusque' et 'adusque' licenter admissum est.

263. EXVLAT proprie: nam exulare dicuntur qui extra solum eunt. sane sciendum quia quo tempore Menelaus iit ad Aegyptum, perdidit Canobum gubernatorem, a quo vicina civitas nomen accepit, quae hodieque mutata littera Canopos nominatur. *VIDIT mire addidit, ut* ⟨III 431⟩ *quam semel informem vasto vidisse sub antro Scyllam.* CYCLOPAS Graecae declinationis accusativus est. unde Graecum habebit accentum: nam latine 'cyclopes' diceret; sed sic versus stare non poterat.

264. REGNA NEOPTOLEMI REFERAM subaudis 'eversa', quod ex posterioribus intellegitur. Pyrrho autem quid contigerit manifestum est: nam, ut in tertio legimus, cum vellet ducere Hermionen, Oresti ante desponsatam, ab eo est inter aras Apollinis interemptus: unde est ⟨III 331⟩ scelerum furiis agitatus Orestes excipit incautum patriasque obtruncat ad aras. VERSOSQVE PENATES IDOMENEI Idomeneus rex Cretensium fuit: qui cum tempestate laboraret, vovit se sacrificaturum *Neptuno* de ea re quae ei primum occurrisset. casu ei primus filius occurrit: quem cum, ut alii dicunt, immolasset, ut alii, immolare vellet, ob crudelitatem regno a civibus pulsus est: unde est ⟨III 121⟩ fama volat pulsum regnis cessisse paternis Idomenea ducem. alii dicunt quod abscedens cuidam suum commendaverat regnum, qui per eius absentiam occupavit imperium et reversum pepulit. ergo 'versos penates' aut eversos et funditus dirutos accipiendum: aut certe in aliena iura conversos.

265. LIBYCONE HABITANTES LITORE LOCROS ut etiam in tertio ⟨399⟩ diximus, Locri, socii Aiacis Oilei, fuerunt Epizephyrii et Ozolae; sed hi tempestate divisi sunt adeo, ut Epizephyrii tenerent Brut-

---

3 exulare . . . eunt] exscr. Isid. or. X 84 || 17 Idomeneus e. q. s.] cf. Serv. ad Aen. III 121

---

1 cohaeret *RM* || 3 EXVLIS *R* || 4 eunt] sunt *AS* || quia *om. F* || iit] *om. AS,* ut *F* || 6 hodie *F* || canobs *F* || 7 vidisse] llidisse *F* || 9 inde *F* || dicimus *AS,* sed *omittentes* || 12 superioribus *A* (posterioribus *a*) || 13 ermionen *R* hermionem *ASF* ermionem *M.* Menelai et Helenae filiam *add. Fabricius* || 14 desponsatam *Mas*: depositam *AS* dispositam *R* disponsam *F* || in aras *AS* (inter aras *a*) || 18 uoluit *F* || primo *M* || 19 occurrisset] si reuersus fuisset sed *add. Fabricius* || casu ei cum primus filius occurrisset *RM* || primum *F* || quem] mox Iovi *add. Lion* || ut *om. AS* || 20 immolari *F* || uoluisset *MF* || 23 cuidam] iauidam *F* || commendauerit *R* || 24 et reuersum populi tergo *F* || 25 accipiendum est *R* || iura *om. R* || 28 epizephirii *Am* epizefiri *RF* epizeferii *M* || ozoloi *AS* ozolei *R* ozoli *M* ozolo *F* || 29 hi] in *AS* || adeo] ab eo adeo *R* || brittios *ASRM* obryttios *F*

tios, de quibus ait in tertio ⟨399⟩ hic et Narycii posuerunt moenia Locri, Ozolae vero deferrentur Pentapolim, de quibus nunc queritur dicens 'Libycone habitantes litore Locros'? *quamvis quidam dicant, etiam in ipsis Bruttiis litus Libycum dici. alii hos circa Syrtes posuisse sedes: alii in Libya insulas quasdam inhaerentes occupasse, eosque initio Mesammones, postea corrupte Nasamones appellatos: alii amissa in Syrtibus classe, per mediterranea arietis fortuito ductu iter facientes ad Ammonem pervenisse et oppidum †Aucela inter Nasamones condidisse: alii Africae insulam tenuisse, quae nunc Cercina dicitur. et pronuntiandum, ut longinquitas doceatur exilii.*

268. DEVICTA ASIA SVBSEDIT ADVLTER *quidam 'sub' pro 'post' accipiunt, ut sit pro 'post possedit'.* legitur et 'devictam Asiam': quod si est, ita intellegimus ut 'subsedit' sit dolo possedit — Lucanus ⟨V 226⟩ subsidere regnum Chalcidos Euboicae *magna spe rapte parabas:* unde et subsessores dicuntur, qui in insidiis tauros interimunt, et hostium dolos subsessas vocamus — ut sit sensus: ab Agamemnone devictam Asiam adulter Aegisthus *insidiis et* factione possedit. melius tamen est ut 'devicta Asia' legamus, secundum quod 'subsedit' erit remansit, ut ⟨V 498⟩ extremus galeaque ima subsedit Acestes, ut sit sensus: Asia propter adulterium pertulit bella, quae remanente adultero finita esse nihil profuit, ut cum indignatione sit dictum, dum primum vindicatur adulterium, aliud rursus emersit. *sane Clytemestram Orestes filius postea in vindictam patris necavit. quidam dicunt Clytemestram non manu filii, sed iudicum sententia peremptam. alii hunc Orestem filium Menelai et Helenae tradunt; quidam inventam †ingeniam aboetiam uxorem ei volunt fuisse.*

267. PRIMA INTRA LIMINA in ipso limine imperii, id est in

---

1 hic et inaricii *R* hic azia *F* ‖ 2 ozoloi *AS* ozolei *R* zoloi *F* ozoli *M* ‖ deferrentur *RM*: tenuerunt *AS* delati *F* ‖ pentapolin *AS* ‖ 3 quaeritur *AS* querit *R* ‖ 4 brutiis *F* britus *G* ‖ hos] hoc *F* oc *G* ‖ 5 sirtes *F* ‖ quas *G* ‖ inhaerens *F, corr. Daniel* ‖ 6 Mesammones *ego* (*cf. Plin. nat. hist.* V 33 '*Nasamones quos antea Mesammones Grai appellavere ab argumento loci, medios inter harenas sitos*'): nisammones *F* nisbammones *G* ‖ nasammones *F* ‖ 7 ammissam *F* ‖ classem *G* ‖ mediterrena *F, correxi* ‖ ductu *Masvicius*: docunt *F* ducunt *G* dicunt *Daniel* ‖ 8 iter *om. G* ‖ Aurela *Daniel.* Augyla *vel* Augila *vel* Augilam *coni. Burmannus. fort.* Vzalin (*cf. Serv. ad Aen.* III 399) *aut* Tauchira (*cf. Herod.* IV 171 *Plin. nat. hist.* V 32) ‖ 9 aricae *G* ‖ 10 longinquitatis *F* lonqtatis (gini) *G, corr. Daniel* ‖ 11 DEVICTAM ASIAM *F* ‖ 13 ut *et* sit *om. F* ‖ possedit] psedit *F* ‖ 14 subsedere *F* ‖ calchidos *ASMF* calchides *R* ‖ 15 in *om. ASM* ‖ turos *F* ‖ 17 ab *om. F* ‖ 19 subsedit] contigerit *R* ‖ 21 protulit *F* ‖ adulterio *M* ‖ nil *ASM* non *F* ‖ 22 dum] non *F* ‖ 23 clymestram *F* ‖ 24 clymestram *F* ‖ 25 sentena *F* ‖ perempta *F* ‖ 26 abetiam *G.* Iphigeniam abortiam *Daniel* Iphigeniam abortiam *Daniel* Iphigeniam abortivam *Masvicius. mihi in mentem venit* inventam Iphigeniam ab eo etiam uxorem *e. q. s.* ‖ 28 INTER *M*

litore, quia secundum Homerum Clytemestra Agamemnoni occurrit ad litus et illic eum susceptum cum adultero inter epulas interemit: quod et Iuvenalis tangit dicens ⟨VIII 216⟩ quippe ille deis auctoribus ultor patris erat caesi media inter pocula. alii autem dicunt [*Clytemestram dolore pellicatus, quod conperisset Cassandram a marito electam,*] quod in ipso regressu, id est prima die qua domus suae limen ingressus est, [*blande suscepisse, cumque ille diis penatibus se sacrificare velle dixisset,*] consilio Aegisthi ab uxore vestem accepit clauso capite [*et manicis,*] qua inplicatus adulteri manibus interiit.

269. INVIDISSE DEOS Stheneli filius Cyllarabus Aegialiam, Diomedis uxorem, cognovit adulterio: quo comperto Diomedes reverti noluit et in Apuliae partibus sibi condidit sedes. quod Veneris dolo dicitur esse perfectum, quam in bello Troiano vulneraverat: unde ait 'invidisse deos'.

270. PVLCHRAM CALYDONA VIDEREM unam de supra dictis civitatibus, quibus imperavit.

271. NVNC ETIAM HORRIBILI VISV P. S. hoc loco nullus dubitat fabulae huius ordinem a Vergilio esse conversum: nam Diomedis socios constat in aves esse conversos post ducis sui interitum, quem extinctum inpatienter dolebant. hae aves hodieque Latine Diomedeae vocantur, Graeci eas ἐρωδιούς dicunt. habitant autem in insula quae est haud longe a Calabria, in conspectu Tarentinae civitatis. quinetiam de his avibus dicitur quod Graecis navibus laetae occurrant, alienas vehementer fugiant, memores et originis suae et

---

19 nam Diomedis e. q. s.] exscr. mythogr. I 143. cf. Plin. nat. hist. X § 126 sq.; August. de civ. dei XVIII 16 et 18; Isid. or. XI 4, 2 et XII 7, 29

---

2 submisso adultero *Stephanus* ‖ adulterio *M* ‖ interemit] interimit *M*. (*Od.* XI 409) *ἀλλά μοι Αἴγισθος . . . βοῦν ἐπὶ φάτνῃ add. D* ‖ 3 deis] de his *AS* dihis *R* ‖ 4 ultor *om. M* ‖ 6 ingressu *Fabricius* ‖ 7 suscepisset *Daniel* ‖ 9 adulteri in manibus *M* ‖ 10 interutus *F*. *ceterum quae huic scholio in Floriacensi addita sunt secludenda esse significavi, quia orationi Servianae nullo modo adcommodari possunt.* ‖ 11 cyllarabus *ASR*: cillarabus *M, om. HF,* Cometes *Masvicius. cf. ad* VIII 9 ‖ aegei aliam *A* egi aliam *HM* aegialam *F* ‖ 16 una *RMF* ‖ 17 in quibus regnauit *R* ‖ quibus *om. H* ‖ imperabat *F* ‖ 19 uergilio *F* ‖ 21 hae] hinc *R* hanc *H* ‖ latina *H* ‖ 22 eas *om. F* ‖ erodios *Serviani libri* herodius *F* ‖ dicunt] cuius generis auem auspicio dixit homerus diomedi et ulixi speculatoribus apparuisse (*Il.* X 274) *τοῖσι δὲ δεξιὸν ἧκεν ἐρωδιὸν ἐγγὺς ὁδοῖο Παλλὰς Ἀθηναίη add. D* ‖ in insula *RHF*: insulam febram siue electridem *AS* insulam electridem siue febram *M et mythographus. Febra insula hoc uno loco commemoratur. Plinius nat. hist.* III 151 *alteram Diomediam insulam 'Teutriam' a quibusdam appellatam esse narrat,* § 152 *Electridas insulas commemorat* ‖ 23 quae] tot annos *add. F* ‖ aut *F* ‖ 24 laete *F* ‖ 25 alienas] roma (romã *R*) uenientibus latinas *ASR* romanas latinas *H* romanas id est latinas *M* romanas et latinas *F*. *cum mythographus ex his nihil nisi* latinas *habeat,* Roma uenientibus *vel* Romanas *ut interpretationis causa adscriptum abieci. sed*

quod Diomedes ab Illyriis interemptus est. PORTENTA S. re vera enim portentum est homines in aves esse conversos.

272. ET SOCII AMISSI legunt non nulli et 'admissis pennis', sed melius est 'amissi'.

274. LACRIMOSIS VOCIBVS dolentes vel suam mutationem, vel regis interitum: namque hoc tangit latenter.

275. SPERANDA pro 'timenda', ut ⟨IV 419⟩ hunc ego si potui tantum sperare dolorem.

276. CAELESTIA CORPORA Martis et Veneris, quae numina vulneravit in bello.

277. VENERIS VIOLAVI VVLNERE DEXTRAM artificiose agit: nam sciens ea quae dicuntur in fine, animis inhaerere, suos casus ultimos memorat. perite etiam Venerem tantum vulneratam a se esse dicit, Martis supprimens nomen, quod ei poterat esse gloriosius: ut videatur omnia quae pertulit, odio Veneris pertulisse, contra cuius filium nunc vocatur ad pugnam, ut negans etiam nunc paria formidare videatur. 'dextram' autem secundum Homerum dicit, qui ait ἐπὶ καρπῷ.

278. TALES INPELLITE PVGNAS quarum est periculosa victoria.

279. NEC MIHI CVM TEVCRIS VLLVM POST ERVTA BELLVM PERGAMA ne ei obiciatur illa coniuratio quam apud Aulidem Graeci inierunt, dicit in Troiae excidio sacramentum coniurationis esse completum; namque in Troiam, non in Troianos coniuraverant Graeci: huc enim spectat quod dicit, nullum se cum Troianis habere bellum post dirutam Troiam.

280. NEC VETERVM MEMINI LAETORVE MALORVM nec meminisse volo victoriarum mearum quarum nullus oblivisci consuevit, nec laetor Troianorum malorum pro 'Troianis malis' quae nobis bellantibus pertulerunt: non enim potest de suis malis dicere, cum et mala sua nullus obliviscatur, et ea ipse paulo ante memoraverit. 'laetor' autem 'malorum' figura Graeca est, sicut Horatius agrestium regnavit populorum pro 'agrestibus populis'.

17 sec. Homerum] Il. V 883 || 31 Horatius] carm. III 30, 11

ne latinas *quidem verum est. nam propter memoriam Diomedis ab Illyriis interempti non apte dicuntur aves illae latinas naves fugere. itaque* alienas *scripsi. cf. Plin. et Isidorus.* || 1 illoriis *RH* illiricis *M* || 2 enim *om. AS* || 3 pinnis *RM* || 4 sed *om. ASR* || admissi *R* || 5 VOCIBVS] VLVL[s] *R* || 8 dolorem] et est ΑΧΙΡΟΛΟΓΙΑ *add. AS* et est acyroloya *add. M* || 12 nam] nunc *H* || 13 memorasse *F* || 14 numen *F* || gloriosus *R* || 16 nunc] nunc cum *R* nuncu *H* || 17 uideatur formidare *F* || dicit] *om. AS*, dixit *F* || 18 ЄΠΙ ΚΑΡΙΤω *A* ЄΤΙΙ ΚΑΡΤΙUI *R* ЄΠΙ ΚΛΡΠCΙΙ *H* in .II. ΚΑΡΤΙUI *M* ЄΠΙΚΑΠΟ *F* || 22 excidium *AS* || 23 Troiam non in *om. RH* || 24 secum nullum *AS* || 28 malis] dicere *add. R.* quae nobis ... de suis malis *om. H* || 29 non enim] nihil *F* || 30 memorarit *F*

281. MVNERA QVAE PATRIIS AD ME PORTASTIS AB ORIS hinc iam suasio est et consilium; nam finita est auxiliorum negatio: unde et paulo post Venulus ita dividit dicens ⟨294⟩ 'et responsa simul quae sint, rex optime, regis audisti et quae sit magno sententia bello', scilicet audisti et quemadmodum negarit auxilia, et quod nobis dederit de pace consilium.

282. STETIMVS TELA ASPERA CONTRA CONTVLIMVSQVE MANVS id est et comminus, et e longinquo inter nos bella tractavimus.

284. QVANTVS IN CLIPEVM ADSVRGAT aut 'quantus' est quotiens in hostem pergens erigit scutum: aut pugnandi exsecutus est genus. qui enim scripserunt de arte militari dicunt summum genus esse dimicandi, quotiens calcato umbone adversarii se in hostilem clipeum erigit miles et ita contra stantis vulnerat terga. *vel 'quantus adsurgat', [vel] quanto sit maior.*

285. SI DVO PRAETEREA hoc est alios duos.

287. DARDANVS pro 'Dardanius populus'. et posuit principale pro derivatio: sic Homerus τὸν δ' ἔκτανε Δάρδανος ἀνήρ *LVGERET morem lugendi quidam dicunt Aegyptios invenisse: eos enim primos Liberum, quem Osirim appellant, a fratre Typhone per insidias interemptum atra veste luxisse: inde ceteris gentibus traditum ut post interitum proximorum suorum veste mutata lugerent, ita tamen, ut intra annum finiretur luctus.*

288. CESSATVM EST tardatum *est:* et mire quia non habet quos inputet Troianis triumphos, vult eis excidii tarditatem pro victoria cedere.

290. *HAESIT retardata est.* VESTIGIA RETTVLIT retro acta est et repulsa, *ut* ⟨II 169⟩ *ac retro sublapsa referri.*

292. HIC PIETATE PRIOR id in Aenea plus laudat quod Latinis, *sicut suadet,* pacem petituris est utile, ut eum se credant posse facilius exorare. 'prior' *autem* praestantior, melior.

---

17 Homerus] Il. II 701

---

2 iam *om. M* ‖ 4 sunt *RF* ‖ 5 et quemadmodum *ASM*: ut quemadmodum *R* ut *H* et quod *F* ‖ 8 e *om. AS* ‖ 9 quantus est *secludenda videntur* ‖ 10 *malim* erigat ‖ 11 qui autem *AS* ‖ 13 miles] milites *H* bellum *F* ‖ contra instantis *F*. *vereor ut Servius haec quae ab artis militaris scriptoribus petita esse dicit, ipse intellexerit.* ‖ quantos adsurgit *F, corr. Masvicius* ‖ 14 vel *seclusi* ‖ quanto sit *Masvicius*: quanti sit *F* quantis sit *Daniel* ‖ 16 darnius *AS* ‖ populus *om. F* ‖ 17 deriuato *H* diriuatiuo *reliqui* ‖ sic *om. AS* ‖ δ' *om. libri* ‖ *schol. ad* LVGERET *hab. T* ‖ 18 tradunt *T* ‖ eos enim primos enim liberum *F* ‖ 19 osyrim *T* ‖ a *om. T* ‖ interemptus *F* perempto *T* ‖ 20 atra ueste indutos dicunt luxisse *T* ‖ 21 ueste uitata *F* ‖ lugerent *Daniel*: lugeret *F* unusquisque lugeret *T* ‖ 26 *ad* HAESIT *s. v.* retardata est *T* ‖ HAESIT tarda est *edidit Stephanus* H. tardata est *Daniel. om. hoc schol. F* ‖ RETVLIT *AM*=et retro *AS* ‖ 27 ut] aut *F* ‖ 28 id in aenea *F*: id aenea *H* id in aenean *M* ideo aenean *ASR* ‖ 29 petiturus *ASR* (*corr. s*)

293. QVA DATVR qua potest, quacumque ratione permittitur.

296. PER ORA TVRBATA pro 'per ora turbatorum'.

298. CLAVSO GVRGITE saxorum obiectione praecluso.

299. *FREMVNT RIPAE antiqui aquae sonitus 'fremitus' dicebant: Ennius ratibusque fremebat imber Neptuni.*

301. PRAEFATVS DIVOS more antiquo: nam maiores nullam orationem nisi invocatis numinibus inchoabant, sicut sunt omnes orationes Catonis et Gracchi; nam generale caput in omnibus legimus. unde Cicero per inrisionem ait si quid ex vetere aliqua oratione 'Iovem ego optimum maximum'.

302. ANTE EQVIDEM SVMMA DE RE STATVISSE LATINI latenter arguit Turnum, quod sibi non obtemperaverit, ut foedus fieret, in septimo scilicet ubi dixit ⟨596⟩ te, Turne, nefas, te triste manebit supplicium: nam modo hoc tempus revolvit. VELLEM STATVISSE olim est quod volui his malis terminum dare. 'vellem' autem 'statuisse' sic dixit ut 'vellem fecisse': et est conpendiosa elocutio, cum querimur non esse factum quod fieri debuit.

303. *NON TEMPORE TALI adiuvandum pronuntiatione: id est post tanta quae pertulimus mala. et oportune deliberandi quidem de hac re existimat intervallum esse, hostili exercitu inminente, et per hoc magis suadet, dum tam infestos probat, ut sibi nec pacem petere permittatur.*

305. BELLVM INPORTVNVM concepit gravem iracundiam, et sic in haec verba prorupit. 'inportunum' autem est *ubi nullum refugium est,* quod caret portu, id est quiete, ubi nullus portus est. nam hoc quodammodo dicit, in naufragium fertur ista contentio, quia supra audierat periculum esse etiam superare Troianos. *et enarrat cur 'inportunum', dicens 'cum gente deorum invictisque viris*

---

5 Ennius] ann. v. 489 Vahl. || 9 Cicero] divin. in Caec. XIII 43. cf. Pseudo-Ascon. p. 116, 7 Or. || 23 inportunum autem . . . portus est] cf. Isid. or. X 136 et XIV 8, 39

---

1 permittitur] sicut supra (I 18) 'siqua fata sinant' *add. D* || 2 pro per oratorum *R* || pro pe ora *F* || 3 praeclauso *ASM* || 4 *ad* FREMVNT R. *s. v.* antiqui aequae (*sic*) sonitum fremitum uocabant *T* || antiquae *F* || 6 nam] ñ (*i. e. non*) *A* || 7 nisi *MF*: si *H* sine *ASR* || inuocatiuis *M* || 8 cantonis *S* catatonis *H* catones *F* || gracchi *RHM*: greci *ASF* || 9 quis *F* || sex *H* || 10 maximum] et Demosthenes in oratione contra Aeschinem πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις *add. D* || 12 arguunt *F* || abtemsperauerit *F* || 13 scilicet et ubi *RH* || 14 reuoluunt *F* || 15 uolui] uellem *R* || 18 *ad v.* 303 hoc adiuuandum est pronuntiatione id est post tanta quae pertulimus mala *T* || 20 existimet *F* || 22 concepit *RHF*: coepit *AS, om. M* || grandem *AS* || 24 quieto *F* || portus est] sicut contra opportunum cui commoditas et occasio obuenit ut portus *add. D* || 25 nam hoc dicit in naufragium quodammodo fertur *AS* || illa *F* || 26 quia] quasi *M* || 27 enarat *G* || gente] igne *F*

gerimus'. *CIVES* *ἐκφώνησις*. CVM GENTE DEORVM qui a diis originem ducunt.

306. INVICTISQVE VIRIS GERIMVS atqui supra legimus ⟨IX 596⟩ bis capti Phryges. sed invictos ideo dicit, quia sequetur 'nec victi possunt absistere ferro'. 'possunt' autem 'absistere' mire ait, ac si diceret: etiam si velint, eos a bellis discedere natura non patitur. *Ennius qui vincit non est victor, nisi victus fatetur. Varro et ceteri invictos dicunt Troianos, quia per insidias oppressi sunt: illos enim 'vinci' adfirmant qui se dedunt hostibus.*

308. ADSCITIS evocatis, adiunctis. *ergo et gradatim accedit ad desperationem, quae cogit pacem esse poscendam.* *AETOLVM IN ARMIS* *†a patri usque adde id Diomedis mentionem intulit.*

309. *PONITE deponite.* SPES SIBI QVISQVE subaudis 'sit'. *et late patet ista sententia, vel quod alienis egere auxiliis non oporteat, vel quod meminisse singuli spei suae debeant, ut ea sperent tantum, quibus possunt potiri.* SED HAEC QVAM ANGVSTA VIDETIS ut unusquisque in se tantum spem habeat quam sit angustum, videtis. CETERA absolute dixit, id est exercitus, auxilia, vires imperii: quae quia sic videtis adflicta, quid restat, nisi ut pacem petamus?

311. ANTE OCVLOS INTERQVE MANVS SVNT OMNIA VESTRAS ac si diceret, non egent narratione. 'inter manus' *autem, quod Graeci πρὸ χειρῶν.*

312. NEC QVEMQVAM INCVSO excusatio haec ostendit *et* obliquam esse in Turnum orationem Latini.

---

7 Ennius] ann. v. 485 Vahl.

---

1 fefonesis *F* ‖ qui] quia *M* ‖ dis *H* ‖ 2 dicunt *RHF* ‖ 3 autqui *R* ‖ 4 bes *F* ‖ uictos *H* inuictis *F* ‖ sequitur *RM* sequeretur *F* ‖ 5 ferro *RM*: bello *ASF, om. H* ‖ ferro] et sicut supra dictum est, latenter occurrit illi forsitan vincemus, ergo hic si vincamus proficiemus *add. Daniel: quae nescio unde petita sint. simile est Tib. Donati ad h. v. scholium.* ‖ 6 uellent *R* uellint *H* ‖ eos *om. AS* ‖ 7 *ad v.* 307 qui uincit non est uictor nisi uictus fateatur. Varro et ceteri dicunt ideo inuictos fuisse troianos quia per insidias oppressi sunt. illos enim uinci affirmant qui se dedunt hostibus *T* ‖ uicit *F* ‖ 8 auarro *G. ceterum Varronis auctoritatem, qua 'vinci' quid esset firmatum inveniebat, plen. comm. auct. ad illa quoque transtulisse videtur quibus exponitur cur hoc loco invicti dicantur Troiani.* ‖ 9 sedunt *G* ‖ hostibus *om. F* ‖ 10 ASCITIS *R* ‖ adiungitis *F* ‖ accedit unde sperationem *G* ‖ 12 a patria usque Diomedis mentionem intulit *Masvicius* Aetolum a patria, et ideo Diomedis m. i. *coni. Burmannus. fortasse* a patris patria quae Aetolia fuit *vel* qui Aetolus fuit Diomedis m. i. *cf. ad v.* 239 ‖ 13 subaudis 'sit' id est unusquisque in se ipso tantum spem habeat. CETERA *e. q. s. Stephanus* ‖ *s. v.* 309 haec sententia late patet . . . potiri *T* ‖ 14 alienis auxiliis egere *T* ‖ 15 tantum *om. F* ‖ 17 sint angusta *R* sit angusta *HM* ‖ 18 exercitum *RH* ‖ uires auxilia imperii *F* ‖ quae quia sic uidetis *ASR*: quasi uidetis *H* quia sic uidetis *M* quae si uideatis *F* ‖ adflictas *H* ‖ 21 narrationem *HF* ‖ 22 ΤΙΡΟΧωC *RMH* ΠΡΟΧΙΡωC *F* *προχείρως vulgo* ‖ 23 abliquam *M* obliqum *F* ‖ 24 in *om. R*

313. FVIT exhausta et consumpta est. TOTO CERTATVM EST CORPORE REGNI *id est* imperii omnibus viribus *bellamus.*

314. DVBIAE MENTI meae, scilicet cogitanti.

315. *PAVCIS ANIMOS ADHIBETE DOCEBO aut 'paucis docebo', aut 'animos paucis adhibete'.*

316. EST ANTIQVVS AGER TVSCO MIHI PROXIMVS AMNI hoc loco Donatus erravit dicens, agrum quem Latinus donare disponit, esse in Campania iuxta Vfentem fluvium, *quod etiam Clanarius ait,* cuius terras vicinas Tusci aliquando tenuerunt, ut inde dictum sit 'Tusco mihi proximus amni'. agit etiam hoc argumento, quod illic est locus qui hodieque pinetum vocatur. sed constat omnia illa loca esse campestria, nec procedit quod dicitur 'celsi plaga pinea montis'. unde sequenda est potius Livii, Sisennae et Catonis auctoritas: nam paene omnes antiquae historiae scriptores in hoc consentiunt. Cato enim in originibus dicit Troianos a Latino accepisse agrum, qui est inter Laurentum et castra Troiana. hic etiam modum agri commemorat et dicit, eum habuisse iugera IIDCC. *sane 'antiquus' potest et nobilis accipi: vel secundum Trebatium qui de religionibus libro septimo ait luci qui sunt in agris qui concilio capti sunt, hos lucos eadem caerimonia moreque conquiri haberique oportet, ut ceteros lucos qui in antiquo agro sunt. 'antiquum agrum' Romanum cogit intellegi.* TVSCO MIHI PROXIMVS AMNI Tiberino.

317. LONGVS IN OCCASVM ea parte, qua in occidentem tenditur, longior: *potuit ergo usque ad Laurentum et ad Hostiam tendi.* FINES SVPER VSQVE SICANOS usque ad fines *Sicanos,* quos Siculi ali-

---

13 Livii] I 1 ‖ Sisennae] fragm. 2 ap. Pet. p. 277 ‖ 14 Cato in originibus] I 9 Iord., 8 Pet. p. 53

---

2 bellavimus *Masvicius* ‖ 4 *ad* ET PAVCIS A. A. D. *s. v.* aut paucis docebo i. e. breuiter aut paucis adhibete *T* ‖ DECEBO *et* decebo *F* ‖ 7 danare disponit *F* donat et disponit *R* donatur et disponit *H* donaturum se disponit *M* donare debuit *AS* ‖ 8 iuxta ufentem fluuium *R*: iuxta ///// v. flontem fluuium *A* (*quinque fere litterae deletae sunt,* metra *fuisse visum est*) iuxta .v. flontem fluuium *S* i. uferentem f. *H* i. uflentem f. *M* i. ufentem fluentem *F* ‖ danarius *G*. Claranus *coni. Osannus symb. litt.* II 329. *cf. Iahnius mus. rhen.* IX *p.* 626, *Ribbeckius prol. p.* 181 ‖ 9 dictum *ex* ductum *H* ‖ sit] est *F* ‖ 10 atigit *M* ‖ illi *F* ‖ 11 binetum *AS* ‖ sed *om. F* ‖ 13 cantonis *S* catanos *H* ‖ nam paene] nempe *R* nam pae *H* ‖ 15 accipisse *F* ‖ 17 IIDCC *RF*: II. Dā. II. dū *A* .II. DCC. II. DII *S* II. d. cc. *H* DCC. *M* ñda *G* ‖ *ad* ANTIQVVS *s. v.* antiquus potest nobilis accipi siue antiquum romanum uult accipi *T* ‖ sane ... intellegi *post* Tiberino *hab. F* ‖ 18 relegionibus *F* ‖ 19 concilio] novitio *Salmasius Plin. exerc. p.* 412 quondam bello *Huschkius* ‖ 20 cadem *G* ‖ cerimonia *F* ‖ conquiri] coinqui *Salmasius l. l. p.* 412 (coinquiri *p.* 61): *sed cf. Iordan krit. Beitr. p.* 284 *sqq.* ‖ 21 locos *G* ‖ 23 ea ... qua] et aperte quia *F* ‖ qua *M*: quae *AS* quia *RH* ‖ 24 *s. v.* 317 qui tendebatur usque ad laurentum et hostiam ab ea parte qua uergebatur in occasum *T* ‖ 25 id est usque ad ad fines sicanos loquitur quos *F*

quando tenuerunt, id est usque ad ea loca in quibus nunc Roma est: haec enim Siculi habitaverunt, unde est ⟨VIII 328⟩ et gentes venere Sicanae saepius. *qui a Liguribus pulsi sunt, Ligures a Sacranis, Sacrani ab Aboriginibus.*

318. AVRVNCI RVTVLIQVE SERVNT subaudis a superioribus 'mihi': nam et supra ait 'est mihi antiquus ager'. ergo suum agrum pollicetur, aut quem tamquam stipendiarium habebant Rutuli et Aurunci, aut ad quem colendum quasi regi operas dabant: unde superfluum est quod ait Donatus, non potuisse fieri ut praesente Turno ager Rutulorum a Latino donaretur Aeneae.

319. DVROS EXERCENT COLLES extenuat agri meritum, quo vile videatur esse quod donat: *vel ne grave videatur his, quibus auferendus est.* hinc etiam illud est 'atque horum asperrima pascunt', et supra 'Aurunci Rutulique serunt', id est nec operis suis excolitur. *ASPERRIMA autem PASCVNT quidam pro 'asperrimas partes', vel 'asperrima pascunt loca' accipi volunt.*

321. CEDAT AMICITIAE *id est* in pretium concedat amicitiarum. *et bono verbo usus est 'amicitiae', non pro hostibus, hoc est ne quasi victi demus.*

322. AEQVAS DICAMVS LEGES ut pari inter nos societate versemur, id est ut sit neuter inferior. SOCIOSQVE IN REGNA VOCEMVS non stipendiarios, ut in quarto ⟨213⟩ cuique loci leges dedimus.

325. POSSVNTQVE SOLO DECEDERE NOSTRO scit eos fataliter ad Italiam venisse: nam audiit et a Fauno ⟨VII 98⟩ externi venient generi et ab Ilioneo ⟨VII 239⟩ sed nos fata deum vestras exquirere terras imperiis egere suis. tamen propter Turnum simulat ignorantiam, ut se etiam circa eum aequum praestare videatur. multum est autem quod ait 'possunt'.

326. *BIS DENAS ITALO TEXAMVS ROBORE NAVES quaeritur unde scierit Latinus, viginti naves habuisse Aenean; sed ita absolvitur: potuit*

1 in quibus *om. R* ‖ 2 singuli *A* ‖ 3 saepius] prius *M* ‖ qui] illi autem *Daniel* ‖ 4 sacranii *F* ‖ 6 nam ait supra *M* ‖ 8 ad *om. F* ‖ regi] rei *R* ‖ dabunt *F* ‖ 9 quod *om. R* ‖ potuisset *R* ‖ ut *om. F* ‖ 12 vile] utile *M* ‖ *ad v.* 319 *in marg.* extenuat meritum agri ne graue uideatur his quibus auferendus est *T* ‖ 13 illud *om. HMF* ‖ 14 nec] non *F* ‖ operibus *HM* ‖ 15 *ad* ASPERRIMA *s. v.* quidam asperrimas partes accipiunt. alii asperrima loca subaudiunt *T* ‖ *ad* HAEC O. R. (*v.* 320) hoc dicendo latitudinem agri ostendit *T* ‖ 18 *ad* AMICITIAE *s. v.* et bono uerbo usus est amicitiae non pro hostibus ne quasi uicti dare uiderentur *T* ‖ usus est *om. F* ‖ *an* non hostibus *i. e. 'cedat'* ? ‖ 19 uictas *F* ‖ 21 neutrum *F* ‖ 28 aequam *F* ‖ 29 uidetur *F* ‖ 30 *ad. v.* 326 quaeritur unde sciuerit latinus aeneam xx naues habuisse. sed potuit aut rumore aut speculatione cognoscere postremo aestimatione. solet enim complecti amplius quam numerus habeat. texamus quidam hic proprie dictum accipiunt quia loca in quibus naues fiunt textrina dicuntur *T*

speculatione, potuit rumore cognoscere, postremo aestimatione dixit, quae amplius solet conplecti: quia de viginti navibus unam periisse cum Oronte, quattuor in Sicilia concrematas. TEXAMVS *quidam 'texamus' proprie dictum tradunt, quia loca in quibus naves fiunt, graece ναυπήγια, latine textrina dici: Ennius dicit idem campus habet textrinum navibus longis: navalia enim non esse ναυπήγια, sed νεώρια.*

327. COMPLERE VALENT *proprie verbum nauticum: nam graece πλήρωμα dicitur.* IACET OMNIS AD VNDAM MATERIES *hic 'omnis' pro ea quae sufficit.* iterum extenuat, *ut sine magno negotio posse fieri videatur.* MATERIES *antique dictum: nam materiam dici debere multi adserunt.*

328. NVMERVMQVE MODVMQVE *eleganter quot et quantae magnitudinis sint.*

329. MANVS *artifices.* NAVALIA DEMVS *hoc loco ipsae res navales sunt, id est pix, cera, funes, vela el alia huius modi.* 'navalia' dicimus loca ubi naves sunt; sed modo de Graeco transtulit et 'navalia' posuit pro trabibus de quibus naves fiunt: nam Homerus νήιον dicit navale lignum.

331. PRIMA DE GENTE et ex numero et ex nobilitate legatorum intellegitur negotii magnitudo.

333. AVRIQVE EBORISQVE TALENTA *ad aurum refertur: an et ad ebur? quia et ebur ad pondus venditur.*

334. ET SELLAM REGNI TRABEAMQVE INSIGNIA NOSTRI bene 'nostri'. Romanorum enim imperatorum insigne fuit sella curulis et trabea: nam diadema, ut aliarum gentium reges, non habebant.

---

4 quia loca e. q. s.] cf. Isid. or. XIV 8, 38 ‖ 5 Ennius] ann. v. 468 Vahl. ‖ 14 MANVS artifices] cf. Isid. or. XI 1, 66 ‖ 17 Homerus] Il. III 62

---

1 speculationem *F* ‖ romore *F* ‖ aestimatione *T*: extimatione *F* extenuatione *Masvicius* ‖ 2 conpleti *G* ‖ navibus *Daniel*: manibus *F* ‖ 3 orante *F* ‖ concrematus *F*. *ceterum* legimus *vel tale quid audiendum* ‖ 4 naupegia *F* ‖ item *F* ‖ 5 extrinum *F* ‖ 6 naupegia sed neoria *F* ‖ 7 *ad* COMPLERE *s. v.* proprie nauticum uerbum. graece enim ΠΛΕΡѠΜΑ dicitur *T* ‖ naucicum *G* ‖ 8 plerima *F* ‖ *ad v.* 327 omnis id est ea quae sufficiat. et iterum extenuat ut sine magno negotio posse fieri uideatur *T* ‖ 9 propea *F, corr. Daniel* ‖ iterum] *cf. ad v.* 319 ‖ extenuat] est autem materies et materia lignum, unde Cicero in officiis (III 13, 54) 'domus male materiata' *add. Fabricius* ‖ ut *om. F* ‖ posse *om. F* ‖ 10 *ad* MATERIES *s. v.* antique. nam materiam dici debere multi testantur *T* ‖ materia *G* ‖ 13 sit *F, corr. Daniel* ‖ 14 *ad* MANVS *s. v.* artifices *T* ‖ *ad* NAVALIA D. *s. v. et in marg.* hoc loco ut quorundam est sententia ipsae res nauales dici possunt id est pix cera fines (v) et alia huius modi *T* ‖ 15 nauilia *AS* ‖ 16 sunt . . . naves *om. R* ‖ 18 NNION *AS* NEION *R* umũ *H* union *M* MHION *F* ‖ nouale *F* ‖ 21 *ad* TALENTA *s. v.* hoc quod dicit talenta et ad aurum et ad ebur respicit quia et ebur dipondiis uenditur *T* ‖ 22 pontus *G* ‖ 24 enim *om. AS* ‖ currulis *R* culuris *F* ‖ 25 ut aliarum] italarum *AS*, ut *om. F* ‖ non *om. R*

et sciendum sellam curulem a curru dictam, quod hi tantum ea utebantur qui triumphali curru invecti fuissent: sicut etiam palmata dicitur toga quam merebantur hi qui reportassent de hostibus palmam.

335. IN MEDIVM in commune, ut in medium quaerebant.

336. *TVM DRANCES IDEM videlicet qui supra apud Aenean egerat.*

337. OBLIQVA INVIDIA hoc est qui non ex aperto inpugnabat Turnum, sed eum reipublicae simulata defensione lacerabat.

338. LARGVS OPVM abundans opibus, dives, non qui multa donaret. *LINGVAE MELIOR ut* ⟨I 441⟩ *laetissimus umbrae, Sallustius frugum pabulique laetus ager.*

339. NON FVTTILIS AVCTOR non inanis: nam futtile vas quoddam est lato ore, fundo angusto, quo utebantur in sacris Vestae, quia aqua ad sacra *Vestae* hausta in terra non ponitur, quod si fiat, piaculum est: unde excogitatum vas est, quod stare non posset, sed positum statim effunderetur. inde et homo, commissa non retinens, futtilis dicitur, contra 'non futtilis' bonus in consiliis, non inanis.

340. SEDITIONE POTENS praepotens in movenda, non in conprimenda seditione. *SVPERBVM pro 'nobile'.*

341. INCERTVM DE PATRE FEREBAT non ignobile, sed penitus ignoratum *significat. alii 'incertum' aut ipsum patrem, aut genus tradunt. et bene segni homini paternam non dedit nobilitatem.*

---

2 palmata . . . palmam] exscr. Isid. or. XIX 24, 5 || 4 in medium] georg. I 127 || 9 Sallustius] hist. II 91 D., 92 Kr. || 11 nam futile e. q. s.] cf. Don. ad Ter. Andr. III 5, 3 et Phorm. V 1, 19; Luct. Plac. ad Stat. Theb. VIII 298; Isid. or. X 109; mythogr. III 2, 5

---

1 cerulem *F* || hi tantum ea] intantum ea *M* ea tantum *F, hi omittens* || 2 inuenti *AS* (inuecti *as*) || 3 toga] tunica *F* || hi *om. F* || palmam] cumque a curru dicta sit cuius prima syllaba producitur tamen curulis sedes primam corripit: lucanus (III 107) 'uacuaeque loco sedere curules' *add. D* || *ad v.* 334 *pertinet scholium trium versuum in summo margine Turonensis scriptum. de primo versu qui folio circumciso imminutus est haec legi* diadema id est ornamentum matronarum in capite contextum auro et gemmis, *v.* 2 *et* 3 *haec habent* trabea togae species ex purpura et cocco qua operti reges in initio procedebant. inuentor autem dicitur fuisse romulus istius uestis ad discretionem principum et regum. et a transbeando i. e. in maiorem gloriam deducendo hominem et dignitatem uocata trabea. *is interpres qui Tironianis notis utebatur ad v.* 334 *haec adscripsit* trabea est imperialis toga dicta a transbeando. || 5 *ad* IDEM I. *s. v.* scilicet qui . . . egerat *T* || 6 non experto *M* || 7 dissimulata *R* || 8 opibus *om. AS* || diuitiis *AS* || qui] quod *M* || 9 LINGVA *F, sed* LINGVAE *legisse interpretem suo iure monuit Ribbeckius* || umbre *F* umbra *Daniel* || 10 frugum *Serv. ad Aen.* I 441 *et Arusianus p.* 490, 4 *K.*: fructum *F* fructuum *Daniel* || 11 FVTTILIS *A* FVTTVLIS *F* FVTILIS *reliqui* || futile *SM* futtit *A, tuentur Donatus et Luct. Plac.*: futilis *R* futtulis *F* futis *H et mythographus* || condam *H* || 12 quo] anguste *add. F* || utebatur *RH* || 13 terram *F* || 14 possit *F* || 15 unde *ASF* || 16 futtilis *AS* futulis *RF* futiles *H* futilis *M* || non futulis *R* non fuit illis *H* non futilis *M* || 17 praep. non in m. sed in c. s. *M* || mouendam *RH* || conprimendam *RH* || 18 seditionem *R* || *ad* SVPERBVM *s. v.* nobile *T* || 19 ignobilem *F* || 20 *ad* INCERTVM D. P. F. *s. v.* ignoratum. quidam incertum . . . nobilitatem *T* || parentem *T* || 21 signi *G* || non dedit paternam *T*

342. *SVRGIT hic reddidit sensum 'tum Drances surgit'.* ONERAT DICTIS hoc sermone ostendit, eum etiam exhortatione gravatum Latini. *IRAS Turni, an omnium qui bellum detestabantur?*

343. REM NVLLI OBSCVRAM callide et oratorie agit et in omnibus adulatorie respondet dictis Latini: supra enim ille dixerat ⟨311⟩ ante oculos interque manus sunt omnia vestras. sane quasi praedictum oratorem exprimit, quia supra de eo dixit 'et lingua melior'. *et 'rem consulis' pro 'de re consulis': Plautus consulere quiddam est quod tecum volo. sed Drances, sicut dictum est, rhetorice suadet de pace. nam et pacem faciendam hortatur, et accusationem in Turnum dirigit, et quae a Latino indubitanter universa dicta sunt, quae pacem fieri suadeant, Drances eadem omnia respondens, addit etiam de filia danda Aeneae, quod Latinus ante reticuerat,* ⟨355⟩ *quin natam egregio genero: quasi non aliter firma erit pax, quam fieri vis: quia sciebat hoc Turnum graviter esse laturum, in invidiam personam eius adducens* ⟨348⟩ *dicam equidem, licet arma mihi mortemque minetur. et ne mirum esset, qui sic libere responderet, ante eius et mores et causam praedixit 'lingua melior', 'seditione potens', 'idem infensus, quem gloria' et reliqua. duae tamen hic faciendae pacis praecipue causae sunt, quod victi sunt, et Turnus singulari certamine congredi debeat. VOCIS EGENTEM genetivo iunxit, ut* ⟨IX 87⟩ *cum classis egeret.*

344. O BONE REX bene addidit 'bone', et auxit epitheto dignitatem: 'rex' enim medium est; nam et bonus esse et pessimus potest. *alii 'bone rex' exprobratione accipiunt, ut quidam volunt †se bonum dici.*

345. MVSSANT modo 'verentur' *vel 'timent'* significat; alias 'dubitant', ut ⟨XII 657⟩ mussat rex ipse Latinus quos generos vocet; interdum 'susurrant', ut de apibus dicit. et proprie 'mus-

8 Plautus] Mostell. V 1, 53 || 26 MVSSANT modo verentur e. q. s.] cf. Non. p. 427, 17 M.; Don. ad Ter. Adelph. II 1, 53; Luct. Plac. ad Stat. Theb. III 92

2 eum *Serviani libri,* turnum *F. malim* concilium. *cf. v.* 234 *'ergo concilium magnum . . . cogit'* || exhortatione *R* exortatione *H*: ex oratione *reliqui* || 5 respondit *HMF* || 6 quasi praedictum *displicet. fort.* quasi perfectum || 8 *ad* REM N. O. *s. v.* rem consulis id est de re consulis, *ad v.* 343 *in marg.* rhetorice sicut supra de pace. et pacem enim ostendit faciendam et accusationes et omnia quae a latino sunt dicta addit. nec non et de filia danda aeneae unde latinus reticuit *T* || 9 quidam *F* || 11 dirigi et quem latino *F* diri et quē latino *G* dirigi et quae in latino *Daniel* (dirigit *Commelinus* a Latino *Masvicius*) || 12 suadent *G* || ad eadem *Masvicius* || 13 silia *F* || retierat *F* || 14 qui *G* || natum *F* || 15 latorum *F* || in invidiam *Daniel*: in *om. F* || 17 liberi *F* || 20 turnos *F* || 21 iuncxit *F* || 23 bone *om. F* || 25 alibi *F, corr. Daniel* || *an* exprobrationem? || se vum bonum (*sic*) *Masvicius* servum bonum *Burmannus. fort.* quidam nolunt se bonos dici *aut* q. v. saepe *κατ' ἀντίφρασιν vel εἰρωνικῶς* bonum dici. *cf. Don. et Eugraph. ad Ter. Andr.* III 5, 10 || 26 significant *F* || 28 susurrat *ASM* || dicit] mussant oras et l. *add. AS* || sed proprie *AS* || obmussare *F*

sare' est obmurmurare et *queribundum tectius velut* muto esse vicinum. *alias 'tacent', alias 'quiescunt'.*

346. FLATVSQVE REMITTAT aut ponat superbiam: aut 'nostros flatus remittat', id est nobis respirare concedat. *'remittat' autem nunc pro 'laxet', ut 'remissis artubus' pro 'laxatis'.*

347. CVIVS OB AVSPICIVM invidiose Turni auspiciis inputat quod tantus periit exercitus, ac si diceret: si malis *et infaustis* tuis ominibus non egrederentur, possent forsitan superare virtute. sane sciendum hunc exprimere quicquid verecunde celavit Latinus. MORESQVE SINISTROS contrarios, quia in principio Latino obtemperare noluit.

348. *LICET ARMA MIHI 'licet' pro 'quamvis'. et est parenthesis.*

349. LVMINA DVCVM id est proceres, ut ⟨II 281⟩ o lux Dardaniae.

350. CONSEDISSE VRBEM *LVCTV* in luctum esse demersam. *TEMPTAT mire 'temptat', non pugnat.*

351. FVGAE FIDENS illud respicit quod bella deseruit, Iunone faciente: *vel quia eius exercitus fugit.* 'fugae' autem figurate dixit pro 'fuga fidens'. CAELVM TERRITAT ARMIS dictum quidem Vergilii gravitati non congruit, sed perite Dranci haec data sunt verba, qui tumida uti oratione inducitur: unde ei paulo post Turnus obicit, ⟨381⟩ quae tuto tibi magna volant, item ⟨383⟩ proinde tona eloquio, item ⟨390⟩ ventosa in lingua. deinde diximus Drancem librare se ad orationem Latini: unde nunc dicit 'et caelum territat armis', quia audierat 'bellum inportunum, cives, cum gente deorum', *id est contra eos pugnat, qui favore (deorum) nituntur.*

CAELVM T. A.] **quasi vanus et qui ventis minetur.**

352. *ETIAM hoc loco 'etiam' pro 'adhuc', ut Terentius hunc ego*

27 Terentius] Eun. V 7, 6 et V 8, 54

1 tectius *scripsi*: letius *F* let*ius *Daniel* ‖ 2 *ad* MVSSANT *s. v.* trepidant uerentur interdum tacent interdum quiescunt *T* ‖ 3 FLATVSQVE tumores *AS*, REMITTAT *omittentes* ‖ 4 *ad* REMITTAT *s. v.* relaxet, *cui alia manus adiecit* superbiam *T* ‖ 5 artabus *F* ‖ 7 periuit *HF* (qui *add. H*) ‖ ominibus *M*: omnibus *reliqui* ‖ 9 hunc] drancis *add. F* (Drancem *Masvicius*) ‖ supprimere *F* ‖ quidquid *HF* ‖ celauerit *F* celaverat *Masvicius* ‖ 10 latino morigerari nolunt *F* ‖ 11 *s. v.* 348 in inuidiam adducit eius personam quod sciebat grauiter esse laturum, *in marg.* licet pro quamuis et est parenthesis *T* ‖ pro quamvis et *om. F* ‖ 14 LVCTVM *F* ‖ 15 *ad* TEMPTAT *s. v.* mire ait temptat non pugnat, *quibus alius interpres adiecit* id est exagitat siue aggreditur insidiose *T* ‖ 16 illuc *ASR* ‖ deserit *HMF* ‖ 18 pro *RM*: quod non *AS* non *HF* ‖ fugat fidens *R* ‖ uergilii *F* uirgiliique *H* ‖ 19 conuenit *ASF* ‖ data] dicta *M* ‖ 20 uti *om. RF* ‖ orationem *R* ‖ ei et paulo *M* ‖ turnus obicit *R* obicit turnus *AS*: turnus dicit *reliqui* ‖ 21 tota *F* ‖ 22 iter uentosa *AS* ‖ 23 librare se *M*: librare sed *AS* librasse *R* librante librarem sed *H* liberare se *F* ‖ 24 armis aut quasi . . . monetur quia audierat *F* ‖ 25 pugnet *F* ‖ deorum *add. Masvicius* ‖ 26 *ad* CAELVM T. A. *s. v.* quasi uanus et qui uentis minetur *T* ‖ qui uentus minetur *F* qumentus monetur *Daniel* cum ventis movetur *Masvicius* ‖ 27 *ad* VNVM E. *s. v.*

numquam videram etiam et mox unum etiam vos oro, ut me in vestrum recipiatis gregem. MITTI DARDANIDIS DICIQVE I. 'mitti' aurum, ebur, sellam et cetera, 'dici' de navibus vel agro. *et bene 'Dardanidis' quasi cognatis et ab origine generis propinquis.*

354. *ADICIAS pro 'adice': Terentius abeas si sapis: quia indecens erat imperative ad regem loqui. et bene hic quod honeste Latinus reticuerat dicit, Laviniam quoque ei offerendam.*

355. EGREGIO GENERO DIGNISQVE HYMENAEIS ergo Turnus videtur indignus.

356. AETERNO FOEDERE FIRMES natae scilicet coniunctione: nam munera et contemni poterant, generis vero coniunctione in aeternum pacis foedera firmabantur. hoc autem dicto latenter etiam Latini pudorem exonerat, qui Turno etiam suam promiserat filiam, dicens causam reipublicae praeponderare debere et propter pacem civium Turno Aenean esse praeferendum.

357. TERROR 'terror' est proprie qui aliis infertur, ut si dicas 'ille *mihi* habet terrorem', id est timendus est: unde et terribilis dicitur. 'metus' autem est quem habent timentes. sed nunc usurpative terrorem pro metu posuit, nam hoc dicit: quod si tantum Turnum timemus. *et bene involvit quod turpe esset audiente Latino dicere, ut Turnum timeat.*

358. *IPSVM invidiose repetitum pronomen.* VENIAMQVE OREMVS AB IPSO CEDAT Asper hic distinguit, *id est hanc veniam oremus, ut cedat: aut si coniuncte legeris 'cedat ius proprium regi', nova erit elocutio accusativo iunctum 'cedat'. et 'cedat ius proprium (regi'), id est quod proprium regum est, aut 'cedat' Aeneae. quod autem hic dixit 'cedat', mox 'pone animos et pulsus abi.'*

360. QVID MISEROS TOTIENS IN APERTA PERICVLA CIVES PROICIS quasi viles et abiciendos. et ingenti pondere universa verba sunt posita.

5 Terentius] Heautontim. II 3, 138

etiam adhuc *T* || terrentius *F* || 2 regem *F* || 3 mitti dardanidis et cetera *F* || ebur sellam *om. H* || sella *ASM* || 4 *s. v.* 353 bene dicit dardanidis quasi cognatis et origine generis propinquis *T* || orige *G* || 5 *s. v.* 354 adice et hoc bene dixit quia indecens erat ad regem imperatiue loqui *T* || 6 imperatione *F* || 7 offerendum *F* || *ad* QVIN *s. v.* ut non *T* || 11 nam ... coniunctione *om. ASRH* || genero *F* || in *om. ASM* || 12 aeternae *ASM* || firmantur *M* || 15 esse] necesse *RH.* necesse esse *Burmannus* || 19 dicitur *AS* || 20 *ad v.* 357 bene uoluit quod ... timeat *T* || et bene involvit *scripsi*: aliene uoluit *F* aliene loqui uoluit *Masvicius. possis et* A. (*i. e. Asper*) bene involvit || audiente *T*: audienti *F* || 21 dicere scilicet ut *T* || 22 *ad* IPSVM *s. v.* invidiose ... pronomen *T* || 23 hasper *F* || 24 *s. v.* 358 si coniunctim legeris ... pulsus abi *T* || 25 regi *addidi* || id est quod] quod scilicet *T* || 26 quod autem dicit cedat hoc est mox dicit *T* || 27 pulsos *F* || 28 *ad* PROICIS *s. v.* demittis siue cogis *T*

361. LATIO non uni civitati. CAPVT principium. et est antiquum: *quia qui auctor et princeps rei gestae fuerat, 'caput' a veteribus dicebatur:* Terentius nam si hic mali est quicquam, illic huic rei est caput, *Plautus in Asinaria* ⟨III 3, 138⟩ *ego caput huic fui argento inveniendo.*

362. NVLLA SALVS BELLO plus est, quam si 'spes' diceret '*nulla*'. '*bello*' *autem per bellum.* PACEM TE POSCIMVS OMNES 'te poscimus', qui solus es causa bellorum: nam Aeneas iam pacem promisit. '*omnes*' *invidiose, ut et Latinus hoc poscere videatur.*

363. SOLVM INVIOLABILE PIGNVS id est Laviniam. et hoc est quod ait supra ⟨356⟩ 'pacem hanc aeterno foedere firmes'.

364. INVISVM QVEM TV TIBI FINGIS *id est inimicum: et* bene 'quem tu tibi fingis', ne ei tamquam inimico minime credatur. et hoc dicit: non sum quidem inimicus, sed si velis esse, non recuso: nam hoc est 'et esse nil moror'.

366. FVSI fugati.

367. DESOLAVIMVS AGROS vel dum occiduntur *agri cultores,* vel dum coguntur ad militiam: nam legimus ⟨VIII 8⟩ et latos vastant cultoribus agros.

369. DOTALIS REGIA CORDI EST hoc est regnum Latini: sic alibi ⟨IX 734⟩ non haec dotalis regia Amatae.

371. SCILICET VT TVRNO CONTINGAT REGIA CONIVNX haec cum quadam inrisione dicuntur. *et ostendit hoc nec utile nec honestum esse.*

372. INHVMATA INFLETAQVE TVRBA atqui sepulti sunt omnes qui in bello perierant, ut legimus supra ⟨142⟩. sed hoc factum est Aeneae beneficio, qui sepulturae eorum reddidit socios. ergo quantum ad Turnum pertinet, insepulti sunt: nam campos in sua potestate retinebat Aeneas.

373. ETIAM TV heia: nam hortantis adverbium est hoc loco: *Terentius etiam responde.* alias 'adhuc' significat et est temporis *adverbium,* ut ⟨VI 485⟩ etiam currus, etiam arma tenentem.

3 Terentius] Andr. II 6, 27. cf. Don. ad h. v. || 30 Terentius] Andr. V 2, 8

1 *ad* CAPVT *s. v.* principium . . . dicebatur *T* || 2 quia quivis auctor *Daniel* || aput *F* || 3 quidquam *F* || illic est rei caput *AS* || 4 asinoria *F* || 7 OMNES te poscimus *om. AS* || 8 iam *om. HF* || 9 omnes . . . uideatur *hab. T* || inuidiose dicit ut hoc Latinus *T* || 12 bene . . . fingis *om. H* || 15 nihil *RHM* || 17 agri cultures *F* || *ad* CONCIPIS (*v.* 369) in ius iurandum uerba accipere est proprie concipere secundum quendam modum *T* || 23 hoc ne utile ne (ne hoc *G*) honestum *F, corr. Daniel* || 25 perierunt *ASM* || 26 qui in sepulturae *F* || 27 pertinent *F* || in *om. H* || 29 heia . . . loco] nunc etiam hortantis aduerbium est ut eia *F* || eia *R*

alibi pro coniunctione, ut ⟨X 390⟩ *vos etiam gemini. ponitur etiam pro 'nondum': Afranius etiam quidquam egisti.* apud maiores 'etiam' consentientis fuerat, quod tamen in his recentibus idoneis non invenitur. *non nulli 'etiam tu' pro 'quin tu' tradunt.* VIS virtus.

374. *SI PATRII QVID MARTIS HABES id est si quid bellicae virtutis habes; neque enim a Marte oriundus est. nam 'patrii' et a patre, et et a patria potest dici.*

377. IMO PECTORE VOCES *ut qui diu tacuerit, dum audit inimicum. dicendo autem 'imo pectore voces'* more suo habitum futurae orationis ostendit.

378. LARGA QVIDEM SEMPER DRANCE TIBI COPIA FANDI TVM CVM BELLA MANVS POSCVNT sunt multa sua vi optima, quae quoniam per se non possunt vituperari, ab accidentibus vituperantur, ut hoc loco quoniam eloquentia per se est optima, eam culpat ex tempore, dicens: tunc incumbis eloquentiae, cum manus bella deposcunt. *et ostendere vult omnem illam orationem Drancis non consilio, sed timiditate prolatam. sane rhetorice responsurus Turnus bene coepit a Drance: ante enim se defendit, tunc de bello sententiam dicit. et primum hoc dicit, quod eloquens et infirmus sententias de bello audeat ferre, dicendo 'larga quidem semper Drance' et cetera, et 'dum distinet hostem' et reliqua. inde pro se agit, per enumerationem ostendens id falsum esse, quod dicatur victus 'Iliaco tumidum qui sanguine Thybrim' et cetera. sed obicitur: in futurum spes nulla est. execratur omen 'capiti cane talia demens Dardanio', et ex adversariorum persona rem adtenuat dicendo 'extollere vires gentis bis victae'. etiam illi rei re-*

---

2 Afranius] v. 424 p. 186 Ribb. ‖ apud maiores . . . invenitur] cf. Don. ad Ter. Hec. V 3, 13

---

1 *ad* ETIAM *s. v.* eta (*sic*) hoc loco pro coniunctione ut uos etiam gemini. ponitur et pro n̄ ut afranius etiam quicquam egisti. non nulli etiam pro quin tu *T* ‖ 3 idoneis] auctoribus *add. D* ‖ 4 pro quinto *F* ‖ VIS uiṛtus] Vir iustus *H, om. F* ‖ 5 si quid . . . dici *hab. T* ‖ 6 habens *F* ‖ neque enim est a. M. o. *T* ‖ morte *F* ‖ patrii] patri *F* ‖ 7 possunt *T* ‖ 8 *ad* HAS IMO P. V. *s. v.* quasi qui . . . inimicum *T* ‖ tacuerat *T* ‖ 9 more suo *post* ostendit *hab. ASF* ‖ 11 TVNC *RHM* ‖ 12 sunt *om. R* ‖ sua uis *R* suauia *F* ‖ 13 uituperare non possunt *F* ‖ 14 est *om. F* ‖ eam] etiam *H* ‖ 15 incumbes *R* incumbens *HF* ‖ 16 *in marg. sup.* Larga quidem. ostendere uult orationem drancis non consilio sed timiditate prolatam. et rhetorice . . . quasi aliam orationem inchoat nunc ad te *T* ‖ 17 prolatim sane *F* prolati insane *G* ‖ responsurum *F* ‖ Turnus *om. T* ‖ 18 drante *F* ‖ ante enim se defendere debuit et tunc d. b. s. ferre *T* ‖ bella *F* ‖ 19 dicit *T*: uicit *F* ‖ quod infirmus et eloquens timide audeat de bello sententiam proferre larga inquiens quidem *T* ‖ infirmas *F* ‖ 20 destinet hostis *F* ‖ 21 agit pro se *T* ‖ id *om. T* ‖ 22 iliaco] iliaco inquit *T* illia c̄ *G* ‖ tybrum *F* ‖ 23 spes nulla in futurum est *T* ‖ execratur . . . Dardanio] nulla ſ. b; (*lege* nulla scilicet tibi) capiti cane inquit t. d. d. *T* ‖ umen *F* ‖ 25 adtenuit *F* extenuat *T* ‖ his *G* ‖ etiam illi rei *ego*: etiam ille rege *F* etiam et illi parti *T* etiam ille regem *Daniel* etiam ille ad rem *Masvicius* ‖ respondet *T*: respondit *F*

spondet quam dixerat Drances, vim se timere 'vel cum se pavidum' et reliqua, et 'numquam animam talem' et reliqua. dilata autem de singulari certamine quaestione quasi aliam orationem inchoat 'nunc ad te et tua' et reliqua. sed haec in sequentibus singulatim tractanda sunt.

379. PATRIBVSQVE VOCATIS PRIMVS ADES bella penitus ignorans atque formidans, primus es inter senes ad danda consilia.

380. *REPLENDA EST CVRIA VERBIS emphasis loquacitatis.*

381. *TVTO dativus, an adverbium, ut 'falso'?* MAGNA VOLANT Homerus ἔπεα πτερόεντα προσηύδα DISTINET arcet, repellit, *nam 'distinet' est* proprie extra tenet. nam 'dis' separantis est, unde et 'diduco' et 'distraho' dicimus.

383. *PROINDE 'pro' syllaba metri causa excluditur. TONA ELOQVIO non strepitu armorum.* MEQVE TIMORIS ARGVE TV DRANCE ut *in bucolicis* ⟨III 25⟩ cantando tu illum? 'arguo' autem genetivum regit, ut 'arguo te caedis, insidiarum'. et est de Graeco: nam ita dicunt κατηγορῶ σε φόνου.

384. QVANDO siquidem. et per inrisionem in illum suas confert laudes. *STRAGIS TEVCRORVM duo genetivi.*

386. INSIGNIS CAMPOS nobilitas, clarificas: nam verbum est 'insignio insignis'. et dicit exauctorari eius debere sententiam, quod de bello iudicat virtutis ignarus. *QVID VIVIDA VIRTVS id est tua, vel certe mea.*

389. *IMVS IN ADVERSOS contra illud* ⟨374⟩ *illum aspice contra, qui vocat.*

390. ISTIS δεικτικῶς.

392. PVLSVS EGO quia ille dixerat ⟨366⟩ pone animos et pulsus abi. et agit coniectura: nam hoc vult intellegi, non posse

9 Homerus] Il. II 201

1 pauidum inquit et cetera *T* ‖ 2 singulare *F* ‖ 3 alium *F* ‖ nunc a te *F* ‖ 5 ignoratus *F* ‖ 6 primus es *om. F* ‖ est *H* ‖ ad] et *HF* et ad *M* ‖ 7 enfasis *F* ‖ *ad* REPLENDA E. C. V. *s. v.* enfasis est loquacitatis *T* ‖ 8 an] in *G* ‖ falso] uolant *add. F* ‖ 9 ЄΠЄA ΠΤЄΡΟЄΝΤA ΠΡΟϹΗЄΥΛA *A* ЄΤΙЄA ΤΙϹЄΡЄΝЄ ΛΡΟЄΥϹΛЄ *R* etieati cepena ΛΡΟЄΥϹΛG *H* ЄΤΤЄA ΤΙΤЄΡΟЄΝA ΠΡΟЄΥϹAЄ *M* ЄΝЄA ΠЄΡЄΟΝΤA ΠΡΟϹЄΥAA *F* ‖ προσηύδα] id est pennata et uolatilia uerba *add. D* ‖ DESTINET *RF* (*corr. f.*) ‖ 10 destinet *F* ‖ diis enim reparantis est *F* ‖ 12 TOLA *F* ‖ *ad* TONA E. *s. v.* quasi diceret non strepitu armorum *T* ‖ 13 ARGVITO *R* ARGVETO *H* ‖ TV *om. F* ‖ DRANCE *om. RHM* ‖ 15 argue te caedes *F* ‖ 16 ΚAΙΝΤΟΡΩ ϹЄ ΦЄΝΟΥ *A* ΚΛΤΗGΟΡΩ ϹЄ ΦΟΝΟU *H* ΚAΤΗΓΟΡΟΙΩ ЄΦΟΝΟϹ *F* ‖ φόνου] ἐλέγχω σε φόνου ἢ κλοπῆς *add. D* ‖ 17 suas in illum *F* ‖ suas *om. RH* ‖ offert *RHM* conferet *F* ‖ 19 AGROS *F* ‖ 20 insignis *om. RHF. pro* insignio *autem* insignios *H* inutsigni *F* ‖ et *HF*: nam *ASM* nam se *R* ‖ dicitur *AS* ‖ dicit et exauctori eiu debere fama quod *F* ‖ 21 iudicat] cogitat *RHM* ‖ *ad v* 386 insignio proprie est insigne facio siue signum impono translatum ab animalibus quae signis notantur *T* ‖ *ad* VIRTVS *s. v.* tua uel mea *T* ‖ 23 *ad* IMVS I. A. contra . . . uenit (*sic*), *ad* AN TIBI M. *s. v.* ad illud respondit si patrii q. m. h. *T* ‖ 25 dicticos *libri* ‖ 27 agit *om. F* ‖ coniecturam *RM*

dici merito pulsum eum, qui insequendo *hostem* bella deseruit. aperte autem hoc dicit: potest merito credi quod pulsus sit is, cuius tot extant tropaea? *et rerum commemoratione falsum probat.*

394. CVM STIRPE occiso enim Pallante interiit eius cuncta posteritas.

395. *EXVTOS ARCADAS ARMIS aut suis, aut sui ducis: unde per 'Arcadas' etiam Pallantem intellegi quidam volunt.*

396. BITIAS subaudis 'ingens' a consequentibus. MILLE finitus numerus pro infinito.

398. *INCLVSVS MVRIS quem pulsum ille iactabat.* AGGERE SAEPTVS sicut supra ⟨IX 780⟩ vestris, o cives, undique saeptus aggeribus.

399. NVLLA SALVS BELLO CAPITI CANE TALIA DEMENS DARDANIO quotiens argumentum non possumus solvere, aut contraria obiectione aut risu aut maledicto, ut hoc loco, adversario respondemus. 'cane' *autem* pro 'divina'. *et bene hic male ominantem canere dicit, ut vatem. quibusdam videtur vulgare convicium, ut est 'tibi et capiti tuo', sed honestatem dicto additam per varietatem. DARDANIO REBVSQVE TVIS simul eum Aeneae iungendo vult latenter ostendere proditorem.*

400. PROINDE itaque. et est ordo 'nulla salus bello; proinde omnia magno ne cessa turbare metu': cetera per parenthesin dicta sunt, *hoc est 'capiti cane talia demens Dardanio' et cetera.*

401. EXTOLLERE VIRES GENTIS BIS VICTAE CONTRA PREMERE ARMA LATINI haec est virtus eloquentiae. *'bis' autem 'victae' ab Hercule et ab Argivis.* 'arma' autem 'Latini' invidiose dixit: nam debuit 'mea' dicere. *et hoc ad illud quod ille dixerat* ⟨359⟩ *ius proprium regi patriaeque remittat.*

403. MYRMIDONVM PROCERES Graecorum principes. dicit autem Patroclum et Achillem: nam licet ipsi aliunde fuerint, tamen Myrmidonibus imperarunt. haec autem ponit inter inpossibilia. et uti-

1 sequendo *H* || deserunt *F* || 2 dicitur *A* || potest] pro *F* || 3 *ad v.* 392 rerum commemoratione falsum probat esse quod drances dixerat *T* || 6 *ad* ARMIS *s. v.* aut suis aut sui ducis *T* || sui *om. F* || 8 bis subaudis *ASM* || 10 *ad* INCLVSVS M. *s. v.* quem pulsum iactabat *T* || 11 sicut supra *F*: supra et *AS* ut *HM, om. R* || 16 canet prae diuinat *H* || pro divina] praediuina *S* || *ad* CANE T. D. *s. v.* praediuina. et bene hic male ominantem canere dicit. ut autem (*sic*) quibusdam uidetur uulgare est conuicium. et dicendo dardanio rebusque tuis uult latenter ostendere proditorem *T* || omini ante *F* homini ante *G* || 17 conuicinum *F* || 18 dictu *F* || DARDANO *F* || 19 iungendi *F* || 26 arguus *F* || dixit] ut drancem latino reddat inuisum *add. D* || 28 patriaeque] proprieque *G* || 30 nam dicit ipse aliunde fuerunt *F* || licet et ipsi *R* || 31 et utitur] adutitur *AS*

tur Graeco proverbio *ἄνω ποταμοί*: sic Horatius et ante Padus Matina laverit cacumina. et sic est modo dictum, ut in quarto ⟨377⟩ nunc Lyciae sortes, nunc et Iove missus ab ipso.

405. RETRO FVGIT AVFIDVS VNDAS *quod est contrarium. Aufidus autem* Apuliae fluvius est, *iuxta Canusium civitatem* cadens in Adriaticum pelagus.

406. VEL CVM SE PAVIDVM CONTRA MEA IVRGIA FINGIT contra illud quod ait ⟨346⟩ det libertatem fandi flatusque remittat. nam hoc dicit: timorem suum naturalem invidiose in meam causam retorquet, ut meae praesentiae, non illius naturae, quod timet esse videatur. hoc est enim quod planius infert, dicens 'et formidine crimen acerbat', *id est quam simulat.*

407. ARTIFICIS SCELVS nam sceleratorum est simulare formidinem. *ACERBAT nomen sine verbi origine: non enim facit 'acerbo'.*

409. HABITET TECVM ET SIT PECTORE IN ISTO *id est* pessima et vilis anima habitet in membris congruis: nam 'talem' vilem et pessimam accipimus, quam nefas est perire ea dextera, quae *non inertes, sed quae* viros fortes tantum consuevit occidere. *et hoc ad illud* ⟨348⟩ *licet arma mihi et cetera.*

410. CONSVLTA REVERTOR 'consultor' est qui consulit, 'consultus' qui consulitur, 'consultum' vero res ipsa de qua quis consulitur. *bene ergo 'consulta' de quibus consulis.*

411. SI NVLLAM NOSTRIS VLTRA SPEM PONIS IN ARMIS insinuatione utitur, id est callido et subtili aditu ad persuadendum: vult enim dicere melius esse interire, quam pacem rogare. quod quia aperte non audet, latenter et paulatim ad hoc serpit. namque inter principium et insinuationem hoc interest, quod principium est aperta rei enuntiatio, insinuatio autem, ut diximus, est callida et subtilis oratio. 'in armis' *autem* aut meis, aut Latinorum omnium generaliter. *VLTRA modo tempus significat, alias locum.*

---

1 Horatius] epod. XVI 27 ‖ 23 insinuatione utitur e. q. s.] cf. Fortunat. art. rhet. II 14 sq. et Don. ad Ter. Eun. V 8, 41

---

1 ΑΝΩ ΟϹ ΠΟΤΑΜΟΙ *AS* ΑΝΩ ΛΟΤΑΜΟΙ *RH* ΑΝΟ ΠΟΤΑϹΟΟ *F* *ἄνω ποταμῶν ἱερῶν ῥέουσι πηγαί Fabricius* ‖ et *om. F* ‖ 2 inatina *AS* matutina *M* matini *F* ‖ et *et* est *om. AS* ‖ sic est] sicut et *F* ‖ *ad v.* 404 *in marg.* totum istud per contrarium dicitur *et* mire inter haec quae uera non sunt sententiam diomedis abscondit. uiderat enim grauari causam quod ille negauerat auxilium. quodque dissimulari non potest commemorat et falsis uera miscendo extenuat *T* ‖ 5 cansium *F* ‖ 8 quo *F* ‖ 11 est *om. F* ‖ plenius *F* ‖ infert *ASR*: iterat *HMF* ‖ 14 *ad* ACERBAT *s. v.* acerbius facit *T* ‖ 16 et vilis *om. F* ‖ vilem et *om. F* ‖ 17 accipiamus *F* ‖ ea] mea *F* ‖ 18 inertis *F* ‖ uires *F* ‖ 20 consultare *F* ‖ 25 esse] est *R* ‖ 26 audet] dicere *add. ASM* ‖ et *om. M* ‖ 28 ut diximus *om. R* ‖ est] et *R* post *H*

412. SI TAM DESERTI SVMVS *si ita, si valde. et hoc* propter Diomedem, qui solus negavit auxilia. *ergo 'deserti' ab auxiliis accipiendum.*

413. NEQVE HABET FORTVNA REGRESSVM omnia quae sibi possunt obici, ponit, sed cum solutionibus suis; nam et fortuna non est inmutabilis, et qui semel pellitur, iterum in proelium potest reverti. et ab auxiliis non sunt penitus destituti, et in ipsorum exercitu est adhuc plurimum spei. est autem syllogismus.

414. *OREMVS PACEM argumentum ab honesto. DEXTRAS TENDAMVS INERTIS felicitatem rei verbis expressit.*

415. QVAMQVAM O SI SOLITAE QVIDQVAM VIRTVTIS ADESSET non se inertiae arguit, sed queritur de virtute omissa per neglegentiam. *et videtur voluisse dicere: si solitae quicquam virtutis adesset, numquam ad hoc cogeremur; sed reliquit.* 'o' autem dolentis est exclamatio, et intellegimus inmoratam esse illic eius orationem: nam exarsit dolore, quia aperte non potuit dicere moriendum potius esse, quam hostes rogandos: quod tamen dixit, conferens se ad alias personas et laudans eos quibus contigit perire, ne ista conspicerent. *et servavit viri fortis personam, ut paenituerit eum dixisse 'oremus pacem'.*

416. *ILLE MIHI ANTE ALIOS utrum generaliter 'ille' pro 'quicumque occubuit' accipiendum est, an Mezentius?* ANTE ALIOS melior, omnibus praeferendus. FORTVNATVSQVE LABORVM sicut ⟨73⟩ laeta laborum: et est Graecum.

417. *EGREGIVS ANIMI figurate dixit.* TALE VIDERET vel hostes rogari: vel, quod latenter insinuat, tradi alteri sibi ante desponsatam. *ideo et medie dicto, quoniam res eius agebatur, 'ne quid tale videret' posuit: quis enim eum ferret dicentem moriendum potius, quam de nuptiis eius mutandum?*

418. SEMEL ORE MOMORDIT *'semel'* cito, confestim, id est qui

---

14 o autem e. q. s.] cf. Macr. Sat. IV 6, 20 sq.

---

1 si hoc *F* ‖ 2 diomeden *H* ‖ *ad* DESERTI *s. s. v.* ab auxiliis *T* ‖ 7 suorum *S* ipso *R* ‖ 9 *scholia ad v.* 414 *hab. T* ‖ 10 hoc dicendo felicitatem *T* ‖ felitatem *F. ceterum haec scholia non ad ea quae praescripta sunt verba, sed prius ad v.* 415 *sqq., alterum ad v.* 419 *sqq. pertinere videntur.* ‖ 13 *ad v.* 415 uidetur hoc dicere . . . reliquit. et seruauit . . . oremus pacem *T* ‖ uirtutis quicquam *T* ‖ 14 ad *om. T* ‖ o *om. RH* ‖ est autem dolentis *R* ‖ 15 immolatam *H* inmoderatam *M* ‖ ei *S* ‖ nam] nunc *A* ‖ 16 dicere] *om. F* ‖ 17 dicit *ASM* ‖ 20 *ad* ILLE M. A. A. *s. v.* aut generaliter quicumque aut specialiter mezentius *T* ‖ 21 *schol. ad* ANTE A. *om. F* ‖ 22 laeta laborum *ASM*: letorue malorum *R* laeta borum *H* laetatus laborum *F* ‖ 23 Graecum] *εὐτυχὴς τῶν πόνων add. Fabricius* ‖ 24 te laudare uel hostes rogare *Fabricius* ‖ 25 rogari *ex* rogare *H* rogare *F* ‖ ante *om. R* ‖ desponsa *ex* desponsu *H* desponsum *F* ‖ 26 *ad* NE QVID T. V. *s. v.* medie hoc dicit quia res eius agebatur *T* ‖ medie dicto *F*: media dicto *Daniel* media dicta *Masvicius* ‖ 29 SIMVL *F*

tota mortis celeritate consumptus est, *quasi nihil ultra passurus.* vulnerati autem solent vel terram vel arma mordere, ne dolorem eorum indicet gemitus: Lucanus de Pompeio ⟨VIII 616⟩ timuit, ne quas effundere voces vellet et aeternam fletu corrumpere famam.

419. ADHVC INTACTA IVVENTVS *non quae non pugnavit, sed de qua adhuc delectus habendus est.*

420. VRBES ITALAE quia Diomedes peregrinus fuerat. nam hoc dicit: habemus robur Italum, non Graecum militem, inertem et dissolutum. SVPERSVNT superabundant, adsunt ultra quam bella deposcunt.

421. SIN ET TROIANIS CVM MVLTO GLORIA VENIT SANGVINE mire agit, post confirmatas partes suas Troianorum *integras* vires inminuens. quid enim proderat dixisse, quod superessent Latinis auxilia, si etiam Troianorum integrae vires esse probarentur? CVM MVLTO GLORIA VENIT SANGVINE ac si diceret: non est iudicanda victoria quae per inmensa detrimenta contingit. et hoc est unde laudat Sallustius duces, qui victoriam incruento exercitu reportaverunt.

422. SVNT ILLIS SVA FVNERA id est Troianis. legitur et 'illi', et aut 'Aeneae' intellegimus, aut adverbium loci est pro 'illic', ut in secundo ⟨661⟩ patet isti ianua leto pro 'istic'. PARQVE PER OMNES TEMPESTAS sic alibi ⟨VII 222⟩ quanta per Idaeos saevis effusa Mycenis tempestas ierit campos: nam bello crebro comparat tempestatem.

423. INDECORES 'decor' decoris facit, sicut 'auctor' auctoris: 'decus' decoris, sicut 'pecus' pecoris. similiter facit in compositione 'indecor' indecoris, 'indecus' indecoris. ergo in neutro 'co' brevis est, in masculino producitur: unde apparet systolen fecisse Vergilium. nam 'indecores' nominativus est pluralis a masculino, ab eo quod est 'indecor': nam non potest 'hic indecus' facere: neutrum

---

2 vulnerati autem e. q. s.] cf. comm. Luc. VIII 616 ‖ 10 SVPERSVNT superabundant] cf. Gell. I 22, 3 sq. ‖ 18 Sallustius] hist. III 16 D. et Kr. ‖ 26 decor decoris facit e. q. s.] cf. Serv. ad Aen. VII 231

---

4 ne quas] nefas *AS* ‖ vellet] uel *F* ‖ et *om. HF* ‖ fleti *F* ‖ 5 famam] et est homeri hemistichium (*Il.* II 418) *ὀδὰξ λαζοίατο γαῖαν add. D* ‖ 6 *ad* ADHVC I. I. *s. v.* non quae non pugnauerat sed de qua delectus est habendus *T* ‖ 8 ITALIAE *HM* ‖ 9 italium *A* ‖ inermem *AS* ‖ 13 agitur *S* ‖ post *om. F* ‖ 14 dixisset *F* ‖ 15 etiam et *RF* ‖ 16 CVM . . . contingit] ergo cum multa gloria uenit sanguine acsita (acquisita *Daniel*) conuenit *F* ‖ 17 contigit *AS* ‖ 18 quia *F* ‖ incruentato *RH. cf. Dietschii adnotatio* ‖ 21 aut aduerbium] ut (et *a*) aut uerbum *AS* ‖ 23 sic *om. F* ‖ 27 in] et in *AS* ‖ conpositionem *F* ‖ 28 in utro *HF* ‖ co] o *F* ‖ 29 uergilium *F* ‖ 31 quod est] quidem *F*

enim 'us' terminatum, masculinum ex se non facit. aut certe dicamus 'indecores' declinationem esse, cuius nominativus singularis non invenitur. IN LIMINE PRIMO quasi in ipso initio et aditu infelicitatis: et ad illud respexit quod supra dixerat ⟨412⟩ et semel agmine verso funditus occidimus.

425. MVLTA DIES illi rei vehementer incumbit, quia dixerat ⟨413⟩ neque habet Fortuna regressum, dicens Fortunam tam labores, quam felicitatem pro temporum qualitate mutare. 'dies' *autem* tempus. *quidam sane non 'dies multa' accipiunt, sed 'multa retulit in melius': et 'varii aevi' non ut ipsum varium sit, sed ut fortuna eius.*

427. LVSIT decepit, ut ⟨I 407⟩ quid natum totiens, crudelis tu quoque, falsis ludis imaginibus? ET IN SOLIDO RVRSVS FORTVNA LOCAVIT subaudis 'multos'. et est sensus: in solidum revocavit oppressos et paulo ante derelictos, lusit vero et decepit felices.

428. NON ERIT AVXILIO NOBIS AETOLVS ET ARPI redit ad rem, quia occurrebat: sed negantur auxilia. Aetolum autem dicendo eius vires ex Graecae gentis commemoratione debilitat, *ut ostendat plus esse in Messapo ac Tolumnio, si Diomedes, et infelix et alienus finibus, commemoraretur.*

429. AT MESSAPVS ERIT FELIXQVE TOLVMNIVS bene duo iunxit quae quaeruntur in bello, fortitudinem et felicitatem: nam de Messapo iam legimus ⟨VII 692⟩ quem neque fas igni cuiquam, nec sternere ferro. utrumque autem contra Diomedem dixit, quem dicendo Graecum, inertem significavit. infelicitatem vero eius supra dicta legatorum verba testantur. *oportune ergo hic 'felix', quod Diomedi nec post victoriam contingit.*

430. NEC TARDA SEQVETVR GLORIA litotes figura: minus enim dixit quam voluit. nam hoc significat: Latina pubes celerrime victoriam adipiscetur, quam vix Graeci post decennium sunt adepti.

432. EST ET VOLSCORVM EGREGIA DE GENTE CAMILLA ut in septimo, segregem eam a virorum efficit multitudine: et quoniam a

---

1 non *om.* *F* ‖ 6 quia] quam *R* ‖ 8 felicitates *ARM* ‖ temporis *F* ‖ 9 *ad* MVLTA D. *s. v.* tempus. et quidam non multa dies sed multa rettulit accipiunt *T* ‖ 10 varii aevi *ego*: uaria eui *F* varia cui *Daniel* ‖ *ad* ALTERNA REVISENS (*v.* 426) repetens recognoscens. alterna quasi quae huc et illuc mutet et uariet *T* ‖ 14 subaudis . . . in solidum *ASM*: subaudis et multos nam in solidum *RHF* ‖ et *om.* *ASM* ‖ 15 derelictos ante *RH* ‖ 18 quia] quae *R* qui *F* ‖ 19 plus essem messapo ae tolumnio *F*, *corr.* *Daniel* ‖ 20 diomedis *F* ‖ 22 duo *om.* *H* ‖ 25 contra *om.* *F* ‖ diomeden *R* ‖ 27 oportuna *F*, *corr.* *Commelinus* ‖ 29 TARDA *HM* PARVA *reliqui* ‖ SEQVITVR *F* ‖ 31 adipiscetur *R*: adipiscitur *reliqui* ‖ quamuis *ASH* ‖ Graeci vix *Stephanus* ‖ 33 segregat *R* segreget *F* ‖ a virorum *om.* *F*

sexu non potest, laudat ex gente. *et vult ostendere de viris amplius sperandum, si et femina dimicaret: aut ut Dranci exprobraret, puellam non metuere Troianos, quos Diomedes timeret et Drances.*

434. *QVOD SI e. q. s.*] *quasi falsum sit quod Drances dixerat: supra enim ait* ⟨374⟩ *illum aspice contra.* QVOD SI ME SOLVM TEVCRI IN CERTAMINA POSCVNT quia audiit ⟨374⟩ illum aspice contra qui vocat. etiam utitur ductu: nam oblique promittit se singulari certamine dimicare velle, cum nolit. similiter etiam in duodecimo agit, dicens inrisorie ⟨15⟩ sedeant spectentque Latini.

435. *IDQVE PLACET hinc apparet eum nolle pugnare: si placet, inquit, vobis hoc fieri quod hostis postulat.* TANTVMQVE BONIS COMMVNIBVS OBSTO et in tantum obsum commodis publicis, ut nisi solus dimicavero, concidat universa res publica. *et imputat tamquam †hoc faciat, quod pro omnibus facturus est.*

436. NON ADEO non multum: nam verecunde dicit adsuetam manibus suis esse victoriam. *et bene MANVS per quas fit ipsa victoria. et contra 'manus dare' dicuntur qui dedunt se victi.*

437. TANTA PRO SPE ut solus dicar servasse rempublicam: *vel spe matrimonii.*

438. IBO ANIMIS CONTRA ac si diceret, si desunt corporis vires. *commendat autem gratiam certaminis, ne invitus videatur adduci.* VEL etiam. MAGNVM PRAESTET ACHILLEM et 'praesto illum', id est melior illo sum, et 'praesto illi' dicimus: Cicero in Caesarianis tanto ille superiores vicerat gloria, quanto tu omnibus praestitisti.

439. VVLCANI MANIBVS PARIA INDVAT ARMA bene addidit 'paria', nam etiam Aeneas habuit arma Vulcania: licet possimus dicere quod

23 Cicero in Caesarianis] pro Deiot. IV 12

1 ex sexu *R* ‖ *ad v.* 432 uult ostendere amplius de uiris sperandum . . . diomedes et drances timebant *T* ‖ 2 separandum *G* ‖ sic *F* ‖ demicaret *F* denicaret *G* ‖ aut] siue *T* ‖ dransi exprobaret *G* ‖ 3 non] nom *G, om. T* ‖ metueret *F* meturet *G* ‖ quod *F* ‖ *ad* AERE (*v.* 433) pro ferro posuit antique *T* ‖ 4 POSCVNT quodsi (*sic*) falsum . . . contra quia audiit *F* (quodsi . . . contra *non edidit Daniel*) ‖ quasi *scripsi* ‖ 5 ait *scripsi*: aut *F* ‖ 7 dictu *F* ‖ 8 uellet *HF* ‖ 9 inrisores *R* inrisoris *HF* ‖ 10 *s. v.* 435 hic ostenditur nolle eum pugnare singulari certamine. si placet inquit hoc quod hostis postulat *T* ‖ 13 dimicaueris *F* ‖ res publica *om. F* ‖ 14 hoc] *fortasse* hosti. *praeterea* et imputat . . . facturus est *cum scholio ad* IDQVE P. *adscripto coniungenda videntur* ‖ 16 *ad* MANVS V. F. *s. v.* bene dicit manus . . . qui uicti dedunt se hostibus *T* ‖ rianus *F* ‖ fit *T*: sit *F* ‖ 17 sicut econtra *T* ‖ 18 dicar *RHa*: dicat *ASM* dicam *F* dicatur *Stephanus* ‖ servasse rem p.] pro spe publica *F* ‖ uel spem trimonii *G* ‖ 20 si *ante* desunt *om. ASHM* (*add. s*) ‖ derunt *G* ‖ 21 commendat gratiam . . . adduci *hab. T* ‖ 24 superioris *AS* ‖ gloria uicerat *M* ‖ quantu *F*, tu *omittens* ‖ 26 addit *M* ‖ 27 etiam *om. R* ‖ *ad* PARIA I. A. *s. v.* quia et aeneas habuit arma uulcania *T* ‖ uulcani (*sic*) et mire . . . uulcani licet . . . conprobatur *F* ‖ possumus *F* ‖ quod hoc Turnus] coturnus *AS* (quod coturnus *a*)

hoc Turnus ignoret; quod tamen non valde idoneum comprobatur. *VVLCANI e. q. s.*] **mire, quasi falsum sit Aenean habere arma Vulcani**.

440. VOBIS ANIMAM HANC SOCEROQVE LATINO bene sibi et favorem conciliat populi, et a soceri nominis praeiudicio Latini inplicat voluntatem.

441. *TVRNVS EGO quem Drances contemnit.* VLLI VETERVM SECVNDVS dicimus et 'secundus illi' et 'secundus ab illo'.

442. *SOLVM AENEAS VOCAT contra illud* ⟨374⟩ *illum aspice contra qui vocat.*

443. NEC DRANCES POTIVS SIVE EST HAEC IRA DEORVM MORTE LVAT SIVE EST VIRTVS ET GLORIA TOLLAT sensus obscure quidem dictus, sed facilis et qui de usu numquam recedat: nam ita irati de inimico dicere consuevimus 'abeat, nec bonis meis nec malis rebus intersit: nolo sit aut meae particeps gloriae, aut in me invidiam ex infelicitatis communione commoveat': sicut nunc de Drance dicit 'sive est haec ira deorum, morte luat', id est, si periturus sum iracundia deorum, nolo invidiam sustinere, si Drances forte pariter moriatur; si vero me virtus et gloria comitabuntur, nolo ignavus felicitatis alienae sit particeps, si, dum meis pugnat auspiciis, forte superarit. *alii sic accipiunt: 'sive est haec ira deorum' uter, inquit, eventus ex hac pugna sequetur: vel ira deorum, si vincar, vel gloria, si vicero: mihi potius quam Dranci adscribatur. alii sic: nec Drances potius, si pereundum est, ira deorum pereat; aut, si vincendum est, gloriam consequatur.*

445. *ILLI HAEC INTER SE aut communiter Latini, aut Drances et Turnus.* CASTRA AENEAS ACIEMQVE MOVEBAT id est ducebat exercitum, ut ⟨III 519⟩ nos castra movemus: Lucanus ⟨V 374⟩ Brundisium decimis iubet hanc attingere castris, decima deductione.

453. *ARMA MANV nam praeter vocem, gestum etiam flagitantis ex-*

---

1 quod . . . non] non tamen hoc *M* ‖ 4 impublicat *R* inpublicat *H* ‖ 6 contempnit *F* ‖ 7 ulli *HF* ‖ ullo *F* ‖ 8 *ad* SOLVM A. V. *s. v.* ad illud respicit illum respice contra qui uenit *T* ‖ SOLVS *F* ‖ 11 quidem obscure *F* ‖ 12 ita irati] staurati *F* ‖ 13 de inimico *om. RH* ‖ dicimus *F* ‖ abeat] tamen *add. ASR* ‖ bonum eis *F* ‖ 14 me *ASH* (meae *a*) mene *F* ‖ participi groriae *F* ‖ in me] mihi *AS* ‖ 15 ex *om. RHM* ‖ 16 dici *F* ‖ si pereundum est *AS* ‖ 17 iracundia deorum *om. RHF* ‖ pariter forte *AS* ‖ pariter *om. HF* ‖ 20 superarit *R*: superari *AS* superaret *HMF* ‖ *ad v.* 443 quidam sic accipiunt . . . consequatur *T* ‖ uter . . . eventus] id est ut euentus *T* ‖ iter *G* ‖ inquid *F* ‖ 22 ascribatur *T* adscribratur *F* ‖ alii ita *T* ‖ nec *om. T* ‖ 24 gloria *F* ‖ 25 *ad* ILLI H. I. S. *s. v.* aut latini communiter inter se aut turnus aut (*sic*) drances *T* ‖ autem communiter *G* ‖ aut dranses turnus *G* ‖ 27 ut] quod *AS* in *F* ‖ 28 brondisium *R* brundisum *H* ‖ iuuet *F* ‖ adtingere *F* ‖ id est decima *vulgo* ‖ 29 *ad* ECCE RVIT (*v.* 448) ruit significat cadit irruit festinat siue dissipat *T* ‖ 30 ARMA M. T. P. *s. v.* festini uel metuentes. et praeter uocem gestum etiam flagitantium expressit *T*

pressit, nec est superfluum 'manu', ut quidam volunt. FREMIT ARMA IVVENTVS *expetit: et absolute, id est* hoc fremebant 'arma arma'. et militaris vox est.

454. MVSSANT modo 'queruntur'.

455. DISSENSV VARIO alii enim Turni dicta, alii Drancis probabant.

457. PISCOSOVE AMNE PADVSAE Padusa pars est Padi: nam Padus licet unus sit fluvius, habet tamen fluenta plurima, e quibus est Padusa, quae quibusdam locis facit paludem, quae plena est cycnorum. *alii Padum tribus fontibus nasci dicunt, ex quibus uni sit vocabulum Padusa: qui diffusus in modum stagni in amnem digeritur; nam ideo 'per stagna loquacia.' alii partem fluminis Padi, in quam descenditur fossa: Valgius in elegis et placidam fossae qua iungunt ora Padusam navigat Alpini flumina magna Padi. ceterum illud incongruum est Padusam feminino genere iuxta veteres Padum dictum: Titinius in Setina vidistin Tiberim? vidi: qui illam derivet, beaverit agrum Setinum.*

458. STAGNA LOQVACIA hypallage: in quibus habitant cycni loquaces. 'rauci' autem τῶν μέσων est: nam modo canoros significat, alias vocis pessimae: Iuvenalis ⟨I 2⟩ rauci Theseide Cordi: sicut 'venenum' et de bono et de malo dicitur, ut 'odor' et bonus et malus vocatur.

459. ARREPTO TEMPORE *hic* inventa oportunitate, *id est occasione.*

460. *COGITE CONCILIVM Drancis vitium omnibus exprobrat, quod belli tempore in curiam conveniant, ut ⟨378⟩ larga quidem semper Drance tibi copia fandi tum cum bella manus poscunt.* SEDENTES pigri, ut inmunisque sedens aliena ad pabula fucus: *vel 'sedentes' invidiose, ut ⟨XII 15⟩ sedeant spectentque Latini.*

---

10 alii Padum . . . digeritur] cf. Isid. or. XIII 21, 26 ‖ 13 Valgius in elegis] cf. Teuffel G. d. r. L. § 241, 2 ‖ 16 Titinius in Setina] fragm. XI Ribb. p. 129 ‖ 27 inmunisque] georg. IV 244

---

2 hoc *om. AS* ‖ fremebat *AS* (fremebant *a*) ‖ arma arma *HM: alterum* arma *om. reliqui. cf. Burmanni adnot.* ‖ 5 turni et alii drancis dicta *M* ‖ Turni dicta] tumidi *H* ‖ probant *H* ‖ 7 PADVS *F* ‖ Padi] dicta *R* ‖ 8 unius *F* ‖ plurime quibus quae est *H* ‖ 9 quae quibusdam *F*: et quibusdam *R*, quae *om. reliqui. possis et* e quibus quae est Padusa quibusdam *e. q. s.* ‖ qua *F* ‖ 10 cygnorum *ASF* escarum *RH* cignerum *M* ‖ *ad v.* 457 quidam dicunt padum tribus fontibus nasci e quibus unus habet uocabulum padusa qui . . . loquacia *T* ‖ uni sit *F*: sumpsit *Daniel* ‖ 11 in amnem digeritur] amnem sinu dirigit *Isidorus* ‖ 12 nam ideo dicit *T* ‖ alii . . . Padi] *scil. volunt esse Padusam* ‖ discenditur *F* ‖ 13 forsa *G* ‖ uulgius *F, corr. Daniel* ‖ 14 padusama uigat *G* ‖ 15 padusan *F* ‖ 16 sentina *F* ‖ uidistiin tiberini *F* ‖ 17 diriuet *F* ‖ sentinum *F* ‖ 18 ΥΠΑΛΛΑΓΗ *AS* ypallage *R: om. reliqui* ‖ 20 uoces pessimas *MF* ‖ rauci] et rauci *AS* reuici *F* ‖ teretde *H* ‖ codri *M* ‖ 21 ut *om. HM* ‖ 24 *ad v.* 460 Drancis . . . conuenerint (*sic*) *T* ‖ exprobat *T* ‖ 27 *ad* SEDENTES *s. v.* pigri uel inuidiose dicit ut . . . latini *T*

463. ARMARI EDICE figura est, dic ut armentur: *verbum verbo iunxit, ut* ⟨I 79⟩ *tu das epulis accumbere divum.* 'edice' autem plenus est imperativus; nam ab omnium coniugationum infinito detracta 're' ultima syllaba fit imperativus, ut 'amare ama', 'docere doce', 'legere lege', 'audire audi'. cum autem 'fac' vel 'dic' dicimus, apocopen verba patiuntur *ex 'face' 'dice'. conposuit 'edice'. expressa autem festinantis oratio, quia Turnum non praedixit locuturum.* MANIPLIS ars quidem exigebat ut 'ma' haberet accentum: 'ni' enim longa quidem est, sed ex muta et liquida: quod quotiens fit, tertia *syllaba* a fine sortitur accentum, ut 'latebrae' 'tenebrae'. tamen in hoc sermone ut secunda a fine accentum habeat usus obtinuit. MANIPLIS signiferis, qui secundum antiquum morem in legione erant triginta: legio autem habebat decem cohortes, sexaginta centurias, licet in his rebus accessu temporis ducum varietas semper mutaverit militiae disciplinam.

464. EQVITEM MESSAPVS IN ARMIS ET CVM FRATRE CORAS LATIS DIFFVNDITE CAMPIS 'equitem in armis', id est armatum; nam figura est. 'Messapus' autem ut diceret, vitavit ὁμοιοτέλευτον: nam vitiosum erat 'Voluse' 'edice' 'Messape'. ergo 'Messapus' aut antiquus vocativus est, ut ⟨VIII 77⟩ Hesperidum fluvius regnator aquarum, item ⟨XII 192⟩ socer arma Latinus habeto: aut certe nominativus est pro vocativo. quamquam possit etiam nominativus esse, ut sit 'Messapus et Coras equitem diffundite' pro 'diffundant': melior tamen est sensus superior.

465. CVM FRATRE CORAS scilicet Catillo, nam legimus ⟨VII 672⟩ Catillusque acerque Coras, Argiva iuventus.

467. QVA IVSSO pro 'qua iussero': et est antiquum.

---

2 edice autem . . . patiuntur] cf. Don. ad Ter. Adelph. III 4, 36 || 27 QVA . . . antiquum] cf. Sen. ep. VI 6, 4

---

1 figurate dicit ut armentur *R* || dic] dicta *H* edic *F* edicere *G* || armentum *F* || 3 nam in omnium coniugationum uerbis infinito modo detrahe ultimam syllabam et facit imperatiuus *F* || 4 're' ultima] *om. HM* || 6 ex] et *G* || conposuit *F* nonposuit *G* cum posuit *Daniel. fort.* conpositum est || expressa] expressit expresso *F* expressit expressa *Daniel* (expressit *del. Masvicius*) || 7 autem *om. Masvicius* || quia *scripsi*: qua *F* || 8 exiebat *HF* || ni] nos *F* || enim *om. RHM* || 9 sit *AS* || 12 MANIPLIS . . . disciplinam *om. F* || 13 habebat *om. R* || cohortes decem *AS* (duodecim *a*) septem cohortes *RM* VIII cohortes *H* || sexaginta] uel quadraginta *superscr. a* || centuria *AS* (*corr. a*) || 18 Messapus . . . ὁμοιοτέλευτον] *fortasse inter* diceret *et* vitavit *quaedam interciderunt, veluti* metri necessitas fecit et, *ut scribatur* M. a. u. d. metri necessitas fecit. et v. ὁ. *possis et* 'Messapus' autem dicendo vitavit || 19 uolupe *F* || 22 uocatiuo ut quamquam *F* || 23 diffundite pro *om. F* || 24 sensus est *ASF* || 25 cum catillo *ASR* || catilo *H* catoli *F* || 26 catilusque *H* catiluque *F* || 27 pro *om. ASF*

468. ILICET confestim, ilico: quod ne diceret, metri necessitas fecit; nam 'ilico' dicimus.

469. MAGNA INCEPTA quia de pace cogitabat, quae inpleri non potuit.

471. MVLTAQVE SE INCVSAT pro 'multum'. et est Graeca figura.

472. GENERVMQVE ADSCIVERIT VRBI *id est* propter urbem, *quantum de praesentibus rebus colligebatur:* Lucanus de Catone ⟨II 388⟩ urbi pater est, urbique maritus. gener autem ideo dicitur, quia ad augendum genus adhibetur.

473. PRAEFODIVNT ALII PORTAS id est ante portas fossas faciunt: *hoc enim est quod supra dixit* ⟨466⟩ *pars aditus urbis firment:* quae res nimiam indicat desperationem.

474. BELLO DAT SIGNVM RAVCA CRVENTVM BVCINA bene 'bello dat'; nam bucina insonans sollicitudinem ad bella denuntiat: sic in septimo ⟨519⟩ qua bucina signum dira dedit. proelium autem tubae indicant, ut ⟨IX 501⟩ at tuba terribilem sonitum procul aere canoro increpuit.

476. *MATRONAE nunc feminae. quidam sane arbitrantur inter matronam et matremfamilias hoc interesse, quod matrona dicatur primi pueri mater, materfamilias quae plures peperit. alii hoc putant rectius, matronam dici quae in matrimonium cum viro convenerit et in eo matrimonio manserit, etiam si liberi nondum fuerint: dictam matris nomine, spe atque omine, unde et matrimonium dictum. matrem vero familias eam esse, quae in mariti manu manicipioque, aut in cuius maritus manu mancipioque esset, quoniam in familiam quoque mariti et sui heredis locum venisset? alii matronas virgines nobiles dicunt, matresfamilias vero illas quae in matrimonium per coemptionem convenerunt: nam per quandam iuris solemnitatem in familiam migrant mariti.*

---

1 ILICET . . . dicimus] cf. Charis p. 200, 27 K. ‖ 14 nam bucina . . . increpuit] exscr. Isid. or. XVIII 4, 4. cf. diff. verb. 77 ‖ 18 quidam sane arbitrantur e. q. s.] cf. Gell. XVIII 6, Isid. diff. verb. 373, or. IX 5, 8 et 7, 13

---

1 quod indiceret *F* ‖ 3 implere *R* inpeliri *F* ‖ 6 ASCIVERIT *R* ASSCIVERIT *M* ‖ urbi propter urbem *R* ‖ 11 dixerit *F* ‖ urbis] uobis *F* ‖ 12 indicabat *F* ‖ 13 bene addidit bello *F* ‖ 14 dat *om. AS* ‖ nam et propter hoc bucina *F* ‖ sonans *AS* ‖ ad bella *ASRFIsidorus*: ac bella *HM* ‖ 18 nunc feminae . . . in familiam migrant mariti *hab. T* ‖ sane *om. T* ‖ 19 dicitur *T* ‖ primi *T*: prima *F* ‖ 20 rectius putant *T* ‖ retius *G* ‖ 22 permanserit *T* ‖ matri *G* ‖ 23 omne *F* ‖ 24 esse eam *T* ‖ mancipioque] est *add. Isidorus diff.* ‖ aut . . . mancipioque *om. G* ‖ aut in eius in cuius maritus *e Gellio Masvicius* ‖ 25 maritus . . . esset] manus maritus mancipiumque esset *T* ‖ quoniam in mariti quoque familia *T* ‖ quoniam] quomodo *F* ‖ familia *F* ‖ 26 heredis *T et Isidorus*: heredes *F*, locum *e Gellio addidit Masvicius* ‖ matrimonias *G* ‖ nubiles *Isidorus* ‖ dici *T* ‖ 27 vero illas *om. T* ‖ coepcionem *G* ‖ uenerunt *T* ‖ 28 migant *F* mignat *G* ‖ mariti] inter matrem uero et matrem familias hoc interest (quod mater est *add. Masvicius*) praeter illam significationem quae est ad aliquid quae tantum conuenit

VOCAT LABOR VLTIMVS OMNES omnes ad laborem ultima necessitas convocat. *alii 'ultimus' hypallagen volunt esse pro 'ultimis'.*

477. NEC NON AD TEMPLVM secundum Homerum, qui inducit in summa desperatione matres ad templa concurrere, ut victoria, quae non potest viribus, possit deorum favore conquiri.

478. SVBVEHITVR proprie: matronae enim pilentis vehebantur ad templa pergentes, ut ⟨VIII 666⟩ pilentis matres in mollibus. *MAGNA MATRVM deest 'cum', non enim caterva subvehitur.*

479. DONA FERENS peplum scilicet, sicut dixit in primo ⟨480⟩, unde id omisit hoc loco.

480. *MALI TANTI pro 'malorum tantorum'.* OCVLOS DEIECTA DECOROS *deorsum habens. et sic ait 'deiecta oculos'*, sicut ⟨I 22⟩ oculos suffusa nitentes.

481. *SVCCEDVNT MATRES pro 'intrant'. et est ordo: succedunt matres templum ture vaporant.*

482. DE LIMINE ad preces festinantium mulierum ostenditur desiderium.

483. ARMIPOTENS PRAESES BELLI TRITONIA VIRGO antonomasiva sunt pro proprio. haec autem omnis oratio verbum ad verbum de Homero translata est. 'praeses' autem 'belli', id est quae praeest omnibus bellis, cuius nutu semper bella tractantur. *sane qui 'praesens' legunt, quasi praestans in bellis intellegunt; qui 'praeses' sine n littera, quasi quae praesideat rei. sic praesides dii urbis appellantur. cuius genetivus 'praesidis' facit.*

484. FRANGE MANV TELVM aut tua manu, aut in eius manu tela confringe: Homerus ἆξον δὴ ἔγχος Διομήδεος.

---

26 Homerus] Il. VI 306

---

in matrimonium quod alii matrifamilias sicut hoc loco dictum est applicauerunt *add. F, quibus Masvicius haec adiecit* materfamilias vero quae convenit, ut iam diximus, per coemptionem: *quae additamenta non recepi quia e Serviano ad v.* 581 *scholio exscripta sunt* ‖ 2 ultimas ypallagem *F* ‖ ultimos *Masvicius* ‖ 5 conquiri] sic enim monet helenus (*Il.* VI 86) Ἕκτορ . . . ἐπὶ γούνασιν ἠυκόμοιο *add. D* ‖ 7 ut pilentis *om. F* ‖ pilentis] uehebantur *add. HM* ‖ 8 *ad* MAGNA *s. v.* scilicet cum *T* ‖ 9 diximus *R* ‖ 10 unde id] ideo *M* ‖ dimisit *HM* ‖ loco] nam homeri locus est hecuba peplum ferente (*Il.* VI 287) ταὶ δ' ἄρ' ἀόλλισαν . . . ἔργα γυναικῶν et paulo post (293) τῶν ἕν' ἀειραμένη . . . ἠδὲ μέγιστος *add. D* ‖ 12 *ad* DEIECTA *s. v.* deorsum habens *T* ‖ 13 effusa *R* suffossa *F* ‖ 14 *ad* SVCCEDVNT *s. v.* intrant *T* ‖ intrantes est ordo *F, corr. Masvicius* ‖ 15 et templum *Commelinus* ‖ 16 ostendit *F* ‖ 18 duo antonomasiua *R* | 19 pro *om. RHF* ‖ proprie *H* ‖ uero ad uerbo *F* ‖ 20 translata est] (*Il.* VI 305) πότνι' Ἀθηναίη, ἐρυσίπτολι, δῖα θεάων *add. D* ‖ praesens *F* ‖ praees *M* potest *F* ‖ 21 *ad v.* 483 praeses quasi praesideat rei unde et praesides urbis appellantur *T* ‖ 22 praestans] praesens *coni. Ribbeckius* ‖ praeses sine n *Masvicius*: p̄essint. u. *F* praesens .u. *G* praeses sine n ou N *Daniel* ‖ 23 rei] bellicae *addendum esse coni. Ribbeckius* ‖ 24 facti *G*

485. PRONVM STERNE SOLO Homerus *πρηνέα δὸς πεσέειν.* PORTISQVE EFFVNDE SVB ALTIS Homerus *Σκαιῶν προπάροιθε πυλάων.* bene autem sub ipsis portis, quasi ad quas festinabat Aeneas: unde est et illud ⟨473⟩ praefodiunt alii portas.

486. CINGITVR IPSE FVRENS CERTATIM IN PROELIA TVRNVS oeconomia omnis haec est: nam Turnus ideo cum mora armatur et intecto capite circa arcem incedens admonet singulos, ut et a Lavinia possit videri, et ut sit maior causa dimicandi, dum sponsae placere contendit. *alii 'cingitur' propere armatur accipiunt: nam ait et 'surasque incluserat auro', et 'certatim' pro festinanter. 'cingitur' ergo accingitur: nam et Terentius de futura contentione ait accingere, et 'procinctus' appellatur.* 'furens' amore Laviniae, quam videbat: quod etiam sequens indicat comparatio; nam dicturus est ⟨494⟩ aut ille in pastus armentaque tendit equarum. 'cingitur in proelia' *id est* ut proeliari posset, ut si dicas 'legor in advocationem', id est ut advocatus esse possim.

487. IAMQVE ADEO aut vacat 'adeo': aut certe 'sic' significat, ut sit sensus: 'adeo', sic praeparatur in proelia, ut iam universa praeter galeam arma portaret. THORACA INDVTVS omnia quae in 'ax' exeunt Graeca masculina in obliquis casibus 'a' producunt, ut 'thorax thoracis', 'pinax pinacis': nam feminina corripiunt, ut 'climax climacis', sed ad Latinum non transeunt. phalanx vero et aliter exit, et peregrinum est etiam apud Graecos.

489. *TEMPORA NVDVS ADHVC quod sine galea. prooeconomia est, quia mox Camillam adloquitur, et ut hortans et incendens ceteros facilius nosceretur.*

490. ALTA DECVRRENS AVREVS ARCE illic enim et Amata fuerat, et Lavinia.

491. SPE IAM PRAECIPIT HOSTEM mente praeoccupat hostis adventum, *ut* ⟨VI 105⟩ *omnia praecepi.*

---

11 Terentius] Phorm. II 2, 4 ‖ 29 PRAECIPIT mente praeoccupat] cf. Non. p. 372, 12 M.

---

4 illud *om. F* ‖ 6 intecto] integro *F* ‖ 7 aram *R* arce *H* ‖ amouet *H* ‖ 9 *s. v.* 486 quidam cingitur propere armatur intellegunt siue accingitur certatim id est festinanter uelociter *T* ‖ suras *F* ‖ 11 derentius *F* ‖ contentionē *G* ‖ 12 procintus *G* ‖ 15 possit *MF* ‖ ac si *AS* ‖ lego *libri, correxi* ‖ 17 aut certe] certe adeo *AS* ‖ sic *ante* significat *om. HM* ‖ 18 adeo *fortasse secludendum* ‖ ut etiam *M* ‖ 19 quae *del. s* ‖ in x *AS*, exeunt *omittentes* ‖ in ax] ita *F* ‖ 20 ut *om. HM* ‖ 22 in latinum *F* ‖ non *om. RH* ‖ 23 etiam] ut etiam *R* ‖ 24 *ad* TEMPORA N. A. *s. v.* sine galea. et est prooeconomia quia . . . nosceretur *T* ‖ praeconomia *F* ‖ 25 hortans *T*: ortans *F* orans *Daniel* ‖ intendens *T* ‖ 28 Lavinia] homerus (*Il.* XIX 369) *κνημῖδας μὲν πρῶτα . . . ἠύτε μήνης add. D*

492. QVALIS VBI ABRVPTIS FVGIT PRAESEPIA VINCLIS etiam haec comparatio Homeri est, verbum ad verbum translata.

493. POTITVS venit ab eo quod est 'potior potiris': nam ⟨IV 217⟩ subnixus rapto potitur, *venit* ab eo quod est 'potior poteris': nam, ut etiam supra ⟨III 56⟩ diximus, verbum hoc modo tertiae, modo quartae invenitur esse coniugationis.

495. *AVT ADSVETVS AQVAE figurate 'aquae adsuetus': aut 'aquae flumine perfundi, adsuetus'.*

496. ARRECTISQVE FREMIT CERVICIBVS ALTE 'alte arrectis cervicibus fremit', non 'alte fremit', aut 'alte luxurians'. *quidam sane 'cervicibus' plurali numero secundum veteres dictum volunt, et Hortensium primum singulari numero 'cervicem', unde Ciceronem cerviculam illum iactaturum tradunt dixisse.*

500. *DESILVIT hoc ad Turni honorem refertur: quattuor namque erant apud Romanos quae ad honorificentiam pertinebant: equo desilire, caput aperire, via decedere, adsurgere. hoc etiam praecones praeeuntes magistratus clamare dicebantur. COHORS pro 'turma': nam equitum turmae, peditum cohortes appellantur.*

501. AD TERRAM DEFLVXIT dicendo 'defluxit' *uno verbo absolvit desilientem equis multitudinem: et vel celeritatem, vel* artem et quandam moderationem *ac facilitatem* descendendi significavit, quae est etiam in ascendendo apud huius rei peritos.

502. SVI MERITO SI QVA EST FIDVCIA FORTI si unusquisque fortis habet aliquam confidentiam ex conscientia fortitudinis suae, et ego audere non dubito. 'forti' autem bene dixit: nam 'fortis' communis est generis. haec autem hoc vult dicere, non sexum con-

---

10 quidam sane . . . dixisse] cf. Isid. or. XI 1, 61 || 12 Ciceronem] in Verr. act. II 3, 19, 49

---

1 et haec *F* || 2 uerbum ad uerba *F* || translata] (*Il.* VI 506) ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος . . . καὶ νομὸν ἵππων *add. D* || 3 nam . . . poteris *om. HM* || 4 subnixos *F* || potiris *F* || *ad* TANDEM (*v.* 493) uix siue cum labore *T* || 7 *ad* AQVAE P. F. N. *s. v.* aut figurate assuetus aquae aut aquae perfundi flumine noto assuetus *T* || figurata eaquae *F* || aut *om. F. fuisse videntur qui 'adsuetus aquae' ab insequentibus separarent, 'perfundi flumine noto' ad 'emicat' referrent.* || 9 ARRECTVSQVE *AS* || 10 non] haud *AS* || fremit aut alte *om. AS* || luxuriat *R* luxurias *H* || 12 singuli *G* || ceruiculum *F* || *ad* LVDVNTQVE (*v.* 497) aut ludunt id est mouentur aut lusum quendam imitantur *T* || 14 hoc ad Turni . . . dicebantur *hab. T* || 15 apud romanos erant *T* || erunt *F* || ad] ab *F* || pertinebat *G* || 16 capud *F* || decidere *F* || hoc] bo *G* || 17 magistraturus *G* || *ad v.* 500 cohors id est turma . . . appellantur. turma autem XXXVI equites antiquitus dicebantur *T* || num *F* || 19 adfluxit *H* defulxit *M* || *ad* DEFLVXIT *s. v.* hoc uerbo celeritatem expressit uel quandam artem descendendi *T* || 20 disilientem etquis *F* || 21 felicitatem *F, corr. Daniel* || descendi *ASR* (*corr. s*) decendentibus *H* descendens *F* || 22 in *om. F* || rei *om. F* || 23 unus quis *AS* || 24 fortis *om. F* || 26 haec] hic *R, fortasse recte*

siderandum esse, sed robur. *et est ordo 'o Turne, audeo occurrere turmae'.*

503. OCCVRRERE TVRMAE equitatui: nam partem pro toto posuit. *Varro turmam triginta sex equites posuit.*

506. *TV PEDES AD MVROS SVBSISTE bene Camillae gloria augetur, ut, cum eam faciat adversum hostes cuncta promittere quae faciunt viri fortes, etiam Turno murorum custodiam inducat mandantem.*

507. *OCVLOS HORRENDA IN VIRGINE FIXVS figurate: vel oculos figens, vel fixos habens. 'horrenda' autem pro 'admirabilis'; alioqui hostibus horrenda.*

508. QVAS DICERE GRATES *pro 'quantas', pronomen pro nomine. et* secundum rhetoricam disciplinam dicit se verba invenire non posse, quibus eius exprimat laudes, cum dixerit 'o decus Italiae, *virgo'*: sic alibi ⟨125⟩ quibus caelo te laudibus aequem? cum praemiserit o fama ingens, ingentior armis vir Troiane.

509. SED NVNC ordo est 'sed nunc mecum partire laborem': nam per parenthesin dictum est 'quando iste animus est supra omnia', id est siquidem es magnanima, *aut supra omnes grates et supra omne praemium quod referri potest.* 'partire' autem ideo, quia illa dixerat 'solaque Tyrrhenos equites ire obvia contra'.

511. *AENEAS VT FAMA FIDEM oeconomia: educuntur hinc duces, ut servata eorum honestate fortitudo virginis possit induci; alioqui indecens fuerat praesentibus Turno et Aenea.*

513. QVATERENT CAMPOS ad camporum perturbationem.

515. FVRTA PARO BELLI insidias: Sallustius gens ad furta belli peridonea.

516. BIVIAS FAVCES fauces dicuntur itinera inter duos montes locata, angusta et pervia: dicta a faucium similitudine.

517. CONLATIS EXCIPE SIGNIS coniunctis ducibus quos comme-

---

25 Sallustius] hist. I 86 D. et Kr. || 27 fauces dicuntur . . . similitudine] exscr. Isid. or. XIV 8, 26

---

1 robore testorio turne *F*, *corr. Daniel* || 4 turnam *F*. *ceterum cf. quae ex Turonensi ad v.* 500 *exscripsi* || 5 Camillae *scripsi*: ex mille *F* ex muliere *Daniel* || 6 qua *F* || 8 *ad* OCVLOS H. I. V. F. *s. v.* figurate . . . habens. horrenda admirabili alioqui horrenda scilicet hostibus terribili *T* || 11 *ad* QVAS *s. v.* quantas, *ad* DICERE *s. v.* dicere pro praesentibus beneficiis *T* || pro pronomine *F*, *corr. Burmannus* || 12 se *om. AS* || 13 exprimit *M* || 18 omnia] praemium *add. F*, *delevit Masvicius* || magnanima] magna *RH* || aut *ego*: ut *F* || grates] gentes *G* || *ad* REFERRE *s. v.* referre pro praeteritis, *ad* QVANDO *s. v.* siquidem, *ad v.* 510 supra omnia id est magnanima es. siue super omnes grates siue supra . . . potest *T* || 20 ille *HF* || 21 *s. v.* 511 bona oeconomia educuntur . . . aenea *T* || educuntur hinc] *i. e. a ceteris seiunguntur* || 22 induci] agnosci *T* || alioquin *G* || 25 gens] agens *RH* || futura *H* || 28 locata] loca *R* locata et *H* || 29 *ad* CONLATIS E. S. *s. v.* sic dicebatur . . . esset *T*

moraturus est. *sic autem dicebatur a Romanis, quotiens acie dimicatum esset.*

518. *TECVM ACER MESSAPVS ERIT ingenti honore 'tecum' dixit, hoc est non tu illi adiuncta eris, sed ille tibi.*

519. TIBVRNIQVE MANVS Catillus et Coras. DVCIS ET TV CONCIPE CVRAM sicut ego: nam non dicit, sicut Messapus aut alii, ne ei facere videatur iniuriam. 'concipe' autem *vel* simul cum illis sume; *vel mecum cape, quia ille dixerat 'mecum partire laborem':* 'con' enim coniunctiva particula est: unde et 'convocari' de pluribus dicimus.

522. VALLES metri necessitate conpellimur ut 'vallis' dicamus: Statius vallis in amplexu nemorum sedet: nam plenum est 'valles', sicut nunc Vergilius posuit. quod ita esse diminutio indicat: nam 'vallecula' dicitur, sicut 'turrim' dici debere 'turricula' indicat, 'vulpes' 'vulpecula' facit: Horatius moveat vulpecula risum. ergo in 'es' vel in 'is' quando usurpative, quando naturaliter exeant nomina, sola diminutio indicat. ea autem quae in 'es' exeunt, longa sunt omnia, si in genetivo non crescant, ut 'labes' 'valles' 'vulpes': nam si crescant, brevia sunt, ut 'miles militis'.

523. *DENSIS FRONDIBVS ATRVM utrum 'densis frondibus urget', an 'densis frontibus atrum'?*

524. QVO SEMITA DVCIT legitur et 'qua'.

525. ADITVSQVE MALIGNI proprie 'obscuri', ut ⟨VI 270⟩ sub luce maligna.

527. IGNOTA *vel infrequentata; vel 'ignota'*, scilicet Aeneae: nam de Turno dicturus est 'huc iuvenis nota fertur regione viarum'. TVTIQVE RECEPTVS male quidam 'recessus' legunt: nam 'receptus' dicitur, quo se tuto exercitus recipit: unde et signa 'receptui canere' dicuntur.

528. SEV DEXTRA LAEVAQVE VELIS OCCVRRERE PVGNAE sive

12 Statius] Theb. VI 256 || 15 Horatius] ep. I 3, 19. cf. I 7, 29 || 27 receptus dicitur . . . dicuntur] exscr. Isid. or. XVIII 4, 4

1 dimicandum *T* || 3 *schol. ad v.* 518 *hab. T* || dicit tecum id est *T* || 4 coniuncta *T* || 5 TIBVRNIQVE *RF* TYBVRNIQVE *ASH* TIBVRTIQVE *M*. *cf. ad* VII 670 || catilus *HF* || Coras] ceteras *F* || 8 sume *om. RH* || 9 nam con *R* nam (*sine* con) *AS* || coniunctiva] continua *H* || 12 nam . . . ita esse *om. AS* || 14 uallicula *F* || sicut . . . indicat *om. HM, fortasse recte* || turriculam *F* || 15 ut uulpes *M* || ueilpicula *R* || 16 usurpatione *F* || 17 es *om. F* || 18 crescunt *F* || 20 *ad* DENSIS F. A. *s. v.* utrumque potest accipi siue densis frondibus atrum siue densis frondibus urget *T* || 22 QVA *et* quo *AS* || 25 *ad* IGNOTA *s. v.* ignorata infrequentata scilicet aeneae, *in marg.* iacet id est porrigitur dilatatur *T* || 27 male . . . recipit *om. H* || quidem *M* || legunt] non receptus *add. AS* || 28 tuto *R*: tutus *AS* cito *M* cuto *F*

per valles, sive per montis radices: incertum est enim qua sit venturus Aeneas. *'velis' autem pro 'si quis velit'.*

529. *INSTARE IVGIS ut* ⟨VIII 693⟩ *turritis puppibus instant.*

531. ARRIPVITQVE LOCVM raptim tenuit. INSEDIT proprie: nam 'insidere' est dolose aliquem exspectare: unde et insidiae nominatae sunt. *INIQVIS intellegendum 'hosti': vel inaequalibus.*

532. VELOCEM INTEREA licet 'interea' particula negotia semper praeteritis futura coniungat, tamen abruptus est et vituperabilis transitus. habet autem tales transitus et in superioribus libris et in sequenti praecipue, ubi Iuppiter appellat Iunonem. OPIM 'Opim' quando dicimus, nympham significamus; si autem dicamus 'opem', auxilium intellegimus: Terentius Iuno Lucina fer opem; serva me, obsecro; 'opes' vero numero plurali censum accipimus: nam 'Ops' Terra est, uxor Saturni, quam Graeci Rheam vocant. *sane hoc nomen ipsius Dianae fuisse, ab Ephesiis dedicato templo ei inpositum, Alexander Aetolus, poeta, in libro qui inscribitur Musae, refert: quod hoc loco peritissimus antiquitatis poeta sociae eius inposuit. quidam dicunt Opim et Hecaergen primas ex Hyperboreis sacra in insulam Delum occultata in fascibus mergitum pertulisse. alii putant Opim et Hecaergon nutritores Apollinis et Dianae fuisse: hinc itaque Opim ipsam Dianam cognominatam, quod supra dictum est, Apollinem vero Hecaergon; vel quod †proxima luna quae Diana terris facile conspiciat quoniam uita i uocali ecaergas sola* ΤΟ ΤΟΥ ΚΔΕΝΙΙΕCΤΙ ΜΕΚΡΟΜΕΝ

---

5 nam insidere . . . nominatae sunt] exscr. Isid. or. X 151 ‖ 12 Terentius] Andr. III 1, 15 ‖ 14 sane hoc nomen e. q. s.] cf. Macrob. Sat. V 22, 2 sqq.

---

2 *ad* VELIS *s. v.* pro uelit quis *T* ‖ 3 turriti *F* ‖ 5 nam sedere est dolere *F* ‖ 6 *ad* INIQVIS *s. v.* uel hosti iniquis uel inequalibus *T* ‖ 7 *malim* negotiis ‖ 8 abruptus] abusus *H* ‖ 9 habet . . . transitus *om. F* ‖ 10 opin *H* ‖ 11 si . . . opem *om. H* ‖ dicimus *R* ‖ 12 auxilium *om. M* ‖ intellegamus *F* ‖ fert *F* ‖ serva me obsecro *om. ASF* ‖ 13 census *RHM* ‖ accepimus *AS* ‖ 14 geam *R* ream *M* reim *F* ‖ *ad v.* 532 hoc nomen . . . imposuit *T* ‖ 15 ab] abest *F* ‖ dedicata *F* ‖ 17 hic loco *F, om. T* ‖ socia *F* ‖ 18 Opim et Hecaergen primas *Salmasius Plin. exercit. p.* 147: metica ergen primos *F* opimetica ergea primos *Daniel* ‖ hyberboreis *F* ‖ 19 Delum *ego*: delbi *F* Deli *Salmasius* ‖ opimetaca ergon *F* opimeteca ergō *Daniel* ‖ 20 hinc itaque hinc opim *F, alterum* hinc *del. Daniel* ‖ 21 cognominatum *F* ‖ 22 ecaergon *F* ‖ uel quod . . . adducatus] *dedi quod F exhibet.* vel quod Luna, quae Diana, proxima terris conspiciat omnia: ita uocatur Hecaergos Sol *ἀπὸ τοῦ ἐνεργεῖν* (*ἀπὸ τοῦ ἑκὰς εἴργειν τουτέστι μακρόθεν Masvicius*) hoc est e longinquo *Salmasius ad inscript. Herodis Attici p.* 17, vel quod proxima luna quae est Diana e terris facile conspiciatur Opim *ἀπὸ τοῦ ὄψεσθαι* vocari Hecaergon Solem *ἀπὸ τοῦ καίειν ἐκ τοῦ ἕκαθεν* hoc est e longinquo *coni. Hagenus. fortasse* vel quod Luna, quae Diana, proxima terris facile conspiciat hominum uitam, vocatam Opim *ἀπὸ τῆς ὄπιδος* (*cf. Welcker Griech. Götterl.* II *p.* 394) contra vocatur Hecaergos Sol *ἀπὸ τοῦ ἕκαθεν* id est *μακρόθεν* hoc est e longinquo. *pro iis quae sequuntur Masvicius haec edidit* alii dicunt a Latona conceptos non educatos. *malim* a. d. a Latona Hecaergon et Opim aduocatas.

hoc e longinquo. alii a latone caeptos non adducatus: et ideo poetam Triviae custodem Opim induxisse.

534. TRISTES VOCES habitum futurae orationis ostendit.

535. ORE DABAT pleonasmos. BELLVM AD CRVDELE CAMILLA uno verbo exitum rei docuit.

536. *O VIRGO quidam ad Camillam referunt, quia ineptum putant praesenti Opi dicere 'o virgo'. 'o' autem interiectio est.* NOSTRIS NEQVIQVAM CINGITVR ARMIS 'nostris' quibus utraque gaudemus: ut etiam ipsa habeat causam doloris et maioris iracundiae. *et 'cingitur' nolunt quidam esse passivum: neque enim ab alio cingitur: sed ita, quemadmodum dictum est* ⟨II 722⟩ *fulvique insternor pelle leonis.*

537. *CARA MIHI ANTE ALIAS ante omnes cara, omnium carissima, ut* ⟨III 321⟩ *o felix una ante alias.* NEQVE ENIM NOVVS ISTE DIANAE VENIT AMOR firmiores enim sunt antiquiores amicitiae: Terentius per amicitiam, quae coepta a parvulis cum aetate adcrevit simul, Iuvenalis ⟨VI 214⟩ ille excludatur amicus iam senior, cuius barbam tua ianua vidit.

539. PVLSVS OB INVIDIAM scilicet crudelitatis; nam sequitur ⟨568⟩ neque ipse manus feritate dedisset. *VIRESQVE SVPERBAS quibus superbe [viribus] utebatur.*

540. ANTIQVA nobili urbe; nam 'hoc Privernum' dicitur. *METABVS nomen sumptum de historia: Metabus enim fuit dux Graeci agminis, qui iuxta Hadriaticum mare urbem Metapontum condidit.*

543. *NOMINE CASMILLAE Statius Tullianus de vocabulis rerum libro primo ait dixisse Callimachum apud Tuscos Camillum appellari Mercurium, quo vocabulo significant deorum praeministrum, unde Vergilius*

---

14 Terentius] Andr. III 3, 6 || 24 Statius Tullianus e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 8, 5 sqq.; Varro d. l. l. VII 34

---

2 Triviae *Daniel*: triuia *F* || 6 *s. v.* 536 quidam uirgo ad camillam referunt . . . interiectio est *T* || 7 dicere *T*: duceret *F* || o virgo *om. T* || o *ante* autem *omisit Daniel* || autem] in loco hoc *add. T* || 8 nostris *om. AS* || utraque *HM*: utrumque *AS* utrique *R* utreque *F* || ut] uel *F* || 9 etiam] iam *AS* etiam et *F* || ipsā *R* ipse *F* || habeā *R* || *ad v.* 536 *in marg.* quidam cingitur nolunt . . . leonis *T* || 10 enim *om. T* || 11 quemadmodum dictum est *om. F* || felle *F* || 12 *ad* ANTE A. *s. v.* id est ante omnes et omnium carissima *T* || 15 coepta *RM*: tuepta *H* incepti *AS* incepta *F* || 16 accreuit *A* acreuit *S* decreuit *H* || simul *ASF*: similiter *RHM* (adcrevit. similiter Iuvenalis *distinxit Stephanus*) || amicum *HM* || 17 barba *F* || 19 neque] enim *add. F* || *ad* VIRESQVE s. *s. v.* quibus superbe utebatur *T* || 22 *ad* METABVS *s. v.* nomen . . . condidit *T* || sumptum] tractum *T* || Metabus] hic *T* || fuit] fant *F* || 23 urbem *om. T* || 24 Statius Tullianus . . . praeministros *hab. T* || uocabilis *G* || ait libro primo *T* || in libro *G* || 25 ait] aut *G* || ca///llamachum (m *videtur radendo deletum, alterum* a *in* i *mutavit ead. man.*) *T* callimadium *F* || apud tuscos *T*: apud dios quos *F* apudios quos *G*. Tuscos *om. Daniel* || camillam appellari *F* appellari camillam *T, emendavit Commelinus* || mercuriū̃ *G* || 26 significant *Macrobius*: significatur *FT* || ideorum *F* || priministrum *G* ministrum *Daniel* || uergilius *F*

bene ait Metabum Camillam appellasse filiam, scilicet Dianae ministram: nam et Pacuvius in Medea cum de Medea loqueretur caelitum camilla exspectata advenis, salve hospita. Romani quoque pueros et puellas nobiles et investes camillos et camillas appellabant, flaminicarum et flaminum praeministros.

544. IVGA LONGA *id est* longe posita, remotiora: Sallustius et Metello procul agente, longa spes auxiliorum, id est longe posita.

545. SOLORVM NEMORVM desertorum: Terentius venit meditatus aliunde ex solo loco, item ipse nonne hunc abici oportet in solas terras?

547. FVGAE MEDIO dum fugit, inter fugam: nam figuratum est, *ut* ⟨VII 59⟩ *laurus erat tecti medio.*

548. *IMBER RVPERAT impetum pluviae ostendit.*

550. CAROQVE ONERI TIMET Anacreon φόρτον Ἔρωτος, id est onus amoris, *et* ⟨II 729⟩ *pariter comitique onerique timentem.*

551. VIX HAEC SENTENTIA SEDIT ideo 'vix', quia naturale est, ut, quotiens simul multa cogitamus, vix aliquid conprobemus: unde vera distinctio est 'omnia secum versanti subito'.

553. ET ROBORE COCTO aut antiquam hastam fuisse significat: nam multi temporis aliquid coctum vocatur: Horatius plerumque recoctus scriba ex quinqueviro corvum deludet hiantem, item Persius ⟨I 97⟩ ut ramale vetus vegrandi subere coctum: aut re vera 'cocto robore': hastae enim igni plerumque durari consuerunt, *ut facilius corticem demittant.*

554. HVIC '*huic*' scilicet telo 'natam inplicat'. *Probus de hoc*

---

2 Pacuvius in Medea] fragm. XIII ap. Ribbeckium p. 105 ed. II ‖ 6 Sallustius] hist. inc. 3 D., I 24 Kr. ‖ 9 Terentius] Andr. II 4, 3 ‖ 10 item ipse] Phorm. V 8, 85 ‖ 15 Anacreon] vide Bergk poet. lyr. Gr. p. 1044 ed. III ‖ 21 nam . . . vocatur] exscr. Isid. or. XX 1, 21 ‖ Horatius] sat. II 5, 55

---

1 camilam *F* ‖ 2 nam . . . hospita *om. T* ‖ pauciuias *F* ‖ cum de media *F* ‖ 3 saue *F* ‖ hopita *G* ‖ pueros ex puellas *F* ‖ 7 procul] pericula *F* ‖ 9 *schol. ad v.* 545 *om. F* ‖ 10 aliunde *ASHM* abunde *R* ‖ Non hoc publicitus scelus hinc asportarier in solas terras *Terentius* ‖ 14 *ad* RVPERAT I. I. P. *s. v.* hoc dicendo impetum pluuiae ostendit *T* ‖ 15 Anacreon] ΑΝΑΚΡΕΩΝ *ASR* annacreon *H*, comitique onerique timentem *add. F* ‖ forton erotos *M* fortum erotos *H* ΦΟΡΤΩΤΟΝ ΕΡΩΤΟϹ *F* ΟΝΚΟΝ ΕΡΩΤΟϹ *ASR*. *φόρτον Ἔρωτος commendat Bergkius* ‖ 16 honus *AS* ‖ 18 simul] si *H*, *om. M* ‖ 19 subito] haec sententia sedit *add. Stephanus* ‖ 20 aut *om. AS* ‖ 21 recoctum *M* ‖ plerumque *Horatius*: plenumque *libri, nisi quod* plenum *A* ‖ 22 recoctū *RH* ‖ quinquiuiro *M* ‖ cornuum *S* cornum *F* ‖ deludet *M*: deludit *ASR* delud *H* diludet *F* ‖ hiautem *F* ‖ 23 item *om. ASF* ‖ uitusue grandis ubere *AS* uetusus uaegrandi subere *RH, nisi quod* subire *H* uetus ac grandi subere *M* uentus uaegrandis ubere *F* ‖ 24 at *AS* (aut *a*) ‖ durari] *om. AS*, dari *F et s. v. a* ‖ 25 demittat *F*, *corr. Commelinus*

loco ἀπίθανον πλάσμα. LIBRO liber dicitur interior corticis pars, quae ligno cohaeret: alibi alta liber aret in ulmo. unde et liber dicitur in quo scribimus, quia ante usum chartae vel membranae de libris arborum volumina *fiebant, id est* conpaginabantur.

557. *ALMA TIBI HANC NEMORVM antomasia: nam tria epitheta sine nomine posita sunt.*

558. IPSE PATER FAMVLAM VOVEO bene 'ipse pater', quia auctoramenti potestatem nisi patres non habent. 'voveo' autem consecro in tuum ministerium: unde et Camilla dicta est, licet supra ⟨542⟩ eam a matre dixerit esse nominatam. sed illud poetice dictum est: nam 'Camilla' quasi ministra dicta est, *quod superius expositum est:* ministros enim et ministras inpuberes camillos et camillas in sacris vocabant, unde et Mercurius Etrusca lingua Camillus dicitur, quasi minister deorum. *in sacris tamen legitur posse etiam opera consecrari ex servis, usque dum solvatur caput hominis, id est liberetur sacrationis nexu* †*aut enim numen famulae, quam servi significatio condicionis.*

559. *TELA TENENS ordo est 'tua supplex tela tenens', quibus inligata est. et ingeniose 'tenens', cum inligata sit.*

562. SONVERE VNDAE distinguendum.

56̓3. INFELIX CAMILLA *mire 'fugit'. 'infelix' autem 'Camilla'* non eo tempore quo evasit, sed nunc infelix: plerumque enim epitheta praesentis temporis sunt, licet in peractis negotiis, ut in secundo ⟨455⟩ infelix qua se, dum regna manebant, saepius Andromache ferre incomitata solebat.

565. *VICTOR proposititi sui et intentionis effectu, ut* ⟨VIII 61⟩ *mihi victor honorem persolves.*

566. *DONVM TRIVIAE mire 'Triviae', cum ipsa loquatur. et bene*

1 liber . . . conpaginabantur] exscr. Isid. or. VI 13, 3 || 2 alta] buc. X 67

1 ἀπίθανον πλάσμα *Dorvillius*: arpitanplasma *F* || interior *om. HM* || interior tunica corticis *Isidorus* || 4 libris] lignis *ASR* || fiebant et compaginabantur *Masvicius* || *ad* SVBERE (*v.* 554) genus arboris quae totam materiem expendit in corticem *T* || 5 *ad* ALMA T. H. N. *s. v.* antonomasia quia tria epiteta posuit sine nomine *T* || antonomisia *F* || tri *F* || 7 auctoramanti *H* || 9 dicta est] unde est *H, om. M* || 10 eam] et *HM* || esse *om. AS* || dictum est *om. F* || 11 est] sunt *F* || 12 ministros enim . . . quasi minister deorum *post* inligata sit (*lin.* 18) *hab. F* || 13 millus *F* || 14 ligitur *G* || 15 scluatur *F* || capud *G* || sacra nationis *F, corr. Daniel* || 16 *fortasse* quid enim nomen famulae aliud quam servi significatio condicionis ? || 19 *schol. ad v.* 562 *om. F* || 20 *ad* FVGIT *s. v.* mire posuit fugit *T* || mira efugit *F* (mire fugit *G*). mira effingit *Daniel* || 22 temporis scilicet sunt *F*, licet in *omittens* || licet in peractis negotiis *ASM*: licet peractis negotiis *R* licet et peractis negotiis *H* || in *om. F* || 23 manibunt *H* manebunt *F* || 25 *ad* VICTOR *s. v.* propositi sui effector *T* || 26 honore *F* || 27 *ad* DONVM T. *s. v.* mire dicit donum triuiae cum ipsa loquebatur *T* || et *scripsi*: ut *F*, at *Masvicius*

'*donum*' *ait, quoniam pater Dianae servaverit.* *CAESPITE* *Probus* †*aut cespite aut* '*caespite*' *pro campo, scilicet quod caespes gleba sit.*

567. NON ILLVM TECTIS VLLAE NON MOENIBVS VRBES ACCEPERE non mirum a nulla hunc civitate susceptum: nam licet Privernas esset, tamen quia in Tuscorum iure paene omnis Italia fuerat, generaliter in Metabum omnium odia ferebantur. nam pulsus fuerat a gente Volscorum, quae etiam ipsa Etruscorum potestate regebatur: quod Cato plenissime exsecutus est. hinc est ⟨581⟩ multae illam frustra Tyrrhena per oppida matres optavere nurum: quod non procederet, nisi inter eos essent iura conubii. NON MOENIBVS VRBES ACCEPERE non tectis, non moenibus, hoc est nec in civitatem nec in privatam admissus est domum. et sic ista etiam in primo *libro* separavit ⟨600⟩ urbe domo socias. sciendum autem 'moenia' abusive dici omnia publica aedificia, ut ⟨II 234⟩ dividimus muros et moenia pandimus urbis: nam proprie 'moenia' sunt tantum muri, dicta quasi 'munia' a munitione civitatis.

568. MANVS DEDISSET consensisset. et hoc dicit: etiam si qui eum voluissent suscipere, ille tamen eorum consortia morum feritate fugisset. '*feritate*' *autem figurate pro* '*feritati*': *an ob feritatem?*

569. PASTORVM ET SOLIS EXEGIT MONTIBVS AEVVM et pastorum aevum exegit in montibus solis, id est pastorali usus est vita.

571. ARMENTALIS EQVAE indomitae, *scilicet, quae inter armenta feturae causa pascatur:* unde sequitur 'et lacte ferino'. *veteres enim omnes prope quadrupedes feras vocabant,* ⟨II 51⟩ *in latus inque cur-*

---

8 Cato] or. II fragm. 14 Iord., fragm. 62 Pet.

---

1 ait *scripsi*: aut *F, del. Masvicius* ‖ quoniam] qn̄ *G* ‖ servaverit] *malim* consecraverat ‖ *ad* CAESPITE *s. v.* campo *T* ‖ aut cespito *Daniel* aut cortice *coni. Ribbeckius prol. p.* 141. *cf. Steupius de Probis p.* 102. *scribendum videtur* Probus ait: 'caespite' pro campo, *ut alterum* aut caespite *tamquam errore librarii iteratum abiciatur. ideo autem Probus illud adnotasse videtur, quod nove poeta caespitem dixit locum graminosum, cum caespes dici soleret* '*terra cum herbis caesa*', *ut ait Festus Pauli s. v. caespes. cf. Serv. ad buc.* I 69. *idem ostenditur verbis quae sunt* scilicet quod caespes gleba sit, *quae non puto ipsius Probi esse, sed interpretis alicuius, qui adnotationem illam in suum commentarium receperat.* ‖ 2 cepes *F* ‖ 4 suspectum *AS* ‖ priuerno *R* priuernā *H* ‖ 6 omnia *F* ‖ odia . . . etiam *om. H* ‖ ferebant *M* ‖ 7 uolscorum *R*: uulscorum *reliqui* ‖ regebantur *F* ‖ 8 exequutus *F* ‖ multa *RHM* ‖ 9 tyrrenae *RHM* ‖ 10 procederent *F* ‖ essent *om. F* ‖ conuiuii *AS* ‖ 11 VRBES . . . moenibus *om. AS* ‖ nec] non *F* ‖ 12 ciuitates *RHM* ciuitate *F* ‖ nec] non *F* ‖ domum *om. F* ‖ 17 si qui] sequi *ASM* ‖ 19 *ad* FERITATE D. *s. v.* siue feritati siue propter feritatem *T* ‖ feritate] feritatē *G* ‖ ferritatem *G* ‖ 22 inter armenta *scripsi*: in armenta *F* ‖ 23 fetura *F* fecura *G, corr. Daniel* ‖ parcatur *F, corr. Masvicius* ‖ *ad v.* 571 ueteres omnes fere quadrupedes feras uocabant. equae autem mammis et lacte ferino ΕΝ ΔΙΑ ΔΙΙΝ est *T* ‖ 24 quadrupedas *F* ‖ in . . . curvam] latinaeque fere ceruam *F*

vam compagibus alvum. EQVAE *autem* MAMMIS ET LACTE FERINO *ἓν διὰ δυοῖν.*

572. NVTRIBAT *quidam nove dictum accipiunt.*

573. VESTIGIA PLANTIS INSTITERAT signa pedum primis plantis expresserat: nam haec sunt vestigia, imagines pedum, ut ⟨III 244⟩ semesam praedam et vestigia foeda relinquunt.

574. PALMAS ONERAVIT onus enim est quicquid teneris inponitur manibus.

576. CRINALI AVRO *quo crines inligantur.* PRO LONGAE TEGMINE PALLAE palla proprie est muliebris vestis deducta usque ad vestigia, unde ait 'longae': sic supra ⟨I 648⟩ pallam signis auroque rigentem.

577. A VERTICE PENDENT *tempora variavit: nam de praeterito dicit.*

580. STRYMONIAMQVE GRVEM Thraciam, a fluvio Strymone. sane sciendum posse dici et 'hic' et 'haec grus', et 'hic' et 'haec gruis'. OLOREM latine ita dicimus: nam cycni graece dicuntur.

581. MVLTAE ILLAM FRVSTRA antequam rem diceret, praeiudicavit; sic Sallustius falso queritur de natura sua genus humanum; nam antequam diceret 'queritur', dixit 'falso'. MATRES inter matrem et matremfamilias hoc interest, quod mater est praeter illam significationem quae est ad aliquid, quae tantum convenit in matrimonium; materfamilias vero illa dicitur quae in matrimonium convenit per coemptionem: nam per quandam iuris sollemnitatem in familiam migrat mariti. *et hic ostendit dicendo 'Tyrrhena per oppida' quod etiam Volsci in Tuscorum fuerint potestate.*

583. AETERNVM *id est* aeterne: nam nomen est pro adverbio.

584. INTEMERATA COLIT *inviolata, incorrupta: 'temeratae' enim quibus vis allata est.*

---

4 signa pedum . . . pedum] cf. Isid. or. XV 16, 13 || 10 palla . . . vestigia] cf. Isid. or. XIX 25, 2 || 16 latine . . . dicuntur] cf. Isid. or. XII 7, 18 || 18 Sallustius] Iug. I 1

---

2 hendiadyn *F* hendyadin *G* || 4 *ad* INSTITERAT *s. v.* expresserat siue stare fecerat *T* || 5 haec] ec *H* eo *F* || nam vestigia sunt imagines pedum *Daniel* || 6 se mensam *F* || 7 quidquid *HF* || 9 *ad* PRO C. A. *s. v.* crinale aurum dicitur quo crines illigantur *T* || 11 sicut *F* || 14 Strymone] strimoniae *R* styitmonae *H* || 15 grus] gruis *H* graum *F* || et hic et haec gruis] *om. HM,* et hic et hae grues *F. cf. Neue Formenl.* II² *p.* 180 || 16 OLOREM .S. *A* OLOROS *R* OLERES *H* OLORES *M* || cigni *ASR* cicni *H* cygni *MF* || graece *om. F* || 17 praeiudicavit] prius enim (eius *Daniel*) ostendit euentum *F* || 18 sic *om. AS* || 20 inter matrem et matrem familiarum quid intersit superius (476) plenissime narratum est. et hic ostendit . . . potestate. inter matrem et matremfamilias hoc interest *e. q. s. F. Serviana non edidit Daniel. cf. ad v.* 476 || quod] quia *F* || praeter] propter *F* || 22 matremfamilias uero illa quae dicitur *e. q. s. F* || 24 *ad* TYRRHENA P. O. M. *s. v.* quod dicit tyrrhena per oppida ostendit quod . . . potestate fuerunt *T* || 25 uulsci *F* || 26 aeterno *F, sed consulto, ut videtur, Servius* aeterne *scripsit* || 27 *ad*

585. CONATA cum conaretur, *ut* ⟨II 441⟩ *obsessumque acta testudine limen et* ⟨VIII 218⟩ *Caci spem custodita fefellit. hac autem ratione ostendit, quare non suscenseat Troianis.*

587. FATIS VRGETVR ACERBIS ostendit etiam desideria ex fati necessitate descendere.

589. COMMITTITVR OMINE PVGNA pro 'committetur'.

590. HAEC CAPE generaliter dixit arcum, pharetram, ut sequentia indicant: nam dicit 'et ultricem pharetra deprome sagittam'. *et neotericum putatur ipsum 'sagittam ultricem'.* VLTRICEM nomina *omnia in* 'x' *littera* terminata ablativum singularem in 'e' mittunt, genetivum vero pluralem in 'um', exceptis his quae omnis sunt generis, ut 'felix'; nam et 'ab hoc felici' et 'horum felicium' facit: Lucanus ⟨IV 663⟩ felici non fausta loco tentoria ponens. quod receptum est ideo, quia genetivus pluralis a nominativo plurali minor esse non debet, sed aut par, aut maior una syllaba. et quia a neutro facit 'felicia', felicum' dicere non debemus, ne propter alia genera huic praeiudicemus. namque ab eo quod est 'felices' ut 'felicium' dicamus, ratio patitur: una enim crescit syllaba: ab eo quod est 'felicia' ut 'felicum' dicamus non procedit, ne minor sit genetivus a nominativo plurali. similiter et 'ultricium' et 'victricium' dicimus, licet in his neutrum genus in numero singulari non inveniatur.

591. VIOLARIT VVLNERE CORPVS *bene 'violarit', quia dixerat* 'sacrum'. *et superius* ⟨558⟩ *dictum est operam sollemni more consecrari, usque dum solvatur caput hominis, id est liberetur sacrationis nexu: quod facilius accidet, si mors intercedat. hic ergo totius rei et praecipue sacrationis aliud agens poeta mentionem inseruit, dicens 'hac quicumque sacrum violarit vulnere corpus, Tros Italusve, mihi pariter det sanguine poenas'. bene ergo, sicut dictum est, 'violarit', quia dixerat 'sacrum'.*

INTEMERATA *s. v.* inuiolata, *in marg. ab alia manu* temeratae dicuntur quibus est uis allata proprie *T* ‖ temerata *F* ‖ 1 dum conatur *F* cum conatur *a* ‖ obsessam *G* ‖ actaque *F* ‖ 2 lumen *F* ‖ spe *F* ‖ 3 suscenseat Troianis *scripsi*: suscensa a troianis *F* ‖ 4 ex fati non necessitate *F* ‖ 6 MITTITVR *AS* CONMITATVR *H* ‖ committeretur *AS* (*corr. a*) conmitur *H* committatur *M* ‖ 9 neotericum *Masvicius*: neuteritum *F* ‖ ipsam *F*, *correxi* ‖ 10 x] IX *HM* ‖ in em mittunt *F* ‖ mittunt] non in i *add. ASR* ‖ 12 ab *om. M* ‖ 16 a neutro *AS*: neutro *RH* neutra *M* in neutro *F* ‖ felicium *F* ‖ 17 huic] rei *add. M* felices *add. F* ‖ iudicemus *F* ‖ 19 felicium *F* ‖ 20 uictricia *H* ‖ 23 dixerant *F* ‖ 24 *ad v.* 591 *in marg.* superius dictum est capita sollemni more consecrari et usque dum caput hominis liberetur id est soluatur consecratione non posse interire. quod facile accidit interuentu mortis. hic ergo commemorationem facit uirgilius ipsius rei. hac quicumque inquit sacrum u. u. c. peritissime autem adiecit pariter mihi d. s. p. quia expiatio est diis acceptior si sanguine placatio expediatur *T* ‖ sollempni *F* ‖ 26 totius] t̄cius (*i. e.* '*tercius*') *G* ‖ 27 praecipuae *F* ‖ haec *F* ‖ 28 uiolaret *F* ‖ 29 uiolauit *F* ‖ 30 sacrum] pariter aut (*fort.* autem) dat san-

592. TROS ITALVSVE MIHI si simpliciter accipiamus, ita intellegamus: sive eam Troianus interemerit, sive aliquis de Aeneae auxiliis: namque alii volunt Arruntem de Turni esse partibus et indignatum, femineum sexum plus in bello potuisse, quam viros. quam rem hic dicunt praestruxisse Vergilium: et re vera sic ubique loquitur, ut incertum sit Arruns de cuius partibus fuerit: unde est et illud ⟨789⟩ da, pater, hoc nostris aboleri dedecus armis. PARITER similiter, uno modo. et est antiquum.

593. MISERANDAE CORPVS haec in oeconomia praeiudicia nominantur, quotiens negotii futuri exitus tollitur: vult enim nos de Camillae cadavere nihil ulterius expectare: sicut fecit in primo ⟨683⟩ tu faciem illius noctem non amplius unam falle dolo, quod praemissum sustulit commemorationem, quando vel Cupido discesserit vel Ascanius sit reversus.

594. ARMA INSPOLIATA aut indetracta, aut ipsius inspoliatae. *PATRIAEQVE REPONAM hoc est in patriam.*

596. NIGRO CIRCVMDATA TVRBINE CORPVS *hoc ideo,* quia ad maerorem luctumque descendit. contra in octavo ⟨608⟩, ubi ad laetitiam descendit Venus, claro eam nimbo circumdatam dicit, ut at Venus aetherios inter dea candida nimbos.

597. *AT MANVS INTEREA in tota hac descriptione historicum characterem poetico miscet.*

598. ETRVSCIQVE DVCES Etruria dicta est, quod eius fines tendebantur usque ad ripam Tiberis, quasi ἑτερούρια; nam ἕτερον est alterum, ὅρος finis vocatur. Roma enim antea unam tantum Tiberis

---

8 PARITER similiter] cf. Don. ad Ter. Eun. I 2, 12 ‖ 23 Etruria . . . tenebat] exscr. Isid. or. XIV 4, 22

---

guine poenas *add. F: unde ea quoque quae Turonensis post* u. u. c. *exhibet* peritissime . . . expediatur *in Floriacensis archetypo fuisse conicias* ‖ 1 ITALVSQVE *RM* ‖ si *om. HM* ‖ similiter *HM* ‖ accipiemus *R* accipimus *H* ‖ ita intellegamus . . . aboleri dedecus armis *om. F* ‖ 2 aliqui *M* ‖ 3 esse] fuisse *ASR* ‖ 5 praestrucsisse *AH* praestrinxisse *a* perstrinxisse *vulgo* ‖ 6 inde est illud *AS* ‖ 8 et est antiquum . . . aut ipsius inspoliatae Camillae *om. F* ‖ antiquum] Plautus in aulularia 'filium pariter moratum' *add. D* ‖ 9 in *om. M* ‖ nominatur *M* ‖ 14 discesserat *H* discessera *M* ‖ 15 inspoliatae] spoliatae *H,* Camillae *add. Daniel e Turonensi, qui ad* INSPOLIATA F. *haec habet* indetracta aut ipsius spoliatae camillae ‖ *ad* ILLA LEVIS C. D. P. A. (*v.* 595) aut leuis ipsa id est non grauata pondere corporis aut leuis auras leues accipiamus *T* ‖ 17 quia] quoniam *F* ‖ 18 contra] contra quae *R* contra quem *H* nam inuenimus *F* ‖ 19 laetitiam] latinum *AS* ‖ claro . . . at Venus *om. AS* ‖ 21 *s. v.* 597 in tota . . . miscet *T* ‖ cdaracterem *F* ‖ 23 tenebantur *HM* ‖ 24 ripam] primam *H* primam ripam *R* ‖ Tiberis] et per syncopam ἑτρούρια *add. D* ‖ quasi ἑτερούρια . . . vocatur *R*: quasi ΕΤΕΡΟΥΡΟΙ nam eteΡΟΝ est alcerum τΝΟΡΟC (in ΟΡΟC *S*) finis uocatur *AS* quasi eterooras nam eteron est alterum oros finis uocatur *M* quasi ΕΤΑΙΡΟΥΛΡΟΙC ΝΛΜΕΤΡΟΙCΟΠΟΙC significat oron ē quasi alterum orus fines uocatur *F, om. H* ‖ 25 ante *HF*

ripam tenebat: Iuvenalis ⟨VIII 264⟩ et quae imperii fines Tiberinum virgo natavit. *quidam sane 'Etruri' legunt, ab 'Etruria': trans Tiberim enim Etruriam dicebant, homines Etruros, quos nunc Etruscos.*

599. COMPOSITI NVMERO id est *aequati numero* rationabiliter, unde et 'saepenumero' dicimus, id est frequenter et rationabiliter. hinc est tum vero in numerum, id est in rationem, in rhythmum: unde et metra 'numeros' dicimus, ut numeros memini, si verba tenerem. sane modo generalis est descriptio equestris certaminis, paulo post descendit ad specialem, sicut fecit in quinto et de cursoribus et de navali certamine.

600. *PRESSIS cum habenis premeretur. PVGNAT autem pro 'repugnat'.*

601. *FERREVS HASTIS quaeritur quid sit 'ferreus'? utrum 'ferreus ager horret hastis', an 'ferreus hastis ager horret'.* HORRET AGER terribilis est: est autem versus Ennianus, vituperatus a Lucilio dicente per inrisionem, debuisse eum dicere horret et alget: unde Horatius de Lucilio non ridet versus Enni gravitate minores?

602. CAMPIQVE ARMIS SVBLIMIBVS ARDENT *id est* resplendent.

603. CELERESQVE LATINI adludit ad militiam Romanam: namque et equites habuit Romulus, ut illo diximus loco ⟨IX 368⟩ tercentum, scutati omnes, Volscente magistro: quos celeres appellavit vel a celeritate, vel a duce Celere, qui dicitur Remum occidisse, in cuius gratiae vicem a Romulo fieri tribunus equitum meruit. *alii hos celeres ideo appellatos dicunt, quod explorationes obirent et quae usus exigeret, velocius facerent. alii a Graeco dictum putant quod est κέλης.*

---

7 tum vero] buc. VI 27 ‖ 8 numeros] buc. IX 45 ‖ 16 vers. Ennianus] sat. v. 15 p. 156 Vahl. ‖ a Lucilio] III 61 ap. Muell. p. 18 ‖ 18 Horatius] sat. I 10, 54

---

1 quae imperii] quem peris *F* ‖ 2 notauit *H* ‖ *ad v* 598 quidam etruri ab etruria dictum accipiunt. trans tiberim autem etruriam dicebant et homines etruros quos nunc etruscos *T* ‖ iquidam *F* ‖ et ruri *F* Etrurique *Masvicius* ‖ ab eturie trus *F* ab Etrurus *Commelinus* ‖ 5 *ad* COMPOSITI *s. v.* aequati *T* ‖ rationabiliter] onorabiliter *F* honorabiliter *Daniel* ‖ 7 rhythmum] edmum *F*, i. e. *addens* ‖ 12 *ad* PRESSIS *s. v.* id est cum premeretur *T* ‖ promeretur *F* ‖ 14 *ad v.* 601 siue ferreus hastis horret ager siue ferreus ager horret hastis. ferreus dicit propter multitudinem telorum quae apparebant *T* ‖ 15 ferreis hastis *Masvicius; sed quaeritur 'hastis' utrum ad 'horret' an ad 'ferreus' referendum sit* ‖ 16 est autem] et est *F* ‖ 18 ridet] dicens *add. F* ‖ enni *H*: ennii *ASM* enin *R* enim *F* ‖ minoris *RHM* ‖ 19 resplendent] et Euripides in Phoenissis κατὰ χαλκὸν ἅπαν πεδίον ἀστράπτει *add. D* ‖ 21 equitem *H* ‖ 22 celeres] scelere *F* ‖ 24 uice *F* ‖ 25 meruit] et Tribunus Celerum appellatus est *add. Fabricius* ‖ *ad v.* 603 quidam celeres dictos uolunt ab eo quod explorationes obirent . . . κέλης *T* ‖ hos sceleres *F* os sceleres *G* ‖ appellatas *F* ‖ 26 usu *G* ‖ celerius *T* ‖ faceret *G* ‖ e graeco *G* ‖ dictum putant *om. T* ‖ 27 quod est κέλης *om. G* ‖ ΚΕΛΝϹ *F*

604. ALA CAMILLAE equitatus. 'alae' autem dicuntur equites, quod alarum vice pedestrem exercitum tegunt.

605. *HASTASQVE REDVCTIS ante oculos posita descriptio.*

608. INTRA IACTVM TELI unde possit hasta emissa in hostem venire. hinc traxit Statius ut diceret quale quater iaculo spatium ter harundine vincas. et Enniana est omnis haec ambitiosa descriptio.

609. *SVBITO adverbium est: an 'subito clamore'? et est versus hypermetros.*

612. *CONTINVO ADVERSIS hic specialis pugna est.*

615. *PERFRACTAQVE PECTORA PECTORIBVS RVMPVNT pro 'rumpunt praefractaque faciunt'.*

617. PRAECIPITAT pro 'praecipitatur'.

619. REICIVNT PARMAS ET EQVOS AD MOENIA VERTVNT 'reiciunt' retro agunt, *vel retrorsum ferunt, ut cedentium terga munita sint, ut ipse* ⟨630⟩ *bis reiecti armis respectant terga tegentes.* sane nunc fugiunt, non timore, sed lege proeliandi: Sallustius more equestris proelii sumptis tergis ac redditis. *'parma' autem est equestre scutum.*

622. MOLLIA domita, domitorum scilicet *equorum.*

625. SVPERIACIT VNDAM super scopulos undam iacit: nam more suo dedit verbo detractam nomini praepositionem.

626. *EXTREMAMQVE quantum ad mare pertinet: nam terrae prima est.* SINV curvatione et flexu undarum. 'extremam' autem ad illud pertinet quod ait supra ⟨623⟩ penitusque datis referuntur habenis.

627. AESTV REVOLVTA RESORBENS SAXA FVGIT aestus proprie est maris incerta commotio.

---

1 alae . . . tegunt] cf. Gell. XVI 4, 6 || 5 Statius] Theb. VI 354 || 18 Sallustius] hist. inc. 55 D., 21 Kr.

---

4 TELI] Homericum est ἔσω βέλους *add. D* || 5 ut diceret *om. F* || spatium iaculo *ASF* || 6 arundine uindicas *AS* harundine metas *R* harundinem eas *HM* || et enniana est ista omnis haec tam discriptio breuis *F* et E. e. i. o. tam brevis descriptio *Daniel* || 8 *ad* SVBITO *s. v.* aut aduerbium est aut subito clamore *T* || est *om. G* || ypermetos *F* || 10 *ad* CONTINVO *s. v.* specialis pugna *T* || ADVERSI *F* || 11 *ad* RVMPVNT *s. v.* id est praefracta faciunt *T* || PRAEFRACTAQVE *Daniel* || pro *om. Daniel* || perfractaquae *Daniel* || 14 *ad* REICIVNT *s. v.* retro agunt ut cedentium terga munita sint *T* || 15 edentium *F* || terga . . . respectant terga *om. G* || sunt *F* || 16 tergentes *G* || 19 equestra scutam *F* || 20 domina dominorum *R* || dominatorum *F* || scilicet *om. F* || scilicet] qui facile flectuntur *add. D* || 22 detractum uerbo nominis *F* || [illegible]EMAMQVE *s. v* quantum ad mare pertinet quia prima est terrae *T* || EXTERNAMQVE *G* || 24 extremum *RH* || 28 commotio] crescentis et decrescentis unde aestuaria dicta: plautus in aulularia 'quo magis te in altum capessis aestus te in portum refert' *add. D*

628. VADO LABENTE hypallage pro 'labens ipse per vadum *litus reliquit.*'

633. *GEMITVS MORIENTVM aliquanti 'morientum' genetivum corruptum pro integro accipiunt: facit enim 'morientium'.* ET SANGVINE IN ALTO ἐμφατικῶς caedis ostenditur magnitudo.

634. *ARMAQVE CORPORAQVE versus πολυσύνδετος. et bene belli faciem demonstravit multa enumerando quae in alto sanguine velut natarent.*

636. *QVANDO IPSVM HORREBAT ADIRE parenthesis. et quaeritur quid sit 'horrebat'.*

637. HASTAM INTORSIT EQVO figurate: nam 'intorqueo in equum' dicimus, ut ⟨II 51⟩ in latus inque feri curvam conpagibus alvum contorsit. SVB AVRE RELIQVIT ex vulneris genere fugientem eum intellegimus esse percussum.

640. VOLVITVR ILLE EXCVSSVS HVMI 'humi volvitur': nam 'excussus' per se plenum est.

642. DEICIT HERMINIVM nomen hoc de historia Romana est: namque cum Coclite contra Tuscos Larcius et Herminius steterunt *et pugnaverunt eo* tempore, quo pons sublicius rumpebatur; unde et eum plurimum laudat, ac si diceret: talis *hic est,* qualis ille fuit.

644. TANTVS IN ARMA PATET *id est* tantum patebat in vulnera, id est in hostilia tela totus patebat. *alii 'in arma' pro 'armis' †vel satis tradunt.* PER ARMOS abusive: nam proprie armi quadrupedum sunt.

648. EXVLTAT AMAZON suspendendum 'exultat', ut 'Amazon' intellegas quasi Amazon; nam Camilla Volsca fuerat: sic in primo ⟨319⟩ dederatque comam diffundere ventis, venatrix, id est quasi venatrix.

---

16 nomen hoc e. q. s.] cf. Liv. II 10, 6 ‖ 22 nam . . . sunt] exscr. Isid. or. XI 1, 62. cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VII 633

---

2 *ad* LEGITQVE V. V. (*v.* 632) siue eligit aut accedit ad uirum uir *T* ‖ 3 MORIENTIVM *F* ‖ aliqui *Commelinus* ‖ 4 faciunt *F, corr. Daniel* ‖ 6 polysimdetos *F* ‖ *ad v.* 633 (sanguine largo) *in marg.* in alto id est in profundo et bene . . . natarent *T* ‖ 8 *ad* QVANDO I. *s. v.* parenthesis, *ad* HORREBAT *s. v.* pauebat *T* ‖ 12 contorsit] contussit *H* intorsit *F*. equo ergo pro in equum *add. D* ‖ 13 percussum] prensum *H* peruersum *F* ‖ 16 ERMINIVM *H* HERMENIVM *F* ‖ est *om. AS* ‖ 17 cum *om. F* ‖ larcius *HM*: largius *AS* lartius *R* latius *F* ‖ hermenius *ASH* armenius *F* ‖ 18 subicius *ASH* subliciū *F* ‖ 20 uulnera *M* (*idem coni. Ribbeckius*): uulnere *reliqui* ‖ 21 in hostili tutela *AS* (*corr. a*) in hostiliut tela *H* ‖ *ad v.* 644 quidam in arma pro in armis accipiunt * pro satis *T* (in arma *lectio non est satis certa, ante* pro satis *octo fere litterae evanuerunt*) ‖ vel scutis *Daniel. fortasse* et 'tantus' pro 'satis' *vel* et 'tantus' pro 'talis' ‖ 22 proprie] primos *F* ‖ quadripedum *F* ‖ 25 intellegamus *M* ‖ amazo *ASH* ‖ uulsca *RMF* uulca *H* ‖ fuit *AS* ‖ sic in primo] sicut in principio dixerat *R* ‖ 26 uestis *F*

649. *PHARETRATA participium a feminino genere derivatum. VNVM autem EXSERTA LATVS pro 'exsertum latus habens'.*

650. *DENSET id est dense, sparse iacit. sane densentur plures res in unum, ut* ⟨XII 264⟩ *vos unanimes densete catervas. et declinatur 'denseo denses denset'.*

651. INDEFESSA infatigabilis. et omnia ei arma Amazonum tradit, quas Titianus unimammas vocat: nam hoc est Amazon, quasi *ἄνευ μαζοῦ, sine mamma. 'bipennis' autem dicitur, quod ex utraque parte habeat aciem, quasi duas pennas quas veteres dicebant.*

654. SPICVLA FVGIENTIA pro 'ipsa fugiens'.

655. AT CIRCVM LECTAE COMITES subaudis 'dimicant', quod etiam sequens Amazonum indicat comparatio, quae inducuntur circa reginam bella tractantes: *ne culpetur poeta, quod nullam earum pugnantem induxerit.* LARINAQVE VIRGO nomina haec nobilissimarum sunt Italiae feminarum. *et 'aeratam' pro 'ferream', ut* ⟨VII 743⟩ *micat aereus ensis.*

657. ITALIDES *ut 'Sicelides' 'Atlantides'. †anque saeiarum ducem amazonam dicit velut amazonidas, ut* ⟨I 490⟩ *ducit Amazonidum. et est* pulchra derivatio, non *tamen* vera: nam verum est 'Italae': 'Italis' autem, unde est 'Italides', magis patronymicon est, quam derivativum; sicut 'Belis', unde est 'Belides': *et est Graecum.*

QVAS IPSA DECVS et ad delectas, et ad ipsam potest referri. 'decus' autem si ad Camillam, nobilitas, pulchritudo; si ad delectas, ornamentum, quas sibi elegit ornamentum, id est ad ornamentum.

DIA CAMILLA generosa, εὐγενής; nam Graecum est. cuius nominis etymologiam plerique volunt venire ἀπὸ τοῦ Διός: quod si est, dicemus dissentire derivationem a principalitate: nam 'dia' 'di' pro-

---

7 quas Titianus . . . sine mamma] exscr. Isid. or. IX 2, 64 ‖ 8 bipennis . . . pennas] exscr. Isid. or. XIX 19, 11. cf. XI 1, 46

---

1 *ad* VNVM E. L. *s. v.* unum latus habens exertum, *ad* PHARETRATA *s. v.* participium sine uerbi origine *T* ‖ PHARETRA *F* ‖ 2 VNAM *F* ‖ latum *F* ‖ 3 *ad* DENSET *s. v.* dense spargit *T* ‖ sparse] *an* sparsim ? ‖ iacet *F* ‖ 4 unianimes *F* ‖ 6 ei] *om. R,* et *H* ‖ arma *om. F* ‖ amazonā *F* ‖ 7 tradidit *R* ‖ ticianus *HM* ‖ unianimas *F* ‖ amazon] amazon tradit *AS* amazonum tradit *RHM* ‖ quase eneʏ mazon *A* (quasi aneʏ *a*) quasi ᴀєɴєʏ mazon *S* quasi anes nazos *RHM, nisi quod* natos *R* quasi ᴀɴєʀ ᴍᴀᴢᴏʏ *F* ‖ 8 pinnas *F, correxi. cf. Serv. ad Aen.* II 479 ‖ 11 dimicat *HF* ‖ quia *F* ‖ 12 qua *R* ‖ 14 nouissimarum *HF* ‖ 15 *ad* AERATAM *s. v.* ferream *T* ‖ 17 anque saciarum *Daniel* atque sociarum *Masvicius. fortasse* atque supra earum ducem Amazonem dicit hic ipsas inducit velut Amazonidas ‖ 19 tamen] tantum *Daniel* ‖ italae *MSa*: italiae *reliqui* ‖ 21 unde est hae belides *R* unde est heelides *H* ‖ 22 DECVS] decus *add. ASH* ‖ ad electas *ASHM* ‖ 23 electas *H* ‖ 25 DIVA *RH* QVIA *M* ‖ eugenos *R* eugenes *reliqui* ‖ 26 ἀπὸ . . . est *post* principalitate *hab. AS* ‖ apotu dios *AS* ᴀᴨᴏᴛᴏʏ ᴀɪᴏᴄᴏ *RM* ᴧᴧᴏ ᴛᴏʏ ᴧᴏᴄᴏ *H* ᴀᴨᴏ ᴛᴏʏ ᴧᴏɪᴄ *F* ‖ si sic est *HM* ‖ dicendum *HM* dicimus *F* ‖ 27 diua *RHM*

ducit, cum *Διός* corripiat: sicut e contra cum 'lux' '*lu*' producat, 'lucerna' 'lu' corripit.

658. PACISQVE BONAE BELLIQVE MINISTRAS congruum paci epitheton dedit, ut eam bonam diceret, cum bellum e contra sit pessimum: nam sine dubio et 'belli saevi' diceret, si ratio versus admitteret. *quidam 'bonum' interdum pro grandi accipiunt.* *BELLIQVE MINISTRAS non nulli 'ministras' modo ad bellum tantum referri volunt, ideoque coniunctionem incongrue positam, et ordinem esse 'decus pacis et ministras belli'. poterit et ita 'quas sibi decus delegit ministras bonae pacis et belli'.*

659. QVALES THREICIAE Tanais fluvius est, qui separat Asiam ab Europa, circa quem antea Amazones habitaverunt; unde se postea ad Thermodonta, fluvium Thraciae, transtulerunt: quod etiam Sallustius testatur, dicens dein campi Themiscyrei, quos habuere Amazones, ab Tanai flumine, incertum quam ob causam, digressae. *has quidam dicunt stato die solitas cum Scythis coire.* *FLVMINA pro flumine, aut fluenta.* THERMODONTIS plenum est 'Thermodoon', sed per synaeresin 'Thermodon' fecit: unde 'don' circumflexum habebit accentum. Graeca enim nomina necesse est ut circumflectantur, quotiens fit synaeresis exigente metri necessitate. ergo si sit 'Thermodoon', 'do' acutum habebit accentum: quod si 'Thermodon' fecerit, et in finalem transfertur, et mutatur accentus: nam circumflexus fit.

660. PVLSANT Ennius ad musas quae pedibus pulsatis Olympum. BELLANTVR pro 'bellant': nam solent verba pro verbis poni: unde nunc passivam declinationem sub activa posuit significatione, sicut in georgicis ⟨II 425⟩ et placidam paci nutritor olivam futurum tempus a passivo posuit pro praesenti ab

---

11 Tanais . . . transtulerunt] cf. Ammian. Marc. XXII 8, 17 sqq. || 13 Sallustius] hist. III 49 D., 46 Kr. cf. Isid. or. XIV 3, 27 || 24 Ennius] ann. v. 1 Vahl. || 25 BELLANTVR pro bellant] cf. Non. p. 472, 9 M.

---

1 dios *ASF* ιαοc *H* dioc *M* || 5 et belli saeuiret s. r. u. diceret *F* || 6 *ad v.* 658 quidam bonum interdum pro grandi accipiunt et hoc loco ita intellegunt. non nulli ministras . . . et belli *T*. non nulli . . . et belli *ex hoc codice edidit Daniel, om. F* || 12 ante *ASR* || 13 hermodonta *ASM* ermotonta *H* || etiam] et *F* || 14 capi *R* campo *F* || themescyrei *AS* themescirei *R* Trenis-cyrei *H* threisci *M* thenis cyrrei *F* || 15 Tanai] iana *H* || 16 digresse *R* digressi *HF* || cum Scythis *scripsi*: cum scinthiis *G* scinthiis *F* Sinthiis *Masvicius. cf. Strabo* XI *p.* 504 || 17 *ad* FLVMINA *s. v.* fluenta *T* || THERMODOONTIS *RM* || 18 facit *HF* || 19 graeca enim . . . habebit accentum *om. R* || 23 circumflexus *om. H* || 24 ad musas] musae *AS* || quae] eq. *R* || pedibus *om. AS* || 25 olypu *A* olimpi *R* olipi *H* || nam . . . caelo praecipitat *om. F*

activo: nam 'nutritor' pro 'nutri' posuit. inde est e contra ⟨II 8⟩ nox umida caelo praecipitat.

661. HIPPOLYTEN haec Amazonum fuit regina, cui victae Hercules balteum sustulit. *huius filia fuit Antiopa, quam Theseus rapuit, unde Hippolytus.* MARTIA aut bellicosa, aut Martis filia. *quae ab Achille occisa ac mortua adamata est: ut non nulli vero adserunt, cum Achille concubuit, et ex eo Caystrum filium edidit, ex quo flumen Lydiae ita appellatur.* REFERT *autem aut addita est praepositio 're', id est 'fert', aut mutata pro 'infert'.*

662. VLVLANTE TVMVLTV *ululatum veteres etiam vocem, quae redditur initio proelii, dicebant, quam Graeci ὀλολυγήν vocabant.*

664. QVEM TELO PRIMVM DEICIS Homericum est interrogationem ad ipsum referre, qui describitur, cum *semper sic* musae interrogari consueverint, ut ⟨IX 523⟩ vos, o Calliope, precor, adspirate canenti. ASPERA VIRGO epitheton ad officium belli respiciens, alias incongrue virginem asperam dicimus.

666. EVNEVM quia Latina est declinatio, ideo 'ne' accipit accentum: nam Statius quia graece declinavit, graecum accentum posuit dicens Euneos ante et nunc ante Thoas et Euneon audit.

667. LONGA ABIETE hasta abietali: nam arborem pro hasta posuit.

671. SVFFVSO casuro: nam 'suffusi' equi dicuntur quos vulgo incespitatores vocant. alii 'suffosso' legunt, id est praecipiti et iam cadenti.

672. DVM SVBIT scilicet, dum se ad sustentationem ruentis in-

---

18 Statius] Theb. VI 433 et 464

---

1 posuit] sic apud Ciceronem in officiis (I 25, 88) 'neque ad eius qui punitur aliquem aut uerbis castigat sed ad rei publicae utilitatem referri' punitur pro punit *add. Fabricius* ‖ unde *RM* ‖ e *om. AS* ‖ 2 umida] timida *AS* ‖ praecipitat] pro praecipitatur activum pro passivo *add. Fabricius* ‖ 3 fuerat *R* ‖ cui *om. F* ‖ uicta *F* ‖ 4 suscipit *F* ‖ huius . . . yppolitus (*sic*) *hab. T* ‖ fuit *om. F* ‖ anthyopa *T* ‖ 5 ippolitur *F* ‖ *s. v.* 662 haec ab achille occisa . . . ita est appellatum *T* ‖ 6 ut uero non nulli asserunt *T* ‖ 7 achillea *F* ‖ et exinde filium caystrum nomine *T* ‖ 8 lydia et ita *F* ‖ re] rei *F* ‖ 10 *ad v.* 662 *in marg.* refert aut uacat re aut infert significat *et* ululatum ueteres dicebant q̄ initio belli redditur *T* ‖ ululare *F* ‖ reddat *G* ‖ 11 uitio *F* ‖ quem *G* ‖ ΟΛΟΛΓΗΝ *F* ‖ 12 DEICIT *AS* ‖ 13 describitur] (*Il.* XVI 692) ἔνθα τίνα πρῶτον . . . κάλεσσαν *add. Fabricius* ‖ sit *F* ‖ interrogare *AS* ‖ 17 EVNAEVM *F* ‖ ne] nec *H* non *F* ‖ 19 euneon adit ante thos *AS* eunea audiente thoas *R* euneuna audit ante thas *H* euneon audit ante thoas *M* ENNEON audit anthe thoas *F*. *duos Statii versus* VI 433 *et* 464 *a Servio laudatos esse vidit F. Schoellius de acc. l. l. p.* 210 ‖ 20 hasta . . . arborem] longa hasta longa abiete arborem enim *F* ‖ abetata *A* (*corr. a*) abiectali *H* ‖ 21 SOFFOSO *R* SVFFOSA *H* ‖ suffusi *ASHM*: suffosi *RF* ‖ 22 incespitatores *RM*: incespitores *AS* intercespitateres *H* incepitatores *F* cespitatores *Fabricius* ‖ suffosso *F*: suffo *R* suffuso *reliqui. cf. Wagneri et Ribbeckii adnot. crit.* ‖ iam *om. F* ‖ 24 dum se scilicet *AS* ‖ dum se *om. HF* ‖ inclinat *om. HF*

clinat. et vult utrumque tanta celeritate esse percussum, ut unum ictum putares: inde est enim 'praecipites pariterque ruunt'. *INERTEM nudam. an nihil proficientem?*

673. HIS ADDIT AMASTRVM adiungit.

674. *SEQVITVR pro 'persequitur'.*

678. ARMIS IGNOTIS novis, inconsuetis: *vel ignobilibus, id est non conspicuis.* IAPYGE Apulo.

679. PELLIS EREPTA IVVENCO id est lorica: nam proprie lorica est tegimen *de corio, tamquam* de loro factum, quo maiores in bello uti consueverant.

680. *CAPVT INGENS ORIS HIATVS amphibolon; sed melius est 'ingens hiatus'.*

682. AGRESTISQVE MANVS ARMAT SPARVS bene 'agrestis': nam sparus est rusticum telum, in modum pedi recurvum: Sallustius sparos aut lanceas, alii praeacutas sudes portare. *Varro ait sparum telum missile, a piscibus ducta similitudine, qui spari vocantur. alii 'sparus' a spargendo dici putant.*

683. VERTITVR IN MEDIIS id est agit: nam graece dixit ἀναστρέφεται. TOTO VERTICE SVPRA EST *sic* Statius de Capaneo et totum transcendit corpore bellum.

684. HVNC ILLA EXCEPTVM fraude circumventum, ut ⟨VI 173⟩ aemulus exceptum Triton. *AGMINE VERSO aut converso impetu suo: aut adversariorum conlato agmine.*

685. TRAICIT vis iactus ostenditur.

686. SILVIS pro 'in silvis': et est archaismos.

---

8 nam . . . factum] cf. Varro d. l. l. V 116 || 13 nam . . . telum] cf. Non. p. 555, 19 M. Isid. or. XII 6, 31 || 14 Sallustius] Cat. 56, 3 || 19 Statius] Theb. IV 165. cf. Serv. ad Aen. VII 784

---

2 ictum] interemptum *F* || *ad* INERMEM (*sic*) *s. v.* nudam nihil proficientem *T* || 4 *schol. ad v.* 673 *om. AF* || adiungit *M, om. reliqui* || 6 IGNOTVS *F* || novis inconsuetis] nouiter assūtis *R* || nobis *AS* || inconsuetus *F* || *ad* IGNOTIS *s. v.* nouis inconsuetis uel ignobilibus non conspicuis *T* || ignobili *F* ignobilis *Daniel* ignotis *Masvicius* || 7 conspicuus *F* || Apulo] equo *add. Fabricius* || 9 tegmen *AS* || tamquam . . . factum] tamquam de loro tamquam factum *F* || in bello *vulgo*: dolo *RHM, om. ASF. fortasse* olim || 10 consueuerant *MF*: consueuerat *H* consueuerunt *ASR* || 11 *ad* CAPVT I. O. H. *s. v.* amfibolon est sed melius est ingens hiatus et hoc ad terrorem hostium fiebat *T* || ORAS *F* || amfibolon id est hiatus *F* a. id est h. ingens *Masvicius* || 14 rusticulum *A* (*corr. a*) || in medium pedis *F* || 15 aut *F*: et *Serviani libri* || lanceis *R* laceas *H* || praeacutis *R* praeaccutes *F* || sedes *F* || *ad v.* 682 *in marg.* Varro sparum taelum missile dicit ducta similitudine a piscibus qui spari uocantur et sunt in modum lanceae. alii sparos a spargendo dictos uolunt *T* || 18 agitur *F* || ANACTPHTAI *F* || 19 statis *F* || canapeo *RH* || et . . . bellum *RHMF, nisi quod* toto *F*: et toto despectans uertice bellum *AS* || 22 *schol. ad* AGMINE v. *hab. T* || aut conuersu inpetu suo *F* || 25 arcasmos *R* arcaimos *H* ariaismos *F* sarcasmos *AM* sarcamos *S* || archaismos] casus pro casu *add. D*

687. MVLIEBRIBVS ARMIS usus obtinuit, ut innuptas 'virgines', nuptas 'mulieres' vocemus: nam apud maiores indiscrete virgo dicebatur et mulier. utrumque enim sexum tantum significabat, ut ecce hoc loco dicit 'armis muliebribus', cum Camillam innuptam fuisse manifestum sit. item in bucolicis legimus <VI 47> a, virgo infelix, cum Pasiphaen constat ex Minoe ante amorem tauri liberos suscepisse: Terentius etiam mulierem post partum virginem vocat.

688. NOMEN TAMEN HAVD LEVE PATRVM MANIBVS HOC REFERES TELO CECIDISSE CAMILLAE inrisio est amaritudinis plena: nam si voluerimus simpliciter accipere, ut ita sit dictum quemadmodum supra <X 830> Aeneae magni dextra cadis, incipit contrarium esse superioribus. unde melius est, ut perseveremus in sensu et ita sit dictum: magnam re vera gloriam laturus est ad manes parentum, quem feminea tela superarunt.

692. SEDENTIS equitis. sane eum ex vicino intellegimus esse.

695. INTERIOR sinisterior, breviore scilicet circulo.

698. CONGEMINAT hic distinguendum: nam nemo dicit 'securim vulnus congeminat', sed 'securis'.

699. INCIDIT HVIC figurate pro 'in hanc incidit': Terentius ego in eum incidi infelix locum, ut neque mihi amittendi, neque retinendi sit copia.

700. APPENNINICOLAE BELLATOR FILIVS AVNI quia Liguria maiore parte sui in Appennino est constituta. Ligures autem omnes fallaces sunt, sicut ait Cato in secundo originum libro. FILIVS AVNI Aunus scilicet: nam, ut supra <IX 360> diximus, cum dictis parentibus filiorum nomina supprimuntur, eos patri cognomines intellegimus, ut <IX 358> Tiburti Remulo ditissimus olim.

703. *REGINAM AVERTERE proprio verbo usus est, ut est mos equestris, id est non sperat fore ut illam averteret.*

7 Terentius] Hec. III 3, 23. cf. Don. ad Adelph. IV 5, 16 || 19 Terentius] Phorm. I 3, 23. cf. Luct. Plac. in Stat. Theb. VIII 1

1 *scholia ad v.* 687—695 *om. F* || 2 dicebatur] cingebatur *H* || 3 utrumque] unum *AS* || significat *AS* || 6 pasiphen *AM* passiphen *R* phasiphen *H* || liberos] filios *H* || 7 Terentius] in Hecyra *add. vulgo* || vocat] 'nam uitium est oblatum uirgini olim ab nescio quo inprobo' *add. D* || *ad* MVLIEBRIBVS A. *s. v. et in marg.* maluit muliebribus quam uirginalibus dicere, ut, quia perpetuae castitatis uigorem uiuidum proximum esse uiris constat, nomine mollioris sexus usa sit, quo troiani turpius uincerentur *T* || 13 es *M* || 14 superabunt *RH* || 15 ex vicino] ex uicina manu *R* || esse] percussum *add. D. sed hoc voluit, ni fallor, Servius: equitem fuisse Buten non aperte dici, sed ex iis quae praecedant et sequantur intellegendum esse. fortasse igitur* equitem *post* esse *addendum* || 17 securium *R* securum *M* || 20 eum] illum *AS* || ut *om. RHM* || mihi *om. ASF* || 25 ut] et *R* in *H* || 26 patris *RHF* || cognominis *H* cognomine *F* || 28 *ad* AVERTERE *c. s. v.* proprio . . . averteret *T* || mos] *an* moris ? || 29 fore *om. F* || auertere *F*

704. VERSARE DOLOS INGRESSVS tractare ut ⟨II 62⟩ seu versare dolos, seu certae occumbere morti. ASTV malitia: nam proprie 'astutos' malitiosos vocamus: unde in Terentio postquam de domino dixit servus astute, ille iratus ait carnifex quae loquitur? Cicero ita fit ut tua ista ratio existimetur astuta, meum hoc consilium necessarium.

706. DIMITTE FVGAM *id est* equi celeritatem, cui fidis, relinque.

708. VENTOSA FERAT CVI GLORIA FRAVDEM haec est vera et antiqua lectio, ut *'fraudem' non 'laudem' legas, ut si 'fraudem' legeris,* sit sensus: pedes congredere, iam agnosces cui inanis iactantia adferat poenam: nam 'fraudem' veteres poenam vocabant, *ab eo quod praecedit, id quod sequitur, ut* ⟨II 229⟩ *et scelus expendisse merentem Laocoonta ferunt, Cicero in Cornelianis ne fraudi sit ei qui populum ad contentionem vocarit;* ut etiam in antiquo cognoscitur iure. si autem 'laudem' legerimus, erit sensus: agnosces cui inanis gloria adferat laudem. 'ventosa' autem 'gloria' est quam Graeci κενοδοξίαν vocant.

710. PARIBVSQVE RESISTIT IN ARMIS pedes, sicut etiam illum congressurum putabat.

711. PVRA PARMA tunc enim primum in bella descenderat.

713. FVGAX fugiens; nam nomen est pro participio: non enim fugacem possumus accipere quem supra ⟨700⟩ legimus bellatorem.

714. *FERRATA CALCE 'calce' genere feminino.*

715. VANE LIGVS aut fallax, aut inaniter iactans: nam 'vanos' stultos posteriores dicere coeperunt. inde tractum est etiam in neotericis: Iuvenalis ⟨III 159⟩ sic libitum vano, qui nos distinxit,

---

3 in Terentio] Andr. I 2, 12 ‖ 5 Cicero] in Verr. I 11, 34 ‖ 13 Cicero in Cornelianis] p. 939, 34 Or. ‖ 23 calce gen. fem.] cf. Non. p. 199, 18 M. ‖ 24 nam vanos . . . coeperunt] cf. Gell. XVIII 4, 10

---

2 ASTVM alii ianā *H* ‖ malitia nam] alii ianam *F* ‖ malicia *AM* ‖ 4 quae *om. R* ‖ 5 ita . . . tua *om. H,* fit . . . tua *om. R* ‖ fiet *Cicero* ‖ 6 meum] eum *AS,* hoc *omittentes* ‖ necessarium] necessarum *M* non esse seruam *F* ‖ 7 relinque] Fuga id est celeritas ut Iuuenalis etiam indicat illo uersu (VIII 60) 'cuius clara fuga ante alios et primus in aequore puluis' *add. D* ‖ 9 legas *G, om. F* ‖ 10 cognosces *RH* ‖ 11 *ad* FRAVDEM *s. v.* poenam uel dampnum *T* ‖ 12 et ut *G* ‖ 13 lacoonta fuerunt *F* ‖ cornelialis *F* ‖ fraude *F* ‖ 14 uocari *F* ‖ 15 iure] Sallustius in Catilinario (36, 2) 'diem statuit ante quam sine fraude liceret ab armis discedere *add. D. his haec add. Fabricius* est autem hypallage pro cui fraus ferat gloriam. ‖ legimus *H* ‖ 17 ΚΑΝΑΔΟΞΙΑΜ *R* ΚΕΙΝΟΔΟΖΑΝ *H* ΚΕΙΝΟΔΟΞΙΑΝ *M* ΚΕΝΟΔΟΞΙΑΝ *F* ‖ 18 id est pedes *R* ‖ etiam] et *F* ‖ 20 *scholia ad v.* 711 *et* 713 *om. F* ‖ in bella] in parma *AS* (camilla in bella *a*) ‖ descenderat] cum tirones pictas minime gestarent parmas *add. Fabricius* ‖ 21 iam *H* ‖ 23 calcem *F, correxi* ‖ feminino] usurpat *add. Masvicius* ‖ 25 inde tractum *R*: intraturum *AS* intratum *H* hinc tractum *M* et rarum *F* ‖ neotericis] neutris *AS* eotericis *H* ‖ 26 vano] iuno *R*

Othoni. quid autem hoc loco 'vane' significet, sequentia demonstrant 'frustraque animis elate superbis'. *possumus tamen hic et mendacem verius accipere, quia ait* ⟨701⟩ *dum fallere fata sinebant et* ⟨717⟩ *nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno: Nigidius de terris nam et Ligures, qui Appenninum tenuerunt, latrones, insidiosi, fallaces, mendaces, Cato originum cum de Liguribus loqueretur sed ipsi, unde oriundi sunt, exacta memoria inliterati mendacesque sunt et vera minus meminere. sane subito, ut solet, ad characterem dramaticum transit: neque enim ostendit Camillam loqui coepisse.*

716. LVBRICVS mobilis, fallax.

718. PERNICIBVS IGNEA PLANTIS modo velocibus, alias perseverantibus: nam 'pernix' interdum velox, interdum perseverans significat, ut ipse in georgicis ⟨III 229⟩ et inter dura iacet pernix instrato saxa cubili.

719. TRANSIT EQVVM CVRSV nunc hoc incredibile esse videretur, nisi praemisisset in septimo ⟨808⟩ illa vel intactae segetis per summa volaret gramina nec teneras cursu laesisset aristas. ADVERSA opposita.

721. *QVAM similitudinis adverbium est; est et pronomen tam subiunctivum, quam praepositivum; est et coniunctio, ut cum dicimus 'tam hoc, quam illud'.* ACCIPITER SAXO SACER ALES AB ALTO 'sacer' ideo, quia Marti est consecratus *accipiter:* aut '*sacer*' avibus execrabilis, ut ⟨III 57⟩ auri sacra fames: aut, quod verius est, Graecum nomen expressit: nam ἱέραξ dicitur, hoc est sacer: ἱερεύς enim *graece, latine* sacerdos vocatur. cur autem graece ita dictus sit, ratione non caret, quae nota est sacrorum peritis.

722. CONSEQVITVR PENNIS nova laus Camillae, siquidem acci-

---

6 Cato originum] II 1 Iord., 31 Pet. || 12 modo velocibus e. q. s.] cf. Isid. or. X 211

---

1 othini *F* || 2 animi *A* animus *F* || *ad v.* 715 *in marg. sin.* subito ut solet . . . coepisse. uanum possumus hoc loco mendacem accipere quia ait supra dum fallere fata sinebant, *in marg. dextro* siue quia fallaces ligures sunt siue quia fallaci dauno (*sic*) filius es. ideo dicit patrias artes *T* || 3 verius *Daniel*: aerius *F* || qui *G* || 4 perferret *G* || nigius *F, corr. Daniel* || 5 de terris] *cf. J. Klein de vita Nigidii p.* 25: de terras *F* de erra *Daniel* de Sphaera *Masvicius* || ligueres *F* || apenninum *F* apennium *G* || 6 originum II *Daniel* || 7 sed ipsi *Daniel*: sed ipse *F* sed ipsae *G* sedis *coni. Mommsenus ap. Iordanum* || *fortasse* unde unde oriundi sunt || exacta memoria *i. e. eis temporibus quorum exacta i. e. satis certa memoria est* || 8 minus *Daniel*: nimus *F* || 9 caractherem dramatricum *F* || 10 illam loqui primo cepisse *T* || 11 *schol. ad v.* 716 *om. F* || 15 instra *R* instaurato *F* || 19 ADVERSA opposita *om. RF. ad* ADVERSA *s. v.* ex aduerso ueniens *T* || 20 *ad* QVAM F. A. *s. v.* similitudinis aduerbium quam *T* || *alterum* est *om. G* || 24 quod] quia *F* || 25 ieras *F* || gereus *H* iereus *reliqui* || 26 dictum *F* || 27 quae] quia *F*

piter columbam sequitur, ista hostem praecedit. ipsa etiam avium comparatio sumpta ex contrario est: nam aequius vir accipitri, Camilla compararetur columbae.

723. *EVISCERAT ne vulgari verbo ex Graeco uteretur dicens 'exenterat', ait 'pedibusque eviscerat'.*

724. TVM CRVOR ET VVLSAE LABVNTVR AB AETHERE PLVMAE ecbasis *poetica,* id est excessus.

725. NON NVLLIS id est non neglegentibus: nam litotes figura est. vult enim dicere: non leviter Iuppiter intuebatur ista certamina. *ideo et adiecit 'observans oculis', id est intente aspiciens: Plautus observato, quam blande suppalpatur mulieri.*

730. INSTIGAT VOCIBVS ALAS incitat et inritat ad reditum: primum enim est, ut fugere desinant, post ut in hostes impetum faciant.

731. NOMINE QVEMQVE VOCANS per hoc extrema necessitas indicatur. *REFICITQVE id est restituit.*

732. QVIS METVS *dolentis, non interrogantis:* id est qualis, quantus, qui viros etiam feminam timere compellit? unde paulo post 'quae tanta animis ignavia venit? femina palantes agit'. O NVMQVAM DOLITVRI id est stulti: stultus enim est quisquis iniuria non movetur. et bene 'numquam', siquidem antea saevitiam Mezentii pertulerunt nec se ulti sunt, nunc praebent terga mulieri et ne hinc quidem commoventur dolore. *non nulli tamen 'dolorem' studii alicuius ardorem et promptam gloriae cupiditatem veterum more dictum tradunt, ut Graeci πόνον appellant.*

734. ATQVE HAEC AGMINA δεικτικῶς, id est multitudinem tantam, *hoc est magnam.*

735. INRITA *id est* inertia, quae nos ulcisci minime valent.

736. AT NON IN VENEREM SEGNES latenter hoc dicit: fugitis mulierem, quia armata est; alias primi ad hunc curritis sexum. NOCTVRNAQVE BELLA coitum: alibi et siquando ad proelia ventum est.

---

10 Plautus] Amphitr. I 3, 9 || 31 et siquando] georg. III 98

---

1 etiam] autem *F* || 2 est e contrario *F* || 3 comparetur *AS* || 4 *ad* EVISCERAT V. *s. v.* dissicit extrahit uiscera. et ne uulgari uerbo uteretur dicens exenterat ideo ait euiscerat *T* || et graeco *Daniel* || 7 etbasis *AS* ecbassis *R* || excursus *R* excussus *H* cursus *M* || 8 littores *AS* (littotes *s*) || 9 ista] haec *R* || 10 *ad* OBSERVANS *s. v.* intente aspiciens *T* || obscurans *F* || 16 *ad* REFICITQVE *s. v.* restituit *T* || 17 *ad* QVIS M. *s. v.* qualis quantus. et est dolentis non interrogantis *T* || non *om. F* || 18 qui] quod *F* || 21 ante *F* || 22 hic *AS* (hinc *a*) || 23 *ad* O NVMQVAM D. *s. v.* non nulli dolorem hoc loco studii alicuius ardorem more ueterum dictum accipiunt *T* || dolore *F* || 25 PONON *F* || appellant *om. Daniel* || 26 dicticos *libri* || 29 SIGNEM *F* || 30 primum *AS* || adhuc *RH* || 31 coitum *RHM*: coitus *AS* quibus coitus *F*

737. CVRVA TIBIA symphoniacorum. BACCHI autem ideo, quia apud veteres ludi theatrales non erant, nisi in honorem Liberi patris. *hanc tibiam Graeci πλαγίαυλον vocant, Latini vascam tibiam: et est Dionysia, cum maxime ea saturi utantur.*

738. EXPECTATE pro 'expectatis', modum pro modo posuit.

739. *HIC AMOR HOC STVDIVM per parenthesin dictum est; nam ordo est 'pocula mensae dum sacra secundus aruspex nuntiet'.* SECVNDVS HARVSPEX pro 'secunda sacra', id est prospera: sicut e contrario Homerus *μάντι κακῶν*, id est malorum divine.

740. IN ALTOS LVCOS illic enim epulabantur sacris diebus. *mire autem VOCET HOSTIA pro 'ut ad hostiam conveniatis'.*

741. MORITVRVS ET IPSE moriturus animo: nam moriturus non est. quod autem ait 'et ipse', aut ad Camillam, aut ad Venulum respicit.

742. TVRBIDVS *id est* terribilis.

743. DEREPTVMQVE AB EQVO DEXTRA COMPLECTITVR HOSTEM hoc de historia tractum est: namque Gaius Iulius Caesar, cum dimicaret in Gallia et ab hoste raptus equo eius portaretur armatus, occurrit quidam ex hostibus, qui eum nosset, et insultans ait 'caesar, caesar', quod Gallorum lingua 'dimitte' significat: et ita factum est ut dimitteretur. hoc autem ipse Caesar in ephemeride sua dicit, ubi propriam commemorat felicitatem. *est et alia huius rei historia: Varro enim cum de suo cognomine disputaret, ait eum qui primus Varro sit appellatus, in Illyrico hostem, Varronem nomine, quod rapuerat et ad suos portaverat, ex insigni facto vocabulum meruisse.*

745. *TOLLITVR IN CAELVM CLAMOR rei scilicet admiratione.*

---

9 Homerus] Il. I 106 ‖ 15 TVRBIDVS terribilis] exscr. Isid. or. X 270

---

1 CVRVA] CANTV *R* ‖ symphonia chorum *AS* symphonia eorum *HM* symphonia quorum *F* ‖ 2 honore *R* ‖ 3 hanc *Daniel*: huic *F* ‖ plagiaulon *F* ‖ 4 dionisia *F* ‖ Satyri *Daniel* ‖ utuntur *F, correxi* ‖ 5 EXSPECTAT *F* ‖ 6 *ad* HIC A. H. S. *s. v.* parentesis quia ordo est plene pocula m. d. s. s. a. n. *T* ‖ 7 potula *G* ‖ 8 HARVSPEX *F*: ARVSPEX *ASR* AVRVSPEX *HM* ‖ 9 MАNTI KWN *A* MАNTI KАCWN *HM* ‖ diuina *AS* diuinae *H* ‖ 10 enim *om. F* ‖ 11 *ad* HOSTIA *s. v.* pro ad hostiam pinguem *T* ‖ VOCEM *F* ‖ 12 moritur *AS* morituris *H* ‖ 13 ipse *om. HMF* ‖ 16 DIREPTVMQVE *libri* ‖ 17 tractatum *HM* ‖ iaius *F*, Iulius *omittens* ‖ 18 arreptus *R* ‖ 19 nosset] non est *H* ‖ caesar caesar *RF* caesar *ASM* cecos ac cesar *H* ‖ 21 ipsa *A* ‖ epimeride *R* emptemeride *F* ‖ dicitur *AS* ‖ 22 *ad v.* 743 *in marg.* praeter historiam illam quam de caesare hoc loco memorat seruius aliam etiam inuenimus ex qua similitudinem sumpsit uirgilius. Varro cum de suo cognomine disputaret ait eum qui sit primus uarro appellatus in illirico hostem uarronem nomine quod rapuerat et ad hostes portauerat ex insigni facto uocabulum meruisse *T* ‖ uius *G* ‖ 23 de *om. F* ‖ disputare *F* ‖ 24 uero *F* ‖ appellatur *G* ‖ ilyrico *F* hybrico *G* ‖ 25 ad suos *Commelinus*: ad uos *F* ‖ facto] ficato *G* ‖ vocabulum *om. F* meruisse nomen *coni. Masvicius, fortasse rectius, quam* voc. mer. *Turonensis interpres* ‖ 26 *ad* TOLLITVR *s. v.* rei scilicet admiratione *T*

748. RIMATVR *inquirit, ut* ⟨VII 508⟩ *rimanti telum ira facit.*

750. EXIT evitat, ut atque oculis vigilantibus exit in quinto ⟨438⟩.

751. VTQVE VOLANS ALTE RAPTVM Homerica comparatio. *et utrum 'alte volans', an 'alte raptum', an 'alte fert'?*

756. LVCTANTEM ROSTRO *magna brevitate rem descripsit.*

758. DVCIS EXEMPLVM EVENTVMQVE SECVTI et virtutem, et felicitatem: *'exemplum', quod coepit; 'eventum', quod prospere.*

759. MAEONIDAE Lydii, ut ⟨VIII 499⟩ o Maeoniae delecta iuventus.

760. ARTE dolo, ut ⟨II 152⟩ arte Pelasga.

762. QVA SE CVMQVE FVRENS MEDIO TVLIT AGMINE VIRGO, HAC ARRVNS SVBIT ut etiam supra ⟨592⟩ diximus, ita poeta loquitur, ut aliquibus locis det suspicionem, quod Arruns de Turni partibus fuerit: namque et in Camillam impetum facit, et cum ipsa rursus recedit: quod nisi de socio non procedit. Donatus etiam dicit, esse manifestum signum socium *ei* fuisse, quod Apollinem Soractis invocat montis, de quo Turno auxilia constat venisse: licet possit fieri, ut alterius loci homo alterius loci invocet numen. item ad argumentum vocat ⟨793⟩ patrias remeabo inglorius urbes: quod etiam de hoste procedit, nam superare feminam nullam constat esse virtutem: *aut quia nec gloriari poterat, si Camillam earundem partium occidisset, ut, quod supra dictum est, videatur eam invidia peremisse, quod viris praeripiat gloriam et sola nobiliter pugnet Camilla.*

763. TACITVS *hoc est latens.*

767. CIRCVITVM proprie: nam circumire insidiantum est: unde est nec gregibus nocturnus obambulat. CERTAM HASTAM

---

1 RIMATVR inquirit] cf. Non. p. 382, 5 M. ‖ 2 EXIT evitat] cf. Non. p. 296, 17 sqq. M. ‖ 27 nec gregibus] georg. III 538

---

1 *ad* RIMATVR *s. v.* inquirit *T* ‖ inquiritur *F*, ut *omittens* ‖ frimanti *F* ‖ 2 et uitat *R* ‖ ut *om. F* ‖ in quinto *R* in v. *ASM, om. HF* ‖ 4 comparatio] (*Il.* XII 200) ὄρνις γὰρ σφιν ἐπῆλθε . . . πνοιῇς ἀνέμοιο *add. D* ‖ *s. v.* 751 homerica comparatio. potest et alte uolans et alte raptum et alte fert accipi *T* ‖ 5 alto uolens *F* ‖ an] nam *G* ‖ 6 describit *G* ‖ 9 lidi *R* ‖ ut] et *AS* ‖ o Maeoniae] amoeonii *AS* meoniae *R* amaeoniae *H* at maeoniae *M* maeoniae *F* ‖ 11 ARTE . . . Pelasga *post* virtutem *hab. Serviani libri, om. F* ‖ *ad v.* 760 *is interpres qui Tironianis notis utebatur in Turonensi haec adscripsit* Prior erat arte id est dolo et fraude, non fortitudine aut agilitate. ‖ 12 HANC *H* ‖ 14 det] et *AS* (*corr. a*) ‖ 15 nam quod et in camillam *F* ‖ ipsa] ea *ASF* ‖ 16 Donatus dicit . . . invocet numen *hab. T* ‖ 18 posset *AS* ‖ 19 homo alterius loci *om. AS* ‖ 21 non procedit *R* ‖ procedit nam] procedit . inglorius autem ideo quia *F* ‖ 22 earunden parcium *G* ‖ 24 pugnae *F, corr. Daniel* ‖ 25 *ad* TACITVS *s. v.* latens *T* ‖ 26 CIRCVIT *R* ‖ insidiantium *F* ‖ 27 nocturnis *F*

inevitabilem: unde est e contra ⟨II 224⟩ et incertam excussit cervice securim, id est infirmam, *e*vitabilem.

768. SACER CYBELO nam montem pro numine, quod in eo colitur, posuit. et bona occasio ad mortem Camillae, ut sacerdotem maioris numinis conetur occidere: per quod quasi exauctoratur Dianae favor, interveniente maioris numinis iracundia. *OLIMQVE SACERDOS aut quia vetus sacerdos: aut cuius etiam maiores sacerdotes fuissent, quibus apud veteres in sacra quoque succedebatur.*

769. *LONGE FVLGEBAT vel 'longe fulgebat', vel 'longe insignis'.*

770. QVEM PELLIS AENIS IN PLVMAM SQVAMIS AVRO CONSERTA TEGEBAT catafractum eum fuisse significat. catafracti autem equites dicuntur, qui et ipsi ferro muniti sunt, et equos similiter munitos habent: de quibus Sallustius equis paria operimenta erant, †quae linteo ferreis laminis in modum plumae adnexuerant, nunc autem pro linteo 'pellem' posuit, et 'aeneas squamas' aereas laminas intellegimus. 'in plumam' vero est in similitudinem plumae, ut ⟨VI 42⟩ excisum Euboicae latus ingens rupis in antrum, *id est* in antri similitudinem. sane sciendum quod ipsos equites catafractos dicimus: Sallustius et sequebantur equites catafracti. *IN PLVMAM *pluma est in armatura ubi lamina in laminam se indit*.*

772. *PEREGRINA FERRVGINE ut Hibera, id est Hispana: nam ipse hoc alibi exposuit ⟨IX 579⟩ et ferrugine clarus Hibera. quidam purpuram accipiunt, quod eius prima tinctura ferrugineo colore sit.*

773. SPICVLA TORQVEBAT LYCIO GORTYNIA CORNV Cretenses

11 catafractum e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 268 et XI 543 || 13 Sallustius] hist. IV 59 D., 17 Kr. || 19 Sallustius] hist. IV 58 D., 16 Kr. || 23 quidam . . . sit] cf. Isid. or. XIX 28, 6

1 e contrario *F* || et] ut *R* || 3 CYBELA *H* || nam] nunc *F* || eo] caelo *H* || 5 numinis] iracundia *add. AS* || 6 favor *vulgo*: fauore *ASRM* fauoe *H* fabore *F* || iracundia *om. AS* || 7 aut . . . succedebatur *hab. T* || quia *om. T* || etiam *om. T* || 8 quoque in sacris *T* || succedebantur *F* || 9 vel . . . insignis *hab. T* || longe id est ualde insignis *T* || 11 autem *om. R* || 12 ipsi *om. RH* || uniti *AS* (*corr. as*) || 13 equi *RH* || paria] simila *A* similia *Sa* patria *R* || 14 quae] q: *R* || linteo *ASMF* lina *R* linco *H* lintea *vulgo* || lamineis *A* (laminis *a*). *fortasse* namque linteo ferreas laminas in modum plumae adnexuerant. *Kritzius vulgatam scripturam ita defendit, ut Sallustium insolenter 'operimenta adnectere laminis' pro 'operimentis adnectere laminas' posuisse diceret; Dietschius 'ferreis laminis i. m. p.' ablativum, quem qualitatis vocant grammatici, esse, lintea autem ipsis equis adnexa dici sibi persuasit.* || adnexuerant] pluma . . . scindit *add. F, quae a Servianis separavi* || 15 pelle *F* || aenis *F* || 16 est *om. F* || 17 eubois *AS* || 19 et *om. AS* || sequebatur *H* || equites *vulgo*: equi *libri, nisi quod* aequi *AS. fort.* equi catafractos || 20 lamina *Daniel*: lamen *F* || 21 se indit *Daniel*: scindit *F* || 22 *ad* PEREGRINA F. *s. v.* hispana purpura *T* || ispania *F* || ipso *F* || 24 purpuram *Masvicius*: purpura *F. possis et* 'ferrugine' purpura || tuntura *F, corr. Daniel*

sagittas Lycio arcu dirigebat: quod etiam, ut supra diximus, ad ornatum poni consuevit.

774. VATI *hic vatem, supra ⟨768⟩ sacerdotem, ut de Heleno utrumque.*

775. CASSIDA pro 'cassis': nam accusativum posuit pro nominativo.

777. PICTVS ACV TVNICAS ET BARBARA TEGMINA CRVRVM 'pictus tunicas, pictus crurum barbara tegmina', id est habebat vestem phrygionis arte perfectam. sane armorum longa descriptio illuc spectat, ut in eorum cupiditatem merito Camilla videatur esse succensa.

782. FEMINEO inpatienti, inrationabili, ut ⟨VII 345⟩ femineae ardentem iraeque curaeque coquebant.

785. SVMME DEVM ex affectu colentis dicitur: nam Iuppiter summus est. SANCTI CVSTOS SORACTIS APOLLO Soractis mons est Hirpinorum in Flaminia conlocatus. in hoc autem monte cum aliquando Diti patri sacrum persolveretur — nam *diis* manibus consecratus est — subito venientes lupi exta *de igni* rapuerunt. quos cum diu *pastores* sequerentur, delati sunt ad quandam speluncam, halitum ex se pestiferum emittentem, adeo ut iuxta stantes necaret: *et* exinde est orta pestilentia, quia fuerant lupos secuti. de qua responsum est, posse eam sedari, si lupos imitarentur, id est rapto viverent. quod postquam factum est, dicti sunt ipsi populi Hirpi Sorani: nam lupi Sabinorum lingua vocantur hirpi. Sorani vero a Dite: nam Ditis pater Soranus vocatur: quasi lupi Ditis patris. unde memor rei Vergilius Arruntem paulo post comparat lupo, quasi Hirpinum Soranum.

786. PINEVS ARDOR ignis *περίφρασις*. ACERVO pyra, coacervatione lignorum.

787. FRETI PIETATE iste quidem hoc dicit; sed Varro, ubique expugnator religionis, ait, cum quoddam medicamentum describeret, ut solent Hirpini, qui ambulaturi per ignes, medicamento plantas tingunt.

3 hic . . . sacerdotem] cf. Isid. or. VII 12, 15 et diff. verb. 451

1 dirigebant *RH* ‖ ut etiam *HM* ‖ 3 *ad* VATI *s. v.* sacerdoti *T* ‖ 7 frigia *a* ‖ 8 spectatur *HF* ‖ 9 cupiditate *RF* captiuitatem *H* ‖ Camilla *om. F* ‖ *ad* CAECA (*v.* 781) quia nesciebat quid ei accideret *T* ‖ 10 ut *om. F* ‖ *ad* CVM TANDEM (*v.* 783) cum labore, *ad* TEMPORE C. *s. v.* oportunitate nacta *T* ‖ 12 *schol. ad* SVMME D. *om. F* ‖ uolentis *AS* (*corr. a*) ‖ 13 est *om. AS* (*add. a*) ‖ soracte *AS* ‖ 14 hyrpinorum *ASRH* arpinorum *F* ‖ 17 alitum *ARH* ‖ 18 etinde *R* ‖ 19 fuerunt *AS* ‖ 20 uiuere *F* ‖ 21 hyrpisarani *AS* hyrpi sorani *RM* hirpini sorani *F* ‖ 22 hirpri uocantur *H* hirpi uocantur *MF* ‖ sarani *AS* ‖ 23 saranus *AS* ‖ 24 rei] et *AS* ‖ uergilius *F* ‖ hyrpinum *ASRM* ‖ 25 saranum *A* sarranum *S* ‖ 29 cum] eum *AS* ‖ describere *AS* describeretur *H* ‖ 30 ut] et ut *F*, *inde* eo uti *Salmasius Plin. exercit. p.* 60 ‖ hyrpini *ASRH* Hirpi *Varronis esse coni. Salmasius* ‖ ignem *F* ‖ medicantentes *H*

788. MVLTA PRVNA in pruna. 'pruna' autem quamdiu ardet dicitur: Horatius praetextam et latum clavum prunaeque batillum: cum autem extincta fuerit, carbo nominatur: Terentius tam excoctam atque atram reddam, quam carbo est: nam 'pruna' a perurendo dicta est.

790. EXVVIAS PVLSAEVE TROPAEVM exuvias occisae, pulsae tropaeum. et proprie: nam, ut supra ⟨X 775⟩ diximus, de occisis hostibus triumphabant, de pulsis figebant tropaea.

795. PARTEM MENTE DEDIT PARTEM VOLVCRES DISPERSIT IN AVRAS bona moderatio Apollinis inter sacerdotis preces et voluntatem sororis.

801. NIHIL non. NEQVE AVRAS NEC SONITVS MEMOR haec est antiqua lectio; namque apud maiores trahebatur interdum a Graeco genetivus singularis. hinc est et 'paterfamilias' et 'materfamilias', quae duo tantum nomina remanserunt: nam nec 'huius auras' dicimus, nec 'huius custodias' secundum Sallustium, qui ait castella custodias thesaurorum pro 'custodiae': ita enim etiam Asper intellegit, licet alii 'custodias' accusativum velint. sane 'paterfamilias' *et 'materfamilias'* quando dicimus, 'familias' indeclinabile est. si autem 'pater familiae' dicere voluerimus, iam non erit nomen, sed locutio, et 'familiae' erit dativus; nam 'pater mihi est' dicimus: Terentius natura tu illi pater es, consiliis ego. multi tamen volunt in numero plurali nomen utrumque declinari, ut dicamus 'hi patres familiae, horum patrum familiarum'.

803. PAPILLAM EXERTAM nudam. sane 'mamilla' est omnis eminentia uberis, 'papilla' vero breve illud, unde lac trahitur.

805. DOMINAM reginam, ut ⟨VI 397⟩ hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.

---

1 pruna . . . dicta est] exscr. Isid. or. XIX 6, 7 || 2 Horatius] sat. I 5, 36 || 3 Terentius] Adelph. V 3, 63 || 16 secundum Sallustium] hist. III 35 D., 42 Kr. cf. Charis. p. 107, 9 sqq. K. || 21 Terentius] Adelph. I 2, 46 || 25 mamilla . . . trahitur] exscr. Isid. or. XI 1, 75. cf. diff. verb. 372

---

1 inter pruna *AS* inter prunam *M*, et carbonem hoc interest *addens* || 2 praetexta *HF* || et *om. H* || uatillum *ASR* batilum *HMF* || 3 tam] quam *H* nam *F* || 4 exactam *F* || atque] tam *ASR* || *ad* DEDECVS (*v.* 789) quod femina persequeretur uiros *T* || 6 exuvias . . . tropaeum *om. AS* || 7 et proprie] et improprie *R*, *om. F* || de *om. HM* || 8 de pulsis] defeesis *H* (*sed alterum* e *man. rec. in ras.*) defugatis *Guelferb. I* || 11 sororis] est autem homeri orante patroclo achille (*Il.* XVI 249) ὣς ἔφατ' εὐχόμενος . . . μάχης ἒξ ἀπονέεσθαι *add D* || 12 NIHIL non *post* patrum familiarum (*lin.* 24) *hab. F* || 13 est *om. F* || antiqua] uera *R* || nam *AS* || 17 custodiae *F* || 18 pro custodia *H* || 19 quando . . . familias *om. AS* || 20 dicimus iam *F* || eloquutio *AS* elocutio *MF* || 22 tui *F* || 23 dicas *R* || 26 breue] unde *H*, *om. M* || 27 *ad* TREPIDAE *s. v.* festinae aut metuentes *T* || reginam] ruentem *M* || domini *F*

808. VIRGINIS AVDET sic fuerat consternatus, ut etiam vulneratam timeret.

811. OCCISO PASTORE LVPVS bene pastori reginam comparat nam reges ipsi pastores vocantur: Homerus ποιμένα λαῶν.

812. CAVDAM PAVITANTEM quae timorem indicat: pro 'ipse pavitans'.

814. TVRBIDVS modo timidus, supra terribilis, ut ⟨742⟩ Venulo adversum se turbidus infert.

817. MVCRO hinc apparet mucronem esse cuiuslibet teli acumen.

818. FRIGIDA LETO alii 'telo' legunt et intellegunt 'vulnere'. *et quidam* LABVNTVR LETO *non 'leto frigida', sed 'leto labuntur'. alii 'frigida leto' accipiunt, quia sequitur post 'captum leto posuit caput'. non nulli 'frigida lumina' tradunt, scilicet igni caloris extincto, ut e contrario* ⟨II 405⟩ *ad caelum tendens ardentia lumina.*

822. PARTIRI CVRAS subaudis 'consueverat'. HAEC ITA FATVR unum abundat: nam supra ait 'adloquitur'.

823. POTVI absolute, vel pugnare vel vivere: *necessaria enim eclipsis in defectione, quae ex arte non semel posita est.*

826. SVCCEDAT PVGNAE animus bellatricis ostenditur, quae non se dolet lucem, sed bella deserere, *in tantum, ut nihil aliud* †*moriens, quam de re publica tuenda, et bellum mandaret, et solum putaret idoneum Turnum qui in eius vicem succederet.*

828. NON SPONTE FLVENS non ut supra ⟨499⟩ portisque ab equo regina sub ipsis desiluit, quam tota cohors imitata relictis ad terram defluxit equis.

829. PAVLATIM EXSOLVIT SE CORPORE sic in quarto ⟨703⟩ teque isto corpore solvo.

830. *ET CAPTVM LETO POSVIT CAPVT cum dicit 'caput' ostendit operam consecratam, usque dum solvatur caput hominis, id est liberetur;*

---

4 Homerus] Il. I 263 || 9 hinc apparet . . . acumen] exscr. Isid. or. XVIII 6, 2; diff. verb. 198

---

8 instat *RHM* || 10 alii te leguntur *H* || 11 *ad* LOETO *s. v.* loeto labuntur non leto frigida, *s. v.* 819 non nulli . . . ardentia lumina *T* || frigido *F*, *correxi* || 13 scilicet *om. T* || extincto igne caloris *T* || ignis calore *Daniel* || e contra *T* || 15 *schol. ad* PARTIRI C. *om. F* || consuerat *AS* || 17 vel *ante* pugnare *om. F* || *ad* POTVI *s. v.* scilicet uel uiuere uel pugnare. et est necessaria ellipsis quia interrumpebatur uox morientis *T* || 20 sed] sub *F* || *s. v.* 825 in tantum animus bellatricis ostenditur ut nihil aliud quam de re publica tuenda moriens et bellum mandaret et solum idoneum putaret turnum qui in eius locum succederet *T* || moriens] *fortasse* moliens *aut* nihil aliud cogitans q. d. r. p. t., moriens et *e. q. s.* || 21 putarent *F* || 22 qui *om. F* || succiderit *F* || 23 non] sua sponte *add. M* || 24 dissiluit *RF* || 26 *schol. ad v.* 829 *om. HM* || 28 *ad* EXSOLVIT *s. v.* liberat *T* || opera consecrationis qui dum *F* operam consecrari (consecratam *ego*) usque dum *Daniel*

quod facilius potest morte contingere, sicut supra ⟨591⟩ *dictum est.* ARMA RELINQVENS *alii 'arma relinquunt' legunt. Probus hypallagen vult esse vel contrarium, ut ipsa relinquat. alii 'arma relinquunt' cum laude dictum accipiunt, id est illa decidebant e manibus Camillae exanimis.*

831. VITAQVE CVM GEMITV FVGIT INDIGNATA SVB VMBRAS servat hoc ubique, ut iuvenum animas a corporibus dicat cum dolore discedere, quod adhuc esse superstites poterant: quod etiam de Turno dicturus est.

832. CLAMOR Troianorum scilicet, qui exultabant, *et quorum animi aucti sunt Camilla moriente.*

833. CRVDESCIT crudelior fit caede multorum.

834. OMNIS COPIA *pro 'totus exercitus', ut* ⟨II 564⟩ *et quae sit me circum copia, lustro.*

836. AT TRIVIAE CVSTOS *vel* ministra, *vel observatrix. potest et pro comite accipi: vel 'custos' mandatorum Triviae, ne inulta Camilla moriatur.*

839. MVLCATAM *affectam: 'mulcari' enim proprie verberibus dicimus.*

842. CONATA LACESSERE TEVCROS propter illud ⟨305⟩ bellum inportunum cives cum gente deorum. HEV *autem doloris exclamatio est.* CRVDELE LVISTI SVPPLICIVM *iuris verbo usus est. 'luere' enim debere dicitur qui pecuniam solvit: quod hic usurpatum est in capitis poenam. quidam huius loci longam expositionem tradunt: Volscos a Volscatibus Hylinis originem ducere, †exclytas autem, inter quos Amazones sunt, regionem Illyricam incolere. luisse ergo supplicium Camillam dicunt, quae adversum Troianos arma tulerit, quibus maiores eius auxilium constat tulisse, id est Penthesileam.*

15 vel ministra e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 6, 15 et V 22, 2

2 *ad v.* 830 alii arma relinquunt legunt. probus hypallagen uult esse ut ipsa relinquat. alii cum laude dictum accipiunt id est illa decidebant e manibus cum illa iam esset exanimis *T* ‖ 3 esse *om. F* ‖ relinquit *F* ‖ cum . . . id est] laudant dictum est *F* ‖ 4 cumille *F* ‖ exanimi *F, corr. Masvicius* ‖ 6 servat hoc ubique] ferunt hoc alii quae *F* ‖ 8 potuerunt *F* ‖ 9 dicturus est] idem cicero in catone maiore (XX 72) 'iam omnis conglutinatio recens aegre, inueterata facillime diuellitur'. et est homeri (*Il.* XVI 856) *add. D* ‖ 11 aucti *Daniel*: uicti *F* ‖ 12 multorum] nam crudus et crudelis a cruore dicitur *add. D* ‖ 14 lustrum *F* ‖ 15 *s. v.* 836 ministra uel obseruans (*sic*) . . . moriatur camilla (*sic*) *T* ‖ obseruatris *F* ‖ *ad* MVLTATAM *s. v.* adfectam *T* ‖ MVLTATAM debilitatam *Fabricius* M. debilitatam damnatam *Stephanus* ‖ uerberimus *F* ‖ 20 *ad* HEV NIMIVM *s. v.* doloris exclamatio est hoc loco heu *T* ‖ *ad* LVISTI *in marg.* soluisti et iuris uerbo usus est . . . ut pentesilea *T* ‖ 22 debere *om. T* ‖ 23 huius . . . expositionem *om. T* ‖ uulcos *FT* ‖ 24 a uulcatibus ylinis *F* ab illiriis *T cf. Hauptius op.* III *p.* 331, *qui* Hylleis *pro* Hylinis *proposuit.* ‖ exclytas *F* excithis *T* ‖ sunt amazones *T* ‖ amagones *F* ‖ 25 religionem *F* ‖ illiricum *F* ylliriou͞ (r) *T* ‖ 26 dicunt *om. F* ‖ 27 pontesilea *F, corr. Masvicius*

843. *DESERTAE IN DVMIS 'in silvis coluisse', aut 'in dumis desertae', id est soli et sine nobis.* COLVISSE DIANAM PROFVIT non deam incusat, sed fatorum necessitatem, contra quae nec numinis opitulatur auxilium.

846. SINE NOMINE sine gloria, sine fama, *quod fortiter fecit: vel quia dea vindicat.*

847. AVT FAMAM PATIERIS INVLTAE *id est* nec invindicatae ignominiam sustinebis: quod etiam Dido dolet, dicens ⟨IV 659⟩ moriemur inultae, sed moriamur ait.

849. MONTE SVB ALTO ut ⟨VI 234⟩ monte sub aerio. apud maiores nobiles aut sub montibus *altis,* aut in *ipsis* montibus sepeliebantur; unde natum est ut super cadavera aut pyramides fierent, aut ingentes collocarentur columnae.

850. *REGIS DERCENNI quidam †destercenii, rege Aboriginum, hoc nomen fictum putant.* *BVSTVM hoc loco sepulchrum.*

854. VANA TVMENTEM plenum *falsae gloriae, quam Graeci κενοδοξίαν dicunt. 'vana' autem 'tumentem', ut* ⟨VIII 489⟩ *infanda furentem.*

855. *CVR INQVIT DIVERSVS ABIS non quasi audienti dicat, ut* ⟨IX 638⟩ *macte nova virtute, puer. 'diversus' autem a pugna diversus: vel 'diversus', quod fugit quam occidit.*

856. DIGNA CAMILLAE PRAEMIA *pro poena:* sic in secundo ⟨537⟩ persolvant grates dignas et praemia reddant debita, item alibi ⟨X 881⟩ et haec tibi porto dona prius.

857. TVNE ETIAM TELIS MORIERE DIANAE cum ingenti amaritudine dictum est: nam ei etiam genus invidet mortis. quod autem ait 'tune etiam' ad Niobes numerosam pertinet subolem.

---

1 *ad* DESERTAE *s. v.* id est soli sine nobis *T* ‖ in dumis desertae *ego*: dubiis deserti *F* dumis deserti *Daniel* ‖ 3 conteque *F* ‖ 5 sine fama *om. HM* ‖ sine gloria . . . uindicabit (*sic*) *hab. T* ‖ 6 uel quia fortiter fecit *T* ‖ 7 nec inuindicatae sustinebis iniuriam *AS* ‖ 9 multae *F* ‖ 11 in montibus] in domibus *M* ‖ 12 supra *A* ‖ paranides *AS* (piramides *s*) ‖ 13 columnae] lucanus (VIII 695) 'et regum cineres exstructo monte quiescant, cum ptolemaeorum manes seriemque pudendam pyramides claudant' *add. D* ‖ 14 *ad v.* 850 quidam aboriginum regis nomen fictum putant hoc loco *T* ‖ DETENNII *G* ‖ derτcenu *G* de Stercenii *Daniel* de Sterce *Masvicius, fortasse ex August. de civit. dei* XVIII 15. *mihi ipsum Dercennii nomen restituendum esse videtur, ut is interpres cuius scholium 'quidam putant' formula Servianis adiunctum est haec fere scripserit* DERCENNI regis Aboriginum. hoc nomen fictum est. ‖ rege *F* regem *Daniel* ‖ oboriginem *F* (ob ori *evanuerunt in G*) ‖ 15 *ad* BVSTVM *s. v.* modo sepulcrum *T* ‖ 16 κενοδοξίαν *Daniel*: κενοδοξια *Serviani libri* (*nisi quod* κενολοοξια *H*), *om. F* ‖ 17 *ad* VANA *s. v.* nomen pro aduerbio *T*, *ad v.* 854 *in marg.* KЄNODOXIA inanis gloria *T* ‖ 19 HABES *F* ‖ 20 *ad* DIVERSVS A. H. D. G. *s. v.* uel diuersus a pugna uel diuersus quia fugit quam occiderat *T* ‖ diuer *F* ‖ 22 PRAEMIA *om. AF* ‖ pro poena *non edidit Daniel* ‖ 24 alibi] in decimo *F* ‖ 27 Niobes *Stephanus*: iouis *ASRM* iuues *H* mobis *F* ‖ sobolem *ASRH*

858. *VOLVCREM SAGITTAM proprie: quia sagittis pennae adglutinantur.* *THREISSA propter Amazonas. et hanc Vergilius non ita finxit, ut Tarpeiam et ceteras, sed proprio nomine videtur induxisse: Graeci enim tradunt ἀμαλλοφόρους ex Hyperboreis, qui et ipsi sunt Thraces, ad Latonam venisse: hanc et Hecaergon Apollinem et Dianam educasse, ut etiam ex cognominibus deorum, cum illa Opis et hic Hecaergos appellatur, agnoscitur: quod supra* ⟨532⟩ *plenius dictum est.*

859. CORNVQVE INFENSA TETENDIT 'cornu' accusativus singularis est, ac si diceret 'arcumque infensa tetendit': nam horum dubiorum *nominum* casus ex similibus vel synonymis conprobantur.

860. COIRENT INTER SE CAPITA Homerica est ista descriptio.

861. *MANIBVS AEQVIS pro aequaliter, vel aequantibus. et licitum poetae, nomen pro adverbiis aut participiis ponere.*

863. TELI STRIDOREM Homerus ἔκλαγξεν δ' ἄρ' ὀιστός.

864. AVDIIT VNA ARRVNS HAESITQVE IN CORPORE FERRVM celeritas iaculantis exprimitur: *sic* Statius cum iam percussum dixisset extinctum, ait n e c d u m c e r t i t a c e t a r c u s A m y n t a e. *multi nolunt in medio distingui propter exprimendam celeritatem.*

866. *OBLITI non nulli Vergilium secundum vetustatem hoc verbo usum tradunt, ut 'obliti' ἀμελήσαντες, hoc est neglegentes et contemnentes, putent: viderant enim peremptum, sed neglexerunt, ergo scientes liquerunt, ut* ⟨V 174⟩ *o b l i t u s d e c o r i s q u e s u i et* ⟨V 703⟩ *o b l i t u s f a t o r u m. alii 'obliti' ubi reliquerant nescientes: et est sensus 'obliti illum'.* IGNOTO CAMPORVM IN PVLVERE LINQVVNT *bene Arruns,*

---

1 proprie . . . adglutinantur] cf. Isid. diff. verb. 47 ‖ 14 Homerus] Il. I 46 ‖ 16 Statius] Theb. VIII 440

---

1 *ad v.* 858 propter amazones dicit. et hoc uirgilius nomen non ita finxit ut tarpeiam et citheram sed proprio nomine uidetur induxisse. graeci enim tradunt ex hyperboreis qui et ipsi sunt thraces latonam uenisse et hanc cum latona educasse. et uolucrem sagittam proprie dixit quia . . . agglutinantur *T* ‖ pinnae *F* ‖ 2 amazonias *F* ‖ uergilius *F* ‖ 3 terpeiam *F* ‖ grecae eum tradunt *F* ‖ 4 ἀμαλλοφόρους *ego* (*cf. Welcker Goetterl.* II *p.* 350): amilloforos *F* anulloforos *Daniel* ouloforos *Salmasius ad inscript. Herodis Attici p.* 19 Opin et Hecaergon οὐλοφόρους *Masvicius* ‖ hyperuoreis *F* ‖ Thraces] trudi *F* Threci *Salmasius* ‖ 5 ad Latonam *ego*: et latitonam *F* in Latitonam *Daniel* in insulam Delum *Salmasius* ‖ hanc et Hecaergon Apollinem et Dianam *Salmasius*: hanc et aegon hoc est dianam *F* hunc Hecaergon *Commelinus* ‖ 6 cum *Salmasius*: et cum *F* ‖ Hecaergos *Salmasius*: et aergos *F* ‖ 11 descriptio] pandaro foedera iussu palladis confundente (*Il.* IV 122) ἕλκε δ' ὁμοῦ . . . τόξῳ δὲ σίδηρον *add. D* ‖ 12 *ad* AEQVIS *s. v.* aut aequaliter aut aequantibus *T* ‖ 14 ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀιστοί *Homerus* ‖ ὀιστοί] ἀπ' ὤμων et (*Il.* IV 125) λίγξε βιός, νευρὴ δὲ μέγ' ἴαχεν *add. D* ‖ 15 FERRVM] T. *A* VVLNVS *H* ‖ 17 amindae *R* aminde *H* amyndae *M* ‖ 19 *ad v.* 866 quidam obliti intellegunt id est scientes reliquerunt uiderant enim eum sed neglexerant. alii intellegunt ubi reliquerant nescientes *T* ‖ 20 AMEΛEHCANTEC *F* AMEAEHCANTEC *G* ‖ contempnentes *F* ‖ 21 uiderat *F* ‖ sientes *G* ‖ 22 decoresque *F*

qui quasi sacrilegus peremptus est, faciente numinis iracundia est relictus, ut nec sepulturam posset mereri.

868. *LEVIS ALA levis armatura scilicet.*

869. TVRBATI FVGIVNT RVTVLI hoc ad Camillae pertinet laudem, *qua amissa turbati fuerunt Rutuli, et* inmutantur fata bellorum. ACER ATINAS licet acer, fugit tamen.

870. DESOLATIQVE MANIPLI deserti signiferi: quod est nimii discriminis; namque hoc ubique dux praecipit, ut frequentes circa se sint milites, sicut in Sallustio legimus. manipli autem dicti sunt signiferi, quia sub Romulo pauper adhuc Romanus exercitus hastis faeni manipulos inligabant, et hos pro signis gerebant; unde hoc nomen remansit.

872. *LETVMQVE FERENTIS pro 'inferentis'.*

874. LAXOS ARCVS non intentos, sed iam solutos.

877. *PVLVIS hic corripuit, alibi produxit* ⟨I 478⟩ *versa pulvis inscribitur hasta.*

878. FEMINEVM CLAMOREM inpatientem: nam iam dixerat 'matres', per quod muliebrem clamorem poteramus accipere.

879. *QVI CVRSV PORTAS †potanda elocutio, quia consequatur 'hos'. sed intellegendum 'eos qui'.*

880. *INIMICA pro 'hostilis'.*

881. MISERAM MORTEM quia sequitur 'limine in ipso'.

882. MOENIBVS IN PATRIIS scilicet ubi se iam tutos esse credebant.

883. *PARS CLAVDERE PORTAS pars eorum qui cursu inrupere portas.*

884. APERIRE VIAM id est dare aditum. et bono locutus est ambitu; nam cum portis via et aperitur et clauditur.

885. ORITVRQVE MISERRIMA CAEDES *quoniam defensores moenium dum hostes petunt, suos feriebant:* sic in secundo ⟨411⟩, ubi intulit armorum facie et Graiarum errore iubarum.

886. DEFENDENTVM ideo 'defendentum' et 'ruentum', quia ad

---

9 manipli . . . remansit] cf. Don. ad Ter. Eun. IV 7, 6 et Isid. or. XVIII 3, 5

---

1 facientis *F* || 2 possit *ASF* || 3 *ad* LEVIS A. *s. v.* id est leuis armatura *T* || arma matura *F* || 5 mutantur *M* mittanter *F* || 6 ATINVS *AS* A. *M, om. H* || licet acer *ASRF*: armis scilicet *H* armis scilicet acer *M* || 7 est *om. F* || nimis *F* || 8 praecepit *HF* || frequenter *F* || 9 se] *om. HM* signa *Daniel* || sunt *AS* || 10 hastas faeni manipulis *F* || 11 inligabat *F* || generabant *F* || 12 remansit] ouidius in fastis (III 115) 'illa quidem foeno . . . nomina miles habet' *add. D* || 13 inferentis *hab. T* || 14 *schol. ad v.* 874 *om. F* || 15 atibi *F* || 19 CVRSVM *F* || potanda *F* portanda *Daniel, quod quid sibi velit non intellego. fortasse* rotunda. *cf. Fortunat. art. rhet.* III 10 *p.* 127, 10 *H.* || quia *Masvicius*: qui *F* || 20 sed] *malim* et || 21 *ad* INIMICA *s. v.* hostilis *T* || 23 iam se *F* || 24 *ad* PARS C. P. *s. v.* id est illorum qui cursu irruperunt portas petentes *T* || 26 cum *om. AS* || et *ante* aperitur *om. F* || 27 *ad* ORITVRQVE M. C. *s. v* quoniam . . . suos feriunt (*sic*) *T* || 28 petunt *T*: pati ut *F* || 29 graiorum *MF* (*corr. m*)

masculinum retulit, et 'hi defendentes' facit, quod et de feminino dicimus: si autem de neutro loquamur, 'defendentium' dicamus necesse est, quia 'haec defendentia' facit et, ut supra ⟨590⟩ dixi, genetivus pluralis a nominativo plurali minor esse non debet. quod si forte minorem eum aliquando invenerimus, metri necessitate fit, et incipit iam pathos esse, non declinatio. *non nulli ergo in his nominibus genetivum corruptum pro integro accipiunt.*

887. *LACRIMANTVM quidam 'lacrimantum' genetivum corruptum pro integro accipiunt, quia facit 'lacrimantium'.*

888. PRAECIPITES FOSSAS in quas quid potest praecipitari.

889. CAECA inrationabilis, quae in clusas portas more arietis ruebat, id est bellici machinamenti.

891. SVMMO CERTAMINE in extremo discrimine, ut supra ⟨476⟩ vocat labor ultimus omnes.

892. *MONSTRAT AMOR VERVS qui apparet in adversis. VIDERE CAMILLAM scilicet quae pro aliena patria cecidisse videbatur. sane 'ut videre' non relatam ex pugna, sed ut exemplum virtutis eius viderunt. et quidam 'ut videre' quasi quemadmodum videre; 'ut' enim coniunctio modo, non adverbium temporis est. aut 'ut videre' quemadmodum illam dimicare (viderunt; non enim eam) viderant quando interiit.*

893. TREPIDAE licet trepidae, tamen oblitae sexus tela iaculabantur.

895. PRAECIPITES aut festinae, aut in mortem ruentes. PRIMAEQVE MORI PRO MOENIBVS AVDENT nimii doloris est, ut ⟨IX 492⟩ me primam absumite ferro.

896. SAEVISSIMVS IMPLET NVNTIVS ut etiam supra ⟨VI 456⟩ diximus, 'nuntius' est qui nuntiat, 'nuntium' quod nuntiatur, secundum quod nunc nec de femina, nec de re quae nuntiatur, procedit 'nuntius': unde multi volunt alium nuntium intellegi, Accam vero postea venisse. sed melius est, ut 'nuntius' de Acca dictum intel-

---

27 nuntius est e. q. s.] cf. Isid. or. X 189

---

1 de *om. ASH* ‖ 3 dixi *ASR*: ait *H* diximus *MF* ‖ 4 a *om. R* ‖ 5 necessitas facit *RM* necessitas fit *H* ‖ 6 iam] etiam *HM* ‖ pathos] emfatos *R* ‖ in his . . . pro integro *om. G* ‖ numinibus *F* ‖ 8 quidam a lacrimantum *F* ‖ 9 quia facit lacrimantium *post* accipiunt (*lin.* 7) *hab. F* ‖ 10 FOSSAS] decliues *add. D* ‖ quis *ASM* ‖ possit *A* ‖ 15 *scholia ad v.* 892 *hab. T* ‖ 16 uidebatur *T*: uideatur *F* videtur *Daniel* ‖ sane *om. T* ‖ uideret *F* uiderunt *T* ‖ 17 non relatam] scilicet *add. T* ‖ 18 et quidam . . . quando interiit] ut autem coniunctio hic est non aduerbium temporis. siue ut uiderunt quemadmodum illa dimicauit. non enim eam primo uiderunt quando interiit *T* ‖ quemadmodum] ut *add. F* ‖ enim *scripsi*: eum *F* cum *Daniel* ‖ 19 aduerbium] modo *add. F* ‖ 20 viderunt . . . eam *addidi* ‖ 28 nec de *ante* femina] potest *AS*, nec *om. R* de *om. H* ‖ 29 aliud *F* ‖ 30 postea] pro ea *F* ‖ uenisset *F* ‖ est *om. ASR* ‖ ut *om. F*

legamus. novimus enim poni aliqua in subauditione quae ex aperto dicere non debemus, ut ⟨VII 498⟩ nec dextrae erranti deus afuit, cum necesse sit ut aut Iunonem, aut Allecto intellegamus: item Sallustius prima quae forte venientes exciperet, cum de insidiis loqueretur, quas numeri tantum pluralis esse plus quam manifestum est.

897. TVMVLTVM *perite 'tumultum'; ita enim dicitur bellum, quod differri non potest.*

898. DELETAS VVLSCORVM ACIES falsum est, tantum enim fugerant; sed vim exprimit nuntii, cuius mos est plus quam habet veritas nuntiare.

899. INGRVERE impetum facere, ut ⟨XII 628⟩ ingruit Aeneas armis.

901. ILLE FVRENS ET SAEVA IOVIS SIC NVMINA POSCVNT duplici ratione eum insidias reliquisse commemorat, dolore nimio et numinum voluntate; quod utrumque id egit, ne capi posset Aeneas. *'saeva' autem 'Iovis numina' per parenthesin dictum est.* SAEVA IOVIS SIC NVMINA POSCVNT Homerus Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.

902. *OBSESSOS COLLES quos ipse obsederat, ne ad urbem transitum haberet Aeneas.*

904. APERTOS *paulo ante praecedens tempus a Turno relictos, id est* vacantes insidiis.

906. AMBO AD MVROS ut tueretur *et repugnaret* Turnus, ut obsideret Aeneas.

908. FVMANTES PVLVERE CAMPOS veluti fumantes caligine pulveris: *ita enim nebulam excitat pulvis, ut fumus.*

910. SAEVVM fortem, ut ⟨I 99⟩ saevus ubi Aeacidae telo iacet Hector, item ⟨XII 107⟩ nec minus interea maternis saevus in armis. *an iratum? ut ⟨I 458⟩ et saevum ambobus Achillem.*

---

4 Sallustius] hist. II 15 D.; 22 Kr. ‖ 18 Homerus] Il. I 5

---

2 ne *HF* ‖ dextra errantis *F* ‖ 3 affuit *RM* ‖ ut *om. F* ‖ 4 primaq; *ASRHM* primoq; *F* prima qui *exemplaria impressa pleraque,* prima quae *ego* ‖ forte] fonte forte *F* sonte forte *Daniel* fronte *Masvicius* ‖ exciperent *RH* ‖ 7 *ad* TVMVLTVM *in marg.* bene dicit tumultum quia ita uocatur bellum quod differri non potest *T* ‖ 8 diferri *F* ‖ 9 fugerunt *ASF* ‖ 13 armis] *om. F,* Italis *Vergilius* ‖ 16 numinum] nimium *F* ‖ quod] quae *F* ‖ id *RHF*: ideo *ASM* ‖ possit *AS* ‖ 17 nomina *F* ‖ parenthesis *F* ‖ SAEVA . . . βουλή *post* vacantes insidiis *hab. Serviani libri praeter Hamburgensem qui schol. ad v.* 904 *et* 906 *omittit* ‖ 18 Διὸς . . . βουλή] ho aciete *F* ‖ 19 *ad* OBSESSOS *c. s. v.* quos ipse obsederat ne transitum haberet ad urbem aeneas *T* ‖ 21 relictus *F* ‖ 22 uacantis *F* ‖ 26 fumus est *F,* est *del. Masvicius. possis et* ut fumus esse videatur ‖ 29 armis] fugit *add. RH* surgit *add. M. utrumque ortum ex* GVRGITE (*v.* 913) ‖ *ad* SAEVVM *s. v.* fortem siue iratum *T* ‖ saeuus ambubus *F* (ambobus *G*)

912. *INEANT PVGNAS pro 'inissent' et 'temptassent'.*

913. GVRGITE HIBERO oceano occiduo, id ist Hispano. Hispaniam autem Hiberiam ab Hibero flumine constat esse nominatam.

914. *TINGVAT EQVOS quidam 'tinguat' humiliter dictum accipiunt.*

915. CONSIDVNT CASTRIS *hoc est* in sua quisque *castra* digressi. *ergo aut castra posuerunt: aut ad morem castrorum fecerunt.* MOENIA VALLANT hinc probatur quia et qui tuentur, et qui obsident vallare dicuntur.

---

2 Hispaniam . . . nominatam] cf. Isid. or. XIV 4, 28

---

1 *ad* INEANT *s. v.* inissent, *ad* TEMPTENT *s. v.* pro temptassent *T* ‖ 2 hispanio *F* ‖ paniam *H* ‖ 4 *ad* TINGVAT *s. v.* pro tingueret *T* ‖ 6 aut castra . . . fecerunt *hab. T* ‖ ad] in *T* ‖ uiorem *F* ‖ fecerunt *om. F. fort.* consederunt ‖ EXPLICIT LIBER VNDECIMVS INCIPIT LIBER DVODECIMVS *AM* EXPLICIT DE LIBRO VNDECIMO *R*

SERVII GRAMMATICI

IN VERGILII AENEIDOS LIBRVM DVODECIMVM COMMENTARIVS.

1. TVRNVS VT INFRACTOS postquam Turnus bello defecisse videt Latinos, antea semper infractos: namque ita maior est sensus, quam si 'infractos' valde fractos acceperis.

2. SVA NVNC PROMISSA REPOSCI quia dixerat ⟨XI 438⟩ ibo animis contra, vel magnum praestet Achillem. *'nunc' autem pro 'tunc'.*

3. SE SIGNARI OCVLIS propter illud *quod post dicturus est* ⟨656⟩ in te ora Latini, in te oculos referunt. *modo autem ('signari') significari est, ut quod esset silentio ambiguum oculis confirmaretur, sine dubio eorum a quibus coactus promiserat.* VLTRO aut 'insuper', aut 'antequam aliquis exposcat'. *et bene ducis dignitatem servavit, ut non ideo faceret, quia quidam reposcebant, sed sua sponte accenderetur in proelium.*

5. SAVCIVS ILLE κατ' ἐξοχήν 'ille leo', id est princeps ferarum: *vel certe veteri more ad magnitudinem pertinet, ut* ⟨X 707⟩ *ac velut ille canum morsu; interdum nobilitatem significat, ut* ⟨I 3⟩ *multum ille et terris iactatus; aut similem designat: Lucilius velut ollim auceps ille facit cum inproviso insidiisque: quamvis quidam 'ille' pro se superfluum hoc loco pronomen tradunt.* 'saucius'

---

17 Lucilius] ex libr. inc. v. 153 p. 154 Muell.

---

1 *schol. ad v.* 1 *om. F* ‖ postquam . . . videt *om. M* ‖ postquam] quam *AS* ‖ in bello *Stephanus* ‖ 3 acciperis *AH* ‖ 4 dixit *F* ‖ 7 *ad v.* 3 *in marg.* ut quod esset . . . a quibus coactus fuerat (*sic*) *T* ‖ 8 signari significari est *scripsi*: significat id est *F* ‖ 9 ambiguam *F* ‖ 10 autem insuper *H* aut super *F* ‖ 11 exposcat] sponte sua se in certamen offert *add. Fabricius* ‖ bene seruat ducis dignitatem ut non ideo faceret quod ipsi reposcebant sed sua sponte accederet ad proelium *T* ‖ duci *F* ‖ 14 catexochen *libri* ‖ 15 ueteri more . . . tradunt *hab. T* ‖ 16 morsum *F* morsus *Masvicius* ‖ significat *om. T* ‖ 17 et terris iactatus *om. T* ‖ similem] insignem *Baehrensius* ‖ designet *F* ‖ Lucilius . . . insidiisque *om. T* ‖ 18 ollim *Muellerus*: olli *F* ‖ cum] eum *G* ‖ quamvis . . . tradunt] quamuis quidam hoc loco superfluum uelint *T* ‖ pro] per *Daniel*

autem 'pectus' saucium pectus habens, *ut* ⟨V 135⟩ *nudatosque umeros oleo perfusa nitescit.* et bene alia verba interposuit, quia 'saucius pectus' et sonabat asperrime, et inperitis poterat soloecismus videri. *et 'saucius pectus' congrue, in quo Turni dolor est.*

GRAVI VVLNERE *'gravi' id est* forti, ut ⟨458⟩ ferit ense gravem Thymbraeus Osirim. *'venantum' autem 'vulnere' quod venantes fecerunt.*

6. TVM DEMVM novissime, id est postquam fuerit vulnere lacessitus: haec enim leonum natura est, ut nisi lacessiti irasci nequeant. MOVET *autem* ARMA vires suas experitur: nam arma sunt uniuscuiusque rei possibilitas, unde est ⟨II 99⟩ et quaerere conscius arma, id est dolos. *est autem 'movet arma' etiam translatio ab hominibus, qui cum hostem petunt, arma movere dicuntur: sic alibi de tauro signa movet praecepsque oblitum fertur in hostem.* *GAVDETQVE spe ultionis. et dicendo 'gaudet' alacritatem voluit leonis exprimere gaudii verbo. ceterum nulli ferarum vel pecudum iste sensus adponitur.*

7. *EXCVTIENS CERVICE TOROS cervice excutiens: an quos in cervice habet?* LATRONIS *insidiatoris, a latendo; sed* modo venatoris. et est Graecum: nam λατρεύειν dicunt obsequi et servire mercede, unde latrones vocantur conducti milites. moris autem erat ut hos imperator et circa se haberet et *eos* primos mitteret ad omne discrimen: unde nunc dicit latronis telo fixum leonem, quia etiam venatores operas suas locare consuerunt. *sic etiam dicti qui circa vias sunt, quod ut milites sunt cum ferro, aut quod latent ad insidias*

---

9 haec . . . nequeant] cf. Isid. or. XII 2, 6 || 14 signa] georg. III 236 || 19 LATRONIS insidiatoris e. q. s.] cf. Paul. Fest. s. v. latrones, Isid. or. X 159 et diff. verb. 340

---

1 pectus id est saucium *M* || saucium pectus *om. F* || 3 solycismus *F* || 5 gravi] grauidi *F* || 6 thymbraeus *M*: thymbreus *AR* hymbreus *H* tymbresus *F* || osirim *R*: osirin *ASHM, om. F* || *ad* venantum *s. v.* quod uenantes fecerunt *T* || 8 vulnere lacessitus] uulneratus *F* || 9 lacessiti] laesi *ASF* || nequeant] id est irritati et provocati *add. Stephanus* || 12 translatio est ab hominibus . . . iste sensus apponitur *hab. T* || 13 hoste *F* || dicuntur arma mouere *T* || dicuntur] dn̄s *F* || 14 praeceps . . . hostem *om. T* || 15 GAVDETQVE] gaudet autem *T* || leones *F* || 16 ceteram *F* || 18 *ad* TOROS *s. v.* eminentia cuiuslibet rei tori dicuntur *T* || 19 *ad* LATRONIS *s. v. et in marg.* uenatoris. et a latendo insidiatoris accipe proprie dictum. dicebantur etiam latrones qui circa caueas spectabant quod ut milites cum ferro essent latentes aut quod laterent ad insidias faciendas *T* || 20 λατρεύειν dicunt] latrone (latronem *S*) ueindicunt *AS* ΛΛΘΑCΕΒΙΜ dicunt *R* lathase uidicunt *H* latronoue dicunt *M* latereuein dicunt *F* || obsequii *F* || mercedem *ASH* || 21 autem] enim *AR* || 23 dicitur *R* || 24 locari *M* || consueuerant *F* || etiam *om. F, e Turonensi add. Daniel* || qui circa caueas sunt dicti *F*; dicti *transposuit Daniel,* circa vias *scr. Masvicius. cf. Fest. Paul. s. v. latrones et Isid. or.* X 159 || 25 sunt (*ante* cum) *ego*: stent *Daniel, om. F* || lateant *Daniel* || snsidias *F*

faciendas. ergo ex eadem similitudine 'latronem' hic venatorem accipiendum, quia et obsidet saltus, et cum ferro est. sane 'latronem' venatorem quis ante hunc? Varro tamen dicit, hoc nomen posse habere etiam Latinam etymologiam, ut latrones dicti sint quasi laterones, quod circa latera regum sunt, quos nunc satellites vocant: una tamen est significatio, licet in diversa etymologia. Plautus in Pyrgopolinice aperte ostendit quid sint latrones, dicens rex me Seleucus misit ad conducendos latrones. *idem in Bacchidibus* ⟨20⟩ *exsecutus est, militem latronem dicens, suam qui auro vitam venditat.*

8. INPAVIDVS FRANGIT TELVM Lucanus ⟨I 212⟩ per ferrum tanti securus vulneris exit. FREMIT ORE CRVENTO fremit, licet os habeat suo cruore perfusum. sane ipsa comparatio exitum ostendit futurum: nam etiam Turnus ruet in mortem, ferocitate conpulsus: sic in quarto ⟨69⟩ indicat futurum reginae exitum, dicens qualis coniecta cerva sagitta.

9. GLISCIT crescit, *et latenter:* unde et glires dicti sunt, quos pingues efficit somnus. *veteres 'gliscit' incremento ignis ponebant: bene ergo hoc verbo utitur, de quo ait* ⟨3⟩ *ultro inplacabilis ardet.*

10. TVRBIDVS plenus terroris et perturbationis. sane notandum 'adfatur' atque 'infit': nam iteratio est, qua frequenter est usus: licet non nulli dicant, temperare hoc interpositam coniunctionem. *et hic habitum futurae orationis ostendit.*

11. *NVLLA MORA IN TVRNO plus est 'in Turno', quam si 'in me' dixisset, ut* ⟨I 48⟩ *et quisquam numen Iunonis adoret praeterea. et bonum principium eius, qui* (*in*) *suspicionem timiditatis inciderat.* RETRACTENT repetant et revolvant.

12. *IGNAVI AENEADAE aut 'Aeneadae' pro 'Aeneas', aliud per aliud significavit: aut 'Aeneadae' non Aeneas; quasi contra omnes pugnaturus.*

3 Varro] cf. d. l. l. VII 52 || 6 Plautus in Pyrgopolinice] mil. gl. I 1, 75 || 17 GLISCIT crescit e. q. s.] cf. Non. p. 22, 20 M.; Luct. Plac. in Stat. Theb. III 73 et VIII 755; Isid. or. XII 3, 6 || 24 plus est . . . dixisset] cf. Don. ad Ter. Andr. III 2, 29

2 obsidet *Daniel*: hocsidet *F* || latronum *F* || 3 hoc nomen et latinum posse habere etymologiam *F* || 6 est *om. F* || in *om. M* || plautis *F* || piscopolinice *R* piscopolynicae *H* pyrgopolynice *MF* || 7 rex . . . latrones] *om. H*, nam rex mè seleucus me opere orauit maxime ut ei adconducerem latrones et conscriberem *F* || 8 baccidibus *F* || 12 os] hos *F* || 13 suo] proprio *F* || 14 ruit *F* || 15 reginae *om. F* || exitium *R* || 18 pinguis *F* || effecit *H* || *fort.* in incremento || 19 *fort.* utitur de eo, de quo ait || 21 iteratio] ternaute *F* || 22 temperare *RF*: temptare *AS* temptrare *H* discrepare *M* || 23 *ad* TVRBIDVS *i. s. v.* plenus terroris. et habitum futurae orationis ostendit *T* || 24 *ad* IN T. *s. v.* plus est quam si dixisset in me . et bonum principium illius qui suspicionem timiditatis inciderat *T* || in Turno *ego*: in *om. F* || 26 in *add. Masvicius* || 28 IGNAVIA *F* || alius *G* || per *Masvicius*: pro *F*

13. CONGREDIOR *hypocrisis est, (ut) exprimatur: id est quod flagitatis. sic* Statius, ubi Polynicen oblique inducit loquentem non me ullius domus anxia culpet expectentve truces obliquo lumine nati: unde etiam supra ⟨3⟩ ait poeta se signari oculis. *quidam sane a 'nulla mora in Turno' usque ad 'pepigere recusent' iungunt, ne, si distinctio intercesserit, languescat sententiae color.* CONCIPE FOEDVS *id est conceptis exple verbis. concepta autem verba dicuntur iurandi formula, quam nobis transgredi non licet: nam et sarcinatores concipere dicuntur vestimenta, cum e diverso coniungunt et adsuunt.*

15. DESERTOREM ASIAE ut ⟨VII 359⟩ exulibusne datur ducenda Lavinia Teucris? unde est praemissa illa excusatio et in tota secundi oeconomia, et in quarto, ubi dicit ⟨340⟩ me si fata meis paterentur ducere vitam auspiciis et sponte mea componere curas, urbem Troianam primum dulcesque meorum reliquias colerem. *sane 'aut hac Dardanium dextra sub Tartara mittam' ponenda est mora, ut postea inferatur 'desertorem Asiae'; potest enim videri non ita instituisse Turnus orationem praedicto 'Dardanium', ut inferret 'desertorem', sed 'regem'; verum ubi propius accessit, intellexisse hunc honorem nomini eius non dandum, itaque commutasse et contumeliose 'desertorem' dixisse.* SEDEANT SPECTENTQVE LATINI ductus est, ut diximus supra ⟨XI 434⟩: pollicetur enim se singulari certamine dimicare velle, cum nolit: nam dicens 'sedeant spectentque' latenter eos ignaviae arguit, quod solus, omnibus quiescentibus, dimicet: quam rem plenius sequens indicat versus 'et solus ferro crimen commune refellam', id est commune fugae ac

---

2 Statius] Theb. III 376 || 23 nam . . . arguit] cf. Don. ad Ter. Ad. IV 5, 38

---

1 ypocrisis *F* || ut *add. Masvicius* || est *om. Daniel* || 2 statius sub yppolinicen *R* statius suby polycen *H* statius ubi pollycen *F* || 3 ullus *AS* || ansia *F* || expectentque *R* expectenue *H* expetentue *M* || 4 limine *R* || nati] matres *AS* || 5 a *om. G* || 6 distinatio *F* || languescat *Commelinus*: et languescit *F* || *ad* FER S *s. v.* quibus completur foedus *T* || 7 *ad* CONCIPE F. *s. v. et in marg.* scilicet conceptis exple uerbis. concepta autem uerba sunt iurandi formula composita quam nobis transgredi non licet. unde concipere sarcinatores dicuntur cum ediuerso uestimenta coniungunt et assuunt *T* || exple *om. F* || 10 adsunt *F* || 11 ASIAE] exulem *add. M* || 13 quarti *R* || 16 *ad* MITTAM *in marg.* hic ponenda est distinctio. non enim ita instituit orationem ut post dardanium intulerit desertorem sed regem. uerum ubi propius accessit intellexisse nomine tamen regis indignum *T* || 17 postea *Daniel*: possunt *F* || 18 praedictor *F* || 20 nomini *ego*: nominis *F* || 21 contumeliase *F* contumelia *G* || 22 ductus . . . supra] inuidiose nam sensus est ductus est ut diximus supra aliis *F* *ex his* invidiose *ad* sedeant *maxime pertinere videtur. cf. ad Aen.* XI 460. nam sensus est alius (*sic enim scribendum puto*) *ut* ductus est *quid sibi velit intellegatur adscripta esse suspicor.* invidiose dictum est ut diximus supra *Masvicius* || ductus] dictus *H* || 23 dicens] cum dicit *F* || 25 planius *RF* pius *H* sepius *h* || 26 communem fugam *R*

timoris dedecus solus meis virtutibus conprimam. *alii 'crimen commune', id est omnium Latinorum. et 'crimen' ait quod Troiani in Italia consederunt.*

17. *AVT HABEAT VICTOS vitavit propter omen pessimum verbum de se, quod de Aenea dixerat 'ille me in Tartara mittat'; sed ait 'victos'. CEDAT LAVINIA CONIVNX ut* ⟨XI 321⟩ *cedat amicitiae Teucrorum, id est in praemium victoriae concedat.*

18. SEDATO CORDE quia de Turno ait ⟨10⟩ atque ita turbidus infit. *et qualitatem orationis praedixit.*

19. O PRAESTANS ANIMI et 'praestans virium', et 'praestans viribus' dicimus. sane magnae moderationis est haec oratio: nam et laudat Turnum quasi virum fortem, et tamen eum a singulari certamine dehortatur: dicens enim 'praestans animi' latenter ostendit, eum inferiorem esse virtute.

21. EXPENDERE CASVS ne ex abrupto de eius virtute desperare videatur, casuum varietatem se timere commemorat.

22. SVNT TIBI REGNA PATRIS DAVNI SVNT OPPIDA *argute negat illi sua regna, dicens ei esse alia, ut haec malit Turnus quae sua virtute quaesivit. sensus ergo est:* si propter regnum dimicare disponis, habes paternum; si propter gloriam, multos virtute superasti. quod autem dicit 'nec non aurumque animusque Latino est' varie exponitur. namque alii dicunt: habes regnum paternum, habes oppida; etiam a me habes aurum et promptum animum ad danda omnia praeter filiam: *ut de se Latinus dixisse videatur de auro, propter illud* ⟨XI 213⟩ *praedivitis urbe Latini.* alii vero sic intellegunt: si propter opes et uxorem dimicaturus es, haec non solus habeo; cuicumque enim Latino est et aurum et animus promptus in generum; ut 'Latino' non de se dicat, sed 'cuicumque de Latio'.

24. LATIO ET LAVRENTIBVS ARVIS et in civitate, et in omni regno Latinorum.

1 dedecus] deductus *H* cedecui *F* || solis *R* || 2 troiam *F* || 4 *ad* AVT H. V. *s. v.* noluit uerbum dicere propter omen pessimum de se quod . . . mittat sed habeat uictos *T* || 6 *ad* CEDAT L. C. *s. v.* in praemium uictoriae concedat *T* || 9 infit] pro decoro aetatis inducitur sermo. hoc est quod praecipit Horatius in arte poetica (114) 'intererit multum Davusne loquatur an heros, maturusne senex an adhuc florente iuventa fervidus' *add. Fabricius* || 10 ANIMO *R* || virium et praestans *om. ASH* || virium] uiribus *F* || 11 viribus] uirium *F* || 13 praestans] praecantis *F* || 14 uirtutem *HF* || *ad v.* 19 cum haec dicit ostendit sollicitudinem suam et beniuolentiam circa illum. et laudando uirtutem eius ad audiendum eum reddit aequiorem. ideo mollioribus principiis incipit suadere. 'iuuenis' autem exquisito uerbo usus est id est inconsultae aetatis. et hoc attendendum quia non dixit ferocia sed feroci uirtute. nam et dixit quod uoluit et sententiam molliuit *T* || 17 argute negat . . . quaesivit *hab. T* || 18 alia esse *T* || 22 regnum . . . habes *om. F* || 24 praeter] propter *F* || 25 praediuiciis *F* || sic] sicut *F* || 26 dimicaturus es] dimicare uis *R* dimicaturus *H* || 28 cuique *H* || 29 AGRIS *M* || in *om. F* || ciuitatibus *ASR* || in *om. R*

25. NEC GENVS INDECORES quia iste regis filiam petebat. *est autem elocutio figurata de Graeco, εὐσχήμονες τὸ γένος.* SINE ME HAEC hoc loco intellegimus, Turnum dolore voluisse in aliqua verba prorumpere. HAVD MOLLIA FATV id est vera: nam aspera sunt quae cum veritate dicuntur; falsa enim plena solent esse blanditiis.

26. ANIMO HAVRI omni intentione percipe.

27. NVLLI VETERVM SOCIARE PROCORVM generaliter dicit prohibitum esse dari Laviniam cuilibet Latino, ut Turnus solacium aliquod habere possit doloris.

28. DIVIQVE HOMINESQVE propter Faunum et vates.

29. VICTVS AMORE TVI hoc est propter te, propter tuum amorem. sane inter 'tui causa feci' et 'tua causa feci' haec discretio est, ut 'tui causa' tunc dicamus, si aliquid ipsi ad quem loquimur, praestiterimus, ut puta 'tui causa te defendi'; 'tua' vero 'causa' tunc, cum alteri aliquid alterius contemplatione praestamus, ut *puta* 'tua causa hominem tuum defendi'. COGNATO SANGVINE quia Venilia, mater Turni, soror est Amatae.

30. VINCLA OMNIA RVPI et religionis et foederis.

31. PROMISSAM ERIPVI GENERO verum est: nam Aeneae per legatos promiserat filiam, cui postea intulit bellum. licet multi dicant, ante eam Turno fuisse promissam: quod falsum est. nam Latinus numquam eam est Turno pollicitus: nam nec Faunum consuleret, si eam Turno ante promisisset: sed tantum eum esse generum Amata cupiebat, quod etiam legimus ⟨VII 56⟩ quem regia coniunx adiungi generum miro properabat amore.

32. QVI ME CASVS excusat Turnum, ut non ipsius esse videatur quod victus est, sed suum, qui ausus fuerat contra generum bella suscipere.

33. PRIMVS praecipuus, *ante omnes.*

---

3 hoc loco . . . prorumpere] cf. Don. ad Ter. Hec. V, 1, 18

---

1 NEC SOLVS INDECORVS *H* ‖ petebat filiam regis *F* ‖ 2 ἀσχήμονες *Daniel,* τὸ γένος *Masvicius*: ЄΧΥΜΟΝЄС ΜCΑΤΟΝ *F* ‖ 3 dolore] solere *H* dolorem *F* ‖ 4 FATA *R* ‖ nam . . . dicuntur] non aspera sed quae cum ueritate dicitur *F*. *ad* HAVD M. *s. v.* id est uera aspera quia illa uera sunt interdum quae cum asperitate dicas *T* ‖ blanditiis] haec enim libenter audiuntur, illa uero grauiter: hinc Terentius (*Andr.* I 1, 41) 'obsequium amicos, veritas odium parit' *add. Fabricius* ‖ 8 dare *F* ‖ solatium *libri* ‖ 9 posset *AS* ‖ doloris] quando Latinum neminem praeferri sibi videat *add. Fabricius* ‖ 11 te propter *om. F* ‖ 12 tui] tua *F* ‖ et tua causa feci *om. H* ‖ tua] tui *M* ‖ hoc interest *F* ‖ 13 tui] cui *R* ‖ causa] cū *F* ‖ tune *F* ‖ dicamus] tui causam fecimus *add. F* ‖ si aliquid] si ali *om. F* ‖ ipse adque loquitur *H* ‖ 14 causa te] cum me *F* ‖ 15 cumplatione *H* ‖ 16 tui causam *M* tua cū *F* ‖ 20 filiam *om. F* ‖ 22 eam *om. F* ‖ Turno . . . si eam *om. H* ‖ 23 sed . . . esse *om. H,* sed *om. F* ‖ 26 uideatur esse *F* ‖ 27 fuerat] est *F, om. H* ‖ contra *om. F*

34. BIS MAGNA VICTI PVGNA semel, cum est occisus Mezentius; iterum, cum interiit Camilla.

35. *RECALENT pro 'calent': 're' enim superflua conpositio est verbi. aut 'recalent' iterum calent, quia dixerat 'bis magna victi pugna': 're' enim iterationis obtinet vicem. et bene necessarium cum actu refert.*

36. ALBENT usurpavit verbum 'albeo albes'.

37. INSANIA MVTAT insania enim est illuc reverti, unde vix evaseris.

38. *SOCIOS SVM ADSCIRE PARATVS bene non adiecit quos, ut levaret invidiam.*

39. TOLLO finio, removeo, ut ⟨VIII 439⟩ tollite cuncta, inquit.

41. FORS DICTA REFVTET parenthesis, *quasi dissimulatio vel remotio,* plena abominationis.

42. NATAM ET CONVBIA NOSTRA PETENTEM iniquissimum *enim* est eum morti opponere, qui tuam adfinitatem exoptat.

43. RESPICE RES BELLO VARIAS ne eum ignaviae videatur arguere, admonet *eum* casuum, ut supra ⟨21⟩ atque omnes metuentem expendere casus.

44. MAESTVM PATRIA ARDEA LONGE DIVIDIT 'longe maestum', id est valde maestum: nam 'longe dividit' non procedit; non enim Ardea a Laurento longo valde dissidet spatio.

45. *HAVDQVAQVAM nequaquam, quia supra ⟨3⟩ dixerat ultro inplacabilis.*

46. AEGRESCITQVE MEDENDO inde magis eius aegritudo crescebat, unde se ei Latinus remedium sperabat adferre. 'medendo' autem dum ei medetur: nam gerundi modus est a passiva significatione.

47. VT PRIMVM FARI POTVIT nimius enim dolor et iracundia

---

1 BIS IN AGMINA *R* ‖ semel occiso mezentio *F* ‖ 3 *ad* RECALENT *s. v.* aut re uacat aut iterum calent quia dixerat bis magna uicti pugna *T* ‖ 4 quia . . . vicem] dixerat quamuis magnae uictae pugnare enim iterationes optinet uicem *F* dixerat magna quod victi pugna re enim i. o. v. *Daniel* ‖ 5 cum actum refert *coni. Barthius ad Stat. Theb.* IV 671, *addens 'id est denuo eundem actum proponit. dixerat enim "bis magna victi pugna"'.* ‖ 6 *schol. ad* ALBENT *om. F* ‖ 7 *s. v.* 37 hoc dicit quasi ad uoluntatem eius bellum redintegretur aut certe non facio quod dii uolunt *T* ‖ insania est enim unde uix euaseris illuc reuerti *F* ‖ 9 bene . . . invidiam *hab. T* ‖ 11 remotio *Masvicius*: remo *F* ‖ 15 opponere *R*: ponere *HM* prodere *ASF* tradere *exemplaria pleraque* ‖ infirmitatem *F* ‖ exoptat] supportat *H* exoptet *MF* ‖ 20 id est valde maestum *om. R* ‖ nam *om. F* ‖ 21 longe *RMF* ‖ 22 HAVDQVAMQVAM *F* ‖ quia dixerat supra ultro inplacabilis ardet *T* ‖ 24 gis (*de* magis) . . . Amatae gratia (*v.* 57) *om. F* ‖ 26 medetur] et medicina affertur *add. Fabricius* ‖ gerendi *AS* gerundiui *M* ‖ 28 nimis *AS* (nimius *s*) himinus *H* ‖ enim *om. H* ‖ et *M*: uel *ASR, om. H* ‖ iracundiae *R,* ei *omittens*

ei intercluserant vocem: sic de Euandro ⟨XI 151⟩ et via vix tandem laxata dolori est.

48. QVAM PRO ME CVRAM GERIS HANC PRECOR OPTIME PRO ME DEPONAS bis quidem ait 'pro me', sed diversa adfectione: namque hoc dicit: quam pro salute mea sollicitudinem geris, hanc pro mea fama et gloria quaeso derelinquas; vir fortis enim gloriosam mortem praeponit saluti.

50. DEBILE FERRVM sic in secundo ⟨544⟩ telumque inbelle sine ictu coniecit.

51. NOSTRO DE VVLNERE quod nos inferimus: et dubie est locutus.

52. LONGE ILLI DEA MATER ERIT contra illud 'sed matris auxilio utitur'.

54. NOVA SORTE id est magna: nam novum non est quod fuerat ante promissum. magnam autem sortem vocavit singulare certamen.

57. PER SI QVIS AMATAE TANGIT HONOS ANIMVM si, quia te regina rogat, tuam commovet mentem: sic in septimo ⟨401⟩ siqua piis animis manet infelicis Amatae gratia.

59. IN TE OMNIS DOMVS INCLINATA RECVMBIT totum digessit ante per species, et sic se contulit ad generalitatem. et est a ruina translatio.

60. MANVM COMMITTERE TEVCRIS ab omni eum bello, non tantum a singulari certamine dehortatur.

62. ET ME TVRNE MANENT mire agit: nam quia scit virum fortem suam mortem facile posse contemnere, deterret eum, dicens se simul esse morituram: ut qui periculum non timet, formidet invidiam.

63. *NEC GENERVM AENEAN CAPTIVA VIDEBO mire et fidem suam et studium circa Turnum expressit.*

64. ACCEPIT VOCEM ordo est: accepit vocem matris Lavinia, flagrantes genas lacrimis perfusa, id est lacrimis genas perfusas habens: Statius et gemitu maestos imitata parentes.

66. IGNEM SVBIECIT RVBOR hypallage est pro 'cui ignis animi

29 Statius] Theb. III 200

1 sic de Euandro *om. R* ‖ tandem] uoci *add. AS* ‖ 2 laxati *M* ‖ dolore *R* ‖ 7 saluti] Lucanus (IX 275) 'cur non maiora mereri quam uitam ueniamque libet' et Cicero 'antiquiorem mortem turpitudine haberi' *add. Masvicius* ‖ *ad* PACISCI (*v.* 49) adipisci. et hic turnus agit per statum compensatiuum *T* ‖ 9 iactu *R* ‖ 10 *ad* DE VVLNERE *s. v.* sicut et de uulnere aeneae *T* ‖ 11 ERAT *R* ‖ 12 utitur] unde est (107) 'maternis saevus in armis *add. Fabricius* ‖ 15 si qui ante *AS* (si quia te *a*) si quod te *M* ‖ 16 regna *S* ‖ commonet *R* ‖ mentem] et si quem honorem habes amatae *add. M* ‖ 18 tantum *R* ‖ 19 et] haec *S* ‖ ruina] roma *R* ‖ et . . . translatio *om. F* ‖ 22 ait *R* ‖ 23 suam uirum fortem *F*, mortem *omittens* ‖ contempnere *RM* ‖ 25 mire . . . exprimit (*sic*) *hab. T* ‖ 28 flagrantes . . . habens] flagrantes perfusa genas lacrimis perfusas *F* ‖ perfusas] sparsas *AS* ‖ 29 Statius *om. H* ‖ gemituque meos aequasse parentes *Statius* ‖ 30 ROBVR *R* ‖ cui *om. F*

subiecit ruborem'. movebatur autem, intellegens se esse tantorum causam malorum, sic*ut* supra *ipse* ⟨XI 480⟩ causa mali tanti, oculos deiecta decoros.

67. VIOLAVERIT OSTRO SI QVIS EBVR Homeri comparatio, unde et 'violaverit' transtulit: ille enim ait *μιήνῃ*.

68. MIXTA RVBENT VBI LILIA MVLTA ALBA ROSA aut ubi multa alba lilia permixta rubent rosa, id est rosae coniunctione: naturaliter enim omnis candor vicinum in se trahit ruborem.

70. ILLVM TVRBAT AMOR invenit occasionem, qua Turnus magis moveretur in bellum.

74. NEQVE ENIM TVRNO MORA LIBERA MORTIS duplex hoc loco est expositio. aut enim ordo est: ne, quaeso, mater, ne me lacrimis, id est tanto mortis omine, prosequaris, ad duri Martis certamina proficiscentem: neque enim Turno mora libera est non eundi post iam promissum singulare certamen. aut certe hoc dicit: noli me, mater, ad bellum euntem ominosis lacrimis prosequi: 'neque enim Turno mora libera mortis', id est neque enim in potestate mea est moram inferre venientibus fatis, ac si diceret: si inminet, periturus sum, etiam si minime ad bella proficiscar. sciendum tamen est, locum hunc unum esse de insolubilibus XIII. quae habent obscuritatem, licet a multis pro captu resolvantur ingenii.

76. CVM PRIMVM CRASTINA CAELO PVNICEIS INVECTA ROTIS hoc loco aviditas pugnaturi exprimitur. sane nunc non dicit oriri diem, sed designat tempus, quo vult ut uterque ad certamen singulare procedat.

79. NOSTRO DIRIMAMVS SANGVINE BELLVM bene se omnibus commendat hoc dicto, siquidem suum sanguinem pro omni bello dicit posse sufficere.

82. POSCIT EQVOS GAVDETQVE TVENS ANTE ORA FREMENTES solent enim ex equorum vel maestitia, vel alacritate eventum futurum dimicaturi colligere.

---

4 Homeri] Il. IV 141 ‖ 30 solent . . . colligere] exscr. Isid. or. XII 1, 44

---

2 tanti] atque *add. vulgo* ‖ 3 decoros] nam quo se (ea *Fabricius*) formosior inducitur eo magis turnus ardet ut sequentia indicant *add. D* ‖ 5 MIHΛIN *A* MIHNH *S* MINEI *RH* MINЄT *M* MЄNЄ *F* *ὣς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ D. cf. Macrob. Sat.* V 12, 4 ‖ 6 VBI . . . rubent *om. H* ‖ aut] at *AS* ‖ 7 nam naturaliter *R* ‖ 8 enim *om. A* ‖ 9 qua] quam *H, om. F* ‖ 13 dura *R* ‖ 14 Turno] libera mortis *add. H* ‖ 16 ominosis] omnino sic *F* ‖ 17 turno est mora *R* ‖ in . . . est] potestatis meae *F* ‖ 18 inminet] imminent fata *D* ‖ 19 sim *F* ‖ 20 est *om. F* ‖ de *om. F* ‖ XII *Rs* ‖ habent inter obscuritatem *R* ‖ 21 a *om. H* ‖ ingenio *H* ‖ 23 non *om. H* ‖ diem oriri *AS* orri diem *H* ora diem *F* ‖ 24 signare *H* designaret *M* ‖ qui *H* ‖ ut uterque *om. H* ‖ uterque *om. M* ‖ 25 ut . . . procedat] ad singulare certamen uterque procedat *F* ‖ 28 dicit *om. F*

83. PILVMNO QVOS IPSA DECVS DEDIT ORITHYIA ait Horatius in arte poetica ⟨339⟩ nec quodcumque velit poscat sibi fabula credi. unde critici culpant hoc loco Vergilium, dicentes incongruum esse figmentum. namque Orithyia cum Atheniensis fuerit, filia terrigenae, et a Borea in Thraciam rapta sit, quemadmodum potuit Pilumno, qui erat in Italia, equos dare? DECVS DEDIT ad ornamentum, ut ⟨XI 657⟩ quas ipsa decus sibi dia Camilla delegit. sane hic versus spondiazon est: nam 'thyi' diphthongus est Graeca.

84. QVI CANDORE NIVES ANTEIRENT CVRSIBVS AVRAS Homeri versus, verbum ad verbum.

85. PROPERI AVRIGAE festini, veloces: et erit nominativus 'hic properus'. aurigas autem pro agasonibus posuit: nam aurigae proprie sunt currus regentes.

87. ALBOQVE ORICHALCO apud maiores orichalcum pretiosius metallis omnibus fuit: namque sicut Lucretius dicit ⟨V 1241⟩, cum primum homines silvas incendissent, nullarum adhuc rerum periti, terra casu fertilis omnium, ex incendii calore desudavit metalla, inter quae orichalcum pretiosius visum est, quod et splendorem auri et aeris duritiam possideret. namque primum de auro securis facta displicuit causa mollitiae; simili ratione et argenti contemptus est usus, mox aeris; orichalcum placuit, donec veniretur ad ferrum: unde etiam saecula ita dicuntur fuisse divisa. orichalcum autem fuisse pretiosum etiam Plautus docet, qui ait in milite glorioso ⟨III 1, 69⟩ ego istos mores orichalco contra conparem. ALBOQVE ORICHALCO auri scilicet comparatione: nam album non est.

88. CIRCVMDAT LORICAM VMERIS non armatur hoc loco *Turnus*,

---

19 quod . . . possideret] cf. Isid. or. XVI 20, 3

---

2 volet *Horatius* || 3 cretici *libri* || uergilium *F* || 4 figmentum] futurum *R* || neque *H* || 5 terriginae *H* thesei regis *M. fort.* Erechthei terrigenae || tracia *A* tratia *S* || quomodo *F* || 7 ut *om. F* || 8 thiy *A* thyy. *S* || 9 graeca est *F* || *ad v.* 83 *in marg.* Orithyia regis ericthei atheniensium filia fuit et a borea adamata filios habuit pennatos zetum et calain qui inter argonautas fuerunt et cum fineo arpyias fugauerunt. sed cum contentio orta fuisset inter erictheum et [a]egresseum pilumnus affinitatis causa qua argiui atheniensibus confoederati sunt auxilium tulit erictheo. hinc ergo honoris causa equi thraces pilumno dati sunt quos postea turnus habuit *T* || 11 verbum] (*Il.* X 437) λευκότεροι χιόνος θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι *add. D* || 12 PROPERE *F* || veloces *om. F* || 13 proprie] prope *R* pospit *H* || 15 oricalcum *RM ut et infra,* oriohalcum *F* || 17 incidissent *AS* || 20 duriciem *H* duritiem *F* || de auro primum *F* || 22 inde orichalcum *Masvicius* || 23 autem] etiam *F* || 24 etiam *om. F* || Plautus] pastus *H* || 25 ergo *R* || stos *H* || contra *om. F* || parem *R* || cedo tris mi homines aurichalco contra cum istis moribus *Plautus* || 26 nam per se album n. e. *Masvicius* || 27 VMERIS *H* HVMERIS *reliqui* || non] nam *R*

sed explorat utrum arma apte et congrue eius membris inhaereant. APTAT HABENDO ad habendum, ut congrue possit inhaerere.

89. CORNVA CRISTAE id est comas, quas Graeci *κέρατα* nominabant: unde et *κείρειν* dicunt tonderi. cornua autem sunt proprie cincinni.

90. DEVS IPSE PARENTI FECERAT ac si diceret, non per ministros: Statius sed plurimus ipsi sudor ibi. et notandum quod adfectate variaverit, ut Aeneae uno loco arma describeret, Turni vero hic hastam, gladium et loricam, in septimo ⟨785⟩ autem scutum et galeam.

91. STYGIA VNDA quasi inmortalem fecerat.

92. EXIM deinde: nam ordinis est adverbium. INGENTI ADNIXA COLVMNAE hastae per columnam exprimitur magnitudo, sicut in septimo ⟨275⟩ equorum, ut stabant ter centum nitidi in praesepibus altis.

93. VI virtute.

94. ACTORIS AVRVNCI SPOLIVM vel quod Actori detraxerat Turnus, vel quod Actor cuidam alteri: nam ambigue posuit. QVASSATQVE TREMENTEM quassat et tremere facit.

95. VOCIFERANS haec scilicet quae dicturus est: plerumque enim ita clamor ostenditur, ut statim ipsius clamoris verba subdantur: sic supra ⟨VII 399⟩ torvumque repente clamat 'io matres'. sane nunc ita ad hastam, quasi ad aliquam personam, loquitur et ei intellectum et auditum dat, sicut Cicero verba reipublicae. sed ille ait 'si *patriam loqui* posset fieri', Turnus vero quasi ad vere sentientem loquitur: nec inmerito; nam eum inducit furentem, ut ⟨101⟩ his agitur furiis, totoque ardentis ab ore scintillae absistunt, oculis micat acribus ignis. VOCATVS HASTA MEOS invocationes et preces: nam appellatio est a verbo, quae semper

7 Statius] Theb. II 275 ‖ 22 sane nunc e. q. s.] cf. Macrob. Sat. IV 6, 10 ‖ 23 Cicero] cf. in Catil. I 7, 18

2 *schol. ad* APTAT H. *om. F* ‖ possit *ARHM* (*e Sangallensi, qui cum Danielis exemplari* possint *exhibente conlatus est, nihil enotavit Hagenus*): possint *vulgo* ‖ 3 cerata *ASRHM* ΚΕΡΤΑ *F* ‖ nominabant] a secando nominabant *M* nominant *F* ‖ 4 et cirin *HM* et ΚΕΡΕΙΝ *F* occirin *R* iacirin *S* ////cirin *A* (et cyrin *a*) ‖ tondere *M* ‖ 5 cicinni *AS* concinni *H* ‖ 7 sed *om. RM* ‖ sudoribus *RH* sudor ibat *exemplaria pleraque* ‖ quod] quia *F* ‖ 8 uariauerat *R* ‖ 9 in septimo *ego*: in VIIII. *AS* in VIII. *reliqui* ‖ 11 *schol. ad v.* 91 *post schol. ad v.* 92 *hab. libri* ‖ inmortale *F* ‖ 12 EXIM *AS*: EXIN *reliqui* ‖ INGENTI . . . Terentianus de hoc rarum concedam fieri (*v.* 144) *om. M* ‖ 14 ter *om. R* ‖ 15 praesentibus *H* ‖ 16 VI *om. F* ‖ 17 ARVNCI *AS* AVRINCI *H* ‖ auctori *et* auctor *F* ‖ 18 posuit] est positum *F* ‖ 20 enim *om. F* ‖ 24 sic *R* ‖ verba reipublicae sed] uerbo ciuitate inuectuisset *F*. *voluisse videtur interpres* verba civitatis innexuit. sed ‖ 25 posset] pos *AS* possi *R* ‖ ad vere sentientem] aduerbium *F* ‖ vere] uirum *RH* ‖ 28 acribus] auribus *as* caribus *H, om. R* ‖ 29 et] meae *F* ‖ appetitio *F*

aut in 'io' exit, aut in 'us'; si in 'io' exeant, tertiae sunt formae; si in 'us', quartae, ut ab eo quod est 'lego' aut 'lectio' aut 'lectus' facit. sed hoc nos dicimus, quod *εὐφωνότερον fuerit:* sicut nunc ab eo quod est 'voco' 'vocatus' fecit, non 'vocationes'. TE MAXIMVS ACTOR *subaudimus* antea gerere consueverat.

97. TVRNI NVNC DEXTRA GERIT eius *scilicet,* qui est supra maximum quasi *Actorem.* DA STERNERE figura Graeca, ut ⟨V 262⟩ donat habere viro item ⟨V 248⟩ dat ferre talentum.

98. LACERARE REVVLSAM ut laceratam revellam. laceratam autem propter illud ⟨XI 9⟩ et bis sex thoraca petitum perfossumque locis.

100. VIBRATOS CALIDO FERRO crispatos calamistro: nam calamistrum est acus maior, quae calefacta et adhibita intorquet capillos. unde etiam Cicero calamistratam comam appellat frequenter, quae etiam vituperationi est: unde e contra ad laudem est positum ab Horatio hunc et incomptis Curium capillis. MVRRA *autem* MADENTES unguentatos.

102. OCVLIS MICAT ACRIBVS IGNIS *ut supra* ⟨95⟩ *dictum est, furoris inmanitate.* Homeri est.

104. TERRIFICOS CIET hinc apparet, mugitus non tantum dolentum esse, sed etiam irascentum. 'ciet' *autem* modo dat, sicut in tertio legimus lacrimasque ciebant: nam proprie 'ciere' est alteri aut dolorem aut lacrimas commovere.

106. AD PVGNAM PROLVDIT praemeditatur. Cicero si mecum in hac prolusione nihil fueris, id est praemeditatione certaminis, *quem te in ipsa pugna cum acerrimo adversario fore putemus?*

---

12 nam calamistrum . . . frequenter] exscr. Isid. or. XX 13, 4. cf. or. X 57 || 14 Cicero] pro Sestio VIII 18 || 16 ab Horatio] carm. I 12, 41 || 24 Cicero] div. in Q. Caec. XIV 47

---

1 io . . . in *om. H* || io] tio *bis R* || si in tom *H* si in u *F* || formae est *F* || sunt] eunt *H* || 3 eufonoteron *AS* eufonteron *R* eufononteron *H* eufonoten *F* || 4 fecit] potest *F* || uocationis *AS* uocatio *F* || 5 AVCTOR *H* || gerere] gere *R* agere *F* || 6 qui quasi est supra maximus ē actorum *F* || 9 ut . . . revellam *om. AS* || ut] aut *F* || 10 autem] aut *AS* || pitetum *F* || 13 et *om. RH* || 14 camistratam *F* || 15 econtra] et contra *F* || 16 hinc *RH* hic *vulgo* || capillis] et Ovidio (*fast.* VI 264) 'intonsi regia magna Numae' *add. Fabricius* || 17 MVRRA . . . unguentatos *post* Homeri est *hab. ASH* || MYRRA *R* MVRRAM *H* || *ad* ABSISTVNT (*v.* 17) procedunt euolant *T* || 18 IGNEM *F* || 19 Homeri est *om. F.* (*Il.* I 104) *ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην add. D* || 20 CIET] nomen et *add. F.* nomine et *coni. Daniel. mihi* nomen *ad* MVGITVS *adscriptum fuisse videtur.* || 21 in tertio *RHF* in IIII. *AS. cf. Aen.* III 344 *et* VI 468 || 22 legimus *om. AS* || sciebant *A* ciebat *F* || alteri *om. F* || 24 sin *Cicero* || 25 fuerit *R* || praemidatione *H* praemeditationis *F* || 26 cum acerrimo et aduersario pore putemus *F*

107. SAEVVS fortis: more suo; *vel magnus.* et ingentem moderationem dat Aeneae, quippe quem inducit laborantem, ut possit in iram moveri, cum Turnum ita dicat furere, ut nec Latini consiliis, nec Amatae precibus possit oboedire.

108. ACVIT MARTEM inritat se ad futura certamina.

109. COMPONI FOEDERE BELLVM finiri, ut ⟨I 374⟩ ante diem clauso componet vesper Olympo: *aut 'componi bellum' ad pactionem singularis certaminis bellum deduci. 'foedus' autem, sicut supra* ⟨I 62, VIII 641⟩ *dictum est, ab hostia, quae foede interimi solet, appellatum est. 'oblato' autem 'gaudens' intellegendum nuntium Aeneae venisse de bello.*

110. TVM SOCIOS MAESTIQVE METVM SOLATVR IVLI intellegimus hos spe singularis certaminis pro ducis salute esse turbatos. *bene autem separavit Ascanium a sociis: de illis enim 'socios' dixit, non addidit 'metum', quia proprium erat et filii et pueri timere pro patre.*

111. *FATA DOCENS monens quibus condenda urbs sit, propter quod futurum, ut vincat.* LATINO CERTA REFERRE VIROS κατὰ τὸ σιωπώμενον etiam Latinum ad Aenean legatos misisse intellegimus: nam supra ⟨75⟩ Turnus tantum dixerat nuntius haec *Idmon* Phrygio mea dicta tyranno. *'certa' autem pro 'firma et vera'. aut certe hos legatos Idmoni adiunctos potest intellegi.*

112. PACIS DICERE LEGES *id est* quas paulo post in ipso foedere est dicturus Aeneas.

113. *POSTERA VIX SVMMO descriptio temporis, quod Turnus praefinierat.*

114. *CVM PRIMVM ALTO quia res perturbatae secuturae sunt, diem quoque cum fervore oriri fecit.*

115. LVCEMQVE ELATIS NARIBVS EFFLANT Ennianus versus est ordine commutato: ille enim ait funduntque elatis naribus lucem. et sciendum, nusquam diem sic potenter descripsisse Vergilium: *sicut in quarto* ⟨522⟩ *noctem, ubi Dido pervigilans deliberat.*

---

27 Ennianus versus] ann. v. 588 Vahl.

---

1 *ad* SAEVVS *s. v.* fortis et magnus *T* ‖ 2 ut *om. F* ‖ 3 in iram] intra *F* ‖ turnus ita dicatur *R* ‖ 5 *schol. ad v.* 108 *om. F* ‖ 7 componit *F* ‖ *ad* COMPONI F. B. *s. v.* finiri siue componi bellum ad petitionem singularis certaminis bellum deduci, *ad v.* 109 *in marg.* hic intellegimus nuntium aeneae uenisse de bello *T* ‖ 10 ablato *F* ‖ 13 *ad v.* 110 bene separat ascanium a sociis proprium enim erat filii timere pro patre *T* ‖ 14 Ascanium] et cum *add. F* ‖ illos *F* ‖ 16 *ad* FATA D. *s. v.* monens . . . vincat *T* ‖ FACTA *F* ‖ propter *om. F* ‖ quid *Daniel* ‖ 18 intellegamus *F* ‖ 20 *ad* CERTA *s. v.* firma et uera, *ad* VIROS *s. v.* potest intellegi hos legatos idmoni adiunctos *T* ‖ 24 *ad v.* 113 descriptio . . . praefinierat. ostendit autem res turbatas sequi diem quem cum feruore oriri facit *T* ‖ 25 ALTOS *F* ‖ 28 funduntque] suntque *H* ‖ 29 sciendum] cata to siopumenon *add. H* ‖ numquam *F* ‖ putentur *F* patenter *exemplaria pleraque* ‖ descripsisse] sed scripsit se *H* esse *F* ‖ uergilium *F* ‖ 30 *ad* ELATIS *s. v.* erectis siue patulis, *ad* EFFLANT *s. v.* effundunt *T*

116. CAMPVM AD CERTAMEN totus hic de foederibus locus de Homero translatus est, ubi Alexander *Paris* cum Menelao singulari est certamine dimicaturus.

117. DIMENSI RVTVLIQVE VIRI inter se per certa spatia dividentes, quae quisque loca purgaret. et hoc loco Fauni lucum evertere Troiani: unde est *paulo post* ⟨770⟩ sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum sustulerant, puro ut possent concurrere campo.

118. FOCOS quidquid ignem fovet 'focus' vocatur, sive ara sit, sive quid aliud in quo ignis fovetur, *sicut in tertio* ⟨134⟩ *dictum est. tamen et hic in publico sacrificio ostendit cum aris etiam focos sacratos; nam ait 'in medioque focos et dis communibus aras' et post* ⟨285⟩ *subtexuit craterasque focosque ferunt: 'crateras' scilicet quibus libaverant, 'focos' vero ad quos legitimum sacrificium perfecerant.* ET DIS COMMVNIBVS ARAS di communes sunt, ut alii dicunt, Mars Bellona Victoria, quod hi in bello utrique parti possunt favere. ut autem altioris scientiae hominibus placet, di communes sunt qui *ἄζωνοι* dicuntur, id est qui caeli certas non habent partes, sed generaliter a cunctis coluntur: ubique enim eos esse manifestum est: ut mater deum, cuius potestas in omnibus zonis est; nam ideo et mater deum dicitur, quod cum omnibus eius est communis potestas. alii communes deos volunt Solem, Lunam, Plutonem, Martem: hi enim apud omnes homines inveniuntur et sunt in omnibus terris. prior tamen sensus et simplex est et magis aptus negotio.

119. ARAS GRAMINEAS Romani enim moris fuerat caespitem arae superimponere et ita sacrificare. 'gramineas' autem ideo, quia et de bello res agitur et Marti sacrificatur, cui gramen est consecratum, quod secundum Plinium in naturali historia ex humano cruore procreatur. gramen autem herbae species est, licet omnis herba gramen vocetur,

---

9 quidquid . . . fovetur] exscr. Isid. or. XX 10, 1 || 15 dii communes sunt e. q. s.] exscr. mythogr. III 13, 8 || 29 gramen autem . . . cum sit et species] cf. Isid. or. XVII 9, 104

---

4 RVTVLI VIRIQVE *A* TEVCRI VIRIQVE *S* TEVCRIQVE VIRI *H* || cepta *R* || 5 quisque *om. H* || loco] sciendum *add. F* || fauniculum *RH* || cuerteret *F* || 6 sed] si *AS* || scripem *H* || nullo certamine *F* || 7 possent] sint *F* || 10 quod *ASF* || *ad v.* 118 ostendit hic in publico sacrificio etiam cum aris focos sacratos namque ait . . . perficerent *T* || 12 post subtexuit] paulo post *T* || 14 libaverant *ego*: liberat *F* libarent *T* libaverat *Daniel* || vero *om. T* || ad quos] quibus *T* || perfecerant *ego*: perfecerat *F* perficerent *T* || 16 quia *F* || 17 quia zonoi *A* quia izonoi *S* qui zoe *R* (azonoi *superscr. ead. man.*) qui azome *H* azonas *F* || 18 quia *AS* (qui *s*) || 20 ut *om. R* || deum] dicitur quod cum eius est omnis *add. F* || 21 est *om. H* || 24 *ad* DIS COMMVNIBVS A. *s. v.* communes dii praeter hoc quod seruius intellegit possunt accipi quos communiter inuocaturi erant . aut communibus amicitiae et foederis *T* || 26 superponere *F* || 28 plenium *F* || 29 uocatur *F*

sicut robur omne lignum, cum sit et species. FONTEMQVE IGNEMQVE FEREBANT 'fontem' pro aqua posuit, a toto partem. sane ad facienda foedera *semper* aqua et ignis adhibentur; unde econtra quos arcere volumus a nostro consortio, eis aqua et igni interdicimus, id est rebus, quibus consortia copulantur. *ad haec autem foedera aqua de certis fontibus peti solet.*

120. VELATI LINO atqui fetiales et pater patratus, per quos bella vel foedera confirmabantur, numquam utebantur vestibus lineis. *adeo autem a Romano ritu alienum est, ut, cum flaminica esset inventa tunicam laneam lino habuisse consutam, constitisset ob eam causam piaculum esse commissum.* unde dicemus errore factum, ut linea vestis contra morem adhiberetur ad foedera, quae firma futura non erant. scimus enim hoc ubique servare Vergilium, ut rebus, quibus denegaturus est exitum, det etiam infirma principia. sic in Thracia civitatem condens Aeneas ⟨III 16⟩, quam mox fuerat relicturus, contra morem Iovi de tauro sacrificavit. sic senatum ad privata Latinus convocat tecta ⟨XI 234⟩, quando eius non erunt firma consilia. sic paulo post ⟨XII 247⟩ in augurio liberatus cycnus in fluvium concidit, quia Turnum Rutuli, licet rupto foedere, liberare non poterunt. Caper tamen et Hyginus hoc loco dicunt lectionem esse corruptam: nam Vergilium ita reliquisse confirmant 'velati limo'. limus autem est vestis, qua ab umbilico usque ad pedes *prope* teguntur pudenda poparum. haec autem vestis habet in extremo sui

---

2 sane . . . copulantur] cf. Isid. or. XIII 12, 2 ‖ 22 limus autem . . . obliquum dicimus] exscr. Isid. or. XIX 22, 26

---

1 robor *ASRF* rubor *H* ‖ 3 aqua] et aqua *R* ‖ econtra *R*: contra *AS* haeccontra *H* et *F* ‖ 4 a nostra consortia *F* ‖ eius *H* ‖ aquam *RH* ‖ ignem *R* ‖ 5 res *R* trebus *H* ‖ consortio *F* ‖ *ad* ALII F. I. F. *s. v.* ad haec foedera facienda de certis fontibus aqua petebatur *T* ‖ foedera *om.* *F* ‖ 6 ceteris *F* ‖ solent *F* ‖ 9 *ad v.* 120 in tantum erat a romanorum ritibus alienum lino non (*del.* non) uti fetialibus ut cum flaminica esset inuenta tunicam laneam habuisse lino consutam ob eam causam dicatur piaculum esse commissum . alii autem ideo lineis uolunt (*i. e.* '*alii volunt ideo Vergilium lineis usos esse dixisse illos qui fontem ignemque ferebant*'), quia purior est uestis linea quam lanea quae sine iniuria animalium conficitur. unde aegyptii sacerdotes lineis utuntur. quantum autem uestis linea apta sacris sit hinc docetur quod ea luctuosis uti non licet quae squalori tollendo apta putatur. alii 'uelati lino' caput operti li//τeo (*lege* opertum linteo) habentes tradunt *T* ‖ adeo *Commelinus*: ideo *F* ‖ 10 constituisset *F, corr. Commelinus* ‖ 11 dicimus *ASF* ‖ 13 servare *om.* *F* ‖ uergilium *F* ‖ negaturus *RH* denagaturus *F* ‖ 14 est *om.* *H* ‖ exitus *H* ‖ in tracie ciuitate considens *R* in thrahia ciuitate consedens *H* ‖ 15 Aeneas *om.* *F* ‖ 16 tauro . . . quando *om.* *F* ‖ 17 erunt *H*: erτ̃ *A* erit *S* (erat *s*) erant *RF* ‖ 18 auguria *F* ‖ 19 concidit et quia *F* ‖ poterant *R* potuerunt *F* ‖ 20 yginus *ASF* higinus *H* ‖ 21 nam] et *F* ‖ uergilium *F* ‖ ita] it *R* itali *H* ‖ lino *R* (*corr. ead. man.*), limo *om.* *F* ‖ 22 libus *H* ‖ qui *R* (*corr. ead. man.*) quae *F* ‖ peduntur *H* tegebantur *F* ‖ 23 pudenda poparum *om.* *F* ‖ pomparum *AS* ‖ uestes habent *F*

purpuram limam, id est flexuosam, unde et nomen accepit: nam 'limum' obliquum dicimus, unde et Terentius limis oculis dicit, id est obliquis. VERBENA TEMPORA VINCTI verbena proprie est herba sacra, *ros marinus, ut multi volunt, id est λιβανωτίς †sicutagonis*, sumpta de loco sacro Capitolii, qua coronabantur fetiales et pater patratus, foedera facturi vel bella indicturi. abusive tamen iam verbenas vocamus omnes frondes sacratas, ut est laurus, oliva vel myrtus: Terentius ex ara hinc verbenas sume: nam myrtum fuisse Menander testatur, de quo Terentius transtulit. *quidam sane veris proximi herbas verbenas dicunt. alii certa ligamenta verbenas volunt vocari.*

121. LEGIO AVSONIDVM pro 'Ausonidarum', quod venit ab eo quod est 'hic Ausonida', sicut 'hic auriga'; nam 'Ausonis' generis feminini est, unde 'Ausonidum' facit: quod ut diceret, metri est necessitate conpulsus. *PILATAQVE PLENIS hoc est pilis armata. quidam hoc loco 'pilata agmina' non a genere hastarum positum adserunt: nam paulo post* ⟨130⟩ *dictum inferunt defigunt tellure hastas: sed 'pilata' densa, spissa, ut implere portas potuerint et postea se in loca apertiora diffundere. alii 'pilatum agmen' dicunt quod in longitudine directum est, quale solet esse cum portis procedit. vel certe 'pilata' fixa et stabilia, vel a pilo, quod figit, vel a pila structili, quae fixa est et manet: nam et Graeci res densas et artas πιλωτά dicunt. Ennius saturarum* II. *contemplor inde loci liquidas pilatasque aetheris oras, cum firmas et stabiles significaret et quasi pilis fultas. Hostius belli Histrici primo percutit atque hastam pilans prae pondere frangit 'pilans' id est figens, idem sententia praesto pectore pilata, id est fixa, stabilis. Asellio historiarum triarium quartum*

2 Terentius] Eun. III 5, 53. cf. Don. ad h. v. ‖ 8 Terentius] Andr. IV 3, 11. cf. Don. ad h. v. ‖ 21 Ennius sat. II] p. 155 Vahl. ‖ 26 Asellio hist.] p. 184 Pet.

1 fluxuosam *AS* plexuosum *F* ‖ 2 lipum *F* ‖ oblicom *H* oblicum *F* ‖ limis] luminis *F* ‖ 3 ueruena *ASHF* ‖ propria *ARH* ‖ 4 ΑΙΒΑΝΟΙC *F*, *corr. Daniel*, λιβανωτός *Lion* ‖ Licutagonis *Daniel, ut ex λιβανωτίς corruptum del. G. Vossius etymol. ling. lat. p.* 547. *cf. Steudener krit. Streifz. p.* 56. *fortasse plantae nomen, velut* cunilaginis, *latet. cf. Plin. nat. hist.* XX § 171 *sqq.* ‖ 8 hara *AS* area *H* ora *F* ‖ sume hinc ueruenas et rtq. atque *F* ‖ ueruenas *AS* uerbena *R* ‖ menender *AS* (*corr. s*) minander *H* ‖ 9 veris *Commelinus*: uenis *F* ‖ 10 ueruenas *F* ‖ ligamenta *Daniel*: legitamen *F* ‖ uerbenam *F* ‖ 11 *schol. ad* LEGIO A. *om. F* ‖ 12 auguriga *R* ‖ 14 PILATOQVE *F* ‖ quidam . . . transmittatur *hab. T* ‖ 15 hasturum *F* ‖ asserunt *T* ‖ 16 dictum inferunt] dicturus est *T* ‖ tellura *F* ‖ sed . . . spissa] ergo pilata conferta i. e. dense spissa *T* ‖ 17 densas *F* ‖ possent *T* ‖ 18 dicunt *om. T* ‖ 19 vel . . . nam et *om. T* ‖ 20 structili *Daniel*: structi *F* ‖ 21 Graeci] propterea *add. T* ‖ et] ex *F* ‖ πιλωτά *ego*: ΠΙΛΩΙΑ *F* ΠΙΛΟΙΑ *T* πιλῶια *Daniel* ‖ Ennius . . . in bella dolones *om. T* ‖ 22 inde . . . oras contemplor *Vahlenus* ‖ 23 et *ante* quasi *om. F* ‖ hostium *F* ‖ 25 pilato *F, corr. Daniel* ‖ 26 fixa stabilis *scripsi*: fixabilis *F* fixa *Masvicius* ‖ triariûm *Woelfflinus Philol.* XXXIII *p.* 66: triarum *F*. historiarum tritarum *Daniel* historiarum III. *Commelinus* historiarum quarto signum *Vossius de hist. lat.* I 8 historiarum VIII. triariorum *Masvicius* historiarum tritarum quarto signum *Burmannus*

signum accedebat, sive pilatim, sive passim iter facere volebat. Scaurus de vita sua in agrum hostium veni, pilatim exercitum duxi, id est strictim et dense. nam ubi proprie de genere hastae loquitur, ait ⟨VII 664⟩ *pila manu saevosque gerunt in bella dolones. Varro rerum humanarum duo genera agminum dicit, quadratum, quod inmixtis etiam iumentis incedit, ut ubivis possit considere; pilatum alterum, quod sine iumentis incedit, sed inter se densum est, quo facilius per iniquiora loca transmittatur.*

123. RVIT cum impetu venit: quod apud Graecos est ὥρμησεν. *VARIIS quia alius Troicus, alius Tyrrhenus: aut ipse Tyrrhenus varius, quia de variis gentibus Tuscorum.*

124. INSTRVCTI FERRO bona prooeconomia et rei futurae praeparatio: ruptis enim foederibus in bella descendent: *quia necesse non erat armari omnes, solis ducibus pugnantibus.*

127. *ASILAS Etruscum nomen.*

131. VVLGVS INERMVM senum scilicet ac matrum, sicut ipse memoravit: *et quidam volunt ideo hic matrum factam mentionem, ut etiam Amata inter ceteras ad spectandum venisse videatur, quo possit, ducta errore, se perimere.*

134. *NVNC ALBANVS HABETVR Catonem sequitur, qui Albanum montem ab Alba longa putat dictum.*

135. *TVNC NEQVE NOMEN ERAT hoc ideo ait, quia in Albano res divina a iure triumphantibus fieri solebat, scilicet quod Alba patria populi Romani habetur, unde omnis origo Romana: propter quod* ⟨I 7⟩ *Albanique patres: et Iuppiter Latiaris antiquissimus est. ergo montis huiusce 'gloria', quod patria populi Romani esse dicatur; 'honos' vero*

---

2 Scaurus d. v. s.] p. 185 Pet. ‖ 21 Catonem] or. I 14 Iord. et Pet.

---

2 aagrum *F* ‖ pilatum *F, corr. Daniel* ‖ erercitum *F* ‖ 3 strictum *F, corr. Daniel* ‖ 5 uarro etiam *T,* rerum humanarum *omittens* ‖ 6 immixtis *T* ‖ inmentis *F* ‖ ut . . . incedit *om. F* ‖ 8 quod *F* ‖ tramittatur *F* ‖ 10 ωΡΜΛϹΕΝ *AS* ΟΡΜΕϹΕΝ *R* ΟΡΜΗϹΕΝ *H* ΕΦΟΡΜΕϹΕΝ *F* ‖ 11 *ad v.* 123 Variis armis quia alius troianus alius tyrrhenus erat exercitus . aut ipse . . . gentibus erat tuscorum *T* ‖ qui *F* ‖ tyrrenus *F* ‖ 14 enim] autem *F* ‖ in] ad *F* ‖ descendunt *H* discedent *F* ‖ 16 ASILIAS *F* ‖ *ad* STVDIO *s. v.* scilicet uidendi *T* ‖ 17 INERVVM *F* ‖ 18 *ad v.* 131 quidam uolunt . . . perimere *T* ‖ hic *om. T* ‖ mentionem matrum esse factam *T* ‖ matrem *F* ‖ 19 inter ceteras ad spectandum *ego*: inter cetera sed spectandum *F* inter cetetras spectandum *T* i. c. spectatum *Masvicius* ‖ 20 se *om. F* ‖ 21 Albanum *Masvicius*: albonem *F* ‖ 22 ab *Commelinus*: alii *F* ‖ putant *Daniel* ‖ 23 quia . . . et iupiter latiaris antiquissimus dictus est huius montis gloria *T* ‖ 24 a *om. T* ‖ triumphantibus iure *T* ‖ 25 habeatur *T* ‖ unde . . . Romana] unde profecto omnis origo romana per ascanium processerit *T* ‖ quod et albani *T* ‖ 27 *ad* HONOS A. G. M. *s. v.* res diuina quae a romanis ibi fieri consueuerat *T*

res divina, quae ibi a Romanis fieri consueverat; 'nomen' quis ignorat a longa Alba † tractaturi?

136. ASPECTABAT *amat usurpare antiquitatem: nam potuit 'spectabat' dicere.*

139. DIVA DEAM aut hypallage est pro 'dea divam': nam deos aeternos dicimus, divos vero qui ex hominibus fiunt. aut bene dixit de Iunone divam, respiciens etymologiam: nam in Horatio legimus sub divo moreris victima nil miserantis Orci, id est sub aere, quem constat esse Iunonem. deus autem vel dea generale *nomen* est omnibus: nam quod graece δέος, latine timor vocatur, inde deus dictus est, quod omnis religio sit timoris. *Varro ad Ciceronem tertio ita respondeant cur dicant deos, cum (de) omnibus antiqui dixerint divos.* STAGNIS QVAE FLVMINIBVSQVE SONORIS PRAESIDET Iuturna fons est in Italia saluberrimus iuxta Numicum fluvium, cui nomen a iuvando est inditum. cum enim naturaliter omnis aqua noxia sit extraneorum corporibus, hic omnibus saluberrimus fons est. de hoc autem fonte Romam ad omnia sacrificia aqua adferri consueverat. *bene ergo Vergilius Turno fingit sororem, quae laborantes iuvare consuevit. huic fonti propter aquarum inopiam sacrificari solet: cui Lutatius Catulus primus templum in campo Martis fecit; nam et Iuturnas ferias celebrant qui artificium aqua exercent, quem diem festum Iuturnalia dicunt. Varro rerum divinarum quarto decimo ait Iuturna inter proprios deos nymphasque ponitur. et quia 'stagna' dixerat, ideo 'sonora flumina' addidit: est enim stagnorum ἀντίϑετον.*

---

7 in Horatio] carm. II 3, 23 || 10 nam quod graece ... sit timoris] cf. Isid. or. VII 1, 5 || 11 Varro ad Cic. III.] p. 150 Wilmanns. || 22 Varro rer. div. XIV.] fragm. 15 ap. Merkelium praef. ad Ov. Fast. p. CLXXXVIII

---

1 rei diuinae *F* || 2 tractum oeri *Daniel,* tractum oriri *Heinsius* tractum ex re *Burmannus.* tractum *Masvicius.* a porca alba tractum *Schoellius* || 3 *ad* ASPECTABAT *s. v.* amat antiquitatem usurpare nam spectabat potuit dicere *T* || 5 diuinam *H* || 7 diua *F* || 8 divo] duo *H* dio *F* || nihil *HF* || oro *H* || 9 vel dea *om. F* || 10 nam . . . timoris] nam deus graece dicitur φοροc id est timor unde factum est deus quia omnis religio timori *F* || δέος] deus est *AS* θεοc *R* deos *H* || 12 deus *F, corr. Daniel* || de *inserui.* omnis *Commelinus* omnes *Masvicius* || 14 flumen *ASR* || 16 extraneorum] aegrotorum *Masvicius. cf. Varro d. l. l.* V 71 || 17 romani *R* || 18 *ad v.* 139 bene iuturnam uirgilius fingit turni sororem quae . . . addidit *T. quae post* addidit *scripta fuerunt hodie legi non possunt* || uergilius *F* || 19 consueuerat *T* || propter aquarum inopiam *T*: per aqua mirum inopium *F* per aquaminum inopum *Daniel. fort.* per aquarum inopiam *i. e. dum a. inopia est. ceterum* huic fonti per Aquarum Pontificem sacrificari solet *coni. Barthius ad Stat. silv.* IV 5, 35 || 20 solebant *T* || Martio *Barthius l. l.* || 21 Iuturnias *Barthius* Iuturnae *Masvicius* || celebrabant *T* || aquae *Barthius l. l.* || exercebant *T* || 22 quem . . . dicunt] et iuturnalia ipsum diem festum uocabant *T* || XIIII. *T* quarta decima *F* || 25 ἀντίϑετον *scripsi:* ΑΝΤΙΘΕΤΟΝ *F* ἐπίϑετον *Daniel*

142. NYMPHA DECVS FLVVIORVM sic supra ⟨VIII 71⟩ nymphae, *Laurentes nymphae*, genus amnibus unde est. ANIMO GRATISSIMA NOSTRO Homerus *ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ*.

143. CVNCTIS PRAETVLERIM litotes figura per contrarium; plus enim dicit et minus significat. namque alias omnes est persecuta, huic vero libenter indulsit: et dicit se hanc omnibus praetulisse, quasi etiam alias in honore habuerit. *ergo ideo hoc dicit, ut tollat causam, quam potuit Iuturna habere suspectam. sane* tale est et illud Sallustianum mare Ponticum dulcius quam cetera, cum nullum dulce sit. sane sciendum non inmerito finxisse Vergilium, nymphae, id est parti suae, indulsisse Iunonem. *QVAECVMQVE LATINAE quae sint Latinae, cum quibus Iuppiter concubuerit, incertum est.*

144. INGRATVM CVBILE *aut 'ingratum', de quo paelici nulla gratia; hoc enim convenit personae dicentis: aut* quod gratiam eam castae non praesentat uxori Iuppiter. *ergo sibi dicit 'ingratum', non illis quae ascenderunt; nam Iuturna dea facta est, neque propter Iovem dictum est, qui inmortalitatis praemium persolvit. ergo bene sibi 'ingratum': Iuppiter enim multas vitiasse narratur, cum nihil umquam tale de Iunone legerimus.* animadvertendum autem versum hunc sine caesura esse: nam hephthemimeres quam habere creditur, in synalipham cadit, ut 'magnanimi Iovis ingratum ascendere cubile'. Terentianus ⟨1707⟩ de hoc rarum concedam, fieri non posse negabo.

145. CAELI IN PARTE in parte divinitatis: nam locum numinum pro honore posuit.

147. QVA VISA EST FORTVNA PATI quatenus, in quantum permisit: et sic ait 'qua visa est', ut supra ⟨XI 292⟩ coeant in foedera dextrae, qua datur. sane latenter ostendit, favorem numinum sine concessione fatorum non posse procedere. *et quidam putant*

---

3 Homerus] Il. V 243 || 9 Sallustianum] hist. III 45 D., 51 Kr.

---

1 sic] ut *F* || 3 GRATISSIME *R* GRATISSIMO *H* || Homerus . . . θυμῷ] homerus meo donate animo *F* || ΚΧΑΡΙϹΜΕΝΕ *AS* ΚΧΑΡΙϹΜΕΝ *H* || ΦΥΜω *R* || 4 *scholia ad v.* 143 *sq. om. H* || 8 suspectum *F* || sane talis haec figura est et (ut *Commelinus*) illud *F* || et *om. AS* || 10 sane sciendum autem *F* || uergilium *F* || 13 paelici] paulici *F* pellici *Commelinus* || 14 gracia *AS* || eam *om. F* || casta *AS* || 15 repraesentat *AS* || Iuppiter] *om. F.* nam cum Iuppiter multas vitiasse diceretur, nihil tamen a Iunone de Iuturna detractum est, sed potius auctum est *add. Stephanus et Fabricius* || *ad* INGRATVM A. C. *s. v.* sibi dicit ingratum non illis quae ascenderant *T* || 18 multas] multi sunt *F* || 19 autem *om. AS* || 20 cessura *AR* || eptime meres *AS* eptimemeris *RFs* || 22 raro *R* || non] nam *R* || 24 locum *om. F* || pro honore nominum *F* || 26 QVOAD VISA EST *F. cf. Arus. p.* 505, 1 *K.* || 28 ostenditur *RH* || 29 concessione *RH*: confessione *ASM* consensione *F* confensione *a* || fatorum *om. RH* || *s. v.* 147 quatenus quo usque in quantum quidam enim putant quoad uirgilium reliquisse *T*

Vergilium 'quoad visa est Fortuna' reliquisse, ut sit 'quoad visa est' usque quo.

148. CEDERE RES LATIO feliciter cuncta procedere.

149. VIDEO CONCVRRERE pro 'concursurum esse': licet, quasi dea, bene praesenti usa sit tempore, quae etiam futura cernebat.

151. NON PVGNAM ASPICERE HANC OCVLIS quoniam numina, quotiens morituros viderint eos quibus favent, ab his secedunt: sic Statius Apollinem inducit Amphiaraum deserentem, ubi eum vicinum morti esse cognovit.

152. PRAESENTIVS efficacius, vehementius: nam decet germanam inlicita etiam pro fratris salute temptare.

153. FORSAN MISEROS MELIORA SEQVENTVR ne forte possit fatorum ordo mutari.

154. *CVM LACRIMAS OCVLIS IVTVRNA PROFVDIT totum iungendum 'cum lacrimas oculis Iuturna profudit terque quaterque manu pectus percussit', ne videatur diverso tempore et lacrimare et pectus percutere, cum utrumque simul fiat.* TERQVE QVATERQVE M. P. P. H. quia solam doloris audiverat causam, nihil, quemadmodum fratri posset mederi: nam paulo post audiet 'aut tu bella cie conceptumque excute foedus'. *HONESTVM aut divinum, aut quod Iovi placere potuerit.*

156. NON LACRIMIS HOC TEMPVS AIT non flendi, sed subveniendi tempus est: Statius in matrum consolatione accenso flebitis igne. *'non lacrimis' autem aut deest 'agendum', vel quid tale. figuratum est pro 'lacrimarum'.*

157. *ET FRATREM SI QVIS MODVS non dicit: aut eripe, aut bella cie; sed eripe fratrem, aut bello concitato, aut rupto foedere.*

158. CONCEPTVMQVE EXCVTE FOEDVS placitum, animo praedestinatum, ut fiat.

---

22 Statius] Theb. XII 408

---

1 uergilium *F* ‖ visa] usa *F* ‖ quod aduisa est *F* ‖ 4 concursum *ASRH* concursu *M* concurum *F* ‖ 6 quoniam] quia *F* ‖ 7 ab his] albis *F* ‖ secedunt *H* ‖ 8 desertum *AS* deferentem *M* ‖ 9 cognovit] (*Stat. Theb.* VII 789) 'desiliit maerens lacrimasque avertit Apollo'. et homerus cum lanx hectoris expendente ioue inclinaretur (*Il.* XXII 213) *λίπε δέ ἑ Φοῖβος Ἀπόλλων add. D* ‖ 10 PRAESTANTIVS *F* ‖ efficatius *ARMF* ‖ licet *RF* ‖ 11 etiam] enim *F* ‖ *ad* PERGE *s. v.* aut perseuera temptare aut reuera perge temptare *T* ‖ 14 *ad v.* 154 totum iungendum 'cum lacrimas o. i. p. t. q. qq. m. pph.' ne uideatur diuerso tempore et lacrimasse et pectus percussisse cum utrumque simul fecerit *T* ‖ LACRIMIS *F* ‖ INTVRNA PRAEFVNDIT *F* ‖ 15 inturna prefundit *F* ‖ 16 cum utrumque simul fiat et hoc ideo quia *e. q. s. F* ‖ 18 audierat *ASR* ‖ quemadmodum *om. F* ‖ 19 coeptumque *AS* conceptum *F* ‖ excutere *F* ‖ 20 *ad* HONESTVM *in marg.* quidam honestum accipiunt aut diuinum aut quod ioui placere potuerat *T* ‖ 21 non] nam *M* ‖ 22 matrum] Menaetis *coni. Burmannus* ‖ accensos flebitis ignes *M* ‖ 25 eripi *F* ‖ 26 autem bella *F* ‖ foerere *F* ‖ 27 praedistinato *F*

159. AVCTOR EGO AVDENDI nomina in 'tor' exeuntia feminina ex se faciunt, quae 'trix' terminantur, si tamen a verbo veniant, ut ab eo quod est 'lego' et 'lector' et 'lectrix' facit, 'doceo' 'doctor' *et* 'doctrix'. si autem a verbo non venerint, communia sunt: nam similiter et masculina et feminina in 'tor' exeunt, ut 'hic' et 'haec senator', 'hic' et 'haec balneator': licet Petronius usurpaverit balneatricem dicens. tale est et 'hic' et 'haec auctor', sed tunc cum ab auctoritate descendit, ut hoc loco: cum autem venit ab eo quod est 'augeo', et 'auctor' et 'auctrix' facit, ut si dicas 'auctor divitiarum' vel 'auctrix patrimonii'.

160. RELIQVIT INCERTAM quia, licet dederit ei consilium, dicendo 'forsan' eam reliquit incertam.

161. INTEREA REGES longum hyperbaton, *id est pendens sensus qui postea redditur:* nam ordo est 'interea reges procedunt castris', cetera enim per parenthesin dicta sunt: nec est eclipsis, [*id est conceptio*], cum sermo in omnibus congruat. INGENTI MOLE pompa, ambitu: nam modo hoc significat.

162. *CIRCVM absolute 'ex omni parte', ut si dicas 'tempora radiis cingitur'.*

164. SOLIS AVI SPECIMEN ut etiam in septimo ⟨47⟩ diximus, Latinus secundum Hesiodum in ἀσπιδοποιίᾳ Ulixis et Circae filius fuit, quam multi etiam Maricam dicunt: secundum quem nunc dicit 'Solis avi specimen', nam Circe Solis est filia. sane sciendum Vergilium in varietate historiae sua etiam dicta variare. sed de Ulixe, ut etiam supra ⟨VII 47⟩ diximus, temporum nos ratio credere non sinit. BIGIS IT TVRNVS quotiens utimur nominibus tantum pluralis numeri et unum volumus significare, ita dicimus 'unas bigas, unas quadrigas, unas scalas': Sallustius hi postquam in una moenia convenere.

165. *BINA pro duobus.*

1 nomina e. q. s.] cf. Probi cath. p. 12, 27 sqq. K. ‖ 6 Petronius] fragm. 2 p. 206 Buech. ‖ 13 longum hyperbaton e. q. s.] cf. Macrob. Sat. VI 6, 10 ‖ 28 Sallustius] Cat. 6, 2

2 trix] mox *T* ‖ ueniunt *H* ‖ 4 et *hab. M* ‖ sint *F* ‖ nam *om. F* ‖ 6 senator ut hic *F* ‖ petroni *F* ‖ 7 et (*ante* hic) *F*: ut *RHM*, *om. A* ‖ cum] quando *F* ‖ 9 augor et augtrix *F* ‖ augtor *F* ‖ 10 augtrix *HF* ‖ 11 dicendo tamen forsan *M* ‖ 15 id est conceptio *seclusi. qui haec addidit eclipsin et σύλληψιν figuras confudisse videtur* ‖ 16 cum] con *F* ‖ 18 *ad* CIRCVM *s. v.* in circuitu *T* ‖ 21 esiodum *AH* eusiodum *M* ‖ haspido peia *AS* aspidopya *RH* aspidotiria *M* aspidopyia *F*. *immo* in theogonia (*v.* 1011 *sqq.*) ‖ circes *R* ‖ 22 nunc] non *F* ‖ 23 uergilium *F* ‖ 24 sua *R*: suae *reliqui* ‖ 25 credere uos (*sic*) temporum non sinit ratio *F* ‖ *ad* SOLIS A. S. *s. v.* quidam auum pro genere maiorum accipiunt quia picum auum latini circe solis filia adamauit *T* ‖ 28 hi] hic *H* ‖ 29 conuenire *AS*

166. ROMANAE STIRPIS ORIGO hoc ad laudem Augusti respicit.

167. *SIDEREO FLAGRANS CLIPEO Latino tantum imaginem Solis dedit, Aenean autem cum sidereo clipeo ipsi quodammodo conparat Soli.*

168. MAGNAE SPES ALTERA ROMAE *ideo, quia Aeneas una.* male *autem* quidam 'magna' legunt. *sane Ascanii habitum omisit, quia puer est.*

169. PVRAQVE IN VESTE SACERDOS inpolluta et pura dicitur vestis, qua festis diebus uti consueverant sacra celebraturi: *ut neque funesta sit, neque fulgurata, neque maculam habeat ex homine mortuo. est autem linea et purpurea. purpura maris vicem ad piandum praebet, linum vero fluminis, quia, cum vere primo in oriente flumen inundasset, sponte sua linum natum Plinius Secundus dicit. ideo magistratus et sacrificaturi togam praetextam habent et manus ablutas detergere lineis mantelibus curant. quod ipse de Aristaeo ait Oceano libemus et manibus liquidos dant ordine fontes germanae tonsisque ferunt mantelia villis, ecce mentionem de lino: rursum de purpura* ⟨III 405⟩ *purpureo velare comas adopertus amictu, item* ⟨120⟩ *velati lino. ergo 'pura' lintea vel purpurea bene potest intellegi.*

170. SAETIGERI FETVM SVIS more Romano, ut ⟨VIII 641⟩ et caesa iungebant foedera porca: nam Homerus aliud genus sacrificii *com*memoravit. *non nulli autem porcum, non porcam in foederibus adserunt solere mactari, sed poetam periphrasi usum propter nominis humilitatem; 'intonsam' vero 'bidentem' dixisse, quam pontifices altilaneam vocant. sane* non praeter rationem est quod ait 'fetum

---

7 et pura e. q. s.] cf. Fest. Paul. s. v. pura vestimenta || 12 Plinius Secundus] cf. nat. hist. XIX § 7 sqq. || 14 Oceano] georg. IV 381 || 15 manibus] georg. IV 376

---

2 *ad v.* 167 bona distinctio. latino tantum . . . soli *T* || 3 ipse *F, correxi, om. T* || quodadmodo *F* || 4 *ad* SPES A. R. *s. v.* quia una erat aeneas *T* || 5 habitum] batum *F* habitum vel ornatum *Commelinus. pro* batum *vel* habitum *vel* ornatum *proposuisse videtur Salmasius, cf. praef. p.* XCIV *adnot.* || 7 dicitur *MF*: dicit usu *ASH* dicit usum *R* || 8 quia *F* || *ad v.* 169 haec uestis talis debet esse ut neque . . . intellegi *T* || 9 fulgorata *F* fulgurita *T* || ex *T*: OK *F* ab *Masvicius* || 10 purpura . . . praebet] purpurea ad expiandum maris uicem praebet *T* || purpura *Daniel*: purpurea *F* || 11 uero *F* || primo *T*: primum *F* || 12 natum *T*: nationis *F* natum esse *Commelinus* || 13 togam . . . manus] cū iā caput p̄tectum habent //// manus *T* || cogam *F, corr. Daniel* || ablatus *F* || 14 ipse] idem uirgilius *T* || Oceano . . . villis] oceano libemus et cetera usque ferunt mantelia uillis *T* || 15 manibus *ex* manebimus *F* || 16 rursum] item *T* || 17 de *ante* purpura *om. F* || 18 item velati lino *om. T* || lino] no *F* || lintea] uel lintea *T* || bene *om. T* || 20 SAETIGERA *H* || 21 porca . non nulli . . . uocant . nam homerus . . . commemoravit. sane non *e. q. s. F* || genus *om. M* || 22 sacrificium *F* || memoravit] dicens (*Il.* III 245) *κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ . . . ἠδὲ χρύσεια κύπελλα add. D* || *ad v.* 170 quidam porcum non porcam . . . intonsam autem bidentem pontifices antilaneam uocabant *T* || 23 sed] *malim* et || 25 non] nam *R* || est *om. AS* || fetum] *om. R,* fetus *H*

suis', item 'intonsamque bidentem', id est brevem adhuc: nam in rebus, quas volebant finiri celerius, senilibus et iam decrescentibus animalibus sacrificabant, in rebus vero, quas augeri et confirmari volebant, de minoribus et adhuc crescentibus inmolabant. *sane ovem Graeco more foederi adhibuit.*

171. *ADTVLIT ADMOVITQVE PECVS primo adtulit, inde admovit pecus, id est hostias.*

172. *ILLI AD SVRGENTEM non utique nunc solem surgentem dixit: iamdudum enim dies erat: sed disciplinam caerimoniarum secutus est, ut orientem spectare diceret eum qui esset precaturus.*

173. DANT FRVGES MANIBVS SALSAS far et sal: quibus rebus et cultri aspergebantur et victimae. erant autem *istae* probationes, utrum aptum esset animal sacrificio. obliquum etiam cultrum a fronte usque ad caudam ante inmolationem ducere consueverant: nam hoc est quod dicit 'et tempora ferro summa notant pecudum'.

174. *PATERISQVE ALTARIA LIBANT Probus 'altaria' id est 'in altaria' dicit, et 'pateris' pro 'ex pateris'. aut vinum 'altaria' intellegamus: ea enim quae in altaria funduntur 'altaria' dici voluit. alii 'altaria' species ararum tradunt.*

175. *TVM PIVS AENEAS STRICTO SIC ENSE PRECATVR hic prior precatur, quia hic mavult fieri foedus. 'stricto' autem 'ense' iuxta quendam iuris iurandi morem ait.*

176. ESTO NVNC SOL TESTIS bene eum primum invocat deum, quem orientem intuens vidit: nam ait ⟨172⟩ illi ad surgentem conversi lumina solem. 'esto' autem multi volunt tertiam esse personam, id est 'sit mihi Sol testis', quia sequitur 'et haec Terra', ut elocutionem per nominativum factam intellegamus. sed hoc non procedit, quia sequentia vocativum habent, ut 'et tu Saturnia Iuno' item 'tuque inclite Mavors': unde per vocativum eum omnia dixisse accipiamus, in hoc vero tantum ad nominativum fecisse transitum

---

2 celerius *om.* *AS* ‖ senibus *F* ‖ 4 crescentibus] animalibus *add.* *ASRM* ‖ inmolabant] sacrificabant *ASR* ‖ 5 foedere adhibunt *F*, *corr.* *Daniel* ‖ 6 *ad* ATTVLIT *s. v.* ordo . primo enim attulit postea admouit *T* ‖ ADMONVITQVE *F* ‖ admonuit *F* ‖ 7 hostias *ego*: hostis *F* hostiam *Daniel* ‖ 8 *s. v.* 172 contra. et disciplinam cerimoniarum hoc loco exequitur ut orientem spectaret solem qui precaturus erat. nam iandudum dies erat *T* ‖ 11 far et sal] sal et far *R* fruges salsas et ferro *F* ‖ 13 oblique *AS* oblicum *F* ‖ 15 timpora *R*. tergora *Servium apud Vergilium legisse suspicatur Dorvillius* ‖ pecodum *ASH* ‖ 16 *ad* ALTARIA L. *s. v.* ea quae in altaria funduntur ut uinum altaria appellantur. quidam speciem ararum intellegunt *T* ‖ 17 aut *Ribbeckius prol. p.* 145 *adnot.*: ut *F* ‖ 19 noluit *F*, voluit *Daniel. an* volunt ? ‖ alia *F* ‖ 20 *ad* TVM P. A. *s. v.* hic prior . . . fieri foedus, *ad* STRICTO S. E. P. *s. v.* iuxta . . . morem *T* ‖ 23 primo *R* ‖ 24 assurgentem *R* insurgentem *F* ‖ 25 limina *F* ‖ 26 id est *om.* *F* ‖ 27 fictam *R* ‖ 28 tu *om.* *AR* ‖ 29 item tuque] itemque *F* ‖ eum] *om.* *AS*, enim *M* cum *F*

'et haec mihi Terra precanti': licet etiam hic possit esse vocativus; nam δεικτικῶς est dictum 'haec Terra esto mihi testis', ac si diceret 'o Italica terra, testis *mihi* esto'. *sane iuxta Homericum foedus hic inducit fieri: nam ut ibi Priamus, ita hic Latinus; ut hic Aeneas, ita ibi Agamemnon. et priores precantur qui servaturi sunt foedus, quod ruperunt qui posteriores iuraturi erant, ibi per Pandarum Troiani, hic per Tolumnium Latini. et hoc per speciem augurii, quae precatio maxima appellatur, dicit. precatio autem maxima est, cum plures deos, quam in ceteris partibus auguriorum, precantur, eventusque rei bonae poscitur, ut in melius iuvent, quod his versibus ostenditur 'esto nunc Sol testis et haec mihi Terra precanti'. ceterum, quod in precatione dici solet, ut melius iuvent, melius fortunent, subiecit his versibus* ⟨187⟩ *si nostrum adnuerit nobis victoria Martem.*

177. QVAM PROPTER 'ter' habet accentum, quia est postposita praepositio: *id est propter quam tantos.*

179. IAM MELIOR IAM DIVA PRECOR ac si diceret, non Saturnia, id est iam minime nocens, sed Troianis propitia: *aut 'melior' non optantis, sed adfirmantis accipiamus: potuit enim intellegere minus se inpugnari a Iunone qui vicerat bis.*

180. TORQVES sustines, regis. *TORQVES hoc loco 'regis, frenas'; alibi †protenus ut* ⟨VII 666⟩ *tegimen torquens inmani leonis; alibi sustines, ut* ⟨IV 482⟩ *axem umero torquet.* *INCLYTE MAVORS bene induxit Martem poeta, quem scit Romanae stirpis auctorem.*

14 'ter' habet accentum . . . praepositio] cf. Schoell de acc. l. l. p. 185

1 posset et *AS* posset esse *M* ‖ 2 dicticus *F* dicticos *reliqui* ‖ est] esse *AS* est nam *F* ‖ mi sol testis *F* ‖ 3 italia *ASM* (italica *m*) ‖ esto] et huic est homeri simile iuramentum (*Il.* III 276) *Ζεῦ πατερ . . . φυλάσσετε δ' ὅρκια πιστά add. D* ‖ *ad v.* 176 hoc iuxta homericum foedus dicit . nam ut ibi priamus . . . sin nostrum a. nobis et reliqua *T* ‖ hic] ut hic *F. fort.* hoc ‖ 4 ita (*ante* ibi) *om. F* ‖ 5 quod . . . Latini] posteriores qui rupturi . et quod ibi per pandarum fecere troiani hoc per tolumnium latini acturi sunt *T* ‖ quod] quae *F* ‖ 8 nominatur *T* ‖ dicit *om. T* ‖ maxima autem precatio est *T* ‖ maximio *F* ‖ deos *F*: di *T* ‖ 9 precantur *T*: precatur *F* ‖ bonae rei *T* ‖ 10 iubet *F* ‖ quod hic ostenditur his uersibus *T* ‖ 11 ceterum . . . Martem *post* tantos *hab. F* ‖ dici solet] dicitur *T* ‖ 12 iuuet *F* ‖ 14 ter *e. q. s.*] propter habet accentum cum praeponitur, ut si dicas propter quam. at nunc penultima habet accentum, quia est postposita praepositio, ut graece περὶ βασιλείας, cum contra dicatur βασιλείας πέρι, quia est postposita praepositio *Fabricius* ‖ 15 quem *F* ‖ 16 non Saturnia . . . sustines regis *om. H* ‖ non] iam non *AS* ‖ 17 iam *om. AS* ‖ docens *F* ‖ sed] et *RF* ‖ propicia *AS* ‖ *ad* IAM M. *s. v.* quidam non optantis sed affirmantis accipiunt *T* ‖ aut meliorum optantis *F* ‖ 18 intellegelegere *F* ‖ 19 a *om. F* ‖ 20 *Servianum scholium om. F* ‖ legis *F, corr. Daniel* ‖ frenas alibi *scripsi. cf. ad Aen.* I 108: frenalis alibi *F* freno sic alibi *Danicl* ‖ 21 alibi . . . leonis *haud scio an secludenda sit, ut* alibi pro 'tenes' ut 'tegimen . . . leonis *in marg. adscripta fuisse putentur.* ipse pedes *pro* protenus ut *edidit Daniel* ‖ regimen *F* ‖ 22 *ad* INCLITE M. *s. v.* bene inuocat martem quia scit eum romanae stirpis auctorem *T* ‖ 23 scit] yit *F* ‖ styrpis *F*

181. *FONTESQVE FLVVIOSQVE VOCO congruenter, cum a Tiberino flumine sit admonitus, quae agere deberet.* QVAEQVE AETHERIS ALTI RELIGIO post specialia intulit generalitatem. *sane religio dicta, quod ea homines religantur ad cultum divinum.*

182. *PONTO id est in ponto. et quidam hoc loco a filio Veneris iure iurando velut matris volunt inditam mentionem.*

183. CESSERIT AVSONIO SI FORS VICTORIA TVRNO si forte: et bene dubitat de hoc. contra cum ad suum venerit nomen, dicet ⟨188⟩ u t p o t i u s r e o r e t p o t i u s d i n u m i n e f i r m e n t. sane ratione non caret quod primo de victoria Turni loquitur, post descendit ad suam: scit enim in auguriis prima posterioribus cedere.

185. REBELLES homo 'rebellis' dicitur, res ipsa 'rebellio', non 'rebellatio': sic Suetonius.

187. ADNVERIT NOBIS VICTORIA MARTEM hypallage pro 'sin noster Mars adnuerit *nobis* victoriam': nam Martem Victoria comitatur.

191. INVICTAE quasi invictae. et bene sibi conciliat populum: nam sine dubio una cum rege vincetur.

192. SACRA DEOSQVE DABO *captat gratiam populi.* magna enim fuit apud maiores sacrorum cura, sicut diximus supra ⟨III 104⟩: unde nunc Aeneas id agit ne pereant. et re vera constat, sacra Phrygia, nunc Latinis tradita, coluisse Romanos. LATINVS HABETO aut antiquus vocativus est: aut 'habeto' tertia persona sit. sane sciendum quia crebra soceri commemoratione sibi favorem Latini conciliat; item dicendo 'mihi moenia Teucri constituent' popularem gratiam captat, quia supra dixerat Drances ⟨XI 131⟩ s a x a q u e s u b v e c t a r e u m e r i s T r o i a n a i u v a b i t.

197. TERRAM MARE SIDERA IVRO *et* ornatior elocutio et crebra apud maiores, quam si velis addere praepositionem, ut dicas 'iuro per maria, per terras'. 'eadem' autem bene dixit: nam pro mari ille fontes et fluvios posuit, pro sideribus solem.

3 sane religio . . . divinum] cf. Isid. or. VIII 2, 2 et diff. verb. 486 ‖ 13 Suetonius] p. 148, 4 Reiffersch.

1 *s. v.* 181 congrue quia a tiberino flumine est admonitus quid agere deberet *T* ‖ 3 RELIGIO] ET *add. AS*, est *add. RHM* ‖ specialia *MF*: specialiter *AS* specialitatem *R* specialia est *H* ‖ *s. v.* 182 religio dicitur quod ea homines regantur siue religentur ad cultum diuinum *T* ‖ 4 religantur *Masvicius*: rigantur *F* regantur *Daniel* ‖ 7 forte] foret *M* ‖ 8 contra *om. F* ‖ dicit *AS* ‖ 10 Turni *om. AS* ‖ 11 cedere] contingere *AS* ‖ *ad* CONVENIT *v.* 184 oportet sive placet, *ad* CEDET *v.* 185 aut locum dabit aut discedet *T* ‖ 13 sitonius *H* sicominus *F* ‖ 14 ANNVERIT *RM* ADVENERIT *H* ADVENERINT *F* ‖ NOBIS *om. AHM* ‖ VICTORIAM *H* ‖ sin noster *F*: si noster *ASM* sin *R* sinerent *H* ‖ 15 annuerit *M* aduenerit *H* ‖ uictoriam *H* ‖ 16 et bene . . . populum *om. F* ‖ 18 magna enim] et magna *F* quia magna *Daniel* ‖ 20 sacra Phrygia] sacrificia *M* ‖ 21 nunc] nec *F* tunc *Daniel* ‖ 22 fit *R* est *exemplaria pleraque* ‖ 27 tornatior *H* ‖ 28 ut . . . terras *om. F*

198. LATONAEQVE GENVS DVPLEX ac si diceret, utrumque sexum *prolis* Latonae *vel* subolis. et bene in foederibus duplicia invocat numina, quia in unum duo coituri sunt populi. IANVM quoque rite invocat, quia ipse faciendis foederibus praeest: namque postquam Romulus et Titus Tatius in foedera convenerunt, Iano simulacrum duplicis frontis effectum est, quasi ad imaginem duorum populorum. legimus tamen Ianum etiam quadrifrontem fuisse: unde Martialis ait ⟨VIII 2, 5⟩ et lingua pariter locutus omni: nam 'omnis' de duobus non dicimus.

199. VIM duritiem, inexorabilitatem. SACRARIA DITIS sacrarium proprie est locus in templo, in quo sacra reponuntur, sicut donarium est, ubi ponuntur oblata, sicut lectisternia dicuntur, ubi homines in templo sedere consueverunt.

200. QVI FOEDERA FVLMINE SANCIT confirmat, sancta esse facit, quia cum fiunt foedera, si coruscatio fuerit, confirmantur: vel certe, quia apud maiores arae non incendebantur, sed ignem divinum precibus eliciebant, qui incendebat altaria. 'sancire' autem proprie est sanctum aliquid, id est consecratum, facere fuso sanguine hostiae: et dictum 'sanctum', quasi sanguine consecratum.

204. SI TELLVREM EFFVNDAT IN VNDAS hypallage pro 'si undas effundat in terras'.

205. DILVVIO MISCENS *id est* aquae superfusione universa perturbans.

206. VT SCEPTRVM HOC Homeri locus, verbum ad verbum. DEXTRA SCEPTRVM NAM FORTE GEREBAT per parenthesin dictum est. ut autem sceptrum adhibeatur ad foedera, haec ratio est, quia maiores semper simulacrum Iovis adhibebant: quod cum taediosum esset, praecipue quando fiebant foedera cum longe positis gentibus, inventum est, ut sceptrum tenentes quasi imaginem simulacri redderent Iovis; sceptrum enim ipsius est proprium. unde nunc tenet sceptrum Latinus, non quasi rex, sed quasi pater patratus.

---

10 sacrarium . . . consueverunt] exscr. Isid. or. XV 5, 1 || 17 sancire . . . consecratum] cf. Isid. or. XV 4, 2

---

2 prolu *F, corr. Daniel* || sobolis *ASR* || 3 indicat *AS* || IANVMQVE BIFRONTEM rite invocat *vulgo, nisi quod* I. B. rite hunc quoque invocat *Masvicius* || 6 quasi . . . populorum *om. F* || 7 tamen] tunc *AS* || etiam genum *F* || fuisse *om. R* || 8 unde etiam martialis *R* || pariter] qualiter *H, om. F* || omnis] om̄ *A* omnes *RH* || 9 non *om. F* || 10 duritiam *RH* || 12 ubi collocantur *F* || lectisternia] lectisternia uel stemedia *R* lectistemedia *H* || 13 consueuerant *AS* consuerunt *F* || 15 fiunt] finiuntur *RH* fiant *F* || vel certe . . . incendebantur *om. H* || 16 precibus] faucibus *F* || 17 incendebant *F* || 20 si] ut *RH* || mundas *H* || 24 verbum] (*Il.* I 234) *ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον . . . ὃ δέ τοι μέγας ἔσσεται ὅρκος add. D* || 25 est] *om. AS* || 26 sceptra adhibeantur *F* || 27 simulacra *F* || 29 imaginem sacri *AS* || 30 proprium] imperium *F*

208. IMO DE STIRPE ideo genere masculino usus est, quia de arboribus loquitur: nam de hominibus genere feminino dicimus, ut ⟨VII 293⟩ heu stirpem invisam; dixit tamen, sed usurpative, Horatius etiam de arboribus, ut stirpesque raptas et pecus et domos.

209. MATRE CARET vel terra, ut ⟨III 96⟩ antiquam exquirite matrem: vel arbore, ut parva sub ingenti matris se subicit umbra.

210. AERE DECORO id est orichalco.

211. DEDIT GESTARE ut ⟨V 248⟩ dat ferre.

212. TALIBVS INTER SE FIRMABANT FOEDERA DICTIS Latinus et Aeneas. Turnum autem non inducit iurantem, quia dux est, qui praesente rege non habet potestatem. et imitatus est Homerum, qui post ius iurandum Menelai Alexandrum quasi fervidum et adulescentem inducit exclusum et Priamum adhibitum ad foederis confirmationem.

213. RITE SACRATAS rite exploratas sollemnitate, quam diximus supra ⟨173⟩.

216. VIDERI ET MISCERI infiniti sunt pro indicativis.

218. PROPIVS diligentius, ut ⟨I 526⟩ et propius res aspice nostras. NON VIRIBVS AEQVIS eos congressuros subaudis.

219. INCESSV TACITO *pro* 'ipse tacitus': hypallage est.

225. CVI GENVS A PROAVIS INGENS cuius auctoritatem commendabat et origo maiorum et paterna virtus et propria fortitudo.

229. PRO CVNCTIS TALIBVS qualis etiam Turnus est: et adtendit sensum superiorem, ubi ait Turnus *oblique* ⟨16⟩ et solus ferro crimen commune refellam.

230. AN VIRIBVS AEQVI NON SVMVS bene addidit 'viribus': nam legimus in Sallustio memorare possum, quibus in locis populus Romanus ingentes hostium copias parva manu fuderit, Vergilius ⟨V 754⟩ exigui numero, sed bello vivida virtus.

231. EN OMNES ne occurreret: sed est in castris alter exercitus.

232. FATALISQVE MANVS Troianorum, qui fataliter ad Italiam

---

4 Horatius] carm. III 29, 37 ‖ 7 parva] georg. II 19 ‖ 29 in Sallustio] Cat. 7, 7

---

7 paruas ab *F* ‖ 8 umbra] sic enim melius carmini respondet homerico (*Il.* I 235) *τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν add. D* ‖ 14 ius *om. AS* ‖ 17 exploratas *F*: explorata *AS* expurgatas *RHM* ‖ qua *R* ‖ 18 supra *om. F* ‖ 19 infinitiui *R* infinitus *F* ‖ sunt *om. F* ‖ 22 hypallage est *om. F* ‖ 23 cui *F* ‖ 25 est *om. RHM* ‖ 27 refelliam *R* refellat *H* ‖ *ad* ANIMAM (*v.* 230) hominem a parte totum *T* ‖ 28 additur *H* ‖ 29 possumus *AS* possem *libri Sallustiani* ‖ populus Romanus] par *F* ‖ 30 capias *F* ‖ federit *H* ‖ 31 uergilius *F* ‖ 32 ne] nc *H* nec *F* ‖ occurre *H* ‖ 33 Troianorum scilicet *vulgo*

venerant, ut sit iteratio. 'Etruria' autem 'infensa' pro 'Etrusci', qui etiam Turno inimici sunt causa Mezentii.

234. DEVOVET ARIS quia ait supra ⟨219⟩ et aram suppliciter venerans, item supra ⟨XI 440⟩ vobis animam hanc soceroque Latino devovi: nam ipsa iterat verba.

235. VIVVSQVE PER ORA FERETVR tamquam de vivo omnes loquentur.

237. LENTI otiosi, ut nos patriam fugimus, tu, Tityre, lentus in umbra.

242. FOEDVSQVE PRECANTVR INFECTVM rogant, ut pro non facto sit, ne piaculum videantur admittere.

245. ET ALTO DAT SIGNVM CAELO ut religio alia religione solvatur. PRAESENTIVS efficacius.

246. MONSTROQVE FEFELLIT bene 'fefellit': namque hoc augurium nec oblativum est nec inpetrativum, sed inmissum factione Iuturnae, quod carere fide indicat sedes negata: nam ubicumque firmum introducit augurium, dat ei firmissimam sedem, ut ⟨VI 191⟩ ipsa sub ora viri caelo venere volantes et viridi sedere solo, item ante sinistra cava monuisset ab ilice cornix. in hoc autem augurio liberatum cycnum cecidisse in aquam dicit, quam instabilem esse *et infirmam* manifestum est.

248. LITOREAS AGITABAT AVES palustres: nam litus dicitur omnis terra aquis vicina, ut ⟨VIII 83⟩ viridique in litore conspicitur sus.

250. EXCELLENTEM magnum, sicut in exercitu magnus est Turnus.

252. CONVERTVNT CLAMORE FVGAM redeunt cum clamore, sicut exercitus solet.

257. AVGVRIVM SALVTANT venerantur. et proprie: nam salu-

---

8 nos patriam] buc. I 4 || 19 ante] buc. IX 15

---

1 ut sit *om.* *H* || etruscis *R* || 2 causa] accusat *H* || mentienti *F* propter Mezentium *Stephanus* || 3 DEVOCET *F* || supra uobis animam *H* supra de Turno *Fabricius* || et . . . supra *om.* *M* || 4 uenerant *F* || supra vobis animam *om.* *H* || supra] sed *F* || 5 deuoui latino *AS* || deioui *M* || ipse *R* || 6 VOVISQVE *H* || deuino *A* (*corr. a*) diuino *S* || 7 loquentur] locuntur *F*. uel nominis inmortalitate uiuet et laudibus *add.* *D* || 13 regant *F* || 11 factum *M* || piacula *R* piaculo *F* || uideatur *F* || amittere *AS* || 13 efficatius *libri praeter* *AS* || efficacius] et alibi (*buc.* I 41) 'nec tam praesentes alibi cognoscere diuos' *add.* *D* || 15 nec] neque *R* non *F* || ablatiuum *H* oblatum *F* || imperatiuum *RH* inpetritum *F* || immissiuum *R* || 16 tuturno *R* inturnae *F* || fidei *H* || nam ubicumque] manu ambicuumque *H* || 17 inducit *F* || 20 occidisse *F* || ducit *F* || 21 quam] aquam autem *F* || instabile *R* || esse *om.* *F* || non dubium est *F* || 22 dicitur . . . vicina] circa omnem aquam est *F* || 26 redeunt] reuertuntur *ASR* || sicut in exercitu (exercitum *H*) solet *RHM* s. in e. s. fieri *vulgo*

tari dicimus deos: Terentius at ego hinc deos domum salutatum pergam.

258. EXPEDIVNTQVE MANVS dimicare se velle significant: haec enim est consensio militaris: Lucanus 〈I 387〉 elatasque alte, quaecumque ad bella vocaret, promisere manus.

259. QVOD SAEPE PETIVI quasi inpetrativum hoc augurium vult videri. ACCIPIO AGNOSCOQVE DEOS modo quasi de oblativo loquitur: nam in oblativis auguriis in potestate videntis est, utrum id ad se pertinere velit, an refutet et abominetur. ergo nunc dicit se augurium libenter amplecti et agnoscere circa se favorem deorum.

261. QVOS INPROBVS ADVENA interpretatur augurium: et confirmat id ad praesens negotium pertinere.

262. LITORA VESTRA bona iteratio: nam supra ait 〈248〉 litoreas agitabat aves.

263. VI POPVLAT antique: nam veteres et 'populo' et 'populor' dicebant, nunc tantum 'populor' dicimus; illud penitus de usu recessit. PENITVSQVE PROFVNDO VELA DABIT ut supra de aquila 〈256〉 penitusque in nubila fugit.

264. DENSETE CATERVAS sicuti cycni 〈253〉 hostemque per auras facta nube premunt.

266. ET ADVERSOS TELVM CONTORSIT IN HOSTES hoc loco ab Homeri oeconomia recessit: ille enim inducit Minervam persuadentem Pandaro, ut iacto in Menelaum telo dissipet foedera; hic vero dicit ipsum augurem telum sponte torsisse et occidisse unum de novem fratribus. quod pertinet ad oeconomiam: necesse enim erat, ut fratres, *dolore* ex unius morte commoti, bellum moverent. si enim vilis aliquis interiret, poterat eius mors ob foederis religionem forte contemni.

267. SONITVM DAT id est facit. CERTA inevitabilis: unde 'incerta' est infirma et vitabilis.

---

1 Terentius] Phorm. II 1, 81

---

1 hinc] immo *R* ‖ domum] domus *H* domo *M, om. F.* ego deos penates hinc salutatum domum deuertar *Terentius* ‖ 2 pergam] et plautus in curculione (III 1, 19) 'quis est qui operto capite salutat aesculapium' *add. D* ‖ 3 significat *HM* ‖ 5 ad bellum *H* abella *M* ‖ uocarent *F* ‖ promiscere *AS* admisere *R* admisere et *H* ‖ *ad* EXPEDIVNTQVE M. *s. v.* proferunt ut consensio militaris habet *T* ‖ 6 inpetritum *H* inpetratum *F* ‖ 7 ablatiuo *H* ‖ 8 ablatiuis *HF* ‖ 9 ad *om. AS* (*add. a*) ‖ 13 bona . . . aves *om. F* ‖ 15 *ad* VI P. *s. v.* sua uirtute depraedatur *T* ‖ 16 penitus . . . de aquila *om. H* ‖ 17 PENITVSQVE . . . DABIT] PETET ILLE FVGAM *R* ‖ ut *om. ASF* ‖ supra de aquila] illud *R* ‖ 19 sicut *HM* ‖ cycni] ignem *add. R* ‖ hostem *M* ‖ 21 ADVERSVS *HF* ADVERSO *M* ‖ HOSTEM *HF* ‖ 22 enim] autem *F* ‖ 23 foedera] (*Il.* IV 92) *ἀγχοῦ δ' ἱσταμένη . . . Ἀλεξάνδρῳ βασιλῆι add. D* ‖ 25 ad *om. H* ‖ 26 fratris *F* ‖ committi *F* ‖ 29 id est *om. F* ‖ facit] ut supra (I 79) 'tu das epulis accumbere diuum' et plautus in aulularia (IV 5, 1)

268. *SIMVL HOC SIMVL antique, ut* ⟨XII 758⟩ *ille simul fugiens Rutulos simul increpat omnes et* ⟨I 631⟩ *simul Aenean in regia ducit tecta, simul divum templis indicit honorem.*

270. HASTA VOLANS minus est 'namque'. *sane reliquit hastam poeta, dum vult simul multa describere, et rem inperfectam omisit; deinde rediit ad descriptionem, ut supra in augurii narratione.*

273. HORVM VNVM ordo est: transadigit costas. et figurate dixit pro 'unius'. TERITVR QVA SVTILIS ALVO BALTEVS rem physicam dixit: omnia enim quibus utimur, non nos terunt, sed ea nos terimus, ut anulum, vestem, *balteum. 'ad medium' autem absolute, id est ubi alvo teritur balteus.*

275. *EGREGIVM FORMA IVVENEM bene hic 'egregium', quippe qui esset de fratrum grege.*

277. *AT FRATRES pro 'at fratrum pars'.* ANIMOSA PHALANX quasi phalanx, id est legio. *et bene a numero, a germanitate, a nobilitate, a forma, ab aetate, ab vulneris genere, ab ipsius laude, a genere mortis incitatio nata.*

279. CAECI salutis inprovidi. *et bene iam non pars, sed universi.*

280. INVNDANT more undae fluunt.

281. *AGYLLINIQVE pro Etruscis: hi enim contra Mezentium auctores coniurationis fuerunt. PICTIS ARCADES ARMIS bene 'pictis', ut in undecimo* ⟨93⟩ *et versis Arcades armis, ut ornatus picturae lateret in luctu.*

282. SIC OMNES AMOR VNVS HABET 'sic' id est dum paulatim suis invicem subveniunt, omnes in bellum coacti sunt. sic Sallustius.

283. DIRIPVERE ARAS deiecerunt, dissipaverunt. *sane cum praesens tempus belli loquitur, bene praeteritum intulit 'diripuere'. et more suo interiecit aliud: nam ordo erat 'diripuere aras craterasque focosque ferunt'.*

284. FERREVS IMBER permansit in translatione, quia dixerat 'tempestas telorum'.

'emortuum ego mauelim leto malo quam illi hodie seni dem insidias *add. D* || 2 et] ut *F* || 4 reliquid *F* || 5 discribere *F* || 7 transadigit unum costas *D* || dixit] unum *add. D* || 8 ALIYO *R* ABBO *H* ALBVM *F* || BALTEVM *F* || 10 annulum *H* anullum *F* || *s. v.* 273 ad medium absolute posuit id est ubi aluo teritur balteus. quidam uero medio legunt quasi ad medium aluum . sutulis (*sic*) intextus *T* || ut medium *F* || *ad* LATERVM I. (*v.* 274) in quibus iunguntur aluo *T* || 12 *ad* EGREGIVM F. I. *s. v.* qui erat electus ex grege fratrum *T* || 14 *ad* AT F. *s. v.* id est fratrum pars *T* || 15 *ad* ANIMOSA PH. *s. v.* aut plena animis aut iracunda propter fratris interitum. et bene . . . a genere mortis accensio animorum nata *T* || 16 a forma a nobilitate *T* || 17 morte *F* || incitatio *Masvicius*: incite sio *F* || 21 *ad* ET P. A. A. *s. v.* scuta picta habentes *T* || 22 picturas *F* || 25 subveniunt] obediunt *H* || 26 decerunt *F* || *s. v.* 283 deiecerunt . et bene cum praesens belli tempus ostendat infert praeteritum . et more suo aliud interiecit nam ordo est diripuere . . . focosque *T* || 27 *malim* loquatur || praeteritam *F*

285. FERVNT auferunt: nam aphaeresis est, ut 'temnere' pro 'contemnere': *alibi omnia fert aetas.*

286. PVLSATOS DIVOS *id est* violatos, laesos fractis foederibus.

287. INFRENANT ALII CVRRVS id est equos, *qui sub curribus sunt:* sic alibi *fertur equis auriga* neque audit currus habenas.

288. SVBICIVNT IN EQVOS super equos iaciunt; sed proprie non est locutus, magisque contrarie: nam 'subicere' est subter aliquid iacere.

289. REGISQVE INSIGNE GERENTEM id est diadema habentem. *et decenter regem cum insignibus suis dixit.*

290. AVIDVS CONFVNDERE FOEDVS legitur et 'avidum'; sed melius 'avidus', quia Messapus Turno favebat, qui erat inpar ad singulare certamen: *nam et postea ait* ⟨292⟩ *et miser oppositis a tergo involvitur aris. sic enim facilius foedus dissiparet, si arae humano cruore polluerentur: nam et Messapi voluntas ita expressa est, qui ait* ⟨296⟩ *haec melior magnis data victima divis. 'confundere foedus' autem pro ut confunderet.*

291. *PROTERRET mire dictum.*

293. *HASTA cum hasta.*

294. *TELOQVE ORANTEM MVLTA TRABALI Ennius teloque trabali.*

295. ALTVS EQVO equi magnitudinem latenter ostendit.

296. HOC HABET id est letali percussus est vulnere. *apud antiquos enim id erat 'hoc habet', quod nunc 'peractum est': sic* Terentius certe captus est, habet. sane sarcasmos est, *carnificina quasi,* de loci qualitate inventus: nam quia super aras cecidit, ait 'haec melior magnis data victima divis'.

298. *OBVIVS bene obvius corripuit.* *AMBVSTVM TORREM quidam 'ambustum' proprie circumustum accipiunt; sed poetae indifferenter pro conbusto utuntur.* TORREM *autem* erit nominativus 'hic torris', et

---

2 alibi] buc. IX 51 ‖ 5 alibi] georg. I 514 ‖ 6 super . . . iacere] cf. Non. p. 387, 9 sqq. M. ‖ 20 Ennius] ann. v. 589 Vahl. ‖ 23 Terentius] Andr. I 1, 55. cf. Don. ad. h. v. et Non. p. 317, 21

---

4 *ad* INFRENANT C. *s. v.* id est frena aptant equis *et* equos qui erant sub curribus *T* ‖ 5 fertor *F* ‖ audet *F* ‖ 7 aliquid *om. F* ‖ 9 habentem *om. F* ‖ 13 *ad* AVIDVS C. F. *in marg.* cupidus. et hoc de messapo melius accipitur quia ipse paulo post dicturus est et miser . . . uictima diuis *T* ‖ 14 foedus facilius dissiparetur *T* ‖ 15 humanae *F* ‖ uoluntas messapi *T* ‖ 16 qui ait *om. T* ‖ hoc habet haec *e. q. s. T* ‖ *ad* CONFVNDERE *s. v.* ut confunderet *T* ‖ 17 pro ut confunderet *scripsi*: prodiit confundere *F* ‖ 20 enius *F* ‖ trabalim *F* ‖ 22 *ad v.* 296 apud antiquos id dicebatur hoc habet quod nunc significat peractum est. siue hoc habet significat satis est *T* ‖ 24 raptus *AS* ‖ sarcosmos *R* sacrasmos *F* ‖ 25 ceciderat *F* ‖ 27 *ad* AMBVSTVM T. *s. v.* ambustum proprie quidam circumustum accipiunt sed poetae indeferenter pro conbustum accipiunt *T*

ita nunc dicimus: nam illud Ennii et Pacuvii penitus de usu recessit, ut 'hic torrus, huius torri' dicamus.

299. *FERENTI pro 'inferenti'.*

300. *RELVXIT bene ad brevitatem ignis retulit, qui tantum fulgorem brevi ediderat.*

301. NIDOREM *modo* putorem. *SVPER quidam pro 'praeterea', alii pro 'supra', ut* ⟨306⟩ *ense sequens nudo super inminet.*

302. *TVRBATI HOSTIS quia plus trepidationis in illa flamma fuit, quam periculi.*

304. *SIC RIGIDO quidam 'sic' pro 'aeque' accipiunt, alii simpliciter, ut eum inpresso genu terrae adplicuerat, ut est illud* ⟨I 224⟩ *despiciens mare velivolum terrasque iacentes sic vertice caeli. 'rigido' autem quidam 'duro et acuto' volunt, non 'recto', ut et curvae rigidum falces formantur in ensem.*

305. *PRIMAQVE ACIE hic 'que' coniunctio abundat. RVENTEM non cadentem, sed magno impetu se inferentem.*

309. FERREVS SOMNVS Homerus χάλκεος ὕπνος.

312. NVDATO CAPITE scilicet *deposita galea,* ut possit agnosci. sane quaeritur, quemadmodum 'nudato' dixerit, cum supra eum nusquam tecto induxerit capite: nam 'nudatum' est quicquid fuit ante coopertum, 'nudum' vero dicitur quod tectum ante non fuerat. ergo aut 'nudato' pro 'nudo' accipiamus, ut sit pro nomine participium: aut dicamus tectum eum habuisse caput, cum descendit ad campum: nam legimus ⟨167⟩ sidereo flagrans clipeo et caelestibus armis. SVOS CLAMORE VOCABAT utrumque exercitum iam suum vocabat, ut talis fuerit eius clamor 'cur in vos invicem ruitis mei'? * *autem et adverbium potest esse et nomen.*

---

1 Ennii] ex libr. incert. fragm. XXXV p. 179 Vahl. ‖ Pacuvii] ex inc. fab. fragm. LVI p. 135 ed. sec. Ribb. ‖ 13 et curvae] georg. I 508 ‖ 15 RVENTEM . . . inferentem] cf. Don. ad Ter. Ad. III 2, 21 ‖ 17 Homerus] Il. XI 241 ‖ 20 nam nudatum . . . fuerat] cf. Isid. diff. verb. 385

---

1 nam . . . dicamus *om. H* ‖ 3 FERENTI inferenti *hab. T* ‖ 4 *ad* RELVXIT *s. v.* flammauit . et bene ad breuitatem ignis qui tantum fulgorem breui ediderit posuit reluxit *T* ‖ 6 pudorem *ASF* (putorem *as*) ‖ *ad* SVPER I. S. *s. v.* super quidam pro praeterea alii pro supra accipiunt *T* ‖ pro praeterea] propterea *F* ‖ 7 ansse *F* ‖ 8 *ad v.* 302 perturbati quia . . . periculi *T* ‖ fuit in flamma *T* ‖ 10 *ad v.* 304 quidam sic pro aeque accipiunt alii simpliciter, *ad* SIC R. *s. v.* id est taliter prostrato *T* ‖ 11 inpressu *F* ‖ 12 terrase *F* ‖ 13 et ut *F* ‖ 14 formantur] conflantur *Vergilius* ‖ 15 *ad* QVE *s. v.* uacat *T* ‖ habundat *F* ‖ non . . . inferentem *hab. T* ‖ 17 ΧΑΛΚΕΩC ΥΛΝΟC *R* ΧΑΛΚΕΟ ΥΛΝΟC *H* ΧΑΑΚΕΟC ΥΠΝΟC *M* aeneus somnus *F* ‖ *ad* INERMEM (*v.* 311) quia deposuerat arma cum ad foedus faciendum accessit *T* ‖ 18 *ad* NVDATO C. *s. v.* sine galea *T* ‖ 19 quomodo *F* ‖ 20 induxerat *F* ‖ quicquid] quod *F* ‖ fuit *om. R* ‖ 21 conpertum *F* ‖ antea *ASR* ‖ 23 discendit *F* ‖ campos *R* eampus *H* ‖ 26 fuerat *AS* ‖ mei ruitis *F* ‖ 27 QVO autem *Daniel, sed non dubito quin ad* repens *pertineat scholium*

313. REPENS aut subito, ut sit adverbium, id est repente, ut sole recens orto: aut 'repens discordia' pro repentina.

316. *ME SINITE subaudiendum 'concurrere': et est zeugma.* FAXO *id est* faciam, *confirmabo: et est archaismos.*

319. *ALIS ADLAPSA SAGITTA EST utrum 'alis stridens', an 'alis adlapsa'?*

320. INCERTVM QVA PVLSA MANV hoc loco adhuc quidem quasi dubitat; tamen intellegimus a Iuturna inmissum quendam, qui vulneraret Aenean: quod autem paulo post Iuno dictura est de Iuturna *quod movit,* ⟨815⟩ non ut tela tamen, non ut contenderet arcum, minime est mirandum: nam scimus unicuique inputari quod alter in eius fecerit gratiam, sicut est ⟨X 83⟩ et potes in totidem classes convertere nymphas. Aenean autem ab homine vulneratum indicat Iuppiter, paulo post dicens ⟨797⟩ mortalin decuit violari vulnere divum. *TVRBINE quod inprovisa, alii quod vehementer venerit, accipiunt.*

322. *PRESSA EST INSIGNIS 'pressa' pro suppressa'. et non 'insignis gloria', sed 'insignis facti', ut genetivus casus magis sit.*

323. *AENEAE VVLNERE hic proprie: est enim huic contrarium ⟨51⟩ et nostro sequitur de vulnere sanguis. IACTAVIT autem aut adeo fortis Aeneas et metuendus; aut adeo impium nefas visum est.*

327. MOLITVR regit. et est acyrologia: nam proprie 'molitur' est parat. *alii 'molitur' movet intellegunt, vel arripit, vel aptat.*

331. HEBRI fluvii Thraciae, *iuxta Cypsela oppidum.*

332. SANGVINEVS MAVORS gaudens sanguine, αἱμοχαρής. INCREPAT sonat, alibi arguit, ut ⟨X 830⟩ increpat ultro cunctantes socios.

---

2 sole] georg. III 156

---

3 *ad* ME S. *s. v.* scilicet concurrere et est zeuma; *ad* FAXO *s. v.* faciam confirmabo *T* ‖ zeuma *F* ‖ *ad* TVRNVM D. H. I. M. S. *v.* 317 ego placaui deos et sacra reddidi quibus uictoriam caperem de turno *T* ‖ 5 *ad* STRIDENS A. A. S. E. *s. v.* siue stridens alis siue alis allapsa *T* ‖ ALII SED LAPSA *F* ‖ 8 ab *RM* ‖ 9 autem *om. F* ‖ iunoni dictum est *R* iuno dictum est *H* ‖ 10 movet *Daniel* ‖ conderet *F* ‖ 12 potest *AS* ‖ in *om. R* ‖ 13 classem *AR* ‖ hominibus *F* ‖ 14 inducat *AS* ‖ mortali indecuit *AH* mortali d. *R* mortali n̄ d. *M* ‖ 15 *ad* TVRBINE A. *i. m.* aut emissa aut infixa. turbine quod inprouisa alii quod uehementer uenerit *T* ‖ 16 venerit *om. F* ‖ 17 suppressa *et* non . . . facti *hab. T* ‖ 20 nostro] non *F* ‖ *ad* IACTAVIT V. Q. *s. v.* aut quia aeneas fortis et metuendus erat aut quia nefas et impium uidebatur *T* ‖ 21 metuendos *F* ‖ 22 regitur *R* ‖ 23 *ad* MOLITVR H. *s. v.* quidam molitur . . . aptat *T* ‖ *ad* VOLITANS (*v.* 328) celeriter discurrens *T* ‖ 24 *ad v.* 331 haec comparatio hoc ostendit quod in parte septentrionali quam describit bellicosiores sunt populi *T* ‖ EBRI *HM.* hebrus autem fluuius thraciae *F* ‖ *ad* HEBRI *s. v.* hebrus fluuius thraciae . . . oppidum *T* ‖ cypsala *libri* ‖ 25 ЄΜΟΧⲀΡΗⲤ *F,* sanguine gaudens *iterans* ‖ INCREPAT . . . ultro *om. F* ‖ 26 ultro *om. M* ‖ emantes socios *F. hinc ortum* Emantellocios *illud, quod post* αἱμοχαρής *edidit*

334. *ANTE NOTOS ZEPHYRVMQVE VOLANT id est ventos praevertuntur.* VLTIMA hoc est tota: si enim gemit ultima, omnis sine dubio.

335. *THRACA autem id est Thracia: Cicero in de republica* ⟨II 4, 9⟩ *coloniarum vero quae est deducta a Graecis in Asiam, Thracam, Italiam, et non dixit 'Thraciam'.*

336. *IRAEQVE INSIDIAEQVE DEI* (*COMITATVS*) *figurata elocutio, vario significatu idem ostendens. et non tam virtute, sed insidiis † comitatus.*

337. *ALACER quidam 'alacer' gestiens et rei novitate turbatus volunt, 'alacris' vero laetus.*

338. *QVATIT exagitat.* MISERABILE CAESIS H. I. miserabiliter: nomen pro adverbio, *ut* ⟨X 273⟩ *sanguinei lugubre rubent.*

340. *MIXTAQVE CRVOR hypallage est pro 'mixto cruore'.*

341. *STHENELVMQVE DEDIT THAMYRVMQVE plura* ὁμοιοτέλευτα.

342. *AMBO antiquo more 'ambo': Terentius ambo oportune vos volo, sicut superius dictum est, cum hodie 'ambos' dicamus.*

343. IPSE NVTRIERAT solent enim plerumque filios *suos* aliis dare nutriendos parentes. *dicendo autem 'ipse' ignotae personae hoc pronomine addit dignitatem.*

344. *LYCIA autem pro 'in Lycia', ut* ⟨IV 36⟩ *non Lybiae, non ante Tyro despectus Iarbas. PARIBVSQVE ORNAVERAT ARMIS scilicet ut aequaliter dimicarent, aequaliter currerent.*

347. *ANTIQVI pro 'nobilis et magni', ut* ⟨I 12⟩ *urbs antiqua*

---

8 quidam . . . laetus] exscr. Isid. or. X 6. cf. Don. ad Ter. Eun. II 3, 12 || 14 Terentius] Andr. II 2, 8 || 15 superius] cf. ad buc. V 68; VI 18

Daniel || *s. v.* 332 quasi uideatur in ipsis deus mars esse. neque enim ipse deus uidetur sed in ipsis apparet *T* || *ad* AEQVORE A. (*v.* 333) campo patenti ablatiuus pro accusatiuo *T* || 1 ZEFIRVMQVE *F* || pro uertuntur *F. inde* A. N. Z. id est uentos. VOLANT pro uertuntur *Daniel* || *ad* ANTE N. Z. *s. v.* id est uentos *et* species pro genere, *ad* VOLANT uentos praeuertuntur *T* || 2 gemit *om. F* || omnes *R* || 3 THRACA thracia *hab. T* || 4 coloniarum *F* colonia *Daniel* || Grais *Cicero* || *ad* PEDVM *s. v.* equorum scilicet, *ad* CIRCVM *in marg.* in circuitu ante faciem *T* || 6 *s. v.* 336 ipse comitatus ipsius dei sunt irae et insidiae. irae propter impetum bellantium et insidiae propter fraudem bellicam. aguntur feruntur *T* || INSIAEQVE *F* || figurat *F, corr. Daniel. ceterum cf. ad* IX 85 || 7 idem] id est *Daniel. 'dei comitatus' adpositis interpres idem ostendi dicit, quod 'circum aguntur' verbis* || *post* comitatus *lacunam indicavit Daniel. fortasse* et non tam virtute, sed insidiis deus comitatur *vel, quod Schoellius coniecit,* et non tam virtute, sed insidiis consistit comitatus, *ut Turnus insidiis, non virtute Aenean impugnat.* || *ad* TALIS *s. v.* sic sanguineus, *ad ea quae sequuntur* alacer quidam . . . laetus *T* || 8 rein *F* || volunt] intellegunt *T* || 10 QVATIT exagitat *hab. T* || mirabiliter *F* || 12 *ad* MIXTAQVE C. C. H. *s. v.* hypallage id est mixto cruore calcatur harena *T* || 13 THAMIRVMQVE *F* || 14 *ad* AMBO *s. v.* pro ambos antique *T* || modore *F* || 15 dicimus *F, corr. Daniel* || 17 parentes *om. H, post* plerumque *hab. F* || *ad* IPSE *s. v.* hoc pronomine ignotae personae addidit dignitatem *T* || ignota persona *F* || 19 libiae *F* || 20 OONAVERAT *F* ONERAVERAT *Daniel* || *ad* PARIBVSQVE O. A. *s. v.* scilicet . . . currerent *T* || 21 dimicarent et aequaliter *T* || 22 *ad* ANTIQVI *s. v.* nobilis aut re uera antiqui si referas ad tempora scribentis *T*

fuit: aut proprie 'antiqui', si referamus ad tempora scribentis. DOLONIS *cum Troiani exploratorem, quem ad castra Graecorum mitterent, quaererent, hic Dolon exploratum se ire obtulit, si sibi equi Achillis pro praemio darentur. qui cum isset, obvios habuit Diomeden et Vlixen, similiter exploratores missos ad castra Troiana, captusque ab eis tormentis coactus est confiteri consilia Troianorum, Rhesi etiam adventum, qui in auxilium Troianorum equos fatales adduxerat. quem Diomedes et Vlixes vinctum ad arborem relinquentes profecti ad castra Troiana, occiso Rheso abductisque equis, redeuntes occiderunt. huius filium nunc inter Troianos a Turno dicit occisum.*

350. AVSVS PELIDAE PRETIVM SIBI POSCERE CVRRVS difficilis hypallage: nam hoc vult dicere: qui ut Achillis equos posset accipere, ire ausus est ad castra Graecorum. ordo enim non procedit: qui ut iret, ausus est petere. *'currus' vero pro 'curruum' ac per hoc 'equorum' dixit.*

351. *PRO TALIBVS AVSIS quaeritur, quis ante hunc 'ausis' dixerit.*

352. ADFECIT PRETIO modo poenam *significat:* nam pretium τῶν μέσων est: Terentius ergo pretium ob stultitiam fero.

NEC EQVIS ADSPIRAT ACHILLIS 'adspirat' apud maiores accedit significat: Cicero numquam adspiravit ad curiam. sed hic figurate dixit 'adspirat equis' pro 'ad equos', id est occisus est nec ad equos Achillis accessit. melius tamen est ut de Diomede intellegamus, ut ut sit sensus: Diomedes occidit Dolonem, qui equos Achillis ausus est petere, quos nec ille qui eum vicit, poposcit. *sane 'adspirat' est tractum ab his, qui insequentes spiritu suo proximos adflant.*

---

18 Terentius] Andr. III 5, 4. cf. Don. ad h. v. ‖ 20 Cicero] in Verr. act. II 2, 31, 76. cf. Pseudo-Ascon. ad div. in Q. Caec. V extr.

---

2 cum troiani . . . occisum *hab. T* ‖ exploratorem quaererent quem . . . mitterent *T* ‖ mitteret *F* ‖ 3 optulit *T* ‖ adullis *F* ‖ 4 obuius *F* ‖ diomedē et ulixē *T* ‖ 5 similiter *post* habuit *hab. T* ‖ captusque . . . adduxerat *T*: captusque abscis et tormentis constiterat (constituerat *Daniel*) adactus tam consilia troianorum tyrresi aduentum qui equos falcatos adduxerat ad (in *Daniel*) auxilium troianorum *F* captusque ab iis (*sic iam Commelinus*) et tormentis adactus exposuerat tam c. T. quam R. a. q. e. fatales a. i. a. T. *Masvicius* ‖ 6 rhessi *T* ‖ 8 uictum *F* ‖ relinquentes ad arborem *T* ‖ 9 occiso rhesso *T*: occisores *F* ‖ abductis equis *F* ‖ huius . . . occisum] et istum dolonem cuius nunc uirgilius filium dicit a turno inter reliquos troianos occisum *T* ‖ 12 qui ut] quia *R* ‖ possit *HF* ‖ 14 *ad* CVRRVS *s. v* equos *T* ‖ curruum *Daniel*: currum *F. fort. recte, ut* ac per hoc equos *scribatur. cf. ad v.* 374 ‖ hac *F* ‖ 17 poena *ASM* ‖ 18 fero] unde et graeci τιμωρίαν poenam uocant ἀπὸ τῆς τιμῆς quod est pretium *add. D* ‖ 19 accedat *HM* ‖ 20 Cicero] in pissionem *add. A* in pusionem *add. S* in pisonem *add. Rs,* ciceronem *H* ‖ numquam] nū *H* ‖ curiam] id est accessit *add. ASR* ‖ 22 ut diomeden intellegimus *F* ‖ 24 vicit] occidit *F* ‖ *ad* ADSPIRAT *s. v.* hoc uerbum tractum est ab his qui insequentes proximos quosque suo spiritu efflant (*sic*) *T*

354. *LONGVM PER INANE hoc est per longum spatium.* *SECVTVS IACVLO pro 'insecutus': vel certe, e longinquo eum ante iaculo vulneravit.*

356. *ELAPSOQVE pro 'lapso'.*

357. DEXTRAE MVCRONEM EXTORQVET quasi prooeconomia est ut non eum suo interimat gladio, ne agnoscat quod Metisci est, et iam nunc suum requirat: quo facto perire poterat sequens fracti gladii oeconomia.

358. *TINGVIT IVGVLO hic non significat 'inficit', ut tingue novo mecum direptis crura cothurnis, sed 'demersit in iugulum', ut ibi* ⟨91⟩ *et Stygia candentem tinxerat unda 'inbuerat, durarat' significat.*

359. EN AGROS *subauditur,* quos victore Aenea te accipere posse credebas, *corpore tuo 'metire'; metiuntur autem agros qui colonis adsignant:* inde enim sarcasmos factus est. nam consuetudo erat ut victores imperatores agros militibus suis darent, ut in historiis legimus, item in Lucano ⟨I 346⟩ an melius fient piratae, magne, coloni. *et hoc est, quod supra ait* ⟨339⟩ *hostibus insultans.*

364. STERNACIS EQVI ferocis, qui facile sternit sedentem. *quidam pro 'pavidi' accipiunt: 'consternati' enim 'equi' dicuntur.*

365. EDONI BOREAE '*Edoni*' Thracii. nam Edon mons est Thraciae. sane sciendum hoc loco errasse Donatum, qui dicit 'Edonii' legendum, ut 'do' brevis sit, secundum Lucanum, qui dicit ⟨I 675⟩ Edonis Ogygio decurrit plena Lyaeo: namque certum est systolen fecisse Lucanum: unde 'Edoni' legendum est, ut sit 'hic Edonus, huius Edoni'. Statius et Vergilium et artem secutus ait tristius Edonas hiemes Hebrumque nivalem, non 'Edonias'.

366. AEGAEO mari scilicet, sicut sequentia indicant 'sequiturque

---

8 tingue] georg. II 8 ‖ 25 Statius] Theb. V 78

---

1 *s. v.* 354 id est per longum spatium secutus est uel certe eum e longinquo iaculo uulnerauit *T* ‖ 3 *ad* ELAPSOQVE *s. v.* iam ad terram proiecto *T* ‖ 4 praeconomia *H* peroeconomion *F* ‖ 5 ne] nec *HM. cf. v.* 735 *sqq.* ‖ quod metisciē et suum requirat *F* ‖ 6 sequenti *F* ‖ fracti gladii *M*: fracti gladi *H* fracti gladio *ASRF* fracto gladio *a* ‖ 8 significat ut inficit ut et tingue *F* ‖ 9 coturnis *F* ‖ at *F* ‖ 10 tincxerat *F* ‖ 11 significarat *F* ‖ 13 metisrem etiuntur *F* ‖ 14 sarcosmos *RF* ‖ 16 pyratae *A* pyrratae *R* ‖ magnae *AF* magna *SH* ‖ 17 colonis *AS* ecolonia *H* ‖ coloni] et alibi (344) 'quae sedes erit emeritis? quae rura dabuntur quae noster ueteranus arat (*sic*) *add. D* ‖ 18 *ad* STERNACIS *s. v.* id est ferocis quidam pauidi accipiunt unde consternati equi dicuntur, *in marg.* sternaces equi dicuntur cespitatores qui crebro cadunt sua sponte a sternendo sic dicti *T* ‖ 19 *forte* consternari ‖ sequi *F* ‖ 20 EDONI *M* HODONII *F* AEDONI *reliqui* ‖ edonii *F* ‖ 21 dicit *om. H* ‖ aedonī *R* aedonii *M* tedonit *H* ‖ 22 qui dicit . . . certum est *om. F* ‖ 23 ogyo *A* ‖ luceo *R* ‖ 24 Lucanum *om. F* ‖ aedon *M* aedoni *ex* aedonis *F* ‖ hic edon huius edonis *R* ‖ 25 uergilium *F* ‖ 26 THREICIUS *R* triscius *H* dulcius *Statius* ‖ aedonas *libri* ‖ hiemas *H* ‖ ebrumque *AM* hiebrumque *H.* arctonque frementem *Statius* ‖ aedonis *F* ‖ 27 matri *M*

ad litora fluctus': nam male ait Donatus montem esse, unde flat Boreas, cum certum sit eum de Hyperboreis montibus flare. *quidam 'fluctus' melius numero singulari accipiendum putant.*

367. *QVA VENTI INCVBVERE pro 'qua ventus': Boream enim solum dixit.* *FVGAM DANT pro 'fugiunt', ut alibi ⟨437⟩ defensum dabit.*

370. *QVATIT VOLANTEM ut oblimat inermes.*

371. INSTANTEM PHEGEVS aut sibi, aut omnibus.

372. AD CVRRVM pro 'currui se obiecit'. CITATORVM aphaeresis pro 'concitatorum'.

374. *PENDETQVE IVGIS pro 'iugo', ut ⟨350⟩ ausus Pelidae pretium sibi poscere currus.*

375. *LANCEA raro lectum: et est telum missile.* BILICEM LORICAM 'li' longa est et accentum habet, sicut 'bifilum' 'fi' producitur, quia et 'fila' et 'licia' dicimus.

376. DEGVSTAT VVLNERE CORPVS id est leviter tangit, *id est stringit, propter exiguitatem sanguinis:* unde econtra de alto vulnere ait ⟨XI 804⟩ virgineumque alte bibit acta cruorem.

378. *DVCTO MVCRONE id est educto.*

379. PROCVRSV impetu. et est una pars orationis 'procursus'.

387. SAEVIT scilicet, quia non potest in bella procedere: *vel quod abstractus a bellis sit. et bene viro forti servat dignitatem, qui nihil molliter facit in tam aspero vulnere: nam ideo ait 'infracta luctatur harundine'.*

389. ENSE SECENT LATO VVLNVS *quidam 'lato' ita dictum accipiunt, ut, quasi ipso iubente, ne scalpello aut aliquo ferramento minore, sed ense, et hoc lato, aperiretur, quamquam cum maiore dolore, dummodo extracta sagitta remittant eum quamprimum ad pugnam. alii*

---

6 oblimat] georg. III 136 || 18 DVCTO id est educto] cf. Non. p. 283, 3 M.

---

4 *ad* QVA V. I. *s. v.* pluralem ponit pro singulari quia de solo borea dicit *T* || *ad* VIAM S. (*v.* 368) id est uiam facit secando id est interficiendo *T* || *ad* ADVERSO (*v.* 370) contra uentum posito *T* || 6 oblimet inertis *Vergilius* || 7 *ad* INSTANTEM *s. v* imminentem sibi aut omnibus *T* || 8 currui subiecit *R* || aferesis id est ablatio *F* || *ad* DETORSIT *s. v.* in alteram partem flexit *T* || 10 *ad* IVGIS *s. v.* id est in iugo in altitudine currus *T* || auusus *F* || 12 *ad* LANCEA *s. v.* telum missile *T* || CORONAM *H* || 13 bifilium *SR* (*corr. s*) bififum *H. fort.* trifilem. *cf. Mart.* VI 74, 2 || 14 filia *H* || dicia *R* lycia *H* || 15 *ad* DEGVSTAT leuiter tangit propter exiguitatem sanguinis *T* || 16 contra *RH* || alio *H* || 17 altu *F* || aucta *R* || 18 *ad* DVCTO *s. v.* euaginato *T* || educte *F* || 19 *schol. ad v.* 379 *om. AS* || et est procursus u. p. o. *F* || *ad* ALTERNOS (*v.* 386) mutuos quia pede post pedem incedimus *T* || 20 producere *R* || *ad* SAEVIT *s. v.* quia bello est protractus, *in marg.* bene . . . arundine *T* || 21 abtractus *F* || *ad* VIAM Q. P. P. *s. v.* quae proxima est uelocitati . exprimit enim eum ad pugnam festinantem *T* || 24 LATE *R* ALTO *H* || *ad v.* 389 quidam lato accipiunt quasi ipso iubente . . . pro late *T* || 25 ne] *malim* non || aliqua *F* || 26 aperiretur *om. F* || quamquam *T*: quod *F* || 27 extracta agitata *F* || alii] quidam *F*

'lato' pro 'late' tradunt: ubique tamen animum viri fortis expressit.

391. IAPIX aptum nomen medico: nam *ἰᾶσθαι Graeci* dicunt 'curare'.

394. AVGVRIVM CITHARAMQVE DABAT vera lectio est 'dabat': nam non dedit. sane per citharam scientiam indicat harmoniae, *id est musicae. sed et cithara et sagittae artes sunt, augurium vero munus: non enim sola arte, verum etiam indulta divinitate colligitur.*

395. VT DEPOSITI *id est* desperati: nam *apud veteres* consuetudo erat ut desperati ante ianuas suas collocarentur, vel ut extremum spiritum redderent terrae, vel ut possent a transeuntibus forte curari, qui aliquando simili laboraverant morbo: Cicero aegram et prope depositam reipublicae partem *suscepisse.*

396. POTESTATES HERBARVM vim, possibilitatem, **quae δύναμις dicitur**. nam in herbarum cura nulla ratio est: unde etiam ait 'mutas artes': licet alii mutam artem tactum venae velint, alii 'mutas artes' musicae comparatione. *alii 'mutas', quia apud veteres manibus magis medicina tractata est: unde et chirurgia dicta; nam ipse ait* ⟨402⟩ *multa manu medica Phoebique potentibus herbis. ergo 'mutas', quia, ubi manu res agebatur, cessabat oratio.* VSVMQVE MEDENDI *ἐμπειρικὴν* scientiam, hoc est medicinam, in usu, non in ratione constantem: *nam quaedam artes usu discuntur, sicut ipsa maxima parte medicina, quae ante Hippocratem fuit.*

397. INGLORIVS comparatione sagittarum, harmoniae, *id est musicae,* divinitatis. *MALVIT quoniam heroicis temporibus etiam medicina valde fuerat in honore.*

9 DEPOSITI desperati . . . morbo] exscr. Isid. or. X 72. cf. Non. p. 279, 17 sqq. M. ‖ 12 Cicero] in Verr. act. II lib. I 2, 5. cf. Pseudo-Ascon. ad h. l.

1 animi *H* ‖ uir *M* ‖ fortis uiri *R* ‖ 3 JAPYX *F* ‖ IACI *AM* iace *RHFa* ‖ Graeci *hab. a* ‖ 4 curare] unde *ἰατρός* dicitur medicus *add. D* ‖ *ad* DABAT *s. v.* id est dare uoluerat *T* ‖ DABAT *RHMs*: DADAT *S* DEDIT *AF* ‖ dabant *F* ‖ 6 sane sciendum per *F* ‖ armoniae *libri, nisi quod* armoeniae *A* ‖ 7 *s. v.* 394 cithara et sagittae . . . colligitur *T* ‖ cythara *F* ‖ 12 qui] quia *M* ‖ dissimili *H* ‖ 13 partem] et seneca (Statius *vulgo*) in theb. (*Oedip. v.* 1079 *P. et. R.*) 'ite ferte depositis opem' *add. D* ‖ 14 POTESTAS *AS* ‖ 15 nam in herbarum cura (natura *Commelinus*) uis est quae dinamis dicitur (cuius *add. Commelinus*) nulla ratio est *F* ‖ in *om. AS* ‖ 16 *licet alii . . . mutas artes *om. F* ‖ 17 alii mutas quia *e. q. s.*] *cf. ad v.* 397 ‖ 18 tracta *F* ‖ 21 enpericen *ARh* enperices *H* enpnicē *M* empiricen id est pericia empiros peritus *F* (id est . . . peritus *in cod. seclusit Daniel, in marg.* gl. = *glosa, adscribens*) ‖ non ratione *AS* ‖ 22 constante *F* ‖ 23 maxima *Daniel*: proxima *F. an* pro maxima ? ‖ fuit] fuit mutata *F*, muta fuit *Daniel.* mutata *delevi, ut ex* MVTAS A. *ortum: nam* quia apud veteres . . . cessabat oratio *olim ad* MVTAS A. I. A. *adscripta fuisse Turonensis docet* ‖ 25 *ad* MALVIT *in marg.* maluit propterea dicit quia heroicis temporibus in magno honore fuit medicina *T* ‖ ITALVIT *F* ‖ *ad* MVTAS A. I. A. *s. v.* quia manibus medicina apud ueteres tractabatur unde et cyrurgia dicta. nam ipse paulo post ait multa manu m. ergo muta ubi cessabat oratio res agebatur *T*

398. *ACERBA FREMENS pro 'acerbe': adverbium qualitatis in nomen derivatum.*

400. *LACRIMISQVE INMOBILIS non suis, sed illorum.*

401. PAEONIVM IN MOREM medicinalem, a Paeone: nam Doricae linguae est 'Paean', naturale enim est 'Paeon'.

402. *MVLTA pro 'multum'.* *TREPIDAT pro 'trepidanter facit'.*

404. *FORCIPE FERRVM hic forcipem dixit quod Graeci ardiotheran dicunt, qua solent spicula vulneribus evelli: ardia enim spicula sagittarum appellantur. alibi forcipes, quod formum, id est calidum, capiant.*

405. NVLLA VIAM FORTVNA REGIT nullus eventus rationem praestat. NIHIL AVCTOR APOLLO medicinae inventor: nam Aesculapius praeest medicinae, quam Apollo invenit, qui in Ovidio de se ait inventum medicina meum est.

407. PROPIVSQVE MALVM ex fuga scilicet Troianorum.

408. STARE V. plenum esse. *alii 'stare' constare intellegunt, ut significet 'pulvere caelum constat', id est in pulverem versum est et quasi totum ex pulvere est. alii diutinum pulverem et continuum [et] significatum volunt inumbrationemque ex eo solis et caeli factam, id est non moveri caelum, sed consistere, eundemque manere habitum aeris ex continua caligine pulveris, obducto semel caelo et quasi ab oculis intercluso.*

411. *HIC VENVS genetrix.* INDIGNO DOLORE qui fuerat natus ex vulnere indigne inlato, scilicet per insidias.

412. DICTAMNVM haec herba licet ubique nascatur, melior in Creta est, *quae Dicta dicitur, unde proprium herbae nomen. haec admota vulneri, in quo ferrum est, extrahit ferrum in tantum, ut animalia apud Cretam, cum fuerint vulnerata, ad hanc herbam currant*

---

9 alibi . . . capiunt] cf. Isid. or. XX 13, 3 et X 99 || 11 medicinae . . . invenit] cf. Isid. or. IV 3, 1 || 12 in Ovidio] met. I 521 || 24 haec herba . . . exigere dicitur] cf. Isid. or. XVII 9, 29 et XII 1, 18

---

1 *ad* ACERBA *s. v.* pro acerbe nomen pro aduerbio *T* || 3 non suis sed illorum *hab. T* || 5 est enim *AS* autem est *F* || 6 *ad* MVLTA *s. v.* multum, *ad* TREPIDAT *s. v.* trepidanter facit siue accelerat *T* || 7 *schol. ad v.* 404 *hab. T* || forcipen *T* || ἀρδιοθήραν *Daniel* || 8 quae *F* || ἄρδια *Daniel* || 9 alibi forceps dicitur *T* || forcipem *F, corr. Schoellius* || forbum *F* || capiant *Schoellius*: capiunt *F* capiat *T* || 11 nec scolapius *H* nam aescolapius *R* || 12 qui . . . ait] ipse in obidi metamorfoseos *F* || 13 inuentum de re ait *H* || inuenta *R* || 15 plenum esse] *om. H,* id est p. e. *M.* ut alibi 'stat puluere caelum' et (*buc.* VII 53) 'stant et iuniperi' *add. D* || 17 puluere *Daniel* || et *seclusi* || 24 *ad* DICTAMNVM *s. v.* vuizuurz *homo saec.* X *adscripsit in S* || nascatur *om. HM* || melior] tamen *add. D* || 25 *ad v.* 412 creta dicitur dicta unde proprium est nomen herbae inditum haec admota . . . etiam uenena dicitur a corpore exigere . et figurate dixit dictamnum caulem pro dictamni *T* || 26 extrahat *F* || ferrum *om. T* || ut muta animalia *T* || 27 cum fuerit uulnera *F* || curantia quae *F*

eaque depasta tela corpore dicantur excutere. haec herba hausta etiam venena corpore exigere dicitur.

413. PVBERIBVS CAVLEM FOLIIS hoc est adultis: sic in quarto ⟨514⟩ pubentes herbae. et est reciproca inter herbas et homines translatio: nam et pubertatem herbarum et florem iuventutis vocamus. *'caulem' autem medium fruticem, qui vulgo thyrsus dicitur. de hac herba in* IV. ⟨72⟩ *ait de vulnerata cerva illa fuga silvas, saltusque peragrat Dictaeos.*

415. *GRAMINA hic pro herba: nam est hoc nomine alia herba, quae in inmensum excrescit.*

416. FACIEM CIRCVMDATA a parte totum corpus accipimus. *et putatur sic dictum, ut* ⟨I 658⟩ *faciem mutatus et ora Cupido.*

417. FVSVM AMNEM pro 'aquam', a toto partem: sic supra ⟨119⟩ fontemque ignemque ferebant.

419. AMBROSIAE SVCOS ambrosia est cibus deorum: nam nectar potant. *alibi ambrosia unguentum deorum legitur* ⟨I 403⟩ *ambrosiaeque comae divinum vertice odorem.* PANACEAM genus herbae *est.* sciendum tamen Lucretium panaceam ubique salem dicere. unde possumus et hoc loco salem intellegere; nam omnem pellit dolorem. sed melius herbam, quia ait 'odoriferam'. *alii panaceam medicamentum dicunt ex conpluribus herbis conpositum, quod ad omne vulnus facit. hanc herbam Hercules contra vim venenorum Thessalis dicitur praestitisse. sane nomen mire conpositum.*

422. QVIPPE DOLOR quasi dolor, cuius natura haec est, ut adhibito remedio statim recedat. nam dolor consequens res est, non principalis: unde sublata causa etiam ipse statim recedit. hinc ait 'quippe', nam infusa aqua inhaerens laxare coeperat telum, quod antea inferebat dolorem.

6 caulem . . . dicitur] cf. Isid. or. XVII 10, 3

1 tela dicantur corpore excutere *T* ‖ 3 CAVLEN *R* ‖ sicut *F* ‖ 5 et *ante* pubertatem *om. F* ‖ 6 *ad* CAVLEM *s. v.* medium fruticem dicit qui uulgo tyrsus dicitur *T* ‖ frutice *F* fruticae *Daniel* fruticis *Masvicius* ‖ tyrsos *F* ‖ 7 ait ubi de *Daniel* ‖ 8 peragra dictatos *F* ‖ 9 *ad* GRAMINA *s. v.* pro herba posuit. scilicet sunt *T* ‖ 11 accipiamus *AS* accepimus *H* ‖ *ad* CIRCVMDATA *s. v.* nota figura *T* ‖ 12 sic dictum est ut *F* ‖ faciam *F* ‖ *ad* LABRIS (*v.* 417) *s. v.* in uasis, *in marg.* labrum proprie appellatur uas in quo lauatio solet fieri infantum quod et alueum alio nomine appellatur *T* ‖ 16 potant] potus *F.* ambrosia ab immortalitate dicta, a enim sine et βροτός mortalis *add. D* ‖ *ad v.* 419 alibi ambrosiam unguentum deorum uirgilius intellegit ut ambrosiaeque . . . uertice o. s. *T* ‖ 17 PANACEVM *R* ‖ 18 Lucretium] Lucilium *coni. Bapt. Pius ad Lucr.* IV 123. *cf. Becker Philol.* I *p.* 48 *et L. Mueller Lucil. p.* 159 ‖ panaceum *R* ‖ 19 unde] nam *M* ‖ 20 dolorem] unde et nomen accepit quasi πρὸς πάντα ἄκος, id est ad omnia remedium *add. Masvicius* ‖ *ad* PANACEAM *s. v.* quidam medicamentum dicunt . . . praestitisse *T* ‖ 21 conpluralibus *T* ‖ 22 facit] idoneum comprobatur *T* ‖ contra] propter *T* ‖ thessales *F* ‖ 25 recidat *H* ‖ 26 causa] cū *F* ‖ hic *F* ‖ 28 ante *H* inte *F* ‖ inserebat *F*

423. IAMQVE SECVTA MANVM *leniter temptantis secuta est.*

424. IN PRISTINA in usum priorem, *hoc est quales fuerunt pristinae. vel 'novae' magnae aut mirae.*

425. ARMA CITI PROPERATE VIRO *suo more ostendit festinationem: ante induxit loquentem, quam significaret qui loqueretur. †qui sicut nos 'properare, festinare' dicimus, ita antiqui pro 'dare' dicebant: Sallustius* s o l e a s f e s t i n a t e.

427. NON HAEC HVMANIS OPIBVS *potest subaudiri et 'arte humana'.*

429. MAIOR AGIT DEVS Apollo *scilicet,* inventor *medicinae: hoc est haec agit maior.*

432. HABILIS LATERI CLIPEVS *et hic expressa festinatio est.* LORICAQVE TERGO EST *quare tergo tantum, cum totum ambiat corpus? at quia latus clipeo dixerat tectum, supererat ut tergum lorica muniret.*

434. SVMMAQVE PER GALEAM *decenter galeam quoque eum induisse significat.*

435. VERVMQVE LABOREM quem per me ipse suscipio, non qui ex aliorum virtute imperatoribus adscribi consuevit.

436. FORTVNAM EX ALIIS subaudimus 'opta': nec enim fortuna discitur. et est zeugma non integrum. *quidam autem defectionem putant et deesse volunt 'pete' aut 'accipe'. alii figuram volunt pro 'quid fortuna sit ex aliis disce': cum et bona et mala sit fortuna, quid valeat dea haec, ex aliis disce: vult enim intellegi, se adversa usum.*

437. DEFENSVM DABIT *pro 'defendet'.* INTER PRAEMIA *'inter' veteres pro 'ad' ponebant: id est* ad praemia: Cicero d i c o t e p r i o r e n o c t e v e n i s s e i n t e r f a l c a r i o s, id est ad falcarios.

---

6 Sallustius] hist. inc. 105 D., 74 Kr. || 24 Cicero] in Catil. I 4, 8

---

1 MANV *F* || 2 PRISTINĀ *HM* || *s. v.* 424 id est quales fuerunt pristinae. aut nouae mirae et magnae *T* || 4 *ad v.* 425 *in marg.* suo more . . . significaret loqui incipientem *T* || ostendens *T* || 5 qui *ex eis quae praecedunt perperam videtur repetitum esse,* atqui *edidit Daniel.* || 6 *ad* PROPERATE *s. v.* propere et festinanter date *T* || sicut . . . dicebant] sicut nos properare dicimus ita antiqui festinare pro dare dicebant *coni. Dietschius ad Sall. l. l. p.* 141. sicut nos 'properare' 'festinare' pro 'festinanter ire' dicimus, ita antiqui pro 'dare' dicebant *Schoellius. cf. ad* IV 575 *et* IX 399 || 7 soleas *Masvicius*: solas *F* || festinare *Masvicius* || 8 arte *Masvicius*: ante *F*. *dicere voluit interpres ad* arte *ex eis quae praecedunt* humana *intellegendum esse* || 9 inuentor Apollo scilicet medicinae *F*. Apollo inuentor scilicet m. *Stephanus* || 11 *ad* SVRAS I. A. *s. v.* id est tibialia induerat. et est expressa festinatio *T* || *ad* LORICAQVE T. E. *s. v.* quia latus clipeo dixerat tectum supererat ut tergum lorica muniret . alioqui lorica totum ambit corpus *T* || 12 aut *F, correxi* || 13 tergo *F* || 14 *ad* DELIBANS O. F. (*v.* 434) propinans et decenter hoc loco galeam induisse significat *T* || eum *ego*: cum *F* tum *Daniel* || 17 consueuit adscribi *ASR* || 18 nec] nam *M* neque *F* || 19 et est . . . integrum *om. F* || zeuma *libri plerique* || *ad* FORTVNAM *in marg.* scilicet opta . et quidam defectionem putant . . . se aduersa ausurum (*sic*) *T* || 21 cum bona *F* || 22 dea hac *F* haec dea *T* || *an* usurum ? || 23 *ad* DEFENSVM D. *s. v.* id est defendet a bello *T* || defendit *F* || *ad* INTER *s. v.* pro ad *T* || 24 priora *F* || 25 id est ad falcarios *om. F*

438. MATVRA ADOLEVERIT *AETAS* adulescendo matura esse coeperit.

439. *SIS MEMOR subaudiendum 'meorum factorum'.*

443. ANTHEVSQVE MNESTHEVSQVE servavit τὸ πρέπον; necesse enim erat ut, vulnerato duce, multi cum eo in castra remearent.

445. MISCETVR modo 'confunditur': alibi 'perturbatur', ut ⟨I 191⟩ miscet agens telis nemora inter frondea turbam.

446. AGGERE TVRNVS *hic 'aggere' pro* eminentia *posuit;* de via autem aggerem non possumus dicere, nisi si viae aggerem dicere voluerimus, id est viae coacervationem, quam historici viam militarem dicunt, ut ⟨V 273⟩ qualis saepe viae deprensus in aggere serpens. *quidam ambiguitatem volunt, utrum ipse Turnus in aggere, an venientes ex aggere?*

448. *PRIMA ANTE OMNES ut ⟨II 40⟩ primus ibi ante omnes. et ante omnes Latinos sonum audit.*

449. *TREMEFACTA REFVGIT quaeritur, cur Iuturna, cum hic acie excedat tremefacta, mox tamen inducitur revertens.*

450. ATRVM RAPIT AGMEN pulveris nube coopertum. *quidam autem 'agmen' iter accipiunt, 'rapit' autem festinat, ut sit: ille campo aperto iter festinat pulveris plenum et ipsa festinatione excitat. et ita dicunt, quoniam, si 'agmen' exercitum dicit, apertus campus esse non potuit bellatorum densitate conpletus.*

451. ABRVPTO SIDERE *vel inmensa, vel* magna tempestate: *per sidus enim tempestas significatur:* ut ⟨III 422⟩ sorbet in abruptum fluctus, item ⟨XI 259⟩ scit triste Minervae sidus. *interdum ipsum sidus, hoc est astrum. 'abruptum' vero ad hominum opinionem retulit; videtur enim praecipitari.*

452. IT MARE PER MEDIVM MISERIS H. P. L. H. C. A. Statius planius de hoc sensu deflent sua damna coloni et tamen

---

27 Statius] Theb. XI 117

---

2 *ad* SIS M. *s. v.* scilicet meorum factorum *T* ‖ 3 *schol. ad v.* 443 *om. AS* ‖ TON PROTTON *R* tropepon id est quod decet *F* ‖ 6 misceret *M* ‖ 7 via] tua *S* ea *F* ‖ 8 si *om. AH* ‖ 9 viae *om. RF* ‖ stroici *F* ‖ 10 depressus *ASR* ‖ in] ab *F* ‖ *ad v.* 446 potest esse ambiguum utrum scilicet turnus in aggere positus uenientes uiderit an ex ipso aggere uenientes *T* ‖ 11 ipsi *F* ‖ 12 *ad* GELIDVSQVE P. I. C. (*v.* 447) non nulli intellegunt similiter ut ausonios conterritum ipsum turnum *T* ‖ 14 sonum *F*: solum *Daniel* ‖ 16 tremefacta *Masvicius*: tempestas *F*, *om. Commelinus, fortasse recte* ‖ 17 *ad v.* 450 quidam hoc loco agmen iter accipiunt et rapit festinat ut sit secundum illorum sensum ille campo aperto festinat iter pulueris plenum et ipsa festinatione excitat, quoniam si agmen exercitum dixit campus bellatorum densitate repletus apertus esse non potuit *T* ‖ 23 ut] alibi *ASR* ‖ 24 interdum . . . praecipitari *non edidit Daniel.* interdum . . . astrum *non videntur veteris esse interpretis* ‖ *ad* ABRVPTO S. *in marg.* abruptum ad hominum . . . praecipitari *T* ‖ 28 colent *H*

oppressos miserantur in aequore nautas. *sane * aut 'longe horrescunt'. 'heu' autem, ut solet, interiectionem ex sua persona interposuit.*

453. *DABIT ILLE RVINAS 'dabit' pro faciet: Terentius quas turbas dedit et ipse* ⟨II 482⟩ *et ingentem lato dedit ore fenestram.* RVET eruet, evertet: *Terentius ceteros agerem ruerem: nam* aliter dictum est ⟨II 290⟩ ruit alto a culmine Troia.

456. TALIS taliter, simili modo: sic paulo post ⟨477⟩ similis medios Iuturna per hostes. RHOETEIVS Troianus, a promunturio Troiae.

457. CVNEIS SE QVISQVE COACTIS ADGLOMERANT densentur, ut cuneatim dimicent, scilicet in cuneorum modum compositi, *ut hostem facilius invaderent.*

458. *GRAVEM fortem: Sallustius Lusitaniae gravem civitatem.*

460. *CADIT IPSE TOLVMNIVS AVGVR Homerice: ut primus violator foederis poenas luat.*

462. TOLLITVR IN CAELVM CLAMOR occiso eo, qui auctor disrumpendi foederis fuerat, exortus est clamor, et statim secuta fuga Rutulorum, ut 'versique vicissim pulverulenta fuga Rutuli dant terga per agros'. *et bene VICISSIM, quia Troianos in fugam versos fuisse, exinde apparet, quod supra dixit* ⟨408⟩ *subeunt equites et spicula castris densa cadunt mediis.*

463. *PVLVERVLENTA plena pulveris: nam apud veteres 'pulverulenta' dicebantur, sicut vinolentum dicimus qui vino plenus est, et temulentum qui temeto plenus est.*

465. *NEC PEDE CONGRESSOS AEQVO pedestres: quae est pugna aequa.*

---

3 Terentius] Eun. IV 3, 11 || 5 Terentius] Ad. III 2, 21 || 13 GRAVEM fortem] cf. Non. p. 315, 14 M. || Sallustius] hist. inc. 68 D., 34 Kr. || 22 PVLVERVLENTA plena pulveris] cf. Isid. diff. verb. 468 || 23 sicut . . . plenus est] cf. Don. ad Ter. Andr. I 4, 2 et Eun. IV 3, 13; Isid. or. X 271

---

1 obpraessos *H* || aequere *M* || sane * aut] aut 'longe praescia' *intercidisse videntur* || 2 *ad* HEV *s. v.* interiectio ex persona poetae *T* || 3 *ad* DABIT *s. v.* faciet *T* || 5 RVIT eruit euertit *F* || evertet] et auertet *AS* et euertet *R* || aggerem *F* || 6 ruit] ut *H, om. F* || troiae *F* || 8 *schol. ad* RHOETEIVS *om. F* || ROETHEIVS *libri* || promontorio *AS* promunctorio *R* promuntorio *HM* || 10 ADGLOMERAT *SMF* ADGLOMERAD *H* || 11 modo *RH* || *ad* CVNEIS S. Q. C. A. *s. v.* densantur in cuneorum modum ut hostem facilius inuaderent *T* || 14 *ad* CADIT I. T. A. *s. v.* homerice dicit ut princeps uiolati foederis poenas luat *T* || homericae *F* Homerus *Daniel* || uiolatur *F* || 15 lucet *F* || 16 auctorum pendi *F* || dirrumpendi *AH* derumpendi *M* || 18 ut *om. F* || aduersique *F* || pulverulenta . . . agros *om. HMF* || 19 *ad* VICISSIM *in marg.* bene dicit uicissim quia et troianos uersos esse in fugam exinde apparet quod supra dixit subeunt equites . . . mediis *T* || troianam *F* || uersus *F* || 22 *ad* PVLVERVLENTA *s. v.* plena pulueris *T* || plenalenta *F* || 25 CONGRESSVS EQVO *F* CONGRESSOS NEC EQVO *Daniel* || *s. v.* 465 id est ex aequo stantes aut pedestres aut equestres; *in marg.* aequa pugna est quando pedes cum pedite eques cum equite congreditur *T* || pedestres: quae est pugna aequa *scripsi*: pedestris quae est pugnae quo *F* pedestres et equestres pugnas vocat ubi inter *e. q. s. Masvicius*

at ubi inter equitem et peditem pugna est, (*ait*) ⟨X 889⟩ *et urguetur pugna congressus iniqua.* NEC TELA FERENTES INSEQVITVR id est nec fugientes, nec contra stantes dignatur occidere. et magna Aeneae ostenditur pietas, qui nec vulneratus irascitur, ut velit contra legem foederis in bellum moveri.

468. VIRAGO virago dicitur mulier, quae virile implet officium, *id est mulier, quae viri animum habet: has antiqui viras dicebant.*

471. *VNDANTES quia in motu undarum modo flectuntur.*

474. PERVOLAT per magnas aedes volat: nam more suo verbo dedit detractam nomini praepositionem.

475. *NIDISQVE LOQVACIBVS ESCAS ordo est 'escasque* (*nidis loquacibus legens*').

476. VACVIS magnis, ut ⟨II 528⟩ vacua atria lustrat saucius.

477. *SIMILIS pro 'similiter'.*

480. NEC CONFERRE MANVM cum Aenea: nam alios persequitur. AVIA ab ea scilicet parte, qua veniebat Aeneas.

481. TORTOS ORBES obliquas et inplicitas vias.

482. VESTIGATQVE VIRVM inquirit: translatio a canibus. DISIECTA PER AGMINA dissipata adventu Aeneae.

485. *AVERSOS RETORSIT pro 'retorsit et avertit'.*

486. HEV QVID AGAT omne adverbium verbo cohaeret: unde 'heu' '*en*' et 'attat' et similia, quia verbo cohaerere non possunt, separata fecerunt aliam partem orationis, scilicet interiectionem, quam sola Latinitas possidet. *sane hoc poeta dedit rerum miserationem movens. alii ab Aeneae persona dictum accipiunt, ut diceret 'heu quid agam'?*

488. HVIC pro 'in hunc'. et est ordo 'huic dirigit'.

491. COLLEGIT IN ARMA ita se texit, ut nulla parte posset feriri.

492. APICEM TAMEN INCITA SVMMVM galeae eminentiam, quam Graeci conum vocant, in qua eminent cristae. *potest hoc tamen no-*

---

6 virago . . . dicebant] cf. Isid. or. XI 2, 22 sq., diff. verb. 590 || 29 galeae . . . cristae] exscr. Isid. or. XVIII 14, 2

---

1 ait *inserui* || 6 virago *om. AF* || 7 *ad* VIRAGO *s. v.* quae uiri animum habet quas antiqui uiras dicebant *T* || 8 *ad* VNDANTES *s. v.* ideo dicit undantes quia . . . flectuntur *T* || undarum] in undarum *F* ipsarum undarum *T* || 9 nam . . . praepositionem *om. F* || 10 nomine *R* || 11 nidis loquacibus legens *add. Daniel* || 14 pro similiter *hab. T* || 15 nam] nec *F* || 16 quia *M* || 17 implacitas *R* || 18 tractatio *F* || a canibus] qui per uestigia et pedum signa feram indagant *add. D* || 21 verbo] uel uerbo *F* || cohaeret . . . verbo *om. H* || unde quia heu *F* || 22 en] hem *Masvicius, fort. recte* || et tactat *A* et//actat *S* || 23 separatam *F* separatim *Masvicius* || 24 possidet] cum graeci sub aduerbio comprehendunt (*sic*) tales uoces *add. D* || *s. v.* 486 hoc poeta miserationem rei intendens posuit . alii ab enea dictum uolunt ut diceret heu quid agam *T* || miserationum *F* || 27 in *om. H* || 28 *schol. ad v.* 491 *om. F* || 29 galeae id est eminentia *F* || 30 conon *R*

men et de sacerdote flamine accipi, qui apice utuntur: quod in quarto plenius dictum est: nam subiunxit 'vertice cristae'. INCITA *id est cum impetu veniens.*

495. *REFERRI id est retro ferri.*

496. MVLTA IOVEM ET LAESI TESTATVS FOEDERIS ARAS *'multa' pro 'multum'.* licet haberet iustam causam iracundiae, quod et fugiebat Turnus, et ipse adpetebatur insidiis, non tamen ante prorupit in bellum, quam Iovis fidem et laesa foedera testaretur.

497. *MEDIOS qui inter ipsum sequentem et fugientem Turnum medii de hostibus erant.* *MARTE SECVNDO TERRIBILIS potest et 'Marte secundo' distingui, ut sequatur 'terribilis saevam' et cetera; potest et iungi, ut sit 'Marte secundo terribilis.'*

498. NVLLO DISCRIMINE CAEDEM SVSCITAT indiscrete obtruncat universos, quibus ante pari pepercerat modo.

499. IRARVM HABENAS potestatem, facultatem, *id est irae permittit saeviendi liberam potestatem,* ut ⟨I 63⟩ et premere et laxas sciret dare iussus habenas. et hic moderate locutus est: nam Ennius effundit irarum quadrigas dixit.

500. QVIS MIHI NVNC TOT ACERBA DEVS ac si diceret: nec musa nec Apollo sufficiunt. Statius maior ab Aoniis sumenda dementia lucis: mecum omnes audete deae.

502. INQVE VICEM in vicem: nam 'que' vacat. *alii 'que' expletivam coniunctionem accipiunt.*

503. TANTON' PLACVIT CONCVRRERE M. I. apostropha *cum exclamatione* ad Iovem. sane 'tanton' 'ton' circumflectitur: nam cum per apostrophum apocopen verba patiuntur, is qui in integra parte fuerat, perseverat accentus.

505. *AENEAS RVTVLVM SVCRONEM descriptio per alterna divisa, ut*

---

18 Ennius] ann. v. 464 Vahl. || 20 Statius] Theb. X 830

---

1 de] da *F* || 2 *ad* INCITA *s. v.* uiolenter incitata iactata *T* || 4 retro ferri *hab. T* || 5 TESTATVS] T. *libri* || *ad* MVLTA *s. v.* multum iouem *T* || 6 quod effugiebat *RHM* || 7 prorumpit in *H* prorupit ille in *M* || 9 *ad* INVADIT M. *s. v.* cum impetu aggreditur medios qui inter ipsum . . . erant *T* || 13 indiscreto *F* || 14 conuersos *R* || antea *F* || pari *et* modo *om. R* || 15 HABENAS] modo irarum habenas *add. R* || *ad* IRARVM H. *s. v.* id est . . . potestatem *T* || 17 nam ennius ait irarum effunde quadrigas *F* || 19 *schol. ad v.* 500 *om. F* || 20 appello *A* || sufficient *R* || ab onus *R* ab aoiis *M* || dementia *libri*: audacia *Statius* || *s. v.* 500 non nulli acerba mala accipiunt siue acerbas caedes . plerique absolute *T* || 22 *ad* INQVE VICEM *s. v.* que uacat quamuis multi expletiuam hoc loco accipiant *T* || 24 *ad* TANTON *s. v.* apostropha ad iouem cum exclamatione *T* || 25 ton] on *RHM, om. F* || 26 apostropham *vel* apostrofam *libri, corr. F. Schoellius d. a. l. l. p.* 140 || is] unde his *H* || in *om. RHF* || 27 perseverat accentus] accentus mutatur *F* || accentus] ut 'tantone', inde fit 'tanton' ut et (*Aen.* X 668) 'tanton' me crimine dignum' *add. D* || 28 *ad v.* 505 descriptio est per alternam diuisionem facta ut solent historici *T* || ut *om. F*

solent historici. RVENTES TEVCROS *modo fugientes,* quos insequebatur Sucro.

506. *HAVD MVLTA MORATVM id est non diu moratum: vim Aeneae diutius sustinere non potuit.*

507. *EXCIPIT IN LATVS figurata elocutio.* CRVDVM ENSEM modo 'durum', alias 'crudelem'. ET CRATES PECTORIS Donatus superfluam vult esse coniunctionem, ut 'et' sit epexegesis: adigit ensem per costas, id est pectoris crates, ubi celerius fata complentur. et hoc est, quod ait supra 'haud multa moratus'.

509. AMYCVM FRATREMQVE DIOREM hi duo duces sunt etiam supra memorati, ut ⟨I 221⟩ nunc Amyci casum gemit, item ⟨V 339⟩ et nunc tertia palma Diores: unde ad terrorem populi eorum capita religantur in curru.

511. CVRRV autem aut septimus est, aut dativus *casus* antiquus, secundum regulam, ne sit maior a nominativo plurali. *DVORVM pro 'amborum'.*

514. MAESTVM ONITEN naturaliter tristem, severum, ἀγέλαστον: *aut imaginatus est exspirantem.* MITTIT autem socium supra memoratis. sane 'Oniten' Donatus dicit aut gentile esse, aut patronymicon, ut nomen eius proprium sit 'Echionius'. sed hoc non procedit, quia neque patronymicon in 'tes' exit, neque 'Onytes' a qua gente veniat, usquam lectum est. proprium ergo est, et sequens versus erit 'nomen Echionium', id est Thebana gloria, per periphrasin: nam Echionii sunt Thebani a rege Echione: unde male quidam legunt 'nomine Chionium'. *alii 'nomen Echionium', hoc est*

---

17 MAESTVM naturaliter tristem] cf. Isid. or. X 174

---

1 *ad* RVENTES *s. v.* fugientes . . . Sucro *T* ‖ fugientis *F* ‖ quas *AS* ‖ 2 sucro integebatur *F*. quos Turnus insequebatur mucrone *Stephanus* ‖ *ad* LOCO STATVIT *hoc schol. edidit Fabricius* stabiles reddidit, ut 'stabilitque fugam trepidantis Orestis'. ‖ 3 *ad* HAVD MVLTA MORANTEM (*sic*) *s. v.* non diutius sustinentem uim aeneae *T* ‖ vim] quod scilicet vim *Daniel* ‖ 5 modo durum] modorum *H* modo nudum *M* ‖ 6 CRATIS *F* ‖ 7 ut et *AS*: et ut *RM*, et *om. HF* ‖ 8 facta *ASF* (*corr. a*) ‖ 9 moratus *Serviani libri*: morantem *F* ‖ 11 ut . . . gemit *om. H* ‖ 14 anticus *HF* ‖ 17 ONITEN *AS* ONYTEN *RF* ONYTON *H* ONYTEM *M* ‖ severum] quem graeci σκυθρωπόν dicunt *add. D* ‖ ΑΓΕΛΑΑCΤΟΝ *A* ΑΥΕΛΑCΤΟΝ *R* area acton *H* areacton *M* ΑΓΕΑΑCΤΟΝ *F* ‖ 19 oniten *AS* onyten *RHF* onitem *M* ‖ 20 ut *om. F* ‖ chionius *ASHF* ‖ 21 onites *AS* onyten *RH* onitem *M* onytes *F* ‖ 22 ueniet *AS* ‖ proprium] primus *F* ‖ 23 nomine chionium *F* ‖ aechionium *AS* ethionium *H* ‖ id est . . . periphrasin] ut sit perifrasin figuratio thebana gloria *F* ‖ 24 nam echio thebani *F* ‖ oechionii *R* ethionii *et* ethione *H* ‖ Echione] ouidius de sociis cadmi loquens thebarum aedificatoris ait (*met.* III 126) 'quinque superstitibus quorum fuit unus echion' *add. D* ‖ quidam male *F* ‖ 25 chionum *H* echionium *M* ‖ *ad v.* 514 quidam nomen genus accipiunt quemadmodum de matre dixit genus ut ostendatur et perhydiae filium et genus ducentem ab echione *T* ‖ echonium *F*

genus; quemadmodum de matre 'genus' dixit, accipiunt, ut ostendatur eum Echionis esse et Peridiae filium, vel ab Echione genus ducentem.

515. MATRISQVE GENVS PERIDIAE periphrasis est, hoc est filium Peridiae.

516. LYCIA MISSOS ET APOLLINIS AGRIS vacat 'et': nam per epexegesin Lyciam arva Apollinis dixit, ut ⟨IV 377⟩ nunc Lyciae sortes. *appellata autem Lycia est a Lyce nympha, ex qua habuit Apollo filium nomine Lycadium. 'missos' autem profectos, ut ⟨VI 812⟩ missus in imperium magnum.*

517. EXOSVM NEQVIQVAM BELLA sic supra ⟨X 419⟩ iniecere manum parcae: nam per transitum ostendit, urguentibus fatis eum ad bella deductum, quae nequiquam semper vitare cupiebat. hunc autem Menoeten oriundo Arcada fuisse intellegimus, sed habitasse circa Argos: nam Lerna palus est Argivorum, in qua eum dicit solitum fuisse piscari: nam hoc significat 'piscosae cui circum flumina Lernae ars fuerat'. *et vetuste 'flumina' pro fluore dixit: neque enim Lerna fluvius est. et sic 'flumina Lernae', quomodo ⟨VIII 231⟩ Aventini montem. quaeritur sane quis primus 'exosum' pro peroso dixerit.*

519. PAVPERQVE DOMVS 'hic' et 'haec pauper' dicimus: nam 'paupera' usurpatum est. sic Plautus paupera est haec mulier. sed hoc hodie non utimur. ea enim nomina, quae ablativo singulari in 'e' exeunt, si feminina ex se faciunt, similia faciunt; neque enim heteroclita, alterius declinationis esse possunt: ut puta, quia 'ab hoc hospite' facit, 'hic' et 'haec hospes' dicamus necesse est: Lucanus ⟨V 11⟩ hospes in externis audivit curia tectis: 'ab hoc leone' 'hic' et 'haec leo'; 'ab hoc latrone' 'hic' et 'haec latro'; 'ab hoc fullone' 'hic' et 'haec fullo'; 'ab hoc nepote' 'hic' et 'haec nepos': nam ut 'neptis' dicamus *in iure* propter successionis discretionem admissum est. sciendum tamen 'hospita' 'paupera' 'leaena' 'lea' usurpata a poetis *esse.*

---

20 hic et haec pauper e. q. s.] cf. Serv. ad Aen. III 539

---

1 quaeadmodum *F* ‖ 2 echonis *F* ‖ 4 peride *H* peridae *M* ‖ 5 AGROS *F* ‖ 6 licyam *AS* liciam *R* licia *M* lycia *F* ‖ apollonis duxit *F* ‖ 7 *ad v.* 516 licia a licae nimpha est appellata ex qua . . . licadium, *ad* MISSOS *s. v.* profectos *T* ‖ appellata *ego*: appellant *F* appellat *Daniel* ‖ lycia est *F*: Lyciam *Daniel* ‖ 16 *ad* FLVMINA L. *in marg.* flumina pro fluore posuit uetuste nam lerna non est fluuius . et sic dixit flumina lernae quomodo auentini montem *T* ‖ uetusta *F* ‖ 18 auentiu *F* ‖ 20 nam pauper usurpatiuum *F* ‖ 21 sic] nam *F* ‖ pauper *M* (paupera *man. rec.*) ‖ 22 utimur] dicimus *F* ‖ nomina *F*: omnia *Serviani libri* ‖ 23 si] etsi *H* ‖ faciant *HF* ‖ 24 heteroclita] iterum nomina *add. F* ‖ esse non possunt *H* ‖ 26 extermis *H* extremis *F* ‖ nam ab hoc leone *F* ‖ 29 est propter discretionem successionis admissus *F* ‖ 30 tamen] autem *F* ‖ leena *AR* lena *HM*

520. POTENTVM MVNERA *'munera' dicit* obsequia, *id est officia,* quae pauperes divitibus loco munerum solvunt. *sane 'munera' et quae 'munia' dicimus.* *PATER ipse pater, an pater eius?*

522. ARENTEM IN SILVAM pro 'aridam'. *VIRGVLTA SONANTIA LAVRO quaeritur quid sit 'virgulta sonantia lauro'? scilicet ipsa virgulta lauri. 'sonantia' autem cum crepitu ardentia.*

524. DANT SONITVM SPVMOSI AMNES bellum semper incendio et fluminibus comparat: sic in secundo ⟨304⟩ in segetem veluti cum flamma furentibus austris incidit aut rapidus montano flumine torrens.

525. *NON SEGNIVS AMBO AENEAS TVRNVSQVE RVVNT bene comparationibus diversis singula reddidit ad similitudinem veram, quia ambos ignibus aut fluminibus comparaverat. ergo 'non segnius' ad ignem retulit, quia segnis quasi sine igne sit. 'fluctuat' autem ad amnes eum retulisse nulla dubitatio est.*

527. *RVMPVNTVR pro 'fatigantur'. et 'fluctuat' et 'rumpuntur', quia 'nescia vinci pectora'.* NESCIA VINCI PECTORA Horatius Pelidae stomachum cedere nescii.

529. MVRRANVM HIC ATAVOS ET AVORVM ANTIQVA SONANTEM NOMINA hoc est cuius maiores omnes Murrani sunt dicti et reges fuerunt, ut 'per regesque actum genus omne Latinos'. scimus enim solere plerumque fieri ut primi regis reliqui nomen etiam possideant, ut apud Romanos Augusti vocantur, apud Albanos Silvii, apud Persas Arsacidae, apud Aegyptios Ptolomaei, apud Athenienses Cecropidae. unde superfluum est quod ait Donatus, debere nos accipere interemptum esse Murranum, dum avos et atavos Turni commemorat et effert laudibus maximis, *propter illud* ⟨638⟩ *vidi oculos ante ipse meos me voce vocantem Murranum.*

530. PER REGESQVE ACTVM GENVS OMNE LATINOS Horatius et nepotum per memores genus omne fastos de Lamo.

---

1 obsequia . . . solvunt] exscr. Isid. or. VI 19, 27 || 17 Horatius] carm. I 6, 6 || 21 scimus enim . . . Cecropidae] exscr. Isid. or. IX 3, 15. cf. Serv. ad Aen. VI 760 || 29 Horatius] carm. III 17, 3

---

1 *ad* MVNERA *s. v.* obsequia officia *T* || 2 divitibus] ducibus *R* || in locum *AS* || et quae] aeque *Schoellius* quae et *ego* || 4 *ad* SONANTIA *s. v.* cum crepitu ardentia *T* || 8 comparant *F* || secundo] v. *F* || 9 flamina *F* || austris] x. *AS* || aut] ast *F* || 10 flumine torrens] g. i. c. *AS* g. t. *HM* || torques *F* || 14 segnis *Daniel*: segnius *F* || fluctua *F* || 16 *ad v.* 527 rumpuntur et fluctuat ad hoc pertinet ut ostendat uerum esse nescia pectora uinci *T* || 17 uincit *F* || pelide *RMF* pelida *H* || 18 edere *F* || nescit *ASR* || 20 murmurani *R* murrationi *H* murram *F* || 21 ut] et *F* || latinus *HF* || 22 nomen reliqui *F* || 23 persos *R* persidas *F* || 24 arsaciadae *ASH* || ptholomaei *ARHM* ptolemaei *F* || 26 interemptum] occisum *F* || murmuranum *R* || 27 propter *Schoellius*: pro *F* per *Daniel* || 29 horatius et lemo et nepotum *F* || 30 de Lamo] de latino *R*, *om. F*

534. NEC DOMINI MEMORVM PROCVLCAT EQVORVM *id est equorum* domini inmemorum.

538. DEXTERA NEC TVA TE GRAIVM FORTISSIME CRETHEV ERIPVIT TVRNO NEC DI TEXERE CVPENCVM ita Aenean comparat Turno, ut eum superiorem esse significet: nam quem Turnus interimit, fortitudo sua liberare non potuit; ei vero quem occidit Aeneas, ne sua quidem numina prodesse potuerunt. *Terentius memini relinqui me deo irato meo. sic alibi* ⟨IV 610⟩ *nec di morientis Elissae. singuli enim deos proprios habemus genios.* sane sciendum cupencum Sabinorum lingua sacerdotem vocari, *ut apud Romanos flaminem et pontificem, sacerdotem. sunt autem cupenci Herculis sacerdotes. ergo quia huic proprium nomen de sacerdote finxit, bene dixit 'nec dii texere sui'. et quidam reprehendunt poetam hoc loco, quod in nominum inventione deficitur: iam enim in* IX. ⟨771⟩ *Crethea a Turno occisum induxit, ut Crethea, musarum comitem; sed et Homerus et Pylaemenem et Adrastum bis ponit et alios conplures.*

543. LATE TERRAM CONSTERNERE aliud ex alio ostenditur: nam per hoc corporis exprimitur magnitudo, ut ⟨VII 275⟩ stabant ter centum nitidi in praesepibus altis.

545. EVERSOR ACHILLES *bene* separat Achillem a Graecis, ut ⟨I 30⟩ reliquias Danaum atque inmitis Achilli.

546. MORTIS METAE id est mors, quae meta est et finis: nam metam et fines vitae dicimus, non mortis: *mors enim infinita est.* sciendum tamen, ita hoc de Homero esse translatum, qui ait τέλος ϑανάτοιο, hoc est finis mortis: nam in ipsa morte finis est.

547. LYRNESI DOMVS ALTA Lyrnesos civitas est Phrygiae, unde

---

7 Terentius] Phorm. I 2, 24. cf. Don. ad h. v. || 24 de Homero] Il. III 309

---

2 immemores *F* || 5 nam quem] namque *RH* || Turnus *om. R* || interimit quem fortitudo *R* || fortitudo] uirtus *F* || 6 sua] eum *add. Masvicius* || 7 reliqui *F* || 8 nec] et *Vergilius* || 10 *s. v.* 538 uariat narrationem propter fastidium et apostropham facit ad unum illorum qui periit, *in marg.* apud romanos flaminum et pontificum sacerdotes cupenci dicuntur . sunt autem herculis proprie sacerdotes . ergo quia hic nomen proprium . . . sui *T* || ut . . . sacerdotem *Masvicius*: et apud romanos flaminum et pontificum sacerdotum *F* (sacerdotem *Daniel*). *fortasse in archetypo adscripserat aliquis* ut apud Romanos flaminum et pontificum sacerdotium: *nam non videntur haec verba antiqui esse interpretis* || 11 hercules *F* || 12 quia] quae *F* quod *Daniel* || 14 in IX. *Daniel*: in XI. *F* || 15 cretea *F* || sed et Homerus *ego*: sed et apud homerum *F* || pylaemonem *F*, *correxi. cf. Il.* V 576 *et* XIII 658 || 16 adrascum his *F*, *corr. Daniel* || 20 ACHILLIS *ASH* || separauit *F* || Achillem a Graecis *om. F* || 23 metam et fines *R*: metas et finis *S* meta est et finis *H* metam finem *M* metas *F*, nam metam et fines *om. A* (nam metas *add. a*) || 24 τεdoc θλντοιο *A* τελος εdνdτοιο *R* τελος ελνλτλιο *H* τεdoc εdνοcτοιο *M* τdιλος θdνdτοιο *F* || 26 lyrneros *H* lyrnesas *F*

fuit Briseis. et per transitum docet, neminem posse statuta vitare: *quando enim hic crederet, ibi se natum tam longe esse periturum?*

548. CONVERSAE ACIES in bellum coactae, *vel inter se conversae.*

552. PRO SE QVISQVE VIRI pro qualitate virium suarum: sic in quinto ⟨501⟩ pro se quisque viri et depromunt tela pharetris. SVMMA NITVNTVR OPVM VI hemistichium *est* Ennianum.

553. *TENDVNT pro 'contendunt'.*

554. MENTEM AENEAE GENETRIX PVLCHERRIMA MISIT '*mentem*' consilium, ut ⟨I 676⟩ qua facere id possis nostram nunc accipe mentem. *MISIT autem pro 'inmisit'.* et PVLCHERRIMA perpetuum est epitheton, nec ad negotium pertinens. sane bona usus est oeconomia, ut diceret instinctu numinis profectum esse Aenean ad civitatis excidium: nam incongruum fuerat, occupatum bello per se tale cepisse consilium.

555. VRBIQVE ADVERTERET AGMEN *id est* contra urbem.

558. ACIES CIRCVMTVLIT *vel exercitum suum huc atque illuc circumduxit, vel acies* oculorum scilicet. et bona occasione *pervenit ad id, ut Aeneas civitatem posset aspicere.*

559. INMVNEM TANTI BELLI sine officio dimicandi. *et vult inobsessam intellegi, quae sine periculo sit oppugnationis:* nam inmunis est qui nihil praestat, quasi sine muniis, *hoc est qui non facit munia.* INPVNE QVIETAM quae specialiter debuit poenas luere propter foedus abruptum.

560. PVGNAE ACCENDIT MAIORIS IMAGO subaudis 'eum'.

563. NEC SCVTA AVT SPICVLA DENSI DEPONVNT ex eo quod non est factum, quid fieri soleat indicavit, ut supra ⟨130⟩ defigunt telluri hastas et scuta reclinant.

565. *NEQVA pro 'nulla'.* ESTO sit. IVPPITER HAC STAT pro nobis religio est, quam laeserunt Rutuli ruptis foederibus. novimus autem interfuisse foederi et deos alios, et Iovis imaginem sceptri praesentia redditam.

566. NEV QVIS OB INCEPTVM SVBITVM MIHI SEGNIOR ITO tertia

---

6 hemistichium Ennianum] ann. v. 168 Vahl. cf. Macrob. Sat. VI 1, 17 || 7 TENDVNT pro contendunt] cf. Don. ad Ter. Eun. IV 1, 12

---

1 breseis *vel* braeseis *libri* || statuta] fatorum statuta *Fabricius* || 3 *ad* CONVERSAE A. *s. v.* uel in bellum . . . conuersae *T* || 4 sicut *F* || 5 et *om. R* || deponunt *AH* || 6 NITITVR *F* || Ennianum *om. F* || 10 *ad* MISIT *s. v.* in *T* || 14 coepisse *libri, nisi quod* coepisset *F* cepisse *a* || 17 et *om. F* || 20 quae *F*: quasi *Daniel* || 21 munus *ASF* (muniis *a*) munere *M* || 22 QVIETEM *AS* QVIETIAM *H* || 27 telluribus *F* || declinant *ASH* (d *del. a*) || 28 *ad* NEQVA *s. v.* nulla *T* || ESTO sit *om. F* || 28 *ad* HAC STAT *s. v.* in nostra parte *T* || 30 et deos *Fa*: ut deos *reliqui* || 32 INCOEPTVM *M* IM DERIVM *A* IMPERIVM *H*. *e Reginensi et Floriacensi nihil enotavi, e Sangallensi, quem cum Danielis exemplari* INCEPTVM *exhibente contulit, nihil Hagenus. haud scio an Servius* IMPERIVM *legerit*

persona est ('ito', id est) eat. et hortatur eos, ut ita in bellum eant, quasi res fuerit ante disposita. nam hoc dicit: repentinum imperium nullam vobis adferat moram: unde est *illud* paulo post ⟨576⟩ 'scalae inproviso subitusque apparuit ignis.

567. CAVSAM BELLI quia illic erat Lavinia.

568. *FRENVM singulari numero raro lectum est. et quidam hunc versum per figuram Graecam dictum tradunt, ὁμολογοῦσιν μέλλειν λαβεῖν.*

569. *ERVAM confidenter, quasi iam non bellum sit, sed expugnatio.*

572. HOC CAPVT O CIVES *sic superius Drances de Turno*, ut ⟨XI 361⟩ o Latio caput horum et causa malorum, id est principium. (*HOC CAPVT O. C. H. B. S. N.*) *potuistis enim quieti esse, si Latini foedus servassent. et ad Latinos transfert crimen Turni.*

573. FOEDVSQVE REPOSCITE FLAMMIS gravitate sermonum declamationi pondus inposuit. nam hoc dicit: flammas foederis urbis innovemus incendio: nam 'reposcite' est revocate, innovate.

575. *DANT CVNEVM quotiens in similitudinem cunei milites disponuntur. DENSA MOLE densi cum impetu.*

576. *INPROVISO deest 'ex', ut sit 'ex inproviso'. APPARVIT IGNIS pro 'apparuerunt': et est zeugma, ut in primo ⟨144⟩ Cymothoe simul et Triton adnixus pro 'adnixi': non enim solus Triton adnitebatur.*

577. DISCVRRVNT ALII AD PORTAS PRIMOSQVE TRVCIDANT subaudis 'inproviso': et haec simul pronuntianda sunt, ut simul facta videantur, quo vehementer vis bellica possit agnosci. '*primosque trucidant' autem, id est qui primi ad portas erant obvii, scilicet stationem agentes.*

579. INTER PRIMOS inter duces, inter principes.

581. *TESTATVRQVE DEOS id est foederis.* HAEC ALTERA FOEDERA RVMPI bis rumpi foedera, bis hostes Italos fieri, bis se in proelia saeva conpelli: nam varie eandem rem iterat. bis autem foedera facta sunt, semel per Ilioneum, *quando Latinus ait* ⟨VII 263⟩ *ipse*

---

1 ito id est *e D recepi, reliqui libri omittunt* ‖ eant] ruant *F* ‖ 2 fuerat *ASH* ‖ 3 scalae] caelo *R* cale *H* ‖ 6 *ad* FRENVM *s v.* dominatum imperium *T* ‖ FRENVM frenum *Daniel* ‖ 7 ΟΜΟΛΟΓΟΥϹϹΙΝ ΜЄΜΙΝ ΛΑΒЄΙΝ *F* *ὁμολογοῦσιν μέλλεν λαβεῖν Daniel ὁ μέλλειν λ. Masvicius* ‖ 8 *ad* ERVAM *s. v.* euertam. et confidenter dicit quasi non . . . expugnatio *T* ‖ 9 de *Masvicius*: a *F* ‖ 11 *ad* O CIVES H. B. S. N. *s. v.* possetis enim esse quieti si latini foedus seruassent *T* ‖ 13 grauitatem *A* ‖ sermonem *F* ‖ 14 nam] nam hic *D* ‖ 15 reposita *A* ‖ inuocate *H* ‖ 16 *ad v.* 575 *in marg.* cuneus est collecta militum multitudo a coeundo dictus, *ad* DANT *s. v.* faciunt, *ad* CVNEVM D. A. M. M. F. *s. v.* in similitudinem cunei disponuntur milites, *tum* densa mole id est densi cum impetu *T* ‖ 19 zeuma *F* ‖ premo *F* ‖ cynotheo *F* ‖ *ad* APPARVIT *s. v.* syllemsis zeuma *T* ‖ 23 vehemens *Stephanus* ‖ *ad* PRIMOSQVE T. *s. v.* id est . . . agentes *T* ‖ primusque *F* ‖ 24 aut *F*, *corr. Daniel* ‖ erant] uenerant *T* ‖ scilicet *om. T* ‖ 25 egentes *F* ‖ 27 *ad* DEOS *s. v.* scilicet foederis *T* ‖ 28 fieri] dicit et *add. Lion*

modo Aeneas, nostri si tanta cupido est, si iungi hospitio properat sociusque vocari, adveniat, et ⟨285⟩ *sublimes in equis redeunt pacemque reportant,* et *iterum* paulo ante propter singulare certamen.

583. *TREPIDOS, INTER hoc est inter trepidos.*

584. RESERARE IVBENT id est volunt, ut *Terentius* iubeo Chremetem.

585. TRAHVNT AD MOENIA REGEM trahere volunt: nam animi est, non facti. 'trahunt' autem scilicet ut possit inminens videre discrimen. Donatus dicit 'trahunt in moenia' pro 'dilacerant in moenibus rumoribus suis'. *ergo 'regem' de Latino dixit, 'moenia' autem hic muros dixit.*

587. INCLVSAS VT CVM LATEBROSO IN PVMICE PASTOR paene omnia comparationis istius verba ad supra dictum pertinent bellum: nam ita apes inclusae sunt, ut homines qui obsidentur: ita civitatem timentium latebras dicimus, sicut apum sunt alvearia: item pastor est et re vera pastor et ductor exercitus, ut *Homerus ποιμένα λαοῦ.* 'in pumice' autem iste masculino genere posuit, et hunc sequimur: *nam et Plautus ita dixit:* licet Catullus dixerit feminino.

588. FVMO AMARO quod elicit lacrimas.

589. TREPIDAE RERVM nescientes quid agant, ignarae auxilii, *hoc est trepidae de suis rebus: Terentius sat agit rerum suarum.* *CEREA CASTRA oportune hic 'castra' de his rebus quae nunc aguntur: in georgicis* ⟨IV 202⟩ *aulasque et cerea regna.*

591. ATER ODOR nove: nam in odore quis color est? sed hoc dicit: odor atrae rei, fumi scilicet 'ater odor', id est pessimus, ut 'fumoque implevit amaro'.

---

6 Terentius] Andr. III 3, 1 ‖ 17 Homerus] cf. Il. I 263 ‖ 19 Catullus] cf. adnot. crit. ‖ 22 Terentius] Heautontim. II 1, 13

---

1 si iungi] singuli *F* ‖ 2 sociosque *F* ‖ 3 propter *om. F* ‖ 6 ut *om. HF* ‖ iuueodire metē *F* ‖ cremetem *ASRH* crementem *M* Cremetem salvere *Stephanus* ‖ 8 AD] IN *F* ‖ nam animi est non facti *R Burmanni ut videtur* nam animem non facti *F*: nuncius (nam ius *a*) animi est non facti *AS* nam motus a. e. n. f. *R* nam motus a. e. n. factum *L Vos. Burmanni* nam tius a. e. n. facit *H* nam uoluntas a. e. n. facti *M, quod impressa exemplaria occupavit. fortasse* nam tantum animi est, non facti *vel* notatio a. e. n. f. ‖ 9 trahunt autem *om. F* ‖ 11 rumoribus suis *om. F* ‖ 13 INCLVSAS autem LATEBROSO *F* ‖ 15 inclausae *AS* ‖ 17 pastor est] rex *add. M,* ut rex *add. D* ‖ et re uera pastor *om. R* ‖ pastor] pastor est *F* ‖ exercituum *ASM* ‖ HOIMENΛXΛU *AS* NOMENΛXΛV *RH* HOTMENΛΛΛU *M* ΠΟΙΜΕΛΛΩΝ *F* ‖ 18 in pumicem *H* pumicen *F* ‖ et] ut *AS* ‖ 19 sequitur *ASH* ‖ catulus *F* ‖ feminino] *om. ASRH.* 'arida modo pumice expolitum' (*Cat.* 1, 2) *add. Fabricius* ‖ 21 *ad* TREPIDAE RERVM *s. v.* nescientes quid agant id est trepidae de suis rebus *T* ‖ 24 aulas quiriatus regna *F* ‖ 25 est *om. AS* ‖ 26 odoratae rei *A* odor ataer ei *S* odor ater *RM* odor aterei *H* odor atreae rei *F* ‖ fumus *RH* ‖ id est fumi *F* ‖ 27 inplicuit *F*

593. *FESSIS pro 'adflictis'.* ETIAM FORTVNA casus: nam omnis casus in potestate Fortunae est.

595. TECTIS VENIENTEM PROSPICIT HOSTEM aut e tectis prospicit: aut contra tecta venientem.

596. INCESSI MVROS invadi.

598. *INFELIX PVGNAE IVVENEM quia non putabat, Turnum civitatem oppugnari passurum fuisse, si viveret.*

599. MENTEM TVRBATA *figurate*, ut ⟨I 228⟩ oculos suffusa.

600. *CAPVTQVE sicut supra ⟨592⟩ dictum est, 'caput' dicebatur qui auctor et princeps alicuius rei gestae fuisset, ut ⟨XI 361⟩ o Latio caput horum.*

601. *DEMENS EFFATA FVROREM verba noluit ponere, unde videtur diras significare.*

602. *PVRPVREOS MORITVRA MANV rem quae flaminicae conpetit, transtulit ad reginam. flaminica enim venenato operiri debet: nam cum 'amictus' dicit, opertam dicit, quae res ad pallium refertur.*

603. ET NODVM INFORMIS LETI alii dicunt, quod *Amata* inedia se interemerit. sane sciendum quia cautum fuerat in pontificalibus libris, ut qui laqueo vitam finisset, insepultus abiceretur: unde bene ait 'informis leti', quasi mortis infamissimae. *ergo cum nihil sit hac morte deformius, poetam etiam pro reginae dignitate dixisse accipiamus. Cassius autem Hemina ait, Tarquinium Superbum, cum cloacas populum facere coegisset, et ob hanc iniuriam multi se suspendio necarent, iussisse corpora eorum cruci affigi. tunc primum turpe habitum est mortem sibi consciscere. et Varro ait, suspendiosis, quibus iusta fieri ius non sit, suspensis oscillis, veluti per imitationem mortis parentari. docet ergo Vergilius secundum Varronem et Cassium, quia se laqueo induerat, leto perisse informi.*

605. FLAVOS LAVINIA CRINES antiqua lectio 'floros' habuit, id

9 caput . . . fuisset] cf. Don. ad Ter. Andr. II 6, 27 || 22 Cassius Hemina] fragm. 15 p. 100 Pet.

1 *ad* FESSIS *s. v.* afflictis *T* || 3 HOSTEM] A. *HM* || 5 *schol. ad v.* 596 *om. F* || INCESSI] INCENDIA *R* || 8 *ad* MENTEM T. *s. v.* nota figura *T* || 10 auctor et *Daniel*: auctore *F* || alicuius rei *Daniel*: alii cumspei *F* || 12 *ad* DEMENS E. F. *s. v.* uerba noluit ponere unde uidetur dira uoluisse significare *T* || 14 *schol. ad v.* 602 *hab. T* || 15 flamica *F* || ueneto *T* || 16 ostendit opertam *T* || opertum *F* || 17 *schol. ad v.* 603 *hab. T* || alii dicunt] fabios pictor dicit *F. cf. Peter vet. hist. Rom rel. p.* 109, 1 || media *HF* || 18 interimit *M* || quod caute fuerat *F* || 21 sit *om. F* || ac *F* || 22 autem *om. F* || emina *F* || 23 cloapas *F* || 24 se *om. F* || eorum] aegrum *T* || cruci . . . sibi *om. F* || 25 consciscere] sistere *F* || 27 parentum *F* || 28 uergilius *F* || 29 lato *F* || perisse dixit informi *F* || 30 Flauos FLOVOS *A* FLAVIS *H* || CRINIS *F*

est florulentos, pulchros: et est sermo Ennianus. *Probus sic adnotavit: neotericum erat 'flavos', ergo bene 'floros': nam sequitur 'et roseas laniata genas': Accius in Bacchis 'nam flori crines, video, ei propessi iacent', in iisdem 'et lanugo flora nunc demum inrigat', Pacuvius Antiopa 'cervicum floros dispergite crines'.*

606. ET ROSEAS LANIATA GENAS moris fuit *apud veteres* ut ante rogos *regum* humanus sanguis effunderetur, vel captivorum vel gladiatorum: quorum si forte copia non fuisset, laniantes genas suum effundebant cruorem, ut rogis illa imago restitueretur. tamen sciendum, cautum lege duodecim tabularum, ne mulieres carperent faciem, his verbis mulier faciem ne carpito.

608. HINC TOTAM *id est* de domo regia. INFELIX FAMA rerum infelicium nuntia, *ut* ⟨III 246⟩ *infelix vates.*

609. DEMITTVNT MENTES desperant, sicut e contra sperantes aliquid 'erigunt mentes'.

610. CONIVGIS ATTONITVS FATIS VRBISQVE RVINA et privatis et publicis luctibus.

611. *CANITIEM ex aetate pathos movit: non enim tam miserum est, regem in miseriis esse, quam senem.* INMVNDO PVLVERE bene 'inmundo' addidit: sic in georgicis monitionibus ⟨I 81⟩ et cinerem inmundum iactare per agros, quia etiam pulvis ille quo utuntur puellae, cinis vocatur, unde etiam ciniflones dicti sunt: Horatius custodes, lectica, ciniflones, parasitae.

614. BELLATOR epitheton peracti temporis.

616. MINVS SVCCESSV LAETVS EQVORVM infirmitas animi ex

1 sermo Ennianus] incert. libror. XXIII p. 177 Vahl. || 3 Accius in Bacchis] fragm. XIII p. 169 Ribb. || 4 in iisdem] fragm. VIII p. 168 Ribb. || 5 Pacuvius Antiopa] fragm. XII p. 79 Ribb. || 10 tamen sciendum ... carpito] cf. R. Schoell leg. XII tab. rel. p. 154 || 23 Horatius] sat. I 2, 98

1 florulentulos *ASH* || enmanus sermo *F* || 2 flavos *Daniel*: fluuium *F*. *an* flavos crinis ? || flores *F, corr. Daniel* || 3 rosaeos *F* || Accius *Daniel*: acciui *F* || Bacchis *Commelinus*: bacchidibus *F* || 4 uideo et processuacent *F* video et processi iacent *Daniel* video ut et propexi iacent *Commelinus. quod dedi Ribbeckii est.* viden ut *Vsenerus ap. Ribb. coroll. p.* LIV || hisdem *F* || et] ei *Ribbeckius* || laguna *F, corr. Daniel* || floro *F* florea *Masvicius* flora *Scriverius* || 6 disperdite *F* dispergite *Delrio* dispendite *Ribbeckius* || 7 LANIATA GENAS ... rogos *om. ASH,* moris ... rogos *om. M* || ante rogos *F*: in rogis *R* || 8 funderetur *R* || 10 constitueretur *F* || 11 carperent faciem] carpenta facerent *AS* carpent facere *H* || 12 in his uerbis *RH* || 14 infelicia *AS* (*corr. a*) || 15 desperati *R* desperanti *H* || 16 aliquid] ad quid *A* || 19 CANICIEM *F* || ex aetate mouit pathos ... senem *hab. T* || 20 rege *F* || IN MODVM DVLVERE *A* (*corr. a*) || 21 municionibus *AS* munitionibus *H, om. F* || et *om. F* || 22 ille puluis *F* || 23 etiam] etiam et *F*, apud Plautum de mundo mulierum *add. Fabricius* || 24 cinifens *A* ciniferens *S* ciniflens *RH* || 26 ex quorum *F*

equorum etiam tarditate veniebat, *quia minus successus habebant equi iam fatigati.*

617. ATTVLIT HVNC ILLI CAECIS TERRORIBVS AVRA naturale enim est, ut a qua parte ventus flat, inde *maximus* audiatur clamor. *et mire 'caecis terroribus', quos nemo videret.*

618. COMMIXTVM CLAMOREM ex inpugnatione, et morte reginae.

ARRECTAS AVRES ad audiendum sollicitas: Terentius arrige aures Pamphile.

619. *INLAETABILE MVRMVR quaeritur quis 'inlaetabile' dixerit? ideo autem 'murmur', quia ferre solent quasi praesagium murmura, sive bona sint, sive mala intellegenda.*

621. *DIVERSA CLAMOR hypallage* (*pro*) *'diversus clamor': aut ex variis partibus civitatis.*

622. AMENS consilii egens, nescius rei gerendae.

625. OCCVRRIT DICTIS orationi eius verbis obviam venit.

626. PRIMA VICTORIA id est primum.

627. *SVNT ALII QVI TECTA MANV ideo quia scit Turnum pro urbe maxime esse sollicitum.*

630. NEC NVMERO INFERIOR PVGNAE NEC HONORE R. *id est* nec pauciores interimis, nec minor te, quam Aenean, comitabitur gloria: nam occisorum multitudo conpensat hoc, quod tu fugientes interimis. sane sciendum, in hac omni oratione Iuturnam occurrere quaestionibus tacitis

632. PRIMA PER ARTEM FOEDERA TVRBASTI 'prima' aut inchoantia: aut 'tu prima': nam *post datum augurium quo animi omnium perturbati sunt, et* post eius orationem Tolumnius tela contorsit. *'per artem' autem per fraudem, ut* ⟨II 125⟩ *artificis scelus.*

634. *NEQVIQVAM FALLIS pro 'non fallis'.*

---

7 Terentius] Andr. V 4, 30

---

1 ueniebant *F* ‖ *s. v.* 616 quia minores successus . . . fatigati *T* ‖ 4 ut a qua parte fuerit uentus *F* ‖ audiatur maximus clamor *F* ‖ 5 *ad* CAECIS T. *s. v.* quos nemo uideret *T* ‖ 7 aurigo *F* ‖ 8 panpile *A* (panphile *a*) pampile *S* panfile *H* pampilae *F* ‖ 9 *an* quis ante hunc inl. dix. ? ‖ 10 quia *Masvicius* ‖ 11 sint *om. Daniel* ‖ intellegenda *scripsi*: intellegi *F, del. Masvicius. de eis quae in Turonensi ad* INLAETABILE M. *adscripta fuerunt hodie haec legi possunt* semper triste. et murmura solent intellegi siue l* quia fer*: *quae haud scio an sic supplenda sint* siue bona siue mala quia ferunt quasi praesagium ‖ *ad* DIVERSA C. A. V. *s. v.* hypallage id est diuersus clamor siue ex diuersis partibus ueniens ciuitatis *T* ‖ 12 ypallage *F* ‖ diuersas *F* ‖ 14 gerendae] nam mentem et consilium significare diximus ut (*v.* 554) 'mentem Aeneae genetrix pulcherrima misit' *add. D* ‖ 15 eius orationis *F* orationis eius *a* ‖ 17 *s. v.* 627 ideo hoc dicebat quia sciebat turnum maxime pro urbe esse sollicitum *T* ‖ pro *om. F,* de *Daniel* ‖ 18 maxima *F* ‖ 21 conpensat *MFa*: complexat *AS* conflat *R* conflexat *H* ‖ 22 ratione *M* ‖ 26 perturbata *F, corr. Daniel* ‖ oratione *F* ‖ 27 *ad* PER ARTEM *s. v.* per fraudem *T* ‖ ut initio II. Aen. *Daniel* ‖ artificus solus *F*

636. *AN FRATRIS MISERI LETVM humile est si ex persona Turni accipias: ergo 'miseri' ad animum sororis referendum est. et quod ait 'sed quis Olympo', intulit 'an ut videres', subaudiendum 'ergo tua sponte'.*

637. NAM QVID AGO argumentum a necessario. *IAM non est temporis, aut erit absurdum.*

638. ME VOCE VOCANTEM atqui hoc nusquam legimus; sed aut *κατὰ τὸ σιωπώμενον* intellegimus, aut mortis est omen audire quod non dicitur, videre quod minime occurrit: sic in quarto ⟨460⟩ hinc exaudiri gemitus et verba vocantis visa viri.

639. SVPERAT vivit, ut ⟨III 339⟩ superatne et vescitur aura?

641. NE NOSTRVM DEDECVS VFENS ASPICERET *sic est hoc,* ac si diceret, fortasse viveret, nisi ideo voluisset occumbere, ne nos victos videret. *et est quale in XI.* ⟨416⟩ *ille mihi ante alios fortunatusque laborum egregiusque animi, qui, ne quid tale videret, procubuit moriens. 'infelix' autem in hoc bello, contra illud* ⟨VII 745⟩ *insignem fama et felicibus armis. et est argumentum ab honesto.*

642. TEVCRI POTIVNTVR CORPORE ET ARMIS id est etiam sepultura caret: nam ut in Homero legimus, de virorum fortium cadaveribus erat inter hostes grande certamen.

644. DEXTRA NEC DRANCIS DICTA REFELLAM id est virtute: nam pro rei officio ipsam rem posuit, dexteram pro virtute, *hoc est fortiter faciendo.*

645. *TVRNVM FVGIENTEM ἐμφατικῶς Turnum.*

646. VSQVE ADEONE MORI MISERVM EST tacitae quaestioni occurrit. *et quidam hoc verbum reprehendunt 'usque adeone'; melius dici 'usque eo': Lucilius septimo usque adeo studio atque odio illius efferor ira. quidam sic accipiunt 'usque adeone mori miserum est', ut non quasi confirmet, sed quasi interroget, quare dea sic de illo laboret ut vivat, cum satius sit honeste mori, quam turpiter vivere. ergo*

---

25 Lucilius septimo] lib. IV v. 24 p. 23 Muell.

---

1 *ad* AN F. M. *s. v.* oratio est misericordiam commouens, *in marg.* humile est . . . est referendum, *ad* VIDERES *s. v.* hic subaudiendum est ergo tua uoluntate *T* ‖ 3 olyppo *F* ‖ 6 numquam *R* ‖ 7 *σιωπώμενον*] id est secundum tacitum *add. F* ‖ nomen *F* ‖ audire] se a mortuo uocari aut audire *e coniectura, ut videtur, add. Daniel* ‖ 8 quam minime *F* ‖ 9 gemitur *F,* et . . . viri *omittens* ‖ 10 *schol. ad v.* 639 *om. F* ‖ aura] a. *add. AH,* ae. *add. M. cf. Aen.* I 546 ‖ 12 fortasse inueniret ne ideo *F* ‖ 13 forturantusque *F* ‖ 16 *ad* OCCIDIT I. *s. v.* argumentum ab honesto *T* ‖ ab honestum *F* ‖ 17 etiam *om. AS* ‖ sepulturae aruit *F* ‖ 19 certamen] quod maxime apparet de cadauere Patrocli *add. D* ‖ *ad* REBVS (*v.* 643) scilicet nostris, *ad* DEFVIT *s. v.* pro deest *T* ‖ 21 dexteram scilicet pro v. *F* ‖ *ad* TVRNVM F. *s. v.* enfaticos dixit turnum quasi in nomine constaret *T* ‖ 26 usque eo *F*: usque adeo *Daniel* ‖ septimo] quarto *Muellerus* ‖ 27 efferor ira] efferoris *F* ‖ *ad v.* 646 *in marg.* quidam sic accipiunt . . . uiuere *T* ‖ mori miserum est *om. T* ‖ 28 quare . . . laboret] cur dea sic laboret pro illo *T* ‖ illa laborat *F*

'usque adeone', ut tamen tanta turpitudo ferenda sit. VOS O MIHI MANES *quasi per fantasiam relinquens superos, ad manes convertit orationem.*

647. SVPERIS AVERSA VOLVNTAS quia, ut supra ⟨I 387⟩ diximus, donec vivimus, curae sumus dis superis, post mortem ad inferos pertinemus, quibus se modo commendat.

648. SANCTA AD VOS ANIMA *quae differentia sancti sit, superius ⟨XI 158⟩ dictum est: hic 'sancta' incorrupta accipiendum est: neque enim sacro aut religioso eius anima tenebatur.* ISTIVS INSCIA CVLPAE vel fugae, quia fuga grande crimen est apud virum fortem: vel rupti foederis et laesae religionis, a qua re se esse dicit alienum propter futura supplicia.

649. INDIGNVS AVORVM Graeca figura: nam nos 'indignus illa re' dicimus, contra Graeci ἀνάξιος στεφάνου, id est indignus coronae.

651. VECTVS EQVO SPVMANTE SACES *pro 'cum veheretur', ut ⟨I 121⟩ et qua vectus Abas.*

652. INPLORANS NOMINE TVRNVM ex multis rebus indicat perturbationem: quod festinans venit, quod per hostes, quod vulneratus, quod Turnum nomine appellat; nam contumelia est nomine *suo* superiorem vocare: sic in georgicis ⟨IV 321⟩ mater, Cyrene mater, cum praemisisset ⟨356⟩ et te crudelem nomine dicit.

653. TVRNE IN TE SVPREMA SALVS omnia quae supra Iuturna dixerat, oratio ista dissolvit.

654. FVLMINAT AENEAS A. exaggeratio est: sic paulo post ⟨700⟩ horrendumque intonat armis. MINATVR DEIECTVRVM ARCES quia dixerat ⟨569⟩ et aequa solo fumantia culmina ponam.

656. IAMQVE FACES *ut sit quare Turnus subvenire festinet.*

657. MVSSAT modo dubitat. *et cunctatur rex ipse, in quo summa rerum est. veteres 'mussat' pro timet, Ennius 'mussare' pro 'tacere' posuit. Clodius Tuscus mussare est ex Graeco, conprimere oculos: Graeci μῦσαι dicunt.*

---

7 quae differentia . . . tenebatur] cf. Macrob. Sat. III 3, 6 ‖ 28 modo dubitat e. q. s.] cf. Don. ad Ter. Ad. II 1, 53 ‖ 29 Ennius] cf. ann. v. 426 Vahl.

---

2 horationem *F* ‖ 6 quibus . . . commendat *om. F* ‖ 7 *ad* SANCTA A. V. A. *s. v.* hic incorrupta accipienda est neque enim sacro aut relig *T*, *reliqua evanuerunt* ‖ 8 sancta] insancta *F* ‖ 14 auaξιoc cτφaνoγ *M* aνaξoιc τcεφaνoγ *F* ‖ dignus *F* ‖ 15 *ad* VECTVS *s. v.* cum ueheretur *T* ‖ 19 sua *F* ‖ 21 dicit] sicut econtra aeolus ad iunonem ait (I 76) 'tuus o regina quid optes explorare labor' *add. D* ‖ 24 *ad* FVLMINAT *s. v.* in morem fulminis dirigit tela *T* ‖ 26 quod *F* ‖ 27 *ad* IAMQVE F. *s. v.* dicit quare subueniri (*sic*) uelit turnum *T* ‖ 28 *ad* MVSSAT *s. v.* dubitat cunctatur. ueteres autem mussat pro timet dicebant ennius pro tacet. sed mussare a peritis uiris dicitur ex greco uenire et proprie significare oculos comprimere quod graeci MICAI dicunt *T* ‖ 29 mossat *F* ‖ musare *F* ‖ 31 μῦσαι *Daniel*: myrae *F*

658. QVOS GENEROS VOCET *pro 'utros'; pluraliter autem 'generos' de exercitibus, quorum duces sunt Aeneas et Turnus.* AVT QVAE SESE AD FOEDERA FLECTAT *aut nuptiarum foedera, ut* ⟨IV 338⟩ *nec coniugis umquam praetendi taedas, aut haec in foedera veni: aut propter violatum foedus, ut ideo dixerit 'quae sese flectat ad foedera', quasi nec hoc remedium supersit, cum illa iam bello corrupta sint.*

659. PRAETEREA REGINA TVI quia occurrebat, Amatam, *si Latinus dubitat, reginam* pro eius partibus niti. TVI FIDISSIMA *tui amantissima.* DEXTRA OCCIDIT IPSA SVA *ut laquei absconderet dedecus.*

660. LVCEMQVE EXTERRITA FVGIT *augmentum mali.*

661. SOLI PRO PORTIS contra illud ⟨627⟩ sunt alii qui tecta manu defendere possint. *'pro portis' autem 'ante portas': Sallustius et parte cohortium †praecipere instructa et stationes locatae pro castris. bene autem cum dicit 'pro portis sustentant acies' spem adhuc subveniendi dedit. et dicendo 'soli' addidit etiam necessitatem.*

664. DESERTO IN GRAMINE VERSAS *huc atque illuc agis, ut Aethiopum versemus oves. Homerus* στρωφᾶν. *et bene 'deserto in gramine' contra illud* ⟨629⟩ *et nos saeva mittamus funera Teucris.*

665. VARIA CONFVSVS IMAGINE RERVM multiplici nuntio: *quod regina periit, quod urbs oppugnatur, quod omnes Latini in illum oculos referunt, quod dubitat Latinus quos generos vocet.*

666. ET OBTVTV TACITO STETIT vultu: et obtutus est proprie πρόσωπον, *id est †vultum dicunt.*

---

13 Sallustius] hist. inc. 43 D., 9 Kr. ‖ 17 Aethiopum] buc. X 68

---

1 *ad* GENEROS *s. v.* generos pluraliter dicit pro exercitibus quorum duces sunt turnus et aeneas *T* ‖ 2 *ad v.* 658 *in marg.* aut nuptiarum foedera dicit . aut propter uiolatum . . . corrupta sint *T* ‖ 5 sese a. f. f. *T* ‖ 6 supersit] sit *T* ‖ illa] haec *T* ‖ bella corrupti sunt *F* ‖ 8 *ad* FIDISSIMA *s. v.* amantissima *T* ‖ 9 *ad* OCCIDIT I S. *s. v.* dextera sua dicit ut laquei absconderet dedecus *T* ‖ ostenderet *F* ‖ 10 augmentum mali *hab. T* ‖ 12 *ad v.* 661 *in marg.* sallustius et parte cohortium pro . pere instructa et stationes . . catae pro castris *T.* (*puncta locis litterarum quae evanuerunt posui. praeterea haec non ab eo qui cetera scholia pleraque adscripsit scripta esse moneo.*) ‖ 13 et] ex *F* ‖ cohortum *F* ‖ praecipere *F.* pro tempore *coni. Dietschius. fort.* pro opere ‖ et *del. Dietschius. possit* et *ita Sallustio tribui ut scribatur* et pars c. pro opere *vel* propere instructa et stationes *e. q. s.* ‖ 14 *ad* PRO P. *s. v.* ante portas. bene cum dicit pro portis spem adhuc subueniendi dedit et dicendo soli addit necessitatem *T* ‖ 15 acies et spem *F* ‖ 17 *ad* DESERTO I. G. V. *s. v.* id est in extrema parte campi *et* contra illud quod iuturna dixerat et nos . . . teucris *T* ‖ 18 ЄΤΤΡЄΦΛΛΟΝ *F* στρωφᾶν *Schoellius* ‖ 20 multiplici . . . uocet *hab. T* ‖ 21 perit *F* ‖ obpugnatur *F* ‖ 22 dubitet *T* ‖ generes *F* ‖ 23 OBTVTV TACITO STETIT *M* OBTVTA CITO STETIT *R* OPTVTV VARIO STETIT *reliqui.* ET OBTVTV vario stetit vultu *exempl. impressa* ‖ et obtutus est proprie uultus quem proprie graeci πρόςωπον dicunt *D* et o. e. p. vultus quem Graeci dicunt πρόςωπον *Stephanus* et o. e. p. quem Graeci πρόςωπον id est vultum dicunt *Daniel* ‖ 24 ΑΡΟΤѠΛΟΝ *R* ΛΡΟϹѠΛΟΝ *H* ΠΡΟϹѠΙΤΟΝ *M* ΠΟϹѠΠΟΝ *F* ‖ id est intuitus *Schoellius. cf. Serv. ad* VII 250

667. PVDOR propter illud ⟨664⟩ tu currum deserto in gramine versas: *vel 'pudor', quia in illum oculi referuntur.* INSANIA qua in hostes ferebatur: *vel quia urbs oppugnabatur.* MIXTO LVCTV propter Amatae cognitam mortem.

668. *AMOR quia mussat Latinus.* *CONSCIA VIRTVS quia fugere putatur qui 'currum deserto in gramine versat'.*

669. DISCVSSAE VMBRAE postquam mentis caligo discessit: quod sequentia indicant 'et lux reddita menti est'.

671. TVRBIDVS plenus perturbationis.

672. *ECCE AVTEM FLAMMIS alia persuasio ex aspectu.*

673. *VNDABAT VERTEX abundabat. et bene in translatione permansit, ut verticem undare diceret: vertex enim undarum dicitur, ut* ⟨VII 31⟩ *verticibus rapidis et* ⟨I 117⟩ *vorat aequore vertex.*

674. QVAM EDVXERAT IPSE *scilicet* quod ei maiorem creabat dolorem. *graviter enim dolemus si perire videamus illa quae fecimus. 'eduxerat' autem in altum fabricando sustulerat, ut alibi* ⟨VI 630⟩ *Cyclopum educta caminis.*

675. SVBDIDERATQVE ROTAS quo posset trahi ad ea loca, quibus hostis instabat.

676. *IAM IAM FATA Sallustianum iam iam frater animo meo carissime.*

678. *STAT CONFERRE MANVM AENEAE placet, ut* ⟨II 750⟩ *stat casus renovare omnis: vel 'stat' certum est.* QVICQVID ACERBVM EST MORTE PATI aut quicquid morte acerbum est placet pati, hoc est inferna supplicia: vel quae potest superbus hostis inferre, sicut de Hectore legimus: aut certe positivus sit pro comparativo: placet pati si quid etiam morte acerbius invenitur.

680. FVRERE ANTE FVROREM figura antiqua, ut 'servitutem servit', 'dolet dolorem'. et est sensus: sine me furorem bellicum ante

---

20 Sallustianum] Iug. 14, 22

---

2 qua] quia *F* ‖ 3 hoste *RH* ‖ ferebatur] fremebat *F* ‖ *ad* MIXTOQVE I. L. *s. v.* id est quia in hostem ferebatur. mixto autem luctu uel propter amatae cognitam mortem uel quia urbs capiebatur *T* ‖ 5 musat *F* ‖ *ad* CONSCIA V. *s. v.* quia fugere putabatur *T* ‖ 7 quod] quae *F* ‖ 8 indicant ut et *vulgo* ‖ menti est] mentiae *F* ‖ 11 exhabundabat *F* abundabat *Schoellius* exundabat *Commelinus* ‖ *ad* VERTEX T. T. *s. v.* bene permansit in translatione ut . . . rapidis *T* ‖ 12 ut *om. F* ‖ vertex . . . dicitur] uertex autem proprie undarum est *T* ‖ 13 rapidus *F* ‖ uorax aequora *F* ‖ 15 perirem *F* ‖ ille *F* ‖ 16 *ad* EDVXERAT *s. v.* in altum fabricando sustulerat *T* ‖ dixerat *F* ‖ sustelerat *F* ‖ 18 possit *F* ‖ 20 FATA] FRATER *F* ‖ 23 QVICQVID . . . pati] QVICQVID ACERVVM EST PLACET PATI *AS* (aut Q. in morte acerbum e. p. p. *a*) ‖ QVIDQVID *H* ‖ ACERBI *MF* ‖ 24 quidquid *HF* ‖ in morte *Fa* ‖ 25 quae] quid *F* ‖ superbus] aceruus *F* ‖ 26 legimus] (*Il.* XXII 108) ἐμοὶ δὲ τότ' ἂν πολὺ κέρδιον εἴη *add. Fabricius* ‖ 27 aceruus *H* aceruius *F* ‖ 29 sine me . . . veniam] s. m. f. b. autem (ante *a*) furere (furorem *S*) scilicet quam

furere, scilicet quam ad eum veniam, ut pugnam mente concipiam et instructus furore in bella prorumpam.

684. SAXVM DE VERTICE PRAECEPS CVM RVIT comparatio ipsa futurum ostendit eventum. simul notandum quod, sicut supra in proelio, ita nunc etiam in comparatione praefertur Aeneas: nam Turnum parti comparat montis, montibus exaequat Aenean.

685. AVVLSVM VENTO proprie: nam et Turnus ad bellum invitus adtrahitur.

686. *ANNIS SOLVIT SVBLAPSA pro 'multorum annorum sublapsum saxum'. et quidam 'lapsa' quasi non passiva specie, sed activa dictum volunt.*

687. MONS INPROBVS pars montis: et ἐμφατικῶς dictum est, sicut supra ⟨X 128⟩ haud partem exiguam montis. MAGNO ACTV magno inpulsu, *magno impetu.*

688. *EXVLTATQVE SOLO mire: saepe exilit, dum volvitur.*

690. VBI PLVRIMA FVSO SANGVINE TERRA MADET hypallage: ubi plurimo sanguine *terra maduerat: sic supra* ⟨XI 633⟩ *sanguine* in alto: *vel certe, ubi plurimum fuso sanguine.*

691. STRIDVNTQVE HASTILIBVS AVRAE Homerus *συρίζουσα† μακεαον ισιτιτατε λόγχη.*

692. *MAGNO ORE pro 'voce magna'.*

693. TELA INHIBETE cohibete, *suspendite:* et est translatio a nautis.

694. ME VERIVS VNVM PRO VOBIS F. L. 'verius' iustius. et sensus hic est: iustius est, me unum pro omnibus rupti foederis poenas

19 Homerus] epic. graec. fragm. coll. Kinkel vol. I p. 74 || 22 cohibete . . . nautis] cf. comm. Luc. III 659

a. e. u. *AS* s. m. f. b. aut furorem s. quo a. e. u. *R* s. m. f. b. autem furorem s. quam a. e. u. *H* s. m. furere furorem bellicum furorem scilicet ante quam a. e. u. *M* s. m. b. f. ante furere s. priusquam a. e. u. *F* || 2 ad bella *F* || 3 ipsa] ista *Stephanus* || 5 etiam *om. F* || 6 comparat] commemorat *F* || Aenean] et est comparatio de homero sumpta qui ait (*Il.* XIII 137) ἀντικρὺ μεμαώς . . . ἐσσύμενός περ *add. D* || 7 VENTIS *ASF* || et] ut *F* || ad] in *AS* || 9 *ad* ANNIS *s. v.* id est multorum annorum, *ad* SVBLAPSA *s. v.* retro lapsa *T* || SOLVTE *F* || 10 quasi *Masvicius*: quoniam *F* || 16 *ad* PLVRIMA F. *s. v.* hypallage pro ubi plurimo sanguine fuso terra madet uel certe plurima pro plurimum *T* || 17 terra . . . sanguine *Servii sunt* || maduerat] madet *Masvicius* || 18 sanguine] madet terra *add. Daniel* || 19 *schol. ad v.* 691 *om. Fabricius* || CYPIZOYCA MAKEAON ICITITATE AONXH *AS, nisi quod* MAKEΛON *et* ΛONXH *S* CYPIZOCΛ MΛKEaON ICITITΛTE ΛONXH *R* CYPIZOICΛ MΛKEΛOH ICITITΛTE ΛONXN *H* CYPIZOYCā aKEaONI CITITaTE aONXH *M* CYPIZOICa ΛONXH *F*. *Graeca om. Stephanus.* συρίζουσα λόγχη id est stridor lanceae *Daniel, qui latinam interpretationem ipse addidisse videtur.* συρίζουσα μαχητάων ἰθὺ πτάτο λόγχη (*cf. Il.* XX 99) *vel* συρίζουσα μαλ' ἐν δίναις εἰσέπτατο λόγχη *coni. Hugo Stadtmueller* συρίζουσα μακεδνὴ Ἀμάζονος ἥπτετο λόγχη *Schoellius* || 22 conhibite *AS* conibit *H* conhibete *M* || est *om. F* || 25 pro hominibus ruptis *AS*

exsolvere. *alii veteri more dictum accipiunt: 'verum' enim quod rectum et bonum esset, appellabant: Terentius idne est verum modo? id est pessimum genus, et item quod si astu rem tractavit, di vestram fidem! quantam et quam veram laudem capit Parmeno! Sallustius in primo ea paucis, quibus peritia et verum ingenium est, abnuentibus, idem †per pennatam paucis pro pectus vera est aestimanda.*

695. *DECERNERE FERRO decertare, dimicare: aliter 'decernere' statuere, ut decernere senatum dicimus.*

701. QVANTVS ATHON haec est vera lectio: nam si 'Athos' legeris, 'os' brevis est et versus non stat. 'Athon' autem dici accusativus indicat: nam 'hunc Athona' facit, sicut 'Apollon' 'Apollona'. quod autem Herodotus 'hunc Athon' et 'hunc Apollo' dicit, Atticae declinationis est. *Athon autem mons est adiacens Thraciae, circa Lemnum insulam, in promunturio Macedoniae. AVT QVANTVS ERYX Siciliae mons supra Drepanum oppidum.*

702. NIVALI VERTICE SE ATTOLLENS PATER APPENNINVS Appenninus mons Italiae: de hoc Lucanus ⟨II 397⟩ nulloque a vertice tellus altius intumuit propiorque accessit Olympo.

704. TROES ET OMNES graece declinavit, unde brevis est 'es', sic supra ⟨XI 620⟩ Troes agunt.

707. ARMAQVE DEPOSVERE vel spectaturi, vel fessi, *vel iussi, ne quis possit iterum foedus turbare.*

709. INTER SE COISSE VIROS ET CERNERE FERRO vera et antiqua haec est lectio: nam Ennium secutus est qui ait olli cerne-

---

2 Terentius] Andr. IV 1, 5. cf. Don. ad h. v. ‖ 3 et item] Eun. V 4, 2 ‖ 5 Sallustius in primo] 111 D., 102 Kr. ‖ 6 idem] hist. inc. 5 D., hist. I 41 Kr. ‖ 13 Herodotus] veluti VII 21 ‖ 25 Ennium] ann. v. 544 Vahl.

---

1 *ad* VERIVS v. *in marg.* pro iustius aequius. quidam ueteri more dictum accipiunt *e. q. s. T, sed ita ut a dextera parte haud pauca membranae putredine perierint* ‖ 3 dii *F* ‖ 6 est] erat *coni. Dietschius. ceterum de Sallustii verbis priore loco laudatis haec hodie in Turonensi legi possunt* ea paucis quibus peritia et ue *et* entibus ‖ per . . . aestimanda] *dedi quae F exhibet.* perpen *et* uera est ae *in Turonensi servata sunt.* Perpenna tam paucis prospectis vera est aestimanda *Masvicius* poena tam paucis proscriptis vera (*vel* profecto vera) est aestimanda *Wagnerus act. gymn.* IX *p.* 195 pro poena tam paucis proscriptis vindicta vera est existimanda *Dietschius* Perpennae casu paucis perspecta Sertorii virtus vera est aestimanda *Schoellius* ‖ 9 ut *Daniel*: uel *F* ‖ 10 ATHOS *F* ‖ haec] hoc *AS* ‖ legeris athos *F* ‖ 11 hos *F* ‖ 12 Apollona . . . Apollo *om. F* ‖ 13 autem *om. AS* ‖ erodotus *RHM* ‖ athon *R*: athoen *HM* atho *AS* ‖ 14 Athon autem . . . insulam *edidit Stephanus* ‖ athona *F* ‖ cirta *F* ‖ 15 promuntorio *F* ‖ ERIX *F* ‖ 16 drepanem *F* ‖ 18 Italiae] est italiae *R* italiae est *F* ‖ a *om. H* ‖ 19 tellus] terra tellus *F* ‖ altius] salustius *RH* latius *F* ‖ propiorque] proprior *A* (propior *a*) propriora *RH* propriorque *F* ‖ olimpho *R* ‖ 20 es] *om. H,* ut es *F* ‖ 22 vel . . . fessi] uel spectantur indefessi *F* ‖ defessi *M* ‖ 24 COIISSE *H* ‖ 25 obli *F* ‖ cernebant magnabant magnis *A* (magnabant *del. a*)

bant magnis de rebus agentes. posteritas coepit legere 'et decernere ferro': secundum quam lectionem synalipha opus est, sed excluso 's', ut sit 'viro et decernere ferro'.

710. *VACVO PATVERVNT potest intellegi, ut patuerunt corporis magnitudine.*

711. *PROCVRSV una pars orationis est.*

713. *DAT GEMITVM TELLVS pulsu pedum.*

714. FORS ET VIRTVS MISCENTVR IN VNVM *'fors', id est* casus in Turno, virtus in Aenea; nam in bello etiam casus plurimum valet: Cicero in Miloniana ⟨21, 56⟩ adde casus, adde incertos exitus Martemque communem.

715. AC VELVT INGENTI SILA SVMMOVE TABVRNO Sila mons silva est Lucaniae, Taburnus mons Campaniae: Sallustius de fugitivis in silva Sila fuerunt: unde pessime quidam 'silva' legunt, quia proprium appellativo non potest exaequari. unde bene proprium *proprio* iunxit.

717. PAVIDI CESSERE MAGISTRI proprie magistri sunt militum, pastores pecorum; sed reciprocae sunt inter se istae translationes: nam *et* ductor militum pastor vocatur, ut diximus supra ⟨587⟩, et magistros pecorum dicimus: Cicero quem magistrum pecoris esse dicebat.

718. MVSSANTQVE IVVENCAE dubitant, sicut ⟨657⟩ mussat rex ipse Latinus.

719. *NEMORI IMPERITET hoc est qui sunt in nemore, ut est sed tota aestiva repente.*

725. IVPPITER IPSE DVAS AEQVATO EXAMINE LANCES aut poetice dictum est et ratione caret: nam Iuppiter ignorare nihil poterat:

---

1 posteritas . . . ferro] cf. Sen. ep. VI 6, 3 ‖ 13 Sallustius] hist. IV 7 D., IV 28 Kr. ‖ 20 Cicero] in Verr. act. II lib. V 7, 17 ‖ 24 sed tota] georg. III 472 ‖ 26 aut poetice e. q. s] cf. Macrob. Sat. V 13, 39

---

1 agentes *M*: egentis *AS* agentibus *RH* agentis *F*. et item (*ann. v.* 202 *Vahl.*) 'ferro non auro uitam cernamus utrique' *add. D. e Ciceronis de off. lib.* I 12, 38 *hunc vers. sumpserunt Itali.* ‖ et *om. R* ‖ discernere *AS* (*corr. a*) ‖ 2 secundum . . . decernere ferro *om. RHF* ‖ 3 s] os *D* ‖ viro et decernere *ego*: re (ret *m*) decernere *M* et decernere *ASD* vir et decernere *Stephanus* inter se coisse vir et decernere *Fabricius et Daniel* ‖ 4 *ad* VACVO P. *s. v.* potest intellegi corporis magnitudine *T* ‖ 7 pulsu pedum *hab. T* ‖ 10 meloniana *Serviani libri* ‖ 11 exitus pugnarum Martemque *Cicero* ‖ 13 silva] *evanuit in M, om. F* ‖ mons est campaniae *M* ‖ 14 Sila] silua *H* ‖ fuerunt] fugerunt *R* ficerunt *H*. in silvam Silam fugerunt *coni. Dietschius* ‖ inde *M* ‖ pessima *F* ‖ 15 exaequari *RF*: exesequari *H* iungi exaequari *AS* iungi *M* ‖ 16 proprio *Masvicius*: pro proprio *F* ‖ iunxit] dixit *M* iuncxit *F* ‖ 18 pecodum *A* pecudum *a* ‖ 20 magistrum *AS* ‖ pecodum *AS* (pecudum *a*) ‖ 21 dicebant *MF* ‖ 24 *ad* NEMORI I. *s. v.* metonimicos pro his qui sunt in nemore *T* ‖ 26 AEQVAE *AR* AEQVE *HM* ‖ EXAGMINE *F* ‖ 27 ignorarent *F*, nihil *omittens*

aut certe illud quaerit, quis ibi de Turno et Aenea mortis adferat causam. nam dicunt philosophi, mortem ad eum minime pertinere: nam bona tantum praestat, nec ad eum quae mala sunt, pertinent: *nam ideo et aequas lances sustinet. vel ideo a Iove hoc fit, ut Iunoni aliisque deis necessitatis violentiam probet. an inquirit, utrum tempus sit?* tamen sciendum, locum hunc a Vergilio ita esse translatum, ut in Homero lectus est. EXAMINE examen proprie est filum, quo trutina regitur.

727. DAMNET LABOR liberet, *id est quem voto liberet labor proeliandi, parta scilicet victoria, quoniam unusquisque ob incolumitatem recuperatam votis exsolvitur, id est liberatur explicitis sacrificiis,* ut *est* damnabis tu quoque votis. *non nulli sic tradunt: quem labor suus liberet, quem mors urgeat: nam in iure cum dicitur 'damnas esto', hoc est 'damnatus esto ut des', hoc est damno te ut des, neque alias liber eris. quidam 'labor' pro militia intellegunt.* VERGAT PONDERE LETVM bene 'vergat': nam morientes inferos petunt.

730. TREPIDI LATINI atqui laeti esse debuerunt. sed nimia Aeneae ostenditur virtus: namque naturale est, ut sociis timori sit inferioris audacia: unde nunc Latini sunt territi ex eo quod superiorem ferire ausus est Turnus.

731. *ACIES aut exercitus, aut oculi.*

734. VT CAPVLVM IGNOTVM DEXTRAMQVE ASPEXIT INERMEM locus hic totus ad gloriam Aeneae pertinet: namque id agit, ne videatur Turnus armorum vilitate superatus. unde ei redditur gladius, quo etiam cum divinis armis ab Aenea possit extingui. *'aspexit' autem quasi mirabundus, quod fractus esset, cum putaret se gladium ferre Vulcanium.*

---

7 examen . . . regitur] cf. Isid. or. XVI 25, 5 ‖ 9 DAMNET liberet] cf. Non. p. 277, 2 sqq. M. ‖ 12 damnabis] buc. V 80

---

1 quaeritur *F* ‖ quis ibi *RHF*: quae sibi *AS* (qui sibi *a*) quae lanx sibi *M* quis sibi *Fabricius recte, ut videtur* ‖ 2 ad deum *MF* ‖ minime . . . ad eum *om. RHF* ‖ 3 bona *om. AS* ‖ ad deum *A* ‖ pertinent] unde Cicero in officiis ait 'sed quia nocere deos non putant, his exceptis homines hominibus obesse plurimum arbitrantur' *add. Fabricius* ‖ 4 *de scholio ad v.* 725 *in marg. Turonensis adscripto haec legere potui* a ioue ut iunoni ceterisque *et* uiolentia probetur *et* utrum iam tempus sit ‖ iunone alisque deis *F* ‖ 6 uergilio *F* ‖ 7 lectum est *F*. *καὶ τότε δὴ χρύσεια . . . λίπεν δέ ἑ Φοῖβος Ἀπόλλων* (*Il.* XXII 209) *add. D* ‖ 8 rutina *H* turtina *M* truncina *F* ‖ ligatur *R* legitur *H* ‖ 9 *ad v.* 727 *in marg.* quem uoto liberet . . . explicitis sacrificiis ut damnabis tu quoque uotis . alii sic tradunt quem labor suus liberet id est quem mors urgeat sicut in iure dicitur damnatus esto *T* ‖ liberauit *F* ‖ 11 reciperatam *T* ‖ 13 urguet *F* ‖ 14 damnatus es *Daniel* ‖ 15 pro militia intellegunt *Masvicius*: promaluit intelleguntur *F* ‖ 16 bene] apte posuit *F* ‖ 18 namque] nam quod *F* ‖ timoris sit *MF* ‖ 21 aut . . . oculi *hab. T* ‖ haut oculi *F* ‖ 23 Aeneae *om. F* ‖ 25 ab . . . extingui] possit ab eo extingui *R* ab ea possit extingui *H* ‖ 26 quasi . . . Vulcanium *hab. T* ‖ se] sed *F*

736. PATRIO MVCRONE RELICTO quo tempore vulneratum vidit Aenean ⟨324⟩. *sed supra de Turno ⟨88⟩ simul aptat habendo ensemque clipeumque, ensem quem Dauno ignipotens deus ipse parenti fecerat. modo ergo Metisci usus est ferro: et haec ratio est, quod, quamvis armatus suo gladio descendisset ad campum, tamen causa foederis deposuisset arma. nam et de Aenea hoc dixit ⟨311⟩ dextram tendebat inermem, qui utique ad foedus non inermis advenerat: nam dictum est ⟨166⟩ hinc pater Aeneas, sidereo flagrans clipeo et caelestibus armis.* sane 'patrio' modo 'paterno' significat: nam Dauni fuerat gladius, ut ⟨89⟩ ensem quem Dauno ignipotens deus ipse parenti fecerat. alias 'patrium' a patria est derivativum. *'mucrone' autem pro 'gladio', a parte totum.*

737. *DVM TREPIDAT dum turbatur, festinat, quod Graeci ἐν ἀγωνίᾳ ἐστί (dicunt), scilicet, quando rupto foedere, subita spe furibundus ardet.* *FERRVM materiam pro opere (posuit, ut) solet, ut ⟨V 817⟩ iungit equos auro genitor.*

739. *ARMA DEI AD VVLCANIA hypallage pro 'dei Vulcani arma'.*

740. MORTALIS MVCRO mortali manu factus. *GLACIES CEV FVTTILIS hoc loco fragilis.*

744. VNDIQVE ENIM DENSA TEVCRI INCLVSERE CORONA strategema est: nam postquam Turnum fugere videre Troiani, clausere loca, per quae evadere poterat: *aut non dedita opera inclusere Troiani, sed quod ita consederant.*

745. *ATQVE HINC VASTA PALVS quae nunc non apparet.*

747. CVRSVMQVE RECVSANT scilicet genua, quae inpediebat vulnus inlatum sagitta. sane perite facit, ut gladio non utatur Aeneas,

---

1 PATRIO MVCRONE quo (est quo *M*) fuerat gladius ut ensem quem dauno (quendam uno *S*) tempore uulneratum uidit aeneam sane patrio (patri *H*) modo paterno (paternos *H*) significat nam dauni ignipotens deus igne (ignis *M*) ipse parenti fecerat alias . . . diriuatiuum (deriuatiuum *M*) *ASHM* PATRIO MVCRONE quo fuerat ante usus pater eius daunus . sane patrio modo paterno significat . nam dauno ignipotens deus ipse parenti fecerat. alias patrium a patria est diriuatum *R* PATRIO MVCRONE quo tempore uulneratum uidit aeneam. sed supra . . . caelestibus armis. sane hic dictum est patrio modo paterno significat nam dauni fuerat gladius ut ensem quem dauno rl̄q. alias patrium a patria est diriuatiuum *F* ‖ 5 discendisset *F* ‖ 8 hunc *F* ‖ sedere *F* ‖ 12 a *om. F* ‖ 14 ENAPIONICTNS *F, corr. Daniel* φρένα *vel* φρένας πτοεῖσθαι *coni. Schoellius, conferri iubens ea quae Stallbaumius ad Plat. Phaed. p.* 68 *C. de* πτοεῖσθαι *verbo disputavit. sed cf. schol. ad Aen.* IX 231 *'ergo per metalepsin cupidos dixit ἀγωνιῶντας'* ‖ 15 dicunt *addidi* ‖ rupto *Daniel*: capto *F* ‖ 16 posuit ut *add. Masvicius* ‖ 17 auro] curru *Daniel* ‖ 19 mortalis *F* ‖ *ad* FVTTILIS *s. v.* hoc loco fragilis *T* ‖ 22 clauserunt *F* ‖ 23 potuerat *AS* ‖ debita *F, corr. Daniel* ‖ 24 consederant *Commelinus*: confiderant *F* ‖ 26 RECVSANT] retardant *add. D* ‖ impediebant *AS* (*corr. s*) inpediebant *F* ‖ 27 sagitta sane *F*: sane sagittas *ASH* sane sagittis *M* sagitta *R*, sane *omittens* ‖ fecit *R*

sed hasta eminus dimicare contendat, quia inpediente vulnere nec sequi poterat nec in ictum consurgere: unde est ⟨789⟩ hic gladio fidens, hic acer et arduus hasta.

749. INCLVSVM FLVMINE comparatio Apollonii. *alterutro 'inclusum', aut flumine aut formidine: aut duobus inclusum; infra enim ait 'insidiis et ripa territus alta', ut insidias pro formidine, ripam pro flumine posuerit.*

750. *CERVVM AVT PVNICEAE utrum figurate 'cervum instat': an potius cervum nanctus alioquin instat?* PVNICEAE SAEPTVM FORMIDINE PENNAE Lucanus ⟨IV 438⟩ claudit odoratae metuentis aera pennae.

751. VENATOR CANIS pro 'venaticus'.

752. INSIDIIS pennarum *scilicet.*

753. VIVIDVS VMBER acerrimus Tuscus: nam Vmbria pars Tusciae est. *sane Vmbros Gallorum veterum propaginem esse Marcus Antonius refert: hos eosdem, quod tempore aquosae cladis imbribus superfuerunt, 'Ομβρίους cognominatos. FVGITQVE VIAS figura, ut 'campum currit, mare navigat'.*

754. IAM IAMQVE TENET ita ut videtur intuentibus: et hi duo versus verbum ad verbum sunt translati de Apollonio. *sane summa brevitate rem elocutus est.*

755. *TVM VERO EXORITVR CLAMOR quidam quaerunt, an iam recessum sit his versibus a comparatione. sed non dubie videtur.*

758. INCREPAT obiurgat, incusat, ut aestatem increpitans seram.

759. EFFLAGITAT ENSEM cum clamore deposcit.

---

15 sane Umbros . . . cognominatos] cf. Plin. nat. hist. III § 112, Isid. or. IX 2, 87 et XIV 4, 21 ‖ 20 de Apollonio] Arg. II 278 sqq. ‖ 24 aestatem] georg. IV 138

---

1 nec] non *F* ‖ 2 potuerat *AS* ‖ 4 INCLVSVM VELVTI SI QVANDO *F* ‖ *ad v.* 749 *in marg.* alterutro . . . posuerit *T* ‖ 5 aut formidine aut flumine *T* ‖ aut duobus inclusum *om. T* ‖ 6 ait] aut *F* ‖ ripa *F* ‖ 8 *ad* INSTAT *s. v.* siue figurate ceruum instat siue ceru* (*reliqua evanuerunt*) ‖ 9 ceruam *F* ‖ 10 claudit] diuidit *F* ‖ 11 pinnae *HF* ‖ 13 pennarum] pinnarum *HMF.* argumentum quoddam in fune ad terrendas bestias *add. M* instrumentum quoddam in fune ad terrendas bestias factum *add. D, edidit Stephanus* ‖ 14 paras *H* par *F* ‖ 15 *ad* VMBER *s. v.* fuscus canis species pro genere *T. in marg.* Vmbros *e. q. s. quattuor versibus adscripta fuerunt, de quibus haec hodie legi possunt* umbros gallorum uete | nius refert eosque qu | dis superfuerunt umbri | hi dicuntur apenninum mont ‖ 16 Antoninius *Commelinus* Antoninus *Masvicius* ‖ aquosea *F* ‖ 17 ambrosios gnominatus *F* Vmbros cognominatos *Daniel* 'Ομβρίους graece nominatos *Isidorus* ‖ figura campum curri *F, correxi.* figurate campum cum *Daniel* ‖ 18 *ad* HAERET H. *s. v.* id est acriter et uehementer incumbit cum nimia apertione oris *T* ‖ 19 TENENS *R* TENENTI *F* ‖ uideatur *F* ‖ 21 elocus *F, corr. Daniel* ‖ 22 quaerunt *Daniel*: quaeritur *F* ‖ 23 *ad* RESPONSANT (*v.* 757) resonant imitando uocem clamantium *T* ‖ 26 *ad* NOTVMQVE *s. v.* carum aut re uera notum *T*

761. TERRETQVE TREMENTES quis enim saucium non timeret instantem, cum eum integer fugeret? *et bene terret eos, apud quos terror eius habetur: et alibi* ⟨875⟩ *ne me terrete timentem.*

764. LVDICRA PRAEMIA vilia, digna ludo. *haec apud antiquos ludibria dicebantur, non, ut nunc, in mala significatione. dabatur autem victori pro praemio aut pellis, aut vinum, esca, hordeum; unde hordeariae quadrigae dicuntur.*

766. SACER OLEASTER fere omnia Latina arborum nomina generis feminini sunt, exceptis paucis, ut 'hic oleaster' *et* 'hoc siler': Vergilius ut molle siler *lentaeque genistae.* item 'hoc buxum', licet et 'haec buxus' dicatur: nam superfluam quidam volunt facere discretionem, ut 'haec buxus' de arbore dicamus, 'buxum' vero de ligno conposito: legimus enim in Vergilio de tibiis ⟨IX 616⟩ buxusque vocat Berecyntia matris Idaeae. item cum de arboribus loqueretur, ait et torno rasile buxum.

767. VENERABILE LIGNVM antiquam arborem voluit exprimere: *seu truncus fuerit iam et aridus ob vetustatem. et ideo 'lignum' humiliter dictum accipiunt, ornavit tamen 'venerabile' dicendo.*

768. VBI FIGERE DONA SOLEBANT proprie, ut ait ⟨IX 406⟩ sacra ad fastigia fixi. *et quaeritur, cur terreno deo nautae dona suspenderent? quia constat omnes in periculis suis deos patrios invocare et ideo illis vota solvere, quorum familiarius numen opitulari sibi credant.*

770. NVLLO DISCRIMINE sine *aliquo* intuitu religionis. *et deest 'habito', ut sit 'nullo discrimine habito'. intellegendum autem, eatenus stirpem excisum, quatenus supra terram fuit; ergo 'stirpem' pro 'arborem' accipiendum, quia et subolem 'stirpem' appellant.*

772. FIXAM ET LENTA RADICE TENEBAT plenum est: quam ra-

---

8 fere omnia . . . de ligno composito] exscr. Isid. or. XVII 7, 74 || 10 Vergilius] georg. II 12 || 15 et torno] georg. II 449

---

1 TREMENTIS *ASH* || qui *M* || 2 *ad* TERRETQVE T. *s. v.* bene terret eos apud quos terror eiu * *T* || 3 habetū *F* || ne mittere timentem *F* || 4 digna ludo] hi uersus de homero sunt translati (*Il.* XXII 159) *ἐπεὶ οὐχ ἱερήιον . . . Ἕκτορος ἱπποδάμοιο add. D* || 5 dabitur *F, corr. Daniel* || 6 pellis *Commelinus*: pellius *F* pelvis *Masvicius* || vinum *Masvicius*: unius *F* mnus *Daniel* || aesca *F* || hordiariae *F* || 8 latini *F*, arborum nomina *omittens* || 9 hic siler *R* (*corr. Daniel*) || 10 Vergilius] ipse *F* || item . . . licet *om. F* || 11 dicatur . . . haec buxus *om. RH* || dicitur *F* || 12 de ligno aliquid compositum *F* || 13 in Vergilio *om. F* || 14 matres *F* || idae *Serviani libri* || 15 loqueretur] diceret *F*, ait *omittens* || 16 antiquum *M* || 17 humiliter *Masvicius*: uiriliter *F* || 19 ait *om. RH* || 20 et quaeritur . . . credant] *de his in Turonensi haec extant* periculis maxime deos patrios inuocare et illis uota soluere quorum familiarius numen opitulatur || terrendo *F* || nautde *F* || 22 nomen epitulare *F* || 24 NVLLO . . . religionis *om. R* || religionis intuitu *F* || 27 sobolem *F* || 28 FIXAM . . . tenebat *om. R*

dix fixam tenebat. *et bene 'tenebat': quasi propter piaculum remotae arboris hoc videtur passus Aeneas. et ideo dixit 'tenebat', quod adeo veri simile est, ut Faunus Turnum audiat et hastam moretur.*

775. *PRENDERE CVRSV quidam humiliter 'prendere' dictum accipiunt.*

778. FERRVM TERRA TENE *'ferrum' pro telo; 'terra' autem* pro 'Tellus', elementum pro dea posuit.

779. *BELLO FECERE PROFANOS 'profanum' proprie dicitur quod ex religiosa re in hominum usum convertitur, ut hic plenissime ostenditur: dicens enim Turnus 'colui vestros si semper honores, quos contra Aeneadae bello fecere profanos' (ostendit) et sibi religiosam fuisse arborem, et a Troianis in usum communem fuisse praesumptam: nam ex sua persona poeta ait* ⟨764⟩ *'forte sacer Fauno foliis oleaster amaris hic steterat nautis olim' et subiunxit 'sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum s.' at postea dicendo 'bello fecere profanos' docuit 'profanum' esse quod a religione in usum hominum transiit. sacro profanum contrarium, ut festo profestum, fasto nefastum. ergo non omne quod sacrum non sit, profanum, sed quod sacrum fuerit et esse desierit.*

780. NON CASSA IN VOTA non ad inania vota poposcit auxilium.

781. LVCTANS MORATVS 'luctatus' et 'moratus' erat integrum, quod vitavit propter ὁμοιοτέλευτον. *'in stirpe' autem hic radicem dixit.*

784. RVRSVS IN AVRIGAE FACIEM MVTATA METISCI κατὰ τὸ σιωπώμενον intellegimus Iuturnam in numen reversam, postquam Turnus currus reliquit.

786. AVDACI NYMPHAE ut supra ⟨IX 3⟩ diximus, ubicumque inducit nitentem aliquem sine effectu, audacem dicit. *praecipue autem hoc de Rutulis servavit dicens.* *LICERE pro 'quod liceret'.*

788. ARMIS ANIMISQVE REFECTI sicut armis, ita et animis: nam armorum inopia animi ante utriusque torpebant.

789. *HIC ACER ET ARDVVS HASTA potest et 'hic hasta fidens' subaudiri.*

---

5 pro Tellus . . . posuit] cf. Macrob. Sat. IV 6, 10 ‖ 7 profanum e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 3, 4

---

1 fixa *F* ‖ 4 PERDERE *F* ‖ prendere] cursu *add. Daniel* ‖ 5 pro Tellus *om. F* ‖ *ad v.* 778 *in marg.* pathos est quotiens dirigitur sermo uel ad inanimalia uel ad muta *T* ‖ 9 vestros] uos *F* ‖ 10 ostendit *inserui* ‖ relegiosam *F* ‖ 11 consumptam *Daniel* ‖ 12 poeta] supra poetà *Daniel* ‖ 13 subiuncxit *F* ‖ 14 facere profanas *F* ‖ 15 transierit *T*, *in quo exiguae tantum huius scholii reliquiae extant* ‖ 16 fasta *F* ‖ 17 sed quod sacrum esse desierit *T* ‖ deserit *F*. esse *addidi*, *om. F* ‖ 18 uocata *H* ‖ poscit *F* ‖ 20 quod . . . METISCI *om. R*, tavit (*de* vitavit) . . . cata to sio *om. H* ‖ propter *om. AS* ‖ *ad* LENTOQVE *s. v.* uiscido, *ad* IN STIRPE *s. v.* hoc loco in radice *T* ‖ 22 in numine uersam *R* ‖ Turnus *om. R* ‖ 23 currum *M* ‖ 24 supra *om. F* ‖ 26 dicens] 'nec curant caeco contendere Marte amplius audaces Rutuli' etc. (IX 516) *add. Daniel* ‖ 27 REFECIT *R* REFICIT *H* ‖ 28 ante *om. RF* ‖ 29 *ad* HASTA *s. v.* potest et hasta fidens subaudiri *T*

790. CERTAMINA MARTIS ANHELI alii 'certamine' legunt, ut sit sensus: adsistunt contra se in Martis anheli certamine.

792. FVLVA DE NVBE de aere, de elemento suo.

793. QVAE IAM FINIS ERIT CONIVNX 'iam' denique. verba ista quasi iam taediantis sunt ad longam Iunonis iracundiam, unde et paulo post ⟨800⟩ desine iam tandem precibusque inflectere nostris.

794. INDIGETEM AENEAN SCIS IPSA ET SCIRE FATERIS subaudis 'fore'. et indigetes dii duplici ratione dicuntur: vel secundum Lucretium, quod nullius rei egeant, qui ait ⟨II 650⟩ *ipse suis pollens opibus* nihil indiga curae: *vel quod nos deorum indigeamus, unde quidam omnes deos indigetes appellari volunt. alii patrios deos indigetes dici debere tradunt, alii ab invocatione indigetes dictos volunt, quod 'indigeto' est precor et invoco:* vel certe indigetes sunt dii ex hominibus facti, et dicti indigetes quasi in diis agentes. *sane de Aenea fabula talis est: cum Turno occiso et accepta Lavinia, condita civitate in Numicum fluvium, ut alii volunt, sacrificans, ut alii, Mezentium, ut alii, Messapum fugiens, cecidisset, nec eius esset cadaver inventum, Ascanius, filius eius, victo Mezentio cum ceteris Troianis credens et iactitans inter numina receptum, sive patrem volens consecrare, templum ei constituit, quod indigetis appellari iussit.*

797. MORTALIN DECVIT VIOLARI VVLNERE DIVVM *'mortali vulnere' dixit,* non 'letali', sed, aut quo mortales laborant, aut a mortali inlato. *aut 'mortali vulnere', id est mortem facienti: ergo non quasi Iuturna mortalis sit.* 'divum' autem subaudis 'futurum'.

798. QVID ENIM SINE TE IVTVRNA VALERET parenthesis: poterat enim excusare se Iuno, nihil fecisse commemorans, unde eam auctorem fuisse Iuppiter dicit propter illud ⟨159⟩ auctor ego audendi.

800. DESINE IAM TANDEM singula pronuntianda sunt. *dicendo autem 'tandem' odium perseverantis ostendit.*

---

9 et indigetes dii e. q. s.] cf. mythogr. III 2, 1 et 2

---

1 ANHELI . . . Martis *om. ASRH* || 2 in *om. Stephanus et Fabricius* || 4 iam] quid *RF* || 5 quasi] quā *AS* || 6 post] ait *add. AS* || 9 dii] di *H, om. F* || 11 indica *H* || curae *ASF*: cura *RH* || 12 indigentes *F* || 14 sunt . . . indigetes *om. AS* || di *H* || 15 dicti] di *F* || quasi indisegetes *AS* (q. in dis egentes *a* q. in dis agentes *s*) || dis *HF* || egentes *R* (*corr. Daniel*) || sane . . . iussit] *de his* cadaver . . . credens *et* is appellari iussit *in Turonensi extant* || 20 ei constituit *Commelinus*: et constituit *F* circonstituit *Daniel* || 21 appellare *F* || 22 MORTALIIN *ARH* MORTALI *F* || 23 letales *F* || aut . . . inlato] aut mortalibus congruo aut a mortalibus facto *R* || quo *om. H* || mortalis *ASH* (*corr. a*) || labant *ASH* (*corr. a*) || aut inmortali *ASH* (*corr. a*) || 24 inalto *H* || 25 subaudimus *RF* || 27 iuno se *F*, se *om. AS* || eum *F* || 30 *ad* TANDEM *s. v.* dicendo . . . ostenditur (*sic*) *T* || *ad* PRECIBVSQVE I. N. *s. v.* addidit precibus quod est prope inuidiosum *T*

801. NEC TE TANTVS EDAT TACITAM DOLOR †scilicet sidereis odiis urgere Troianos. sane 'edo edis edit' integrum verbum est, ut lego, legis, legit: nam 'edo es est' esse anomalum constat.

803. *VENTVM AD SVPREMVM EST per infinitum modum verbi dictum.*

804. TROIANOS POTVISTI id est iam non potes: ideo enim praeterito usus est *tempore. et bene 'potuisti', quia ipsa dixerat* ⟨I 40⟩ *atque ipsos potuit submergere ponto et iterum* ⟨VII 304⟩ *Mars perdere gentem inmanem Lapithum valuit.*

805. *DEFORMARE DOMVM deformem reddere per luctum.*

807. SVBMISSO VVLTV habitum futurae orationis ostendit.

808. QVIA NOTA MIHI TVA MAGNE VOLVNTAS IVPPITER *hoc ideo Iuno, quia* Iuppiter necessitatem obiecerat fati, dicens ⟨803⟩ 'ventum ad supremum est'. sed Iuno, sciens fatum esse quicquid Iuppiter dixerit, dicit se cedere eius voluntati: nam id agit, ut conciliet sibi eius favorem ad petitionem futuram.

810. *AERIA SEDE nubem dixit, quia supra dixerat* ⟨792⟩ *fulva pugnas de nube tuentem: nam et hoc accusaverat Iuppiter. ergo argumento verisimili utitur, quasi dicat, non facerem solum ut spectatrix essem, sed ipsam rem gererem.*

811. DIGNA INDIGNA PATI id est omnia. et proverbialiter dictum est.

813. *SVCCVRRERE FRATRI bene 'fratri', ne, si diceret 'Turno', careret adfectu.*

814. PRO VITA ac si diceret: pro re nobis data, id est superis. *et bene figuravit 'audere probavi'.*

815. NON VT TELA TAMEN NON VT CONTENDERET ARCVM hoc loco quasi Iuturnam sagittam iecisse significat; sed, ut supra ⟨320⟩ diximus, possumus accipere, quod alter in eius gratiam in Aenean

---

1 scilicet sydereis (sidere *H* sidereis *M*) odiis *ASHM* scilicet ut uelis superis odiis *R* scilicet desideriis *F* scilicet ut uelis sidereis odiis *L Burmanni.* scilicet desine odiis *Fabricius. fortasse* si non licet sempiternis o. *vel* scilicet si prohiberis o. *vel* si frustra desideras o. *nam* si *et* .s., '*scilicet*' *vocis compendium, facile inter se confundi poterant.* ‖ 2 urguere *A* urgueret *S* ‖ edet *H* ‖ 3 est *om. F* ‖ 5 *s. v.* 804 iam non potes ideo praeterito usus est . et bene potuisti quia ipsa dixerat quae ipsas potui sub * *T* ‖ non *om. RH* (*add. r*) ‖ potest *RH* ‖ enim *om. F* ‖ 6 ipse *F* ‖ 7 atque] que *F* ‖ ipsas *F* ‖ 8 perfodere *F* ‖ uoluit *F* ‖ 9 deformem . . . luctum *hab. T* ‖ *ad* ORSVS (*v.* 806) finem faciens sermonis *T* ‖ 13 Iuppiter *om. RH* ‖ 14 dixerit iuppiter *F* ‖ dicit] *om. AS,* dixit *R* ‖ 16 *ad* AERIA S. V. *s. v.* nube quia . . . euntem (*sic*) *ad v.* 810 *in marg.* utitur uerisimili argumento quasi diceret non facerem solum ut spectatrix adessem sed ipsam rem complerem *T* ‖ 17 pugnans *F* ‖ euntem *F* ‖ 18 uerisimile *F* ‖ facere *F* faceres *Commelinus* ‖ 19 ipsum *F* ipsa *Commelinus* ‖ 22 *de scholio ad v.* 813 *haec in Turonensi extant* bene dicit fratri quia ‖ Turno *add. Masvicius* ‖ caroret *F* ‖ 24 PRO VITA . . . superis *post* contorsit *hab. libri Serviani* ‖ superis] superius *F* a superis *vulgo* ‖ 28 quod] quia *F* ‖ aliter *M*

tela contorsit. *ipsi adscribendum ergo 'contenderet arcum'. alii 'ostenderet', id est adiuvaret tendentem in Aenean telum: non enim certus auctor vulneris fuerat.*

816. ADIVRO STYGII CAPVT INPLACABILE FONTIS pro 'iuro', nam prothesis est. quidam tamen volunt 'iuro' tunc dici debere, cum confirmamus aliquid aut promittimus, ut 'iuro me facturum', 'adiuro' vero, cum negamus, ut 'adiuro me non posse', 'adiuro me non fecisse': Terentius adiurat, se non posse apud vos, Pamphilo absente, perdurare. potest tamen et 'ad' valde significare, *ut sit 'adiuro' valde iuro. 'inplacabile' autem periurantibus inplacabile. et bene respondit ad illud quod Iuppiter iuraverat in decimo* ⟨113⟩, *ne quis deorum Troianis vel Rutulis ferret auxilium.*

817. VNA SVPERSTITIO *id est 'sola' vel 'summa', ut* ⟨I 15⟩ *unam posthabita coluisse. 'superstitio' autem* religio, metus, eo quod superstet capiti omnis religio. REDDITA *hoc est* data: nam prothesis est.

818. *EXOSA RELINQVO 'exosus' et 'perosus' de eo tantum qui odit, dicitur.*

819. NVLLA FATI QVOD LEGE TENETVR bene 'fati': nam victoriae lex est, ut victi cedant in habitum nomenque victorum.

820. PRO MAIESTATE TVORVM respexit ad Saturnum, qui in Italia aliquando regnaverat: inde ait 'tuorum'. nam et Latinus inde originem ducit, ut ⟨VII 48⟩ Fauno Picus pater, isque parentem te, Saturne, refert, tu sanguinis ultimus auctor.

821. ESTO COMPONENT consentit, sed invita.

827. SIT ROMANA POTENS ITALA VIRTVTE PROPAGO hoc videtur dicere: si fataliter inminet ut a Troianis origo Romana descendat, Troiani Italorum nomen accipiant, ut Romani de Italis, non de Troianis videantur esse progeniti.

830. ES GERMANA IOVIS SATVRNIQVE ALTERA PROLES locus de obscuris, de quo quidam hoc sentiunt: petis paene inlicita, sed concedenda sunt, quoniam soror Iovis es, id est Saturni filia. quod si

---

4 pro iuro e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VII 130 ‖ 8 Terentius] Hec. II 2, 26. cf. Don. ad h. v.

---

1 *ad* NON V. C. A. *s. v.* id est non iuuaret tendentem in aeneam telum incertus enim * *T* ‖ 5 prosthesis *F* ‖ tum *R* ‖ 8 aput *A* ‖ 10 periurantibus *Daniel*: perrimantibus *F* ‖ 11 in decimo ne *Daniel*: in decimon *F* ‖ 12 quis *Masvicius*: qui *F* ‖ 13 VANA *R* ‖ *ad* VNA s. *s. v.* uel sola subaudiendum uel summa accipiendum *T* ‖ id est *Daniel*: deest *F* ‖ 15 omnis religio *om. F* ‖ religio] et est homeri locus (*Il.* XV 37) *καὶ τὸ κατειβόμενον . . . μακάρεσσι θεοῖσι add. D* ‖ 16 prosthesis *F* ‖ 17 exusus *F* ‖ 20 victi] uictores *F* ‖ nomineque *R* ‖ victorum] *in hac voce desinit Floriacensis codex* ‖ 27 humana *RH* (romana *r*) ‖ 28 accipiant] *om. RH,* ut accipiant *M* sortiantur *s. v. r* ‖ 29 videantur *om. AS* (*add. a*)

voluerimus admittere, erit sequens versus incongruus, ut 'irarum tantos volvis sub pectore fluctus'. unde melius est ut ita intellegamus: soror Iovis es, id est Saturni filia: unde non mirum est tantam te iracundiam retinere sub pectore. nam scimus unumquemque pro generis qualitate in iram moveri: nobiles enim etsi ad praesens videntur ignoscere, tamen in posterum iram reservant. quod nunc Iunoni videtur obicere: nam cum se concedere diceret, petiit tamen quod graviter posset obesse Troianis. sic Homerus inducit Calchantem dicentem de Agamemnone: regum irae ita se habent, ut, etiam si ad praesens indulgere videantur, stimulos iracundiae ad futurum reservent.

833. DO QVOD VIS bene praesenti usus est tempore: nam promissio numinis pro facto est.

836. SVBSIDENT remanebunt, latebunt, in Latinorum scilicet multitudine, ut ⟨V 498⟩ g a l e a q u e i m a s u b s e d i t A c e s t e s. RITVSQVE SACRORVM ADICIAM verum est: nam sacra matris deum Romani Phrygio more coluerunt. * *q et patritae leges appellatum est dixit q morem sacrorum ritusque continebant quod licet in* VII. *dixerit plenius tamen declarat * ri. q. t. nihil est enim sermo patrius Ausoniusque nisi avitus, quippe cum Ausonii antiqui Italiae populi fuisse referantur: nam patri * quod ait 'morem ritusque. s. adiciam' ipso titulo legis Papiriae usus est, quam sciebat de ritu sacrorum publicatam. et quod iunxit 'faciamque omnis' * sic enim dictae sunt leges avitae et patritae et utramque legem sacrorum complexus est. nam ritus est comprobata in administrandis sacri * q. civitas ex alieno ascivit sibi; cum receptum est, mos appellatur. alii ita definiunt, ritum esse,*

---

1 ut irarum . . . Saturni filia *om. AS* || 2 uoluens *M* || 4 in pectore *R* || 8 obesse posset *R* posse *H* obesse *omittens* || 9 calchantam *HM* || rerum *ARH* (regum *r*) || 11 reservent] κρείσσων γὰρ βασιλεὺς . . . ὄφρα τελέσσῃ (*Il.* I 80) *add. D* || 17 q et patritae . . . compitorum *in superiore fol.* 218[b] *Turonensis margine sex versibus scripta sunt . a dextris partibus versuum pauca, plura a sinistris perierunt, sed quantum de singulis versibus interierit non audeo definire, cum non iam possit dignosci, utrum ab extrema sinistra membranae ora ad dexteram extremam scripserit interpres, an utrimque spatium reliquerit . illud tamen suadere licet, si quis quae interciderint coniectando supplere velit, ut is minimum quadragenis litteris singulas lacunas quas indicavi explendas esse putet.* || q *om. Daniel* || appellatum est dixit quae morem sacrorum *Daniel* appellatu e dix q more sacroru *hodie T, nam notae supra* u e x q e u *olim adpictae circumcisa membrana perierunt.* et patrias leges appellatas esse dixit quae morem sacrorum ritusque continebant *Masvicius* || 18 in VII.] *cf. Serv. ad Aen.* VII 601 || 19 declarat . . . i. q. t. *Daniel* declarat 'sermonem Ausonii patrium moresque tenebunt *Masvicius* || 21 nam patrium quod ait *Masvicius* || 22 papyriae *T* || 23 omnis in ob . . . eri sic enim *Daniel* 'omnes uno ore Latinos' sic enim *Masvicius* || 24 nam ritus est *e. q. s.*] *cf. Festus s. v.* ritus *et* receptus, *Macrob. Sat.* III 8, 8 *sqq.* || 25 in administrandis sacrificiis . . . q. *Daniel* in administrandis sacrificiis consuetudo quam *Masvicius*

*quo sacrificium uti fiat * tis aut institutus religiosus aut cerimoniis consecratus, isque privatus aut publicus est, publicus ut curiarum, compitorum **

841. MENTEM LAETATA RETORSIT iste quidem hoc dicit; sed constat bello Punico secundo exoratam Iunonem, tertio vero bello a Scipione sacris quibusdam etiam Romam esse translatam.

843. HIS ACTIS remoto a Turno auxilio.

844. DIMITTERE AB ARMIS per transitum historiae usus est verbis; nam qui ab exercitu relaxantur, ab armis dicuntur dimitti: Sallustius de Oppio, ubi eum Cotta in contione ab exercitu cogit abscedere, dicit, se eius opera non usurum, eumque ab armis dimittit.

845. PESTES COGNOMINE DIRAE proprie 'pestes' vocantur, 'dirae' vero cognomine. et dictae 'dirae', quod non nisi ante iratum Iovem videntur, ut ⟨849⟩ saevique in limine regis apparent.

846. TARTAREAM MEGAERAM bene 'Tartaream' addidit, ut ostendat esse et terrenam et aeriam Megaeram: nam, ut etiam in tertio ⟨209⟩ diximus, volunt periti quandam triplicem potestatem esse et in terris et apud superos, sicut est furiarum apud inferos. ideo autem dicit has ex Nocte progenitas, ut ostendat et latenter oriri et intolerabilem esse iram deorum. *NOX INTEMPESTA perpetuum est noctis epitheton. alio modo dicimus intempestam, partem noctis significantes.*

847. VNO EODEMQVE TVLIT PARTV dispositio haec poetae, quae dicit has et similes esse furiis, et cum his esse procreatas, hoc agit, ut ostendat illam prudentium opinionem, esse tam apud superos quam in terris, sicut apud inferos furias.

---

9 nam . . . dimitti] cf. Don. ad Ter. Eun. IV 7, 44 || 10 Sallustius] hist. III 38 D., 40 Kr.

---

1 quo sacrificium uti fiat statutum est aut institutus *Masvicius* || aut *ante* cerimoniis *om. Daniel* || 2 compitorum] *in hac voce desinunt quae de sexto versu legi possunt. de iis quae quartam fere insequentis versus partem olim occupaverunt nihil nisi* ˜orū *hodie extat* || 5 exortam *H* || 6 etiam romanam esset translatam *H* || *ad* EXCEDIT c. (*v.* 842) duplex est sensus: aut excedit de aere aut in caelum iit, *ad* NVBEM (*v.* 842) in qua sedit *T* || 7 auxilio] iunonis auxilio *R* || 8 historiae] *in hac voce desinit Monacensis fol.* 193[a]; *de insequenti pagina, quae codicis extrema est, plurima evanuerunt* || 10 Oppio *H et M, ut videtur:* uppio *AS* apio *R* || Cotta *R*: cocta *ASH* || contione *R*: concione *AS* contentione *H* || 11 operi *AS* || 12 dimittit] Cicero ad Appium Pulchrum 'si intellexeram permultos a te milites tunc dimissos' *add. Masvicius* || 14 vero] suo *R* || et dictae irae *H* || 15 ad limina *R* et limina *H* || 17 et aeriam] esse et aeriam *A* esse et aeriem *H* || 21 est *om. T* || 26 ut *om. H* || ostendit *R* || prudentiam *R* || oppinionem *ASM* opitionem *H* opinione *vulgo* || apud superos inferos *H* (superos *del. h*) || 27 furias *om. RH* || *ad* SPIRIS (*v.* 848) nodis uolubilitatibus, *ad* VENTOSAS (*v.* 848) stridentes uento *T*

849. *SAEVI REGIS epitheton est accommodatum, id est cum saevit; neque enim est Iuppiter semper saevus.*

850. APPARENT videntur, praesto sunt ad obsequium: unde etiam apparitores constat esse nominatos.

851. LETVM HORRIFICVM volunt Iovem non esse mortis auctorem, sed posse mortis genere vel prodesse vel obesse mortalibus.

854. INQVE OMEN IVTVRNAE OCCVRRERE IVSSIT ut Iuturnae omen fraternae mortis efficeret.

856. NON SECVS AC NERVO PER NVBEM INPVLSA SAGITTA sic illa descendit, ut solet sagitta conscendere. hinc Statius traxit ut diceret de disco iacto similisque cadenti crescit in adversos. 'inpulsa' autem proprie, sicut supra ⟨320⟩ incertum qua pulsa manu.

857. FELLE VENENI amaritudine veneni, suco noxio: aut certe periphrasticos dixit venenum, ut βίη Ηρακληείη.

858. *TELVM INMEDICABILE 'inmedicabile' est, cuius vulneri mederi non possit.*

859. *CELERES hypallage est pro 'celeriter': et ita celeriter, ut transiliat priusquam exeat.* TRANSILIT VMBRAS hyperbole est; namque umbra semper tela comitatur, hic ait, transit umbras sagitta: male enim quidem 'auras' legunt.

860. TALIS SE taliter.

862. COLLECTA ex nimia scilicet furiae magnitudine.

863. CVLMINIBVS DESERTIS noctuam dicit, non bubonem; nam ait 'alitis in parvae': bubo autem maior est.

864. SERVM CANIT triste, diuturnum, ut ⟨V 524⟩ seraque terrifici cecinerunt omina vates: Sallustius serum bellum in angustiis futurum.

866. CLIPEVMQVE EVERBERAT ALIS signa sunt ista plangentium.

869. STRIDOREM vocis scilicet sonum: nam utrumque tangit augurium, et oscinum et praepetum, quod graviter posset obesse Troianis: sic Homerus inducit Calchanta.

---

3 videntur . . . nominatos] exscr. Isid. or. X 18 || 10 Statius] Theb. VI 662 || 27 Sallustius] hist. inc. 15 D., III 13 Kr.

---

1 ·/· (*i. e.* id est) *T*: enim *Daniel* ei *Masvicius* || 15 *βίη 'Ηρακληείη* (*Il.* V 638) *ego*: bibnPAKAEIN *A* inbnPAKAEIN *S* BIN HPAREIN *R* BINNPAKEIN *H* biHHPAREIN *M* *βία 'Ηράκλους Lion.* Parthi enim sagittas ueneno oblinunt . Lucanus (VIII 303) 'spicula nec solo spargunt fidutia (*sic*) ferro' *add. D* || 19 exeat *Daniel*: exea *hodie T* || 20 hinc agit transilit *R* || 23 eximia *H* || 26 tristem *S* || diuturnum *RH*: ad turnum *AS* ad iuturnum *M, ut videtur.* ac tardum *Schoellius. cf. Aen.* II 374 || *ad* TORPOR (*v.* 867) nouus torpor aut inprouisus * *T* || 31 quod . . . Troianis *om. AS* || 32 Calchanta] *duorum versuum spatium relictum in D, μήτηρ δ' ἀμφεποτᾶτο . . . ἀμφιαχυῖαν* (*Il.* II 315) *add. Fabricius*

870. *CRINES SCINDIT SOLVTOS aut solvit et scindit: aut 'solutos' non propter fratris exitium sed* *

872. *QVID NVNC decenter inducit loqui coepisse.*

873. DVRAE inmiti, quae possum fratrem cernere tot laboribus subditum.

874. MONSTRO augurio ex Iovis voluntate venienti.

876. OBSCENAE VOLVCRES invidiose dixit; nam una est.

879. QVO VITAM DEDIT AETERNAM quia occurrebat, sed praestitit inmortalitatem, dicit hanc aeternam esse causam doloris.

882. *INMORTALIS per indignationem dictum est 'inmortalis ego', quam maxime scilicet con* *

885. GLAVCO AMICTV quasi nympha, propter undarum similitudinem.

888. *INGENS ARBOREVM quidam pro ligneo accipiunt, ut hoc* * INGENS ARBOREVM non sunt duo epitheta; sed Aeneas ingens telum coruscat arboreum.

890. *SAEVIS CERTANDVM COMMINVS ARMIS hoc ideo dicit, quia vulnere tardus magis comminus pugnare desiderat.*

891. *TETE IN FACIES te ipsum. et est proverbialiter dictum.* CONTRAHE collige; est autem hostilis iracundia.

892. *ANIMIS id est viribus: aut enim animo, aut corpore, aut precibus et voce possumus quidquid possumus: et hoc ideo, quia saeptus erat undique et non habebat effugium.*

894. CAPVT QVASSANS concutiens, ut ⟨VII 292⟩ tunc quassans caput.

895. ET IVPPITER HOSTIS ordo est 'ferox hostis'.

896. SAXVM CIRCVMSPICIT Homeri totus hic locus est.

897. CAMPO QVOD FORTE IACEBAT LIMES AGRO POSITVS secundum artem propiori respondit, sicut est in carcere locus, quod Tullianum appellatur.

---

10 per indignationem e. q. s.] cf. Macrob. Sat. IV 4, 25 || 29 est in carcere] Sall. Cat. 55, 3

---

2 sed q . . . * *Daniel: quantum perierit non potest definiri* || 3 cepisse *T* || 4 MISERAE SVPERAT durae immiti superest *Daniel* || 7 *ad* OBSCENAE V. *s. v.* quia malum omen ore canunt *T* || *ad* HAEC P. V. R. (*v.* 878) hyronice id est haec mihi praemia dat ui *, *ad* CONDICIO (*v.* 880) facultas siue sors *T* || 11 c̄ *T* c . . . * *Daniel.* quam maxime scilicet constat miseram esse *ego* quam maxime scilicet concupiscit mortem *Schoellius* || 14 ut ho . . . * Non sunt duo *e. q. s. Daniel* ut hoc loco non sint duo *e. q. s. Masvicius* || 17 sed hoc *T*, sed *delevi* || 26 o ferox hostis *AS* || 27 hic locus est] (*Il.* VII 264) *ἀλλ᾽ ἀναχασσάμενος . . . τρηχύν τε μέγαν τε* et alibi (*Il.* XII 445) *Ἕκτωρ δ᾽ ἁρπάξας . . . ὅ δέ μιν ῥέα πάλλε καὶ οἶος add. D* || 29 propiori *Masvicius*: proprio *AH* proprie *SR* priori *M. cf. Serv. ad. Aen.* I 159 || sicut] non sicut *M* sic Sallustius *vel* sicut Sallustius *vulgo*

901. MANV RAPTVM TREPIDA aut festina: aut re vera 'trepida', quia sequitur 'sed neque currentem se nec cognoscit euntem'. TORQVEBAT bene inperfecto usus est tempore, quia non est perfectum quod voluit, ut ⟨907⟩ nec spatium evasit totum neque pertulit ictum.

906. *VIRI mire 'viri' addidit, quasi propter rationem eius, qui languide iecerat, ut ipse lapis sine effectu fuerit: ut si dixisset, talis est vir qualem descripsi.*

907. NEC SPATIVM EVASIT hic distinguendum est, ut sit 'totum neque pertulit ictum', id est evacuatus est impetus ipsius spatio longiore.

908. AC VELVT IN SOMNIS Homeri comparatio.

917. NEC QVO SE ERIPIAT totum enim Troiani clauserant.

920. SORTITVS FORTVNAM OCVLIS hunc locum oculis ad feriendum elegit Aeneas, quem fortuna destinaverat vulneri.

922. NEC FVLMINE pro 'tonitru', sine quo numquam fulmen emittitur.

923. ATRI TVRBINIS INSTAR multis utitur comparationibus ad exprimendum nimium impetum. et 'instar', ut supra ⟨II 15⟩ diximus, per se plenum est nec recipit praepositionem, licet Serenus ad instar dixerit, quod in idoneis non invenitur auctoribus.

926. ICTVS percussus: nam participium est, ac si diceret 'cecidit elisus'.

931. EQVIDEM MERVI secundum artem agit rhetoricam: nam quotiens personae in invidia sunt, aliae pro his opponuntur. unde ita agit: ego quidem occidi mereor, sed tu debes ignoscere parentis intuitu. NEC DEPRECOR non refuto, non recuso.

932. VTERE SORTE TVA interfice hostem tuum.

933. FVIT ET TIBI TALIS ANCHISES hic distinguendum, ut duo dicat: et habuisti patrem, et pater es.

---

27 non refuto non recuso] cf. Gell. VII 16, 5 sqq. et Luct. Plac. ad Stat. Theb. VIII 116

---

2 se nec] sed nec *AS* nec se *R* sese *H* sese nec *M, ut videtur* ‖ 3 infecto *H* ‖ 4 totum euasit *RHM* ‖ nec *R* ‖ 7 ut *scripsi*: et *T* ‖ 9 est *om. SH* ‖ sic *H* ‖ 12 comparatio] (*Il.* XXII 199) *ὡς δ' ἐν ὀνείρῳ . . . οὐδ' ὃς ἀλύξαι* *add. D* ‖ 13 clauserunt *H* ‖ 15 fortuna . . . sine *om. H* ‖ 16 fulmine mittitur *R* flumine inmittitur *H* ‖ 22 cecidit *om. R* ‖ 24 ait *H* ‖ nam] non *R* ‖ 25 quoties *R* ‖ ipsae personae *Lion* ‖ in *om. R* ‖ aliae per insinuationem, ut Cicero ait, hominem pro homine his adponuntur *Masvicius* ‖ 26 ait *R* ‖ sed tu bene ignoscere parentibus intuitu *H* ‖ 27 non *ante* recuso *om. H* ‖ 28 hostem tuum] *in his vocibus desinit Monacensis* ‖ 29 distinguendum est *AS* ‖ ut] ad *H* ‖ 30 dicat] ordo est *add. Lion*

935. ET ME ordo est 'redde meis'; sed ne ex aperto rem viro forti pudendam peteret, interpositione usus est, dicens 'seu corpus spoliatum lumine mavis'.

936. TENDERE PALMAS AVSONII VIDERE ad gloriam Aeneae pertinet, quod se Turnus cunctis praesentibus victum fatetur.

937. TVA EST LAVINIA CONIVNX quae fuerat causa certaminis.

938. VLTERIVS NE TENDE ODIIS noli velle crudelitatem tuam ultra fata protendere, sed redde corpus sepulchro. ACER IN ARMIS non tantum ad praesens refertur, sed quia semper in armis acer esse consuevit.

940. CVNCTANTEM FLECTERE SERMO COEPERAT omnis intentio ad Aeneae pertinet gloriam: nam et ex eo quod hosti cogitat parcere, pius ostenditur, et ex eo quod eum interimit, pietatis gestat insigne: nam Euandri intuitu Pallantis ulciscitur mortem.

941. INFELIX BALTEVS nulli domino felix. et sic est dictum 'infelix balteus', sicut ⟨III 328⟩ Lacedaemoniosque hymenaeos. et sciendum, balteum habuisse Turnum ad insultationem et iactantiam, non ad utilitatem, unde est ⟨944⟩ atque umeris inimicum insigne gerebat.

945. MONVMENTA DOLORIS proprie; nam et monumentum ab eo quod mentem moneat, dictum est.

946. HAVSIT vidit, ut ⟨IV 661⟩ hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus.

949. PALLAS INMOLAT et ad suae mortis et ad rupti foederis ultionem, te tamquam hostiam inmolat Pallas.

951. FRIGORE morte, ut ⟨VI 219⟩ corpusque lavant frigentis et ungunt.

952. VITAQVE CVM GEMITV FVGIT INDIGNATA SVB VMBRAS 'indignata', vel quia post preces veniam non meruerat; vel quia Laviniam fore sciebat Aeneae; vel quia, ut supra ⟨XI 831⟩ de Camilla diximus, discedebat a iuvene. nam volunt philosophi invitam ani-

20 nam . . . moneat] cf. Isid. or. XV 11, 1

1 ME] REDDE MEIS *additur vulgo* || redde me meis *Masvicius* || uiri *AS* || 2 forti *om. H* || pateret *R* || 8 facta *AS* || 9 quia] qui *RH* || 11 intentia *R* || 13 interemit *RH* || 18 non] nam *H* || humeris *libri* || 20 MONIMENTA *R* || 24 et *ante* ad suae *om. H* || ad rupti *AS*: abrupti *RH* || 26 corpusque] *in hac voce desinit Caroliruhensis* || primentis et iungunt *H* || 29 post] mox *H et Stephanus* || merueat *H* meruerant *Stephanus* || 30 forte *H* || 31 descendebat *H* || ab *S* || physici *vulgo*

mam discedere a corpore cum quo adhuc habitare naturae legibus poterat: sic Homerus

ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη Ἄϊδόςδε βεβήκει
ὃν πότμον γοόωσα, λιποῦσ' ἀνδροτῆτα καὶ ἥβην.

2 Homerus] Il. XVI 856

2 *Graeca om. RH, in R add. Daniel* ‖ 4 ὃν πότμον] TONIΓOTMON *S* ‖ EXPLICIT LIB̄ XII FELICITER *S*





This preservation copy

was created, printed, and bound

at Bridgeport National Bindery, Inc.,

in compliance with U.S. copyright law.

The paper used meets the requirements

of ANSI/NISO Z39.48-1992

(Permanence of Paper).

P A

2008

